conſules, erant propter dicta bella impedi-
ti, adeo, quod erat neceſſe ipſis conſuli-
bus accedere quandoque extra urbem ſu-
per gubernatione Libellorum, & ſic ciuitas
remanebat, ſine rectoribus, quia abſentibus
conſulibus non erat, quia iura redderet in
ciuitate, ideo ne ciuitas rectore careret ſu-
per iuſtitia miniſtranda, populus ipſe crea-
uit duo officiales, qui prætores appellaban-
tur. unus erat prætor urbanus, & alius præ-
tor peregrinus. Vrbanus enim prætor au-
diebat cauſas, ciuium Romanorum, ſed pe-
regrinus audiebat cauſas exterorum, ſeu pe
regrinorum, ut d. l. 2. §. deindè cum placuiſ-
ſet ff. de orig. iu. Et iſti prætores ſolebant
proponere quædam ædicta in albo ſeu in
eorum palatio ſuper iuſtitia conſeruanda,
puta, pacta ſeruabo, uel quòd metus cauſa
factum eſt ratum non habebo, & alia ſimi-
lia, quæ dicta fuerunt poſtea per populum
approbata, & illud appellatur ius prætoriũ

[illegible]



ſtib.4.Euangelijs,ut dicit Abb.in d.cap.fir.
colum.5.de ſum.Trinita.& per hanc legem
euang. fuit confirmata poteſtas imperato-
rum,dum dixit Matt.c.22. Redite quę ſunt
30 Cæſaris,Cæſari,&c. † Quæ poteſtas impe-
ratorum dicitur procedere ab ipſo Deo, ut
teſtatur Chriſtus in euang.Ioan.ca.18.dum
dixit Pilato.Non haberes poteſtatem aduer
ſum me ullam, niſi tibi datũ eſſet deſuper,
&c.& Paulus ad Rom.14.ubi ait.Nõ eſt po
teſtas,niſi a Deo,quod qualiter procedat &
intelligatur,uide plenè Abb.in cap.nou.co
lumna quinta,& ſexta , & ibi etiam Felyn.
de iud.& tangit plene Oldr.in cõſ.180.co-
lum pen.unde Imperatores poſtea Chriſtia
ni fuerunt proſecuti leges ciuiles, uidelicet
antiquas leges approbando , & compilan-
do,& nouas componendo prout fecit Iuſt.
Imp.ut lege 2.C.de uet.iur.enu.& in proœ.
iuſt.& ſic habemus leges ciuiles ante,& poſt
aduentum Chriſti , originaliter tamen fue-
runt ante aduentum , ut ſupra declaraui.
31 † Secũda fuit lex apoſtolica,nam Chriſtus
glorioſus,qui dicitur rex regum , & Domi-
nus dominantium,cl. paſt.§.fina. de re iud.
& cap.quæ contra mores.8.diſtinct.ubi ap-
pellatur,Regnator uniuerſæ creaturę,& in
conſtit.poſt mundi machinam, dicitur Rex
regum cum eſſet reuerſurus ad patrem,reli
quit Apoſtolis poteſtatem ſuam in terris,&
ſignanter Petro, ut principi Apoſtolorum,
quod declarauit tam ante ſuam paſſionem
quam poſt,ut dicit tex.in c. in illis 80. diſt.
nam ante paſſionem declarauit,dum dixit:
Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ędifica-
bo eccleſiam meam,& tibi dabo claues,&c.
ut eſt text.in c. in nouo 22.diſt.& Matt.ca.
16. Item dum alias dixit Petro , paſce oues
meas,ut dicit text.in ca.ſignificaſti.in prin.
& ibi glo.in uer.paſ.de elect.& in epiſ.inter
cal.C.de ſum.Tri.& Io.c.ult. per hęc uerba
deſignauit uelle,quòd Petrus eſſet caput,&
princeps Apoſtolorum, ut d.c. in illis, & d.
c.in nouo.Item ſimiliter ante paſſionem de
dit poteſtatem omnibus Apoſtolis dum di-
xit, Quæcunque ligaueritis in terra, erunt
ligata & in cœlis,&c.ut habetur Matt.cap.
18. poſt uero paſſionem & reſurrectionem
expreſſe eãdem poteſtatem concludit Apo-
ſtolis dicens:Accipite ſpiritum ſanctum, &
quorum remiſeritis peccata,&c.ut habetur
Ioan.cap.20.& dum dixit: Ite,& prædicate
Euangelium omni creaturæ, &c. ut tradi-
tur Matt.ca.ultim.& Mar.c.ult.& no.Abb.
in cap.tranſ.colum.2.de cõſt.vnde ipſi Apo
ſtoli ex poteſtate eis tributa per ipſum Re-
demptorem Dominum , cœperunt exequi
præcepta Chriſti, & ſuas leges ſpargere , &
prædicare per orbem,ut habetur in toto te
32 ſtamento nouo.† & illa lex promulgata,&
ſcripta per Apoſtolos pręter euangelicam,
appellatur lex apoſtolica,quę venit ad inter
pretationem legis euangelicæ:ut dicit.Spe.
in proœ.1.parte,ut in 2.col.& iſta lege euã
gelica,& apoſtolica conſiſtit totum nouum
33 teſtamentũ.† Tertia,& ultima lex, fuit lex
canonica , nã cum lex euang. & apoſtolica
non ſufficeret ad omnes cauſas decidẽdas,
ſummi Põtifices ex poteſtate eis tributa per
Chriſtum , per medium B. Petri, ut dicitur
in d.cl.paſt.§ fi.de re iud. fecerũt quamplu
res canones, & leges ſcriptas , qui canones
ſunt excerpti partim ex lege veteri Moſaica
& partim ex lege ciuili , & partim ex ſacra
Theol.aut tam quo ad ſpiritualia, quã quo
ad temporalia poſſit bene regi,& gubernari
eccleſia Dei,ut dicit Abb.in d.c.firm.in fi.il
lius princ. & iſta lex canonica , quę fuit fa-
cta a ſummis Pontificibus,cõſiſtit in tribus
uoluminibus,uidelicet in volumine Decre-
talium,in volumine Sexti,& uol.Clementi-
narũ.Iſta em̃ tria uolumina continẽt leges
& canones põtificales, authẽticos,& appro
batos, qui pro legibus in dubio ſeruantur,
cum ſint conditi ab habente poteſtatẽ legis
34 cõdendę. † Connumeratur etiam inter le-
ges canonicas, & liber decretorum, qui li-
ber non fuit conditus a ſummo Pont. nec
ab habente poteſtatem legis condendę,ſed
fuit compilatus per quendam magiſtrum
Gratianum,qui fuit monachus,&ſacr.theo
lo.Magiſter,vt teſtatur Arch.Flor.in 3.par.
ſuæ Chr.titu.17.c.6.& fuit monachus San.
Proculi in Tuſcia,& valde fuit exaltatus in
ciui.Bononię, qui Gratianus ex ſanctorum
patrum dicit cõpilauit dictum opus,& uo-
lumen Decret. & ideo appellatur liber De-
cretorum , quia ex decretis ſanctorum pa-
trum fuit compilatus, nec reperitur , quòd
fuerit approbatus per ſummos Pont. unde
non poteſt dici auth.ut dicit Abb.in proœ.
decr.in c.rex pacificus,col.5.& Io. Andr.&
Anto.de But.in c.2.de reſcr.licet aliquid di
cant, quòd fuit approbatus per Eug. papã.

tamen quidquid ſit, quia eſt communiter
approbatus a populo, & publice legitur in
ſcholis, ſicut alij libri authentici, ex hoc cen
ſetur auth. & facit plenã fidẽ. ita dicit Abb.
35 in d.c.2.col.fin.de reſc. † Verum eſt aduer-
tendum, quòd in lib. Decre. reperiũtur qua-
tuor ſpecies auctoritatum, uidelicet, Prima
ſpecies eſt auctoritas ſanctorum patrum,
prout plurimum omnia ferè capitula ibi
exiſtentia ſunt extracta a dictis ſanctorum.
Secunda ſpecies, eſt auctoritas ipſius Gra-
tiani auct. ut quando ipſe loquitur de ſe, ſi-
ne auctoritate Sanctorum. Tertia ſpecies,
eſt auctoritas cuiuſdam paleæ, ut quãdo in
rub. alicuius capituli Decretorum ſtat ſcri-
ptum, palea. Quarta ſpecies, eſt auctoritas
Iuriconſultorum, & Imperatorium ſecula-
rium, quoniam ſunt multæ leges ciuiles in
36 ſertæ, & canonizatæ in decretis. † Quoad
primam ſpeciem, ſcilicet de auctoritate ſan
ctorum patrum, uerum eſt, quòd ex diutur
na approbatione cenſetur authenticus di-
ctus liber, & poſſunt illa decreta ſanctorũ
r allegari r ad deciſionem cauſarum, ita in-
telligitur Abb. in d.c 2. col. fin. ubi ita tenet
& ibi etiam Fely. in 23. uerſ. lib. decreti, &c.
Non autem quo ad alias tres auctoritates,
ſecundum eos ibid. & Arch. in cap. quis ne-
s ſciat 9. diſtinct. nam auct. s Gratiani, non
reperitur approbata, neque eſt authentica,
nec etiam auctoritas Palea. nam Palea fuit
quidam diſcip. Gratiani qui ſua auctorita-
te inſeruit nonnulla capitula in Decretis,
quę nullam faciunt fidem, ut dicit Ioann.
And. in add. Spec. in tit de diſp. & alleg. §. fi.
in fin. Salyc. & Imol. in rub. ff. de uerborum
oblig. & Anto. Corſ. in reper. ſuper Abb. in
uer. lib. Decretorum, ex quo non fuerunt fa
cta ab habente poteſtatem, ſicut etiam dicta
& ſolutiones Gratiani reprehenduntur in
aliquibus, ubi non bene fuit locutus ſecun
37 dum Arch. in dict. capitu. quis neſciat. † Ex
quo patet, quòd eius dicta non ſunt authẽ-
tica, ſed ſunt uelut dicta Inno. in ſuo opere
gloſſarum, quòd compoſuit ſuper decretal.
cuius Inno. dicta non ſunt authentica, quia
ipſe noluit, ut haberentur ut text. ſed ut gl.
t licet præcæteris ſint magnæ t auctoritatis,
ut teſtatur Felyn. in d. ca. 2. colum. 23. in fi.
38 uerſ. de diuerſorũ, &c. de reſcrip. † Quo ad
quartã ſpeciem, ſcilicet de leg. ciuilibus in
ſertis in decretis, dic quòd minimè ſunt ap
probatæ, ut per hoc ſeruentur de iur. can. ex
quo Gratianus, qui inſeruit, non habuit ta-
lem auctoritatem, unde dictæ leges rema-
nent iuris ciuilis, prout antea erãt, & perin
de habentur, ac ſibi non eſſent inſertę, & ſic
non ſeruantur, ut canones, ita dicit Abb. in
d.c.2. colum. fin. de reſcrip. & Andr. de Iſer.
in cap. 1. colum. 5. qui ſucceſ. ten. in uſi. feu.
pro hoc eſt gl. in cap. 1. in gloſſ. 2. de excep.
& gloſſ. in c. ſuper co. el 1. & ibi etiam Abb.
de reſt. & gl. in c. 1. in uer. tract. de reb. eccl.
non alie. lib. 6. & Ioan. Andr. in cap. ex parte
39 in fin. de feud. † Fuit autem compilatus li.
Decretorum, tempore Papæ Alexand. 3. ſub
an. domini M.C.L. ut no. glo. in cap. poſt ap
pellationem, §. forma in uerſ. forma 2. q. 6. &
habetur in Cronicis liber uero decretalium
fuit compilatus ſub anno domini M.ccxxij.
ut habetur in libr. Cronicarum & faſciculi
40 temporum. † Habemus ergo ex prædictis
collecta tria tempora humanæ uitæ, & no-
uem leges, quibus homines vixerunt, & quo
modo unaquęque lex uenit ſucceſſiue ad
aliam. Supereſt pro complemento iſtius eui
dentalis, antequam ueniam ad deciſionem
q. principalis propoſitę in hac 3. parte. ſ. un
de habuit originem iudiciũ, uidere: an iſtæ
nouẽ leges ſint omnes hodie in uſu. Et bre-
uiter reuertendo ad primum tempus, & pri
mam legem, quæ ſunt lex naturalis com-
munis dico, quòd illa ſemper fuit, & eſt, &
erit in obſeruantia, quia immutabilis eſt, ut
§. ſed naturalia. inſt. de iu. nat. & hoc patet
ad ſenſum, quia dixi, quòd talis lex eſt qui-
dam naturę indiſtinctus: unde eo ipſo quòd
naſcitur homo, uel aliud animal, naſcitur
cum tali inſtinctu naturæ, ut aliquid appe-
tat, & declinet ea, quæ ſibi nocitura eſſe ui
deantur, vt ait. Cic. in 1. Off. Item, quia dixi,
quòd obligatio antidotalis eſt de iſto iure
naturali primæuo. & communi. Similiter di
co, quòd etiam hodie talis obligatio eſt in
uſu cum procedat ex iure immutabili, nam
etiã hodie producit illos pulchros effectus,
qui ſunt 18. quot ponit. Iaſ. in l. ex hoc iure,
ff. de iuſt & iu. & idem Iaſo. in l. ſi non ſor-
tem. § libertus, ff de cõdi. indeb. ubi tractat
41 de iſta obligatione antidotali. † Quo ad
ſecundum legem, ſcilicet de iure naturali ſe
cũdario, quod dicitur rationis, ſimiliter cõ
cludo, quòd eſt immutabile, & etiam hodie
eſt in uſu, prout eſt religio erga Deum, &





erga parentes, & patriam, ut alia ſimilia,
quo patet ad ſenſum, & probatur 5. diſt. in
prin. & in c. fi. §. is itaque, & ibi not. 6 diſtin.
& dict. §. ſed naturalia. Et quòd iſta ſint ho
die in obſeruantia, patet, , quia omni iure
ſunt iſta præcepta naturalia confirmata,
nam religio erga Deum confirmantur per
legem Moſaicam, ut not. gloſſ. in cap. quid
in omnibus 32. quæſtio. 7. & habetur Exo.
ca. 20. & Deu. cap. 5. item per legem prophe
ticam, ut habetur Ioſue, capitulo ſecundo,
ubi ait Hoc diligentiſſime præcauere, ut di
ligatis dominum Deum ueſtrum, & Thob.
cap. 4. Omni tempore benedic. Deum, & pe
te ab eo, ut uias tuas dirigat. & in Pſal. 116.
Laudate dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi. Item per leg. ciuilem, ut
trahitur in epiſt. inter claras. C. de ſum. Tri
nita. Item per l. Euang. per quam traditur il
lud præceptum. Dilige dominum Deum
tuum ex toto corde tuo, &c. ut habet Mat.
22. & Luc. cap. 10. & Marc. cap. 12. Item per
l. apoſt. & canonic. eſt pluſquam clarũ. Item
habere religionem erga parentes & patriã,
patet, quia etiam hodie filius, qui eſt inobe
diens patri, uel matri, poteſt exhæredari ex
14. cauſis, quæ narrantur in §. cauſas in au-
42 thent. ut tum de app. cogn. † Item, quia ci-
uis derelinquens patriam ſuam periclitan-
tem perdit priuilegia ciuitatis illius, ſecun-
dum Bal. in l. 2. in fin. C. de inf. exp. quem ſe
quitur Alexand. in l. ueluti. in add. ad Bart.
43 ff. de iuſt. & iu. † Hinc dicit Caſſiod. libr. 1.
epiſt. 20. unicuique patria ſua charior eſt,
Deum ſupra omnia ſaluum fore quæritur,
ubi ab ipſius cunalibus commoratur, feris
datum eſt, agros ſyluaſque quærere: ho-
minibus autem fores patrias ſuper cuncta
diligere, aues ipſæ per aera uagantes pro-
prios nidos amãt: erratiles feræ cubilia du
moſa feſtinant: uoluptuoſi piſces cauernas
ſuas perquirunt, cunctaque animalia ibi ſe
ſe norunt refugere, ubi longiſſima cupiunt
44 ætate conſtare. † Quo ad 3. leg. ſcilicet de
iure gentium, concluditur ſimiliter, quòd
eſt ius immutabile, ex quo largo modo ap-
pellatur ius naturale, ut in §. ſingulorum
inſtitut. de re. diu. unde etiam hodie ſerua-
tur, quod patet, quia Princeps non poteſt
regulariter ſtatuere contra ius gentium pu
ta, quòd aliquis ſine cauſa priuetur domi-
nio rei ſuæ, quod dominium eſt de iure gen
tium leg. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, & ibi
glo. in uer. dominia innuit, quod etiam ius
diuinum fauet huic iuri gentium. Item di-
citur conſtitutum ex diuina prouidentia,
ut in §. ſed natura inſt. de iu. nat. qui §. ſcien
dum communem intellectum gloſ. & doct.
ibi intelligitur loqui etiam de iure gentiũ,
quòd ſit immutabile. Et quòd Princeps non
u poſſit diſpenſare contra ius gentium u ſine
cauſa, tenet Innocen. in capi. quia plerique
circa fin. de immun. eccl. & Arch. in. cap. ius
ciuile 1. diſtinct. & Bald. in leg. reſcrip. colu.
penul. in fin. C. de precib. impetr off. in verſ.
Tertio quærunt, &c. & gloſ. & Barto. in l. fi.
& ibi communiter doct. C. ſi contra ius, vel
util. pub. & Felyn. plene in cap. quæ eccleſ.
colum. 10. de cõſt. & ibi etiam Abb. & doc.
idem tenet Iaſ. in l. 3. §. ſi is, pro quo. colum.
2. ff. quod quiſ. iu. Hoc etiam patet ad ſen-
ſum, quia omnes ferè contractus ſunt de iu
re gentium, & tamen hodie ſunt in uiridi
obſeruantia, ut d. leg. ex hoc iure. Item bel-
la & ſeruitutes etiam hodie ſunt in uſu, ut
uidemus in quam pluribus titulis iu. ciu. tra
ctantibus materiam ſeruorum. Item diſtin-
ctio dominorum eſt ita hodie ſicut olim, &
ſic de alijs exemplis. Bene uerum eſt, quòd
in quampluribus capit. iuris gent. eſt diſtin-
ctum, & limitatum per ius ciuile, ut uide-
mus per uſucap. quæ extinguit dominium.
Item, in teſtamentis, in quibus requiruntur
ſeptem teſtes, ſed de iure gent. in ore duo-
rum, uel trium ſtat omne uerbum, ut habe-
tur in cap. nouit. de iud & ſic de alijs exem-
45 plis. † Item, ex cauſa poteſt Princeps limi-
tare & diſpenſare cõtra ius gentium in ali-
quo eius cap. licet non tollere in totum, ut
tradit plene Felyn in dicto ca. quæ in eccle-
ſiarum, columna decima, cum multis ſeq.
de conſt. ſicut etiam princeps poteſt limita
re eius diuinum, & illud diſtinguere & mo-
dificare, ſecundum Felyn. plene in dicto ca
pitulo, quæ in eccleſiarum, columna deci-
46 ma, cum ſex ſeq. † & Abb. in cap. fin. colum.
2. & 3. de conſuetud. ut tractat etiam, quan
x do poteſt induci x conſuetudo contra ius
diui. uel gentium, & concludit, quod ſem-
per poteſt induci conſuetudo, quando
non eſt inductiua peccati, ſecundum eum.
47 † Quo ad quartam legem, ſcilicet Moſai-
cam, an ſit hodie in obſeruantia; dic quòd
y in leg. y Moſaica ſunt quædam præcepta

moralia, & quædam myſtica, quæ loquuntur in figura. Quo ad præcepta moralia, eſt in uiridi obſeruantia, quia dicitur lex naturalis, quo ad illa, & eſt immutabilis, vt ſunt illa 10. præcepta, quæ mores concernunt. Quo uero ad præcepta myſtica, quę ſunt ſacramentalia, vel cęrimonialia dicta lex Moſaica eſt mutabilis & ut plurimum non ſeruatur ex aduentu Chriſti, ita hæc omnia declarat tex. cum gloſ. in cap. fin. §. his itaque 6. diſtinctio. & Abb. in ca. fi. columna ſecun
48 da, de conſuet. † nam lex Moſaica loquebatur in figura, deinde per aduentum Chriſti ſucceſſit lux, & ueritas in mundo, quæ omnia uelamina ueteris teſtamenti aperuit, & illuſtrauit, ut dicit pulchre Bal. in cap. tranſlato in fine de conſt. & ſic per legem euãgelicam, & apoſtolicam fuit ſublata lex Moſaica in præceptis myſticis, ut in locis præal
49 legatis. † Verum, eſt aduertendum, quod dicta lex Moſaica fuit ſublata ab aduentu Chriſti inter ipſos Chriſtianos, nam Iudæi adhuc ſeruant ipſam l. Moſaicam, & viuunt ſecundum eam, ut nota. Cald. in conſil. 30. in titul. de teſta. ubi dicit, quòd z. in teſtamentis, & ſucceſſionibus Iudęi ſeruant leg. Moſaicam. Idem tenet Fely. in cap. Iudæi, el ſecundo, columna ſecunda, de Iudę. ubi dicit, quomodo lex Moſaica derogat iuri ciuili in ſucceſſionibus iudæorum ab inteſtato, & ſeruatur quod habetur Num. ca. 26. & dicit Cald. in conſi. 10. in titul. de conſt. quòd lex Moſaica, eſt ius ſpeciale iudęorum, adeo quod illa ſeruatur principaliter inter eos, & ea demum deficiente, ſeruatur ius commune, & ſic derogat iuri Romani. quo ad iudæos, idem tenet Socin. in conſil. 72. in fin.
50 in 1. uolum. † Similiter, quo ad iuramentũ, ſeruatur lex Moſaica inter iudæos, quia iurant per legem Moyſi, & ſuper decem pręceptis ut declarat Specu. in titulo de iur. calũ. §. reſtat. colum. fi. uerſ. ſed pone iudæus, &c. Felyn. in cap. fin. colum. 1. in fine de iudæ & Abb. in cap. 1. colum. 4. uerſiculo, qualiter. de iur. calum. & Soci. in conſilio 67. colum. decima, in primo uolumine, & Bartol. in l. iuſiurandum, §. ait prætor in fin. ff. de iure iuran. & And. de Iſern. in conſtit. ſi quis in poſterum, columna penultima, & Ioan. de Imol. in clement. prima, & ibi etiam Card. in quinta quæſtio. de teſt. & Angel. in conſi
51 lio 94. † Sed quid ſi iudęus iurat ſuper cõtractu inualido, an tale iuramentum confirmet contractum iudæi, ſicut Chriſtiani, iuxta c. cum contingat de iureiuran. Hanc quæſt. plenè attingit Socin. in conſi. 65. col. antepen. & cõſ. 66. col. antepen. & pen. in 1. uol. ubi concludit, ꝙ tale iuramentum iudęi non firmat contractum, mouetur ipſe, quia iuramentum contractus confirmatorium tunc ſeruatur, quãdo ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis ęternæ, ut d. c. cum contingat, ſed in iudęis illud diſpendium non conſideratur, quia ſunt damnati ſiue obſeruent iuramentum, ſiue nõ, ex quo non ſunt baptizati, ergo ſequitur, quod de eorum iuramentis nõ eſt curandum, nam dicit ipſe, ꝙ iſtam obſeruantiam introduxerunt canones, ne perdatur animi iurãtis propter piuriũ quę perditio animæ, nõ conſideratur in iudæis, cum ſint, perdit abſque hoc ſecũdũ fidem noſtram. Concludit ergo, quod tale iuramentum iudęi nihil operatur. Hanc ẽt
52 opinio † per eandem rationem tenet Lud. Rom. in conſilio 155. incip. pręmiſſum laudum in fine, ubi concludit, quod iudęus nõ compellitur ad obſeruantiam iuramenti in compromiſſo appoſiti, & illud dictum refert ſimpliciter Iaſ. in l. tertia. §. iurari, colu. 4. ff. de iureiu. idem tenet Paul. de Caſtr. in conſi. 90. col. fin. in ſecundo uolumine, qđ conſ. incipit, uiſa quadam ſcriptura, &c. Cõtrariam partem tenet Pet. Philip. Cor. in cõſil. 45. columna tertia. in litera C, in primo uolumine, ubi expreſſe tenet, quòd iuramentum iudęi confirmat contractum per ipſum celebratum, qui alias erat inualidus, idem tenet Ludouic. Rom. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hęredita. & Bal. in capitulo primo, §. item ſacramenta, columna quarta, de pac. iura firm. ubi dicit, quòd Imperator arctat eos ad obſeruantiam iuramenti, licet Socin. in dicto conſilio 66. columna penultima, in primo uolumine, det reſponſum, & ſenſum ad illud dictum Bal.
53 dicto §. item ſacramenta. † Poteſt corroborari iſta ſecunda opinio, quia iudęus iurans per legem ſuam compellitur per iudicem Chriſtianum ad obſeruantiam iuramenti, imò punitur de periurio, ſicut Chriſtianus, ſi non obſeruet, ita dicit Andr. de Iſern. in d. conſtitut. ſi quis in poſterum colum. penul. & idem Andr. in conſtitut. eos qui ſcienter in princip. & tenet idem Soci. in d.



in d. conſil. 66. colum. antepenultim. uerſic. primus quidem, &c. in primo uolum. ubi dicit, quod iudęus periurus poteſt puniri per eccleſiam, non pro eius anima, quia eccleſia non curat de anima iudęi, ſed ut caſtigetur eius corpus ratione delicti, ne remaneat impunitum. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. idem tenet Matth. de Afflict. in conſti. eos, qui ſcienter col. 6. uerſic. 10. quęro
54 &c. Hinc uidemus, ꝙ licet alius iudęus nõ poſſit iurare per Chriſtum, nec per Euangelia, cum hoc dicatur facere in contemptũ Chriſti, ex quo non credit in Chriſto, ut declarat Iaſ. in d. l. 4. §. iurari, colum. 4. ff. de iureiuran. & Barto. & Mod. in rub. ff. de iuſt. & iu. & habetur in cap. & ſi Chriſtus de iu
55 reiurando. † Item, quia iudęus dicitur blaſphemia Chriſti, ſecundum Soc. in conſ. cij. col. 3 in 1. uolu. ſi tamen iudęus iuraret per Chriſtum, cogi poteſt ad obſeruantiam iuramenti ita tenet Alex. in d. §. iurari, colu. pen. in fi. facit tex. & ibi gl. in c. mouet xxij. q. 1. Concluſiue ergo uidetur dicendum, ꝙ ſi iudęus iurat in contractu inualido, debet compelli per eccleſiam ad obſeruantiã iuramenti, non ratione animę, quia eccleſia non curat de eius anima cap. gaudemus, de diuor. ſed ut caſtigetur eius corpus, ratione delicti, quia ſi iudęus non cõpelleretur ad obſeruantiam iuri, fruſtra dicerent doctrinæ pręallegatę iudęum puniri de periurio quia licet peierare. In iſta uarietate puto concordari poſſe opin. & dico ſic. Aut iudęus contrahit cum alio iudęo, & tunc procedat prima opin. Soci. ſcilicet, quòd contractus non firmetur iuramento, quando de ſe eſt inualidus: Hinc eſt, quòd donatio inter virum, & uxorem, non firmetur iuramento, inter iudęos. Similiter alienatio rei dotalis minime firmatur iuramento inter iudęos, tunc. n. uendicant ſibi locum rationes Soc. & qđ dicit Bal. in d. §. itẽ ſacramenta. colum. iiij. de pace iuram. firman. ubi dicit, quam uincula ſacramentalia non cadunt in his, qui nõ ſunt de ſacro oui
56 † li. & nã de iure ciuili, qñ contractus eſt & inualidus, non ualet ẽt iurm in eo appoſitum, l. non dubium. C. de leg. & l. ſi quis in quilinos in fin. ff. de leg. 1. ſed de iure canonico, qđ ius habuit reſpectum ad ſolam animam fuit inductũ, ut quando poteſt ſeruare ſine interitu ſalutis ęternę iuramentum ſeruari debeat, ne anima pręiudiciũ patiatur propter periurium, ut d. c. cũ contingat de iureiurando & ca. licet mulieres de iure iurãdo li. 6. ubi proprie dicit rex. tale iurm ſeruari de iure canonico, unde quia iuramẽtum ligat animam, & ius canonem habuit reſpectum ad animam, ideo uoluit talem contractum inualidum iuramento firmari.
57 † De anima iudęorum ſe non impedit eccleſia, ut d. c. gaudemus, de diuor. quia iam damnata eſt, ut dicit Pau. de Caſt. in d. conſil. 90. colum. 2. in 2. uolum. ius ergo canonicum relinquit talem contractum Iudęorũ in meram diſpoſitionem iuris ciuilis, quia dempto iure canonico remanet diſpoſitio iuris ciuilis, quę ſeruaẽ in iudęis, quando contrarium non reperitur in lege Moyſi ut ſupra dixi, & eſt text. in l. Iudęi, la prima. C. de Iud. ſed per ius ciuile tale iuramentũ eſt nullum, ut d. l. non dubium, ergo ſequitur, quod Iudęus non compellitur ad obſeruantiam eius, cum nullum ſit, & non eſt obligatorium, & propterea minime poteſt tunc puniri de periurio, quia non fuit ligatus iuramento, & ita procedunt rationes Soc. in d. ſuis conſilijs, & Lud. Roma. in d. conſil. 155. in fine. Ad iura. quę dicunt Iudęos compelli ad obſeruantiam iuramenti & puniri de periurio, de facili poteſt reſpõderi, quia loquuntur in iuramento ualido, quando eſt præſtitũ ſuper actu ualido, quia tunc ligat de iure ciuili, & punitur contraueniens ratione delicti, ut quando Iudæus eſſet triſtis, ſecus ſi iurat ſuper actu inualido, ut in q. propoſita. Aut Iudæus contrahit cum Chriſtiano, & tunc procedat opinio contraria, ſcilicet, quòd contractus inualidus firmetur iuramento: nõ pro ſalute animæ Iudæi, ſed ne Chriſtiano decipiat, & neſit melioris conditionis Iudæus, quam Chriſtianus. arg. Seruus, ff. qđ ui, aut clam, & l. non ſolum. ff. de noxa. & quod nota gl. in capitulo poſt miſerabilem, de uſur. & hãc diſtinctio. in effectus tenet Paul. de Caſt. in dicto conſi. 90. columna fin. in ſecundo uolumine, & ita cum iſta concordia pertran
58 ſeo: quam puto ueriſſimam. † Similiter ſeruatur lex Moſaica inter iudæos, quo ad matrimonia, ut habetur in c. gaudemus. §. fina. de diuor. & in cap. de infidelibus de cõſanguinitate, & affinitate, & not Abb. in cap. fi. qui fil. ſint leg. in quibus locis probatur, ꝙ Iudæi,

a Iudæi cõtrahunt *a* matrimonium in gradu
prohibito per ius canonicũ:& ſeruant præ-
cepta legis Moſaicę, & poſsũt facere diuor
tia,& ſic ſoluũtur matrimonia in uita,ꝑ li-
bellum repudij, quia hoc permittitur lege
Moſaica,ut habetur Deut.c.23.in fin.& de-
clarat Bald.in conſi.428.in 5.uol.& Soc.in
cõſ 66.col.antepen.& cõſi.70.conſ.71.col.
59 2.in 1.uol.in quibus locis dicitur,†ꝙ quo
ad ſpiritualia Iudæi nõ ſunt ſubiecti eccle-
ſię,nec iudicãtur ſecundum canones,ſed ſe
cundum ritus eorum, unde cõtrahunt ma-
trimonia in gradu prohibito, & cõmittunt
repudium.idem tenet Fel. in c.ad hęc de Iu
dæ.ubi dicit referendo Flor. quod inter iu-
dæos patruus poteſt ducere neptem in uxo
rem.
60 † Permittitur ergo Iudæis facere actus,
ſecundũ ritus eorũ, dũmmodo nõ tendant
in contemptum fidei chriſtianę,ut d.glo.in
ca.qui ſincera 45.diſt.& eſt tex.in l.iudę.C.
de iud.facit quòd dicit Io.And.in cap.licet
de reg in nouel.ubi tenet, ꝙ ſi iudæus facit
aliquid in contemptum fidei Chriſtianę, ut
quia ponit crucem ad ignem,vel aliud ſimi
le,ꝑdit omnia,quę ſunt ſibi permiſſa de iu-
61 re noſtro.† Quod facit pro limitatione il-
lius q.an iudæi gaudeant immunitate chri-
ſtianorum,quam tãgit Iaſ.in rub.ff.de iuſt.
& iu.in fi. & Soc.plene in conſil.62.& cõſi.
20.in 1.uolu.nã ſi deprehenderetur iudęus
feciſſe aliquod in cõtemptum fidei chriſtia
næ,debet oĩ immunitate & priuilegio chri-
ſtianorum priuari per illud dictũ Io. And.
62 †Seruatur etiam lex Moſaica inter iudęos,
b *b* quo ad circuncisionẽ,l.circuncidere,ff.ad
leg.Cor.de ſicc.& quo ad alias cęremonias
63 ut in locis præalleg.plene traditur.†Dicun
tur enim cęremoniæ, proprie,ſacrificia iu-
dęorũ,ut declarat gl.in d.c.qui ſincera.45.
64 diſt.in gl.2.†Quo ad quintam legem.ſ.pro
pheticã, dicendum eſt idem, quod diximus
de Moſaica, quia quatenus continet præce
pta moralia,ſeruat̃ inter chriſtianos eadem
ratione,quia eſt ius immutabile,ſed quo ad
65 alia,eſt mutabilis,per legem Euang † quia
per aduentum Chriſti ſucceſſit ipſa veritas
ſecundum Bal.in c.tranſlato.in fi.de conſt.
& Bal.in l. bñ à Zenone.in fin. C.de quadr.
præſcr.ipſe n. Chriſtus dicitur ipſa ueritas,
c.in quadam de celeb.miſſ. & c.abijt 11.q.
3.& dicit Chriſtus, Ego ſum uia, ueritas, &
uita,ut habetur Matt.c.26.& Ioan. c.14.&
propter hoc dum fuiſſet interrogatus Chri
ſtus à Pilato. Quid eſt ueritas, noluit rñde-
re,ne iactaret ſe ipſum, qa ipſe erat veritas
ſm Abb.in ca. & ſi Chriſtus colum.2. de iu-
66 reiu.†Hinc dicit notab.tex.in d.c.abijt.11.
q.3.ꝙ illi, qui pro pecunia deponunt falsũ
teſtimonium, dicuntur uendere Chriſtum
pro precio, ſicut fecit iudas ex quo uẽdunt
ueritatem,quę eſt ipſæ Chriſtus vnde poteſt
dici per illum tex. quod falſus teſtis,qui pe
cuniam accipit, committit idẽ ſcelus,quod
67 commiſit iudas uẽdendo Chriſtum.†Idem
dico in iudice, qui pecunia accepta peruer-
tit iuſtitiam, proferẽdo iniuſtã ſententiam,
quia peruertit veritatem,vt in c.cum ęterni
de re iu.li.6. & ſic tradit,& vendit Chriſtũ,
qui eſt ſumma iuſtitia per dic. cap.abijt..Sic
ergo in ꝓpoſito,adueniẽte ueritate & luce
in mundo, ceſſauerũt figurę prophetarum
quo ad pręcepta myſtica. cũ illa etiam ſint
de lege & teſtamento ueteri, ut plures fuit
dictum ſupra per ea, quæ habentur in dict.
c.fi.§. his itaq; 6.diſt.& probatur in ca.ueri-
tate 8.diſt. ubi probatur, ꝙ ueritati omnia
68 cedũt.†Quo ad ſextam l.ſcilicet de lege ci-
uili, quomodo & qualiter ſeruetur lex ciui-
lis hodie,patet ex ordine ipſarum cõpilatio
num:nã totum corpus iuris ciu. conſiſtit in
his uoluminibus, uidelicet in quinquagin-
ta lib.digeſt.in li.cod.in lib. inſtitutionũ,&
in nouiſſimo lib. authenticorũ, ut declarat
Abb.in c. firmiter in fi. illius princ.de ſum.
Trinit.& fid.Cath.oẽs iſtæ ll.iur. ciu.hodie
ſeruantur, quatenus una per aliam nõ repe
ritur correcta, quod patet, quia publice in
ſcholis legũtur.Poteris addere aliud ius ci-
uile huius regni;quod conſiſtit in conſtitu-
tionibus regni,in capitulis & ſtatutis regni
& regiis nouellis pragmaticis,quæ iura mu
nicipalia huius regni inducunt ius ciuile &
obſeruantiam nouã in hoc regno, & quan-
doque corrigunt, quandoque limitant ius
commune, pro ut dicã in proceſſu operis,
69 in ſuis opportunis locis.†Quo ad 7.leg.ſci
licet Euangelicam nulli eſt dubium,ꝙ inter
chriſtianos eſt in uiridi obſeruantia,cũ pro
ceſſerit ab ipſo Chriſto, qui eſt ſumma ueri
tas, & ea continet ius diuinum,& naturale
immutabile, ut eſt tex.& ibi glo.& Arch.in
ca.humanum genus, 1. diſt. & appellat̃ lex
uitæ,quia concernit animam,ut dicit Spec.
in



in procœ.1.parte,col.3.& conſiſtit in præce
pto naturali, Quod tibi non uis fieri,alteri
ne feceris,ut d c.humanũ genus,& habens
70 Matth.c.7.& Luc.c.7.†Item iſta lex Euãge
lica,correxit in multis legem antiquam Mo
ſaicam: nam Deus antiquitus contulit legẽ
& ſacerdotium in ipſum Moyſen in monte d
Sinay. poſtea cum placuerit mittere lucem
in mundo & ueritatem ſ.Chriſtum, pro re-
demptione peccatorũ ipſemet Deus tranſtu
lit ſacerdotiũ de Moyſe in Chriſtũ, una cũ
ipſa lege,& de Chriſto fuit trãſlatum in Pe-
trum,ut d.c.tranſlato.& ibi glo. & doct.de
conſt. per illam igitur trãſlationem illa lex
antiqua Moſaica fuit tranſlata in legẽ Chri
ſti Euãgelicam: unde nos Chriſtiani, qui ſe-
ctamur Chriſtũ, ſeruamus dictã legem Euã
gelicã pro ſalute animę noſtræ tanquã legẽ
nouam a Deo nobis datam,& quantus iſta
lex noua corrigit legem Moſaicam,non ſer e
71 uat̃ lex Moſaica ĩter Chriſtianos.†Quo ad
octauã legem.ſ.apoſtolicam, ſimiliter dici-
mus eã ſeruari inter Chriſtianos, cum depẽ
deat ex uoluntate eiuſdem Chriſti propter
poteſtatẽ per eum tributã Petro, & apoſto-
lis,vt d.c.tranſlato,& declaraui ſupra,dũ fe
ci mentionem de hac lege apoſtolica, & cũ
ueniat hæc lex apoſtolica, ad declarationẽ,
& quandoq; ad modificationem legis Euã-
gelicę,ut habetur in ca.iam nunc 28.q.1.&
not.Spec.in d.procœ.col.3. Nã iſtã ſimiliter
continet ius diuinũ nouum,& ius naturale
immutabile,ut d.c.humanum genus, & ibi
gl.& Arch.1.diſt.& in tãtũ ſeruatur iſta lex
apoſtolica,quod dictũ apoſtoli præfertur le
gi ciuili in deciſionib.cauſarũ tex.eſt, & ibi
72 Abb.in c.pen.de ſecun.nup.†Verũ eſt ſciẽ
dũ,ꝙ licet dixerim legẽ Moſaicam quo ad
pręcepta moralia eſſe immutabilem,itẽ le-
gẽ Euangelicam, & apoſtolicã ſimiliter im-
mutabilem uerum eſt,ꝙ non põt mutari in
totum,tollendo ipſum, tamen põt limitari
& in aliquo capite corrigi per ius poſitiuũ
c ciuile canonicum. Nã princeps *c* poteſt di
ſtinguere, & limitare ius diuinum, licet nõ
in totũ tollere,ut no.gl.& Doct.in l.fi.C.ſi
cõtra ius,uel util.pub.& Abb pulchre decla
rat in c.fin.col.2.& 3.de cõſ.& Fel.plene in
c.quę in eccleſiarũ de conſt.& põt eſſe exẽ-
plũ,nam lex diuina dicit,non occidas, &
tñ ius ciuile in multis delictis,& caſibus oc
cidit hominẽ.Item lex diuina dicit, habeas
in honore parẽtes. Et tñ ius ciuile permiſit
filio occidere patrem, qñ eſſet hoſtis,& re-
bellis patriæ ſuæ,l.minime.ff.de rel.facit ꝙ
not. Bart.in l.poſtlim §.filius,ff. de capit.&
poſtl.reu.ſimiliter lex diuina dicit,nõ fura
beris.& tamẽ lex poſitiua uult, ꝙ ex neceſſi
tate famis ꝑmiſſum eſt furari *d* c.ſi quis ꝑp
neceſſitatẽ,& ibi not. de furt. & ſic de alijs
73 ſimilib. †Quo ad nonã, & ultimam legẽ.ſ.
canonicam, nulli eſt dubium,ꝙ eſt in viridi
obſeruãtia inter Chriſtianos, cum ſit facta
a ſacris pontificibus,quibus data fuit pote
ſtas a Chriſto,per mediũ B.Petri,vt ſupra di
xi,& eſt tex in cl.paſtoralis.§ fi.de re iud.ta
men,quo ad eius obſeruantiam,recipit illã
declarationẽ,quam facit Abb.in c.1.de op.
no.nun.uidelicet,ꝙ ſi lex canonica contra
dicit legi ciuili,tunc ſi ſumus in materia cõ
cernente peccatũ uel animam,ſeruatur,lex
canonica *e* in utroq; foro,& lex ciuilis re-
manet correcta,ſi vero ſumus ĩ materia nõ
concernente aĩam, tunc qualibet lex ſerua
tur in foro ſuo , ſed quãdo eſt caſus deciſus
a iure ciu.& dubius de iure canonico,ſerua
tur ius ciu.in utroq; foro, idẽ econtra quã
do eſt deciſus de iure canonico , & dubius
de iure ciu.ſeruat̃ ius canonicũ in utroque
foro,ut ibi plene dicit Abb. & hr̃ per glo.&
doct.in c. licet ex ſuſcepto.de fo. comp. &
Bar.ĩ l.priuil & l.omni nouat.C.de ſac.ſan.
74 eccl.†Hinc dicit Arch in c.ſi inter 6.q.3.ꝙ
leges ciu.qñ non obuiãt canonib. cẽſentur
tacite approbatę,& cõfirmatę per canones
ſed qñ obuiant canonibus cenſentur repro
batæ per canones,idem tenet Arch. in c.de
75 libellis 20.diſt.†Dicitur autem ius canoni
cum quaſi ius regulatũ,nã canon, idem eſt
quod reg.c.canon.3.diſ.quod declarat ut ĩ
76 ca.ſi quis dogmata 15.q.2.†Adde tñ, ꝙ in
cauſis miſerabiliũ perſonarum ſeruat̃ ius
canonicum in utroq; foro,dato ꝙ canones
cõtrariantur legib. Itẽ,ubi ius ciu.foueret,
lucrum odioſum,vel ſeparet quendã rigorẽ
nõ ſeruatur in foro canonico,licet ꝑ cano-
nes non reprobet̃. Itẽ,ubi ius ciu. ſtatueret
ęquitatẽ,ius canonicũ rigorẽ, ſeruatur ius
ciu.et in foro eccleſiaſtico,& non ius cano-
nicũ,ita hęc omnia tenet Fel.in ca.in cauſis
77 col.1.de teſt.†Et intantũ uiget,& ſeruatur
lex canonica , ꝙ præfertur dicto cuiuſlibet
ſancti in deciſionib.cauſarum,nã ubi eſt ca
non ſummi Pontificis,ceſſat omnis auctori
tas

tas ſanctorũ patrum,& ad interpretandum
ius diuinũ ſtatur dicto ſummi Pontificis,&
non ſanctorum,nec theologorũ,qñ opinio
ſanctorum, uel theologorum contrariaret
legi canonicæ. Ita dicit Abb.in ca.tua in 3.
not.de dec.& Fel.plene in c. ne inuitaris de
cõſt.quod tñ intellige ſane procedere in de
ciſionib.cauſarũ,ut ſupra dixi. nam quo ad
cauſas decidẽdas,credit potius ſummo Pon
tifici,& eius canoni,quam ſanctis,& eſt ra-
tio,quia ſummo Pontifici fuit data poteſtas
legis cõdendæ,& non ſanctis,ut d.cl.paſto.
§.fin.de re iud.ita dicit Abb.in d.c. ſua in 3.
no.& Fel.ĩ d.c.innitaris.Pro hoc eſt tex.in c.
per uenerabilem qui filij ſint leg.& Abb.in
c.qualiter,& qñ,in 1.no.& 2.de accuſ.Secus
eſt, quo ad ſolam interpretationem diuinæ
ſcripturę,non ad deciſionẽ cauſarum: quia
tũc potius creditur dicto ſanctorum,quam
ſummo Pontifici, ſm gl.in c.1.in glo.1.20.
diſt.& Abb.in d.c.ne innitaris, circa fin. &
ibi etiã Fel.in 2.col.uer.ſecundus caſus,&c.
78 †Item intellige,niſi dictũ alicuius ſancti eſ
ſet conforme cũ nouo uel ueteri teſtamen-
to,& ſic eſſet munitũ auctoritate noui, uel
ueteri teſtamenti, quia tunc præfertur cui-
cunq; legi,etiam ſummi Pontificis in deci-
ſionibus cauſarũ.Gl.eſt, quæ cõmuniter ad
hoc allegatur, in c.de libel.20.diſt.& tex.cũ
glo.in c.placuit,§.1.36.q.2 & Abb.in c.tua,
de dec.& in d.c.qualiter,& quãdo.el 2.in 1.
not.de accu.& Alex.in l.1.col.9.ff.ſi cer.pe.
& Fel.ĩ d.c.ne innitaris ver.tertius caſus de
conſt Et ratio eſt ſm Docto.in locis præall.
& maxime Abb.in d.c.qualiter, & quando,
quia tunc Papa diſponẽs cõtra teſtamentũ
nouum uel uetus,dicitur diſponere contra
ius diuinum,& ſic dicitur potius errare, q̃
legẽ facere,ut no.gl.in c.à nobis de deciſio.
79 †Quod tamen limita,niſi Papa diſponeret
ad limitationẽ iuris diuini,ꝙ facere põt ex
cauſa,vt ſupra dixi,per ea,quę no Abb.in c.
fin.col.2.& 3.de conſi.nam tunc credit po-
tius legi põtificis,& ei nõ derogatur per au
ctoritatm ſancti, quãuis conformẽ cum te-
ſtamento ueteri uel nouo, quia ipſa auctori
tas ſancti tunc limitatur,ſicut limitatur, &
ipſum ius diuinũ,ita declarat Fel. in d.c.ne
innitaris uerſi.tertius caſus,ibi,ſed conſide
ra,&c.& eſt de mẽte Abb.in d.c.qualiter,&
quãdo in 1.no.dum allegat.Inn.in d.c.quæ
in eccleſiarum.Et de hac poteſtate Papæ,ui-
de plene per Alua.in c.1.epiſcopũ uel Abb.
in uſi.feu.ceſſante autem diſpoſitione ſum
mi Pont.Poſſunt dicta ſanctorũ allegari ad
deciſionis cauſarum.Ita tenet Abb. in c.cũ
apoſtolica, in 3.not.de his quę fin. à pręl.&
Abb.in c.certificari in 3.no.de ſep.& ĩ c.cũ
cauſam in ver.no.de elec.ubi loquitur de le
80 ge diuina. † Vidimus hucuſq; declaratio.
nem nouem legũ,quæ fuerunt in tpe à crea
tione hominis.Poſſet modo dubitari,an lex
diuina,ſeu ius diuinum ſit aliquod ius ſepa
ratum a dictis nouẽ iuribus.Dic ꝙ non,ſed
includitur in dictis nouem. Nam omnes le
ges de mũdo diſtinguuntur in duo mẽbra.
Aut.n.ſunt diuinæ,aut humanæ,ſeu poſiti-
uę,c.oẽs leges 1.diſt.Leges diuinę ſunt quę
diuina prouidentia ſunt cõſtitutę,& in hoc
membro comprehenditur lex Moſaica, lex
ꝓphetica,lex euãgelica,& lex apoſt. ut pa-
tet ad ſenſum,quia omnes iſtæ leges habue
rũt originẽ ab ipſo Deo, ut ſupra declaraui.
81 † Itẽ ſub hoc mẽbro legis diuinę poteſt cõ
prehendi etiam ius naturale, & ius gentiũ,
quia diuina fuit prouidẽtia conſtitutum.§.
ſed naturalia inſt. de iure nat. & probat̃ in
d.c.oẽs leges, & tenet Abb.in c.fi.ĩ 4.in no.
de conſe.uetuſt.& gl.in c.ius nat.1.diſtinct.
82 † Humanæ uero leges dicũtur leges poſiti
uę,quę ſunt cõditę ab hominibus ad eorum
beneplacitũ, prout eſt ius ciuile poſitiuum,
& ius canonicũ poſitiuum.ſ. ꝙ fuit factum
a Pontificibus, nã tale ius canonicũ inquã
tum eſt poſitiuum,põt etiam dici ius ciuile
ad differẽtiam iuris diuini,ex quo eſt muta
bile,ſicut ius ciuile.Ita tenet Bal.ĩ c.licet u-
niuerſis,uer.itẽ no. de teſt. ubi appellat ius
canonicũ,eſſe ciuile,quãtus nõ cõtinet legẽ
antiquam,uel euangelicã.Idẽ tenet gl.in d.
c.ius naturale.1.diſt.licet quidam dicant,ꝙ
lex canonica ſit ius diuinũ ꝑ c.filius de teſt.
& c.minus de iureiu.& c.1.de iura.cal.tamẽ
contrarium probat tex.& ibi Abb. in 3.no.
in c.nõ debet de cõſang.& affi.ubi leges põ
tificum appellãtur ſtatuta humana.Pro cõ-
cordia tame iſtorum iuriũ,multum placet
diſtinctio,quã facit Bal. in d.c.licet uniuer-
ſis de teſt.& eſt de mente Abb.in d.c.1.col.
3.in 7.no.de iur.cal.& in d.c.nimis,col.fi.
ut dicamus,ꝙ lex canonica ſit in partẽ diui
na,& in partẽ poſitiua.Nã diuina dr̃,quan-
tus eſt extracta a lege diuina Moſaica, uel
noua,& quãtus continet illa diuina præce-
pta



pta, quæ in nouo, & ueteri teſtamento ſunt
ſcripta,poſitiua uero dicatur, quantus con-
tinet illas diſpoſitiones, quæ ſunt factæ per
Põtifices ad eorum beneplacitum, quæ ſunt
mutabiles, quia hoc reſpectu dicitur ẽt lex
ciuilis, ut ſupra dixi, & ita loquitur dictũ c.
83 nõ debet.†Quid autem de iure *f* Feudorũ,
f an dicatur ius ſeparatũ à dictis nouem iuri-
g bus? Dic ꝙ nõ, ſed includitur *g* ſub iure ciui
li. Nã iſtud ius Feudorũ appellatur ius con-
h ſuetudinariũ, *h* quia leges Feudorũ dicun-
tur uſus, & cõſuetudines Feudorũ, ut patet
ex prima rub.Feudorum, & no.And.de Iſer.
in proœ. Feu.col.fi. & tangitur per oẽs ſcri-
bẽtes in præludijs Feud. unde dicitur ius nõ
ſcriptum,quia eſt conſuetudinariũ,ergo eſt
ius ciuile,ut in §.conſtat, & §. ex non ſcrip.
inſt.de iur.nat. Et ita hoc ius Feudorũ inter
leges ciuiles numerat Abb. in ca.firmiter in
84 fi.illius prin.de ſum.Trin. & fi.cath. † Fuit
autẽ compilatus liber feudorum à quodam
Oberto de Orto, qui fuit magnus iuriſcon.
& fuit ciuis Mediolanenſis,ut inquit text.in
c.1. quæ ſit prima cauſa bene. amit. ita hoc
declarat Alu.in ca.1. in prin.de feud. cog.&
in ca.1.in prin. in qui.cau.feu. amm. Poſtea
uero, quia liber iſte Feud. fuit ſemper lectus
in ſcholis publicis,& fuit cõmuniter appro-
batus,fuit factus ex hoc authẽticus,& habet
plenã fidẽ,ſicut aliæ leges ciuiles ſcd̃m And.
de Iſer.in præl.Feu.in 1.q.& Mar.Lau.& cõ
muniter Doc. in præl. Feud. Idem tenet uir
magnæ auctoritatis Iac. de Bel.in c.1.§.fin.
de his,qui feu.dar.poſ.ubi hoc bene ꝓbat ꝑ
quatuor argumenta,cui Iac.de Bel.eſt valde
credendum in materia Feudorum, hinc Io.
de Imo.in c.cæterum,colum.1.de iud.dixit,
ꝙ qñ in materia feudali ſunt uariæ opin.
Doc.credendum eſt potius Iac de Bel.quam
alijs,ex quo Iac.de Bel. fuit ualde peritus in
hac materia, & pluries legis hunc titulum,
& librum Feudo. & ipſe proprie Iaco. de
Bel.in d.c.1.§.fi.de his qui feu.da.poſ.teſta-
tur ſe legiſſe librum Feudorum octo uicib.
Et illud dictũ Io.de Imol. refert Iacobinus
in ſuo trac.feu.in uer.dictiq; uaſalli ꝓmiſe-
runt non cõmittere felloniã,&c.col.19.hãc
ẽt opi. ꝙ liber Feu. ſit authẽticus, tenet Iaſ.
85 in præl.feu.in 1.& 2.col. † Qualiter autem
hodie ſunt in obſeruãtia iura Feudorũ? Dic
ꝙ in Regno noſtro Siciliæ primo ſeruatur
cõſtitutio regni, & ubi eſt dicta cõſt.tractãs
materiam feudalem, præfertur omni iuri,
tam cõi,quam cõſuetudinario, ut dicit tex.
in proœ.conſt.§.fi.& in cõſt, parit, & tenet
And.de Iſer.in c.1.in fi.de feu.cog.& eſt tex.
in conſt.ut uniuerſis,& ibi gl.in uer.aut ceſ-
ſante aſit conſtitutione,tunc in materia feu-
dali recurrimus,ad ius conſuetudinarium,&
ſic ad librũ Feudorum, quod ius quoad hoc
86 præfertur iuri cõmuni.†Vnde cauſę feud.ĩ.
decidunt̃ per iura Feudorũ, & poſtea quan-
do caſus non reperitur deciſus per iura Feu-
dorũ, recurrimus ad ius commune,text. eſt,
ibi And.de Iſer. & omnes ſcribẽtes in d.c.1.
de feu.cogn,maxime Iac.de Bel. ibi,& Mar.
Lau.& Iaſ.in l.1.colũ.15.C.de iureemph.&
Alex.in cons.55.col.4.in 4.uol.Et tunc,quia
iura cõia non tractant ꝑciſe de feudis,recur
rimus ad iura loquẽtia de uſufructu, & em-
phyteuſi, arguendo de ſimilibus ad ſimilia
hoc probatur ex his, quæ dicit Bal.in d.c.1.
col.2 ſuper gl.2. de feu.cog.ubi dicit,ꝙ cau
ſæ feudales, quæ non reperiuntur deciſæ per
conſuetudines Feudorum decidũtur per ar
gumenta iuris ciuilis,idẽ dicit Alex.in con-
ſi.5.colũ.2.uerſ.pro hoc facit,&c.in 5.uolu.
87 † Item probatur per regulam, quæ dicit,ꝙ
ualidum eſt argumentum de emphyteuſi ad
feudum, & econtra, ut declarat plene Iaſ.in
d.l.1.col.14.& 15.C.de iu.emph.& Pet.Phi.
Cor.in conſi.117.col.6.in 1.uol.& Lud.Ro-
88 ma.in conſi.212.colũ.1.† Sed quia dixi ceſ
ſante iure cõſuetudinario,recurri ad ius cõ-
mune, quæro de quo iure communi intelli-
gitur, an de ciuili, uel de canonico. Iſta eſt
pulchra quæſtio, & poſſet accidere in aliã
quo caſu,in quo ius ciuile uariaret a iure.ca
nonico, quia declaraui ſupra, ꝙ tũc quodli-
bet ius ſeruatur in foro ſuo, an ita ſit dicen-
dum in feudo? Dic ꝙ non, imò tunc cauſa
feudalis decideretur ſcd̃m ius canonicũ, nõ
aũt ſcd̃m ius ciuile, quod ius canonicũ ſer-
uaretur in utroq; foro, & hoc ꝑꝑ iuramen-
K tũ, *K* quod interponitur in feudo per uaſal-
los,Iſtud fuit ſingulare dictũ Bal.in c.impe-
rialem.§.fi.col.4.uer.quæro ſi pares ſunt ſu-
ſpectæ,&c.de proh.feu.ali.ꝑ Fed,& illud di-
ctũ ſequitur Alex.in d.conſ.5.col.4.in prin.
ver.accedit.in 5.uol.& Barb.in add.ad Abb.
in c.1.de op,no.nun.in addi.quę incipit, An
leges,&c. & Felin.in ca. in cauſis col.1.circa
fi. de teſt. per quod ſingulariſſimum dictum
poſſunt decidi multæ quæſtiones in mate-
ria

89 ria feudali.† Hinc poſſet inferri per illud di
ctum, ꝙ non diceretur deſerta appellatio in
cauſa feudali, per non præſentationem pro-
ceſſus intra quinquaginta dies, ſm conſt.ap-
pellationum tempora, quia habemus ius ca
nonicũ contrarium, ſcilicet text.in cle.ſicut
de appel. qui dat integrũ annũ ad proſequẽ
dum, & illa conſtitutio eſt iuris ciuilis, & nõ
loquitur præciſe de feudis, unde ſeruaretu r
ius canonicum, & idem poſſet dici in omni-
bus caſibus, in quibus differt ius ciuile à ca-
nonico, ſed hoc non pono pro conſtanti.
90 † Item inquantum dixi, ꝙ conſuetudines
Feudorum præferuntur iuri cõi in cauſis
feudalibus, intellige, qñ conſuetudo. & uſus
feudorum eſt rationabilis, ſecus ſi irrationa-
bilis, quia tũc non ſeruatur, nam dicitur po-
tius corruptela, u t no. And. de Iſer.in c.1.§ n
morib.ſi de feu.fue.contr. & eſt glo.in c.1.in
gl.1.de feu.cog. & ibi And. & alij Doc. Idem
tenet And.de Iſer.in proœ.feu.col.4.in 1.q.
pro hoc eſt tex.in c.cum tanto de conſ. & in
91 c.nõ debet.de conſang. & affi.† Item illud
quod dixi, ꝙ conſuetudines feudorũ præſe-
runtur iuri cõi in deciſionibus cauſarum, in-
l tellige, *l* qñ caſus eſt expreſſe deciſus p uſus
feudorũ, ita dicit Bal.in l.1. & 2.C.de ſuis, &
leg. & in l.cũ oportet in fin illius princ.C.de
bo. quælib. Alias non ſumitur argumentum
à contrario ſenſu in uſib. Feudorum, ſed re-
92 currimus ad ius commune, † quia argumẽ-
tum à contrario ſenſu, non dicit' expreſſa de
ciſio, ſed potius quædam coniectura, l.apud
antiquos.C.de fur. & ibi gl. & dicitur ſubau-
ditus intellectus, ſm Bal. & ibi gl.fin.in l.2.
C.de cond. inſer. ita notabiliter tenet Alex.
in conſi.7.col.fi.in 5.uol. & Iaſ.in l.1.col.15.
93 C. de iu.emph.† An autem iura Feudorum
ſeruentur in feudis eccleſiaſticis, communi-
m ter tenetur, *m* quod ſic, ſm Bal.in c.cæterũ,
colum.1.uer.nota ibi ab eccleſia, & c.de iud.
& Alexan.in conſ.10.col.2.in 5.uol. & Fel.in
c.2.col, 23.uerſic.de diuerſorum, & c.de reſc,
94 † Quod autem de iure Longobardo, an ſit
ius ſeparatum ab illis nouem legibus ? Dic
quod non, ſed includitur etiam ſub iure ciu.
cum iſtud ius Longobardum fuerit ſimili-
ter cõditum ab Imperatoribus, & Regibus,
ſicut aliæ leges ciuiles. Nam fuerunt quidam
reges Apuliæ, qui condiderunt illud. Qui
reges primo uenerunt de Germania in Sar-
diniam, & de Sardinia in Apuliam, ut teſta-
tur Ale.in l.pro hærede.§.fi.ff.de acq.hære.
& erant prout ipſe dicit, quidam reges ha-
bentes longam barbam, & ideo fuit appella-
tus ius Longobardum. Idem etiam tenet
Odofr. quẽ ibi refert Bal.in auth. dos data.
C.de don. ante nup. Fuit autem compilatus
dictus liber Lõgobardorum, a quodam Ca-
rolo, ut ſentit gl.in c.1.33.q.1. & dicit Alex.
in d.l pro hærede.§.fi unde appellatur capi-
tularium Caroli. ſm gl.in c.quicunque, 12.
q.1. & declarat Aluar in præludijs feudorũ,
col.5.in 4.q.prin. Ex quo tẽpore fuerunt iſti
Lõgobardi, & quanto tempore durauerunt,
& de geſtis eorũ, habetur plene per Archie-
piſcopum Florentinũ, in 12. lib.ſuorum hi-
95 ſtor.in 2.par.c.6.† Sed iuxta hoc ꝓ comple
mento, quæro de utili, & ardua q uidelicet,
An iſtud ius Lõgobardũ *n* ſit hodie in uſu,
maxime in hoc regno Siciliæ, & an præfera
tur iuri Rom. iſta eſt ardua quæſtio, & mul-
tum uentilata inter Doctores, & aduocatos
huius regni, & æpius uidi de ea dubitari, &
nunquam uidi, nec potui claram deciſionẽ
inuenire, quia multi Doctores tangunt, &
oẽs in concluſione ſicco pede pertranſeunt,
non reſpondendo ad contraria. Vnde poſtq̃
caſualiter euenit, ut ipſam tagerẽ, intẽdo ea
plene diſcutere, ſaltẽ ut aperiam uiam conſi
derandã alijs, & ut tanto tempore dubitatã
quæſtionem ad aliquã firmam concluſionẽ
pro debilis ingenij qualitate reducã. Eſt igi-
tur ſciendum, ꝙ tota dubitatio Doctorũ ſu
per iſta qu.proceſſit ex conſtitutione regni,
deinde ſm conſuetudines approbatas, & de
inde ſm iura cõia Longobarda, uidelicet, &
Romana, & ſic in ordine ꝑmittit ius Longo
bardum, & poſtea Romanũ, ergo ſequitur,
quod in hoc regno iudex debet iudicare ſe-
cundum ius Lõgobardum, & ꝑfer.e ipſum
iuri Romano, quia ille ordo uerborum da-
tus per illam conſtit.dat, & deſignat ordinẽ
executionis, per ea, quæ plene habentur per
96 Abb. & Fel.in c.cum dilecta.de reſc.† Nunc
procedendo ad examinationem huius q.re-
feram primo auctoritates, quas reperio pro,
& contra, & deinde diſputando articulum,
firmabo concluſionem, quæ uidetur mihi
uerior, & magis obſeruata in hoc regno. Et
primo, quod ius Longobardum debeat ſer-
uari in hoc regno, adducitur dicta conſt.pu-
ritatem, quæ præponit idſum iuri Rom. ut
ſupra dixi in tantũ, ꝙ dicit ibi And.de Iſer.
quòd



ꝙ illi, qui non utuntur eo iure, ꝑp conſue-
tudinẽ, non excuſantur, quia eſſet conſuetu
do cõtra conſtitutiones regni, quæ reproba
tur, ut in proœ.conſt.§.fi. Secundo, adduco
auctoritatem eiuſdem And.de Iſer.in prælu
dijs feu.in 3.qu.col.1.vbi expreſsè tenet, ꝙ
in regno Siciliæ ſeruatur ius Lõgobardum,
q̃a cõſtitutio regni hoc præcipit, & ibidem
circa fi.illius q.dicit, ꝙ illi, qui nõ ſeruantur
dictũ ius, nõ excuſantur cõſuetudine per ra-
tionem prędictã. Tertio, adduco gl.in conſt.
vt vniuerſis, in verſi.aut in defectu, & c. quæ
in iudicando ſimiliter præponit ius Longo-
bardum iuri Ro. Quarto, adducitur auctori
tas And.de Iſer.in cõſt.præſenti lege la 3. &
in conſt. ſi quando contigeri, ubi ſimiliter
dicit, quòd ius Lõgobardum præfertur iuri
Rom. Quinto, adducitur idem And.in c.im
perialem, §.præterea ducatus, col.2.in fin.de
proh.feudi alien. per Fed. vbi expreſſe dicit
ꝙ in regno viuiter iure Longobardo, & qui
allegat ius Francorum, debet illud probare,
cũ ſit ius ſpeciale in regno. Sexto adducitur
idẽ And.in c.1.ver.bona vacantia, quæ ſint
reg.in uſi.feu.ubi plures dicit, quod in regno
ſeruatur ius Longobardum. Septimo, addu-
citur auctor Matt.de Afflict.in dec.268.cõ-
ſil.Neap.in 2.col.vbi dicit, ꝙ in regno præ-
ſumitur quælibet ciuitas viuere iure Lon-
gobardo. Octauo, adducitur auctoritas Ale.
in l.pro hærede.§.fin.ff.de acq.hær. vbi refe
rendo And.de Iſer.in præludijs feu. conclu-
dit de mente And. quod ſaltẽ Longobardæ
leges, quæ fuerũt cõditæ ab Imperatoribus,
ſeruari debẽt, cum ſint generales Nono, ad-
ducitur idẽ And.in conſt.vt vniuerſis, circa
fi.ubi dat ordinem, quomodo procedatur in
regno.ſ.vt primo iudicetur ſm conſtitutio
nes.deinde ſm cõſuetudines, & demum ſm
ius Longobardum, poſtea ſecundum ius Ro
manum. Decimo, adducitur idem And. in
conſt.ſpeciale.ubi dicit, q̃d' prius ſeruat' ius
97 Longobardum, & poſtea ius Rom. † Econ-
tra uerò, ꝙ iſtud ius Longobardum non ſit
in vſu, adducitur primo auctoritas Odof.in
auth.dos data, quẽ ibi refert Bal.C.de do.an
te nupt.ubi dicunt ambo, ꝙ lex Longobar-
da, non eſt lex, neque ratio, & ideo receſſit
98 ab aula.† Secundo, adducit' auctoritas Bal.
in l.ſi vita.in fi.C.de nup.ubi dicit, ꝙ de iſto
iure Longobardo non eſt curandum, niſi in
loco, ubi eſſet illius obſeruantia, ſm conſue
tudinem loci. Sed in hoc regno, eſt potius
contraria conſuetudo, quia non ſeruatur, ut
infra dicam, ergo de eo non eſt curamdum.
99 Tertio, adducitur Ant.de Iſer.in ca.1.§.fin.
in fi.de notis Feud.ubi dicit, ꝙ ius Longo-
bardum, eſt ius aſininũ, & caret ratione, & iõ
nõ ſeruatur ubilibet. Quarto, adducitur idẽ
And.in c.1.col.1.de Feu.cog.vbi dicit, ꝙ iu
dex ceſſantibus conſuetudinibus, debet uti
lege Romana, uel Longobarda, ubi illo iure
uiuitur, unde præponit ius Romanum iuri
Logobardo, & dicit ibi ſeruari debere ius
Longobardũ, ubi eo iure uiuitur, vnde in-
nuit, ꝙ eſt ius ſpeciale, ſicut dicimus de iu-
re Francorum, ergo probari debet, ꝙ eo iu-
re viuitur, per ea, quæ not.And.de Iſer. in d.
c.imperialẽ.§.præterea ducatus, dum loqui
100 tur de iure Francorum. † Quinto adducit'
auctoritas Arch. in c. quicunque.11 q.1.ubi
dicit, ꝙ lex.Longobarda, eſt lex inualida, &
non poteſt confirmare aliam legẽ inualidã.
Sexto adducitur auctoritas Aluat. in prælu-
dijs feu.col.5.in 4. q. ubi confirmat dictum
Bald.in d.auth dos data, & in d.le.ſi inuita-
101 † Septimo, adducitur Arch. in c.cum deuo
tiſſimam.12.q.2.ubi dicit, ꝙ iſta lex Longo
barda, appellatur lex vulgaris, prout ẽt text.
ibi eã appellat, ex eo quia ab hominibus vul
garibus, & rudibus fuit compoſita, unde tan
to minus debet ſeruari. Octauo adducitur
auctoritas Lucę de Penna, in l.1.C.de cond.
& proc.lib.11.vbi expreſſe dicit, ꝙ ius Lon
gobardum non debet præferri iuri Roma-
no, niſi vbi ſeruatur de cõſuetudine. Nono,
adducitur.Bal.in c.tranſ.de conſt. vbi dicit.
ꝙ tranſlato regno, ſeu imperio, transfertur
ẽt lex regni ſiue imperij, unde licet ius Lon-
gobardũ potuiſſet ſeruari tẽpore, quo eran
illi reges Apuliæ, quia tñ regnũ fuit poſtea
ab eis tranſlatũ, debet cenſeri tranſlata etiã
lex eorum, & ſic dicta lex Longobarda non
deberet ſeruari, ſicut dixi ſupra de le. Moſai
ca, que fuit tranſlata una cum ipſo ſacerdo
tio in Chriſtum, & in le.Euangelicam. Deci
mo, & ultimo, adducitur, nouiſſima, auctori
tas Matthide Affl.doctoris Neapolitanis.in
ſuo cõmento ſuper d.conſt.puritatem. in 4.
colu.vbi expreſsè videt' firmare op.Lucæ de
Penna ſ.ꝙ ius Longobardum non præferat'
iuri Romano. & ibi dicit, ꝙ iſta opin.ſemp
ſibi placuit, & dat bonã expoſitionem addu
conſt.puritatem, quę in rei ueritate ſalua ra
tione.

ſione recti ſerminis non poteſt procedere vt infra dicam. Habemus ergo hucuſque decem auctoritates pro vna parte,& 10 pro alia parte contraria, unde quæſtio redditur valde dubia, ſi quis tamen vellet tenere primam partẽ,quæ videtur fulcita auctoritate auth.ſ.per tex.in d.conſt. puritatem, poſſet reſpondere ad oẽs decem auctoritates cõtrarias.Et primo,ad dictum Bal.& Odofr.in d. auth.dos data,ꝙ Odof.& Bald.non fuerunt regnicolæ, & ſic veriſimiliter non potuerũt habere notitiam illius conſt.puritatem,quæ nõ ſeruatur in regionibus eorum. Dicta ergo eorum,procedunt de iure cõi, fatendo, ꝙ poſtquam ſuperuenit ius cõe Romanum, receſſit illud ius Longobardum ab aula. Sed quia ius noſtrũ municipale huius regni protum eſt dicta conſt.puritatem, iubet illud ſeruari,tenemur nos regnicolæ obedire illi conſtitutioni.Eodẽ modo poſſet reſponderi ad dictum Bal.in d.l.ſi inuita C. de nup.uel poteſt dici,ꝙ illud dictum Bal.facit pro primo parte, quia dicit non eſſe de eo curandum, niſi in loco, ubi uiget uſus legis Longobardæ, ſed in hoc regno neceſſitamur ad utendum tali iure, per d. conſt. puritatem, ergo bene eſt de eo curãdum.Ad tertium.ſ. ad dictum And.de Iſer.in c.1.in fi.de no.feu. põt reſponderi,quod And. eſt ſibi contrarius in quam plurib.locis,prout ipſum retulit ſupra in 1.parte huius q.unde magis eſt adhærendum dictis ſuis pro prima parte,quia melius fuit tũc locutus,cum habeat tex.illius conſt.
102 pro illa parte. † Nec obſtat, ꝙ illud ius ſit aſininũ,& ſine ratione,quia in lege hoc non conſideratur,nã licet lex aliqua ſit dura, vel iniuſta,tamen ſeruanda eſt, quia ita vult legiſlator.l.proſpexit.ff.qui & a quibus, ſic in propoſito, ius Longobardum ſeruandum eſt quia ita vult legiſlator per d. cõſt. Ad quartum.ſ.ad dictum And.in c.1.de feu.cog.poteſt reſponderi,ꝙ nõ debet inſpici ordo ſcripturæ ipſius And. cum habeamus ordinem legis,qui eſt potius attendẽdus.Et ſi And dicit,ꝙ debet ſeruari,ubi eo iure uiuitur debet concordari cum alijs dictis ſuis,& faciat minorem conſequentiam, uidelicet. In hoc regno uiuitur eo iure, ergo ſeruari debet in regno.Et ſi negates minorẽ,ſ.ꝙ non uiutaur eo iure in regno, hoc non poſſet eſſe aliter, niſi ex cõtraria conſuetudine,quæ cũ ſit contra conſtitutionem,eſt reprobata, per tex.in procœ.conſt §.fi.& dixi ſupra in 1.parte,unde ſi ita non uiuitur,ſufficit,ꝙ ita debent homines uiuere,& ita neceſſitat, per d. conſti.
103 † Ad quod facit illud,qđ dicimus,ſcire,& debere ſine ſũt paria,l.qđ te.ff.ſi cer.pe.& gl. in l.pe.C.de pe ti.tut.& no.Aluar.in c.vaſallus ſi feudũ,in 1.not.ꝑ illũ tex.ſi de feu.fue. contr.Ad quintum.ſ. ad dictum Arch. in d. c.quicũq;.11.q.1.põt reſponderi,quod ꝓcedit generaliter de iure communi,non aũt in hoc regno,ubi habemus text expreſſum, ut ſupra dixi de auctoritate Bald. Et eodẽ modo reſponderi põt ad ſextũ & ſeptimum dictũ.Ad Octauum.ſ.ad dictum Lucæ de pœ. in d.l.1.C.de cond.& proc.lib.11.põt reſponderi eodẽ modo,quo reſponſũ fuit ad quartumdictũ,dicit.n.ꝙ ubi ſeruatur de conſuetudne,præfertur iuri Romano. Sed in hoc regno ſeruatur,vel ſeruari debet,per d. cõſt. ergo præfertur. Præterea in hoc regno eſt maioris auctoritatis And.de Iſer. qui appellatur legum euangeliſta, quã Lucas de Penna,unde debet præferri dictũ And.qui contrariũ tenet, maxime in præludijs feu. in 3.
104 q.& in alijs loeis ſupra alleg.† Ad nonũ.ſ. ad dictũ Bal.in c.tranſ.de conſt.de facili reſponderi põt,fatendo dictum ſuũ.ſ.quod cũ trãſlatione regni transferatur ẽt lex, niſi nouus regnator legem ueterem cõfirmet, quia tũc ſeruatur lex uetus ex noua confirmatione,qa ita vult nouus dominus, ita ꝓprie dicit And.in d.3.q.in prælud.feud Et ibi ſubdit exẽplum de notario unius comitus, qui poteſt facere contractum in alio comitatu, uolente domino illius comitatus, ſed nouus dñs in regno tranſlato,qui fecit illã cõſt.uoluit cõfirmare ius Longobardũ, ergo ſeruari debet.Ad decimũ.ſ.ad d.Matth.de Afflic. in d.conſt.puritatẽ,poteſt reſponderi, prout fuit reſpõſum ſupra ad octauũ dictum. ſ. ad auctoritatem Lucæ de Penna, ex quo ipſe Matth.imitatur,& confirmat opinionẽ Lucæ.Et dũ ipſe Matthæus dat nouã expoſitionẽ ad dictam cõſt.puritatem, faciendo unã extraneam conſtructionem, dico ꝙ talis ſua conſtructio uitiat penitus literã illius conſt. & non poſſet ſaluari,ſalua ratione recti ſermonis:Nã uerba illius conſt.ſunt hæc formalia,uidelicet,Ac demum ſm iura cõmunia, Lõgobarda,uidelicet,& Romana,&c.Et ſic primo ponit dictũ in genere.ſ. ſm iura cõia deinde illud genus exẽplificat per dictionẽ, uidelicet, & in illa exemplificatione ponit æqualiter ius Longobardum & Romanum, deſignans ꝙ ambo ſunt iura communia, & præponit in ordine ius Longobardum. Illa ergo determinatio.ſ.iura communia,&c.relata ac iſta duo determinabilia.ſ. ad ius Longobardũ,& Romanũ, dẽt ea pariformiter determinare.ſ.ꝙ ambo dicãtur iura cõia,le. nam hoc iure,& l.Lucius,ff.de vulg.& pup.
106 † Et hoc ꝓpendit ex illa dictione, vz,q̃ eſt dictio declaratiua,& reſtrictiua p̃cedentiũ, ſm Bar in l.1.ff.ad l.Aquil & Frãc.de Aret. in l.ſi fundum,ff man.& not.in c.ſtatutum. el.2.& ibi Gem.de hær.lib.6.& eſt tex.in ca. tranſm.de eo,qui cog.conſang.ux.ſuæ.& in l.cum quidã.§.1.ff.de uſu.& declarat Iaſ.in l.idẽ in duobus.§.pſonale in 1. no.ff.de pac. & in l.iuſiurandũ,qđ ex cõuentione,§.ꝓc. col.4.ff. de iureiur. unde concluſiuè ꝑ illam dictionẽ, uidelicet, illa iura communia declarantur, & reſtringuntur æqualiter ad iura Longobarda, & Romana, cum ordine ſuo, qui colligitur ex ipſa ſcriptura,per quã declarationem,quæ eſt ueriſſima, prout uerba,& mens legiſlatoris ſonant,apparet non procedere expoſitionem Matthæi, dum dicit,ꝙ debent illa verba conſtit,ita conſtrui, uidelicet.Ac demum ſm iura communia, & Romana, & Longobarda, & ſic vult peruertere ordinem legis.Aſſignat ipsã rõnem, quia ius Longobardum nõ eſt cõmune, ſed eſt ſpeciale in hoc regno, & ideo illud adiectiuum,cõia, non põt referri ad ius Longobardum,quod non eſt ius cõe, vñ de neceſſitate refertur ad ius Romanum, & ſic reperitur prius in ordine literæ ius Romanũ.Ego dico,ꝙ talis conſtructio non procedit, quia procedere nõ põt,ſalua ratione recti ſermonis,ut ſupra dixi, & peruertit ordinẽ illius
106 conſt.cõtra mentẽ legiſlatoris.† Ad rationem domini Matthæi reſpõdeo, quòd imò illud adiectiuum, communia, poteſt referri ad ius Longobardum, nã dato, ꝙ ſit ius ſpeciale in hoc regno,quia tamẽ ſeruatur,facit ius commune in regno, & cũ dicta cõſtitutio intẽdat ponere legem in hoc regno tm̃, quia extra regnũ non extendit uires ſuas, o
voluit loqui de iuribus ſeruandis in hoc regno,in quo nomine ius municipale, ſeu ſpeciale dicitur ius commune, ex quo derogat iuri cõi,ita dicit Alex.in l.poſt dotẽ. col.11. ff.ſol.ma.& idem Alex.in addi. ad Bal.in l. conſt.in fi.ubi ẽt Bal.ſentit.C.de bo.quæ li. & Bal.in l.illa inſt.ĩ fi.ff.de hær.inſt.& Lud. Ro.in rub.ff.de arb.ubi dicunt, ꝙ eſt cõpromiſſum in arbitriũ,ꝙ pendeat pronunciare ſm ius municipale illius loci, quia tale ius facit ibi ius cõe ſm eos. Sic ergo in propoſito, licet ius Lõgobardũ ſit ſpeciale in hoc regno,tñ facit in eo ius cõe.unde per p̃dicta merito illa uerba conſt. puritatẽ, debent intelligi,prout iacent,qa bene poſſunt referri tam ad ius Lõgobardum, quàm ad ius Romanum.

Verùm,non obſtantibus prædictis, licèt hæc prima pars uideatur bene defenſata ab impugnationibus contrarij, ego tamen indubitanter teneo hanc ſecundã partem contrariam ſ.ꝙ imò in regno ius Longobardũ non præferatur iuri Romano, ſed ꝙ ipſum ius Romanum ſit in uiridi obſeruantia, & præferatur,& eo iure quilibet uiuere præſumatur,niſi ſi,& quatenus ex aduerſo ius Lõgobardum probaretur unde teneo hanc concluſionem. Quòd alleganti, quòd in regno uiuantur iure Longobardo,vel in aliqua ciuitate regni, incubat onus probandi.Et hãc meam concluſionem probabo non ſolũ per ius cõmune,& leges iuris communis, ſed ẽt per ipſammet conſtitutiones regni, & per alia iura municipalia, nec non per rationes urgentiſſimas. Et quia omns auctoritates contrariæ, quæ fouent primam partem,nituntur ex ſola deciſione illius cõſtit. puritatem, quæ uidetur eſſe principale fundamẽtum opinionis cõtrariç,ergo prius nitar tale fundamẽtum optimis medijs penitùs demoliri,ad hoc ut totum ædificium deſuper eo conſtructum corruat,iuxta tex. in c.cum Paulus.1.q.1.unde poſt ea,mea opinio luce meridiana clarior, & ſine aliquo obſtaculo
107 apparebit. † Aſſumo igitur uerba dictæ conſt.puritatem.Et uenio ad ipſius interpretationem,& declarationem, per quam apertiſſimè oſtendam,qùòd illa conſt. nõ meretur allegari pro illa prima parte,ſed potiùs pro hac ſecunda parte contraria, quàm teneo. Et præſuppono, quòd totum dubium faciebat ille o ordo ſcripturæ,in quo ius Lõgobardum priùs nominatus, quàm ius Romanũ, unde debet prius ſeruari, arg. l.quoties.ff.de uſufr.& l.generaliter,§.ſi quidem, ff de fideicom.lib.Hinc dicit Bald.in le.aduerſus.C. de fur. quòd prior in ordine ſcri-

108 pturæ, præſumitur prior in tempore. † Et
dicit Bal. in l. 1. C. de imp. & alijs ſubſt. quod
ex ordine ſcripturæ datur regula, & dicunt
Barto. & Bald. in 1. conſt. C. in fin. col. quòd
ſi repeniuntur duo inſtrumenta ſcripta in ea-
p dem charta *p* præſumitur prius illud, quod
præcedit ex ordine ſcripturæ. Idem tenet
Mod. in l. 1. ff. ſolu matr. Et dicit Bald. in l. ſi
duas in princip. ff. de exc. tut. quòd ex ordi-
q ne ſcripturæ præſumitur *q* ordo intellectus
Idem plenè tangit Fel in ca. cum dilecta de
109 reſcr. † Ad hoc præſuppoſitum, reſpon-
deo, ut incipiam tollere dubium, & dico.
ſic. Vbicunque mens diſponentis eſt certa.
non conſideratur nec inſpicitur ordo ſcri-
pturæ in legibus. Ita tenet Barto per illum
text. in l. cum pater, §. fidei tuæ committo,
ff. de leg. 3. & idem Bar. in 2. §. prius in
fin. ff. de vulga & pupilla, & ita intelligitur
tex. in l. nec enim. ff de ſol. idē tenet Bal. in l.
ſi duas, ff. de exc. tut. ubi dicit, quod quando
diſpoſitio loquentis eſt certa non curamus
ordinem uerborum. Sed in terminis dictæ
conſt. puritatem, mens diſponentis eſt cer-
tiſſima, qualiter, & quando uelit ſeruari ius
Longobardum, ut modo declarabo, ergo
non debemus curare illum ordinem. Et ꝙ
ſic certa mens diſponentis, probo. Nam
uerba formalia illius conſtit. ſunt hæc. vi-
delicet, Ac demum ſecundum iura com-
munia Longobarda, uidelicet, & Roma-
nas, prout qualitas litigantium exegerit, iu-
110 dicabunt, &c. † Nota igitur, quod illud
uerbum, iudicabunt, determinat & perfi-
cit totam orationem, præcedentem, & ta-
men ante quam oratio ſit perfecta, eſt
inſerta illa clauſula, prout qualitatis li-
tigantium exegerit, &c. quę clauſula de ne-
ceſſitate debēt referri ad hoc ultimum capi
tulum. ſ. dū loquitur de iure cōmuni Lōgo-
bardo, & Romano, pluribus de cauſis. Pri-
mo, quia eſt inſerta in medio ipſius capitu-
li. ſ. ante quam oratio eſſet completa, quo ca
ſu ad ipſum tantum capitulū refertur, & nō
ad alia præcedētia ſeparata ſm Bar. in l. talis
ſcriptura, col. 2 circa fi. ff. de leg. 1. & Bar. in
l. fi. ff. de reb. dub. per tex. cū gl. in l. filiū, ff.
quādo dies leg. ce. & tenet Phil. Dec. in cōſi.
14. col. 3. in fi. uer. & cum talis clauſula, &c.
Secundo, quia ſupra in dicta conſt. præceſſe
runt duo alia capitula, videlicet, primum, ꝑ
iudices iudicent ſm cōſtitutiones, ſm ꝙ in
defectu earū iudicent ſm cōſuetudines ap-
probatas, ac demum ſm iura cōmunia, &c.
Et ad illa duo capitula præcedentia non po
teſt referri dicta clauſula, prout qualitas liti
gantium, &c. quia reſultaret legum cōtrarie
tas. Nam legiſlator vult, ꝙ omnino ſeruen-
tur conſtitutiones regni, & non attendatur
qualitas litigantium, nec conſuetudo cōtra
111 ria, ut in proœ. conſt. §. fin. † Item ubi eſt
cōſuetudo approbata in ciuitate, illa habet
vim legis, & illā tenentur ſeruare omnes de
ciuitate. quia dicitur lex municipij. l. 1. C. de
emend. lib. & l. de quibus cum ibi not. ff. de
leg. & inſt. de iure na. §. ex nō ſcripto. & c. cū
cōſuetudinis, &c. fi. de conſ. unde non atten
ditur qualitas litigantis contra antiquā con
112 ſuetudinem. † Ergo ſequitur, quòd ſtan-
r te cōtrarietate, quæ ſemper *r* euitāda eſt, il
la clauſula non poteſt ad alia capitula refer
ri niſi ad hoc ultimum, cum poſſit aſſigna-
ri ratio, quare ad alia non referatur, ut di-
cunt Bart. Bal. & cōmuniter Doct. in l. 1. C.
de lib. præt. & Bart. in d. l. talis ſcriptura. ff.
de le. 1. & in l. ſi idem cum eo. §. fi. ff. de iur.
om. iud. & Alexā. in conſi. 48. col. 3. uerſi. ſed
ita, in 1. uol. Cum ergo dicta clauſula de ne-
ceſſitate referatur ad hoc ult. cap. ſatis clare
patet de mente diſponentis, ꝙ non vult iu-
ra Longobarda præferri præcisè iuri Rom.
ſed illa ſeruari ſecundum qualitatem litigā
tium, prout ibi exponit And. de Iſer. ſcilicet
ut ille, qui uiuit iure Longobardo, iudicetur
per ius Longobardum, Ille uerò, qui uiuit
iure Rom. iudicetur per ius R. ergo ſequiť,
quòd ſi litigator uiueret iure R. nō compel
litur iudex iudicare ſecūdum ius Lōgobar-
dum, & ſic non præferet ius Longobardum
Romano, quia ergo apparet de mente di-
ſponentis, non eſt curandus nec inſpiciēdus
113 dictus ordo uerborum, ſed ſola mens. † Se
cundo, principaliter quòd dictus ordo non
ſit curandus, adduco aliam regulam, ubicun
que ordo poniť in aliqua diſpoſitione (gra-
tia exempli) pro doctrina nunquam cēſetur
poſitus pro forma, nec ſeruari debet tex. in
c. decernimus, & ibi Card. de iud. ubi epiſco-
pus, & Abb. præferūtur in ordine Archiepi-
ſcopo, & tamen nulli dubium eſt, quod Ar-
chiepiſcopus eſt dignior, & deberet primo
nominari, & non eſt alia ratio, niſi quia illa
nominatio fit gratia exēpli, unde non inſpi
citur ordo, ita etiā tenet Fel in d. c. cum di-
lecta,



lecta, col. 6. uerſ. 2. declara, & c. de reſcr. ſed
propoſito in d. conſt. puritatem, illa nomi-
natio iurium Longobardi, & Romani, fuit
facta gratia exempli, qđ patet per illā dictio
nem, uidelicet, quæ eſt dictio declaratiua. &
exemplificatiua, ut ſupra dixi. Nam primo
dicit ſecundum iura communia, & poſtea
exemplificat declarando, quæ ſint iſta iura
cōmunia, ergo ſequitur, quod ille ordo non
114 eſt inſpiciendus. † Tertio, quia ubi cōſtat
de ordine intellectus, non curatur nec inſpi
citur ordo ſcripturæ, ita dicit Bar. in l. ita ta
men. §. qui ſuſpect. & in l. Scæuola, circa fi.
ff. ad Trabell. Sed ibi conſtat de ordine intel
lectus qui eſt, ut in uiuentibus iure Longo-
bardo tantùm ſeruetur ius Longobardum,
& non in alijs. per illā clauſulam prout qua-
litas, &c. ergo non curatur ordo ſcripturæ.
115 † Quarto, quia quādo ordo ſcripturę per
turbat ordinem neceſſitatis, non attenditur,
imò reducitur ad ordinem neceſſitatis. Ita
tenet Bart. in l. Gallus. §. quidam recte, colū.
2. ff. de lib. & poſth. & ibi per alios Doct. &
Bar. in leg. 1. in fin. C. de exc. rei iud. ſed in d.
conſt. eſt ordo neceſſitatis, quod in uiuenti-
bus iure Rom. ceſſet ius Longobarbum, ſed
tunc præferatur, quando litigantes eo iure
uiuerent, ergo iſte ordo eſt attendendus, nō
ordo ſcripturæ. Quintò, quod dictus ordo
non ſit ſubſtantialis nec inſpiciendus, pon-
dero unam aliam conſt. uidelicet, conſt. quæ
incipit, ut uniuerſis, ubi ſunt ſimilia uerba,
& nulla fit mentio de iure Longobardo. Nā
dicit, quòd iudices iudicent ſm conſtitutio
nes, & deinde ſm conſuetudines, & demum
ſecundum iura. non ſpecificando quæ iura,
quo caſu in dubio appellatione iuris ſimpli
ſ citer, uenit *ſ* ius R. per antonomaſiam §. ſed
quoties inſt de iur. nat. unde illa cōſt. ſentit
totum contrarium, & ſic facit pro parte no-
ſtra quia ceſſante conſuetudine, debet iudi-
cari ſecundum ius Rom. ergo præponitur
ius Longobardo, & hanc ponderationem
ſentit etiam Matth in d. conſt. puritatem.
Sed poſſet aliquis inſtare, & dicere, quod
illa conſt. ut uniuerſis, eſt correcta per cōſt.
t puritatē, q̃ eſt ſequens, & *t* poſterior in or-
dine ad hoc dico, ꝙ imo non eſt correcta,
quia dicta cōſt. puritatem, dicit illud idem,
niſi quia addit illam limitationem in uiuen
tibus iure Longobardo, unde illa conſt. pu-
ritatem, eſt potius limitatiua, q̃ correctiua,
quia ſemper in dubio uitanda eſt legū cor-
rectio. l. præcipimus. C. de appell. & l. ſanci-
mus. C. de teſt. Dicamus ergo ſic, iungendo
utrāque conſt. ꝙ iudex ceſſante conſuetudi-
ne debet iuſtificare ſm iura. ſ. Rom. & ita lo
quitur conſt. ut uniuerſis, fallit, quando qua-
litas litigantiū aliud exigeret, quia tunc pro
cedit cōſt. ut uniuerſis, & ponit regulā, cōſt.
116 uerò puritatē, ponit limitationē. † Cui re-
gulæ ſtandum eſt donec probetur limitatio.
c. ad decimas. de reſt. ſpol. lib. 6. & no. Bar. &
Doct. in l. ex quacūque. ff. ſi quis in ius uoc.
non ierit. Sexto, ꝙ dictus ordo non ſit inſpi
ciendus, nec formam inducat, pōdero noui-
ter unam aliam cōſt. ab alijs nō ponderatā,
quæ incipit, cum circa, quæ mandat iudici
bus, & officialibus, ut decidāt cauſas iuxta
tentorem conſtitutionum, & iura, & conſue
tudines approbatas, & iſtæ eſt ordo forma-
lis, quod ad uerba illius conſt. cū circa, & ſic
primo dicit ſm cōſtitutiones, poſtea ſm iu-
ra, & poſtea ſm cōſuetudines. Certe ſi uelle
mus inſpicere ordinē uerborū, ex quo pro-
cedit ius commune, præfertur ius commune
cōſuetudinibus, quod eſt falſum, quia imò
conſuetudines derogant iuri, & præferunt
iuri, ut d. conſt. puritatem, & l. de quib. ff. de
leg. & l. 1. C. de manc. lib. Patet ergo, ꝙ ibi
nō inſpicitur ordo ſcripturæ, prout ēt dicit
ibi glo. unde minime dēt inſpici in d. conſt.
puritatem, cū de eodem caſu loquatur. Præ-
terea, illa cōſt. cum circa, eſt poſterior, & di-
cit ſm iura ſimpliciter, unde intelligitur de
iure Rom. ut ſupra dixi in præcedenti argu
mento. & ſic faciliùs tolliť illud motiuū ſu-
117 pra factū, cum ſit poſterior. † Septimo, pō
dero conſt. quæ incipit, ſpeciale. quæ uult, ꝙ
unus ſit ordo iudicij in omnibus ꝑſonis, &
nominat ibi ſigillatim, ſiue q̲s fuerit Fran-
cus, ſiue Rom. aut Lōgobardus, & ſic in or-
dine nominat ultimo loco Longobardum,
ergo patet, ꝙ eſt minùs dignus tanquā ulti-
mo nominatus. Nam primò nominatus cen
ſetur maior, & dignior ſm Bal. in l. cum q̲-
dam, col. 1. C. de uerb. ſign. per l. 1. ff de albo
ſcr. & Bal. in auth. hoc amplius, col. pe. C. de
fideic. facit tex. in l. quoties. ff. de uſuf. Lōgo-
bardus ergo ultimo loco nominatus, cenſeť
minus dignus, vnde meritò eſt poſt ponēdus.
per hæc igitur ſeptē argumenta, & pondera-
tiones ſatis uř ſublatum dubium, quod fie-
bat ex ordine illius conſt. puritatem, quæ ſe-

ptem rõnes tollunt & deſtruũt totũ funda-
mẽtũ tenẽtiũ partẽ cõtrariã, qui oẽs ſe fun
dant p illã conſt. Ac firmãt rõnes p̃dictæ,&
corroborãt hãc ſcđam partẽ,quã teneo. Sub
lato ergo obſtaculo de ponderatione illius
conſt.firmo , & corroboro mõ hanc ſcđam
partẽ, tanq̃ ueriſſimã,infraſcriptis alijs for
118 tiſſimis rõnib.& argumentis. Et primo ad
duco regulã,q̃ ſe ita hẽt. Oẽ id,qđ eſt magis
dignũ,& nobile,dẽt p̃ferri minus digno,&
minus nobili. Regula eſt trita in iura q̃ tra
dit̃ in §.fin.inſt.de iure nat. & in c.ꝙ in du-
bijs de cõſ.eccl.uel alia,facit tex.in c.epiſco
119 pus 95.diſt.† Sed negari nõ põt,ꝙ ius Ro
manũ , eſt dignius iure Longobardo , pluri-
bus de cauſis. Primo,rõne cauſæ efficientis,
quia ius Longobardũ fuit pro maiori parte
conditũ à quibuſdã regib. Apuliæ,ut ſupra
dixi,in prin.huius q. Ius uero Rom.fuit con
ditum,& cõpilatum ab Imp. Iuſtin.qui fuit
dñs totius mundi, l.deprecatio.ff.l.ad l.Rh.
de Iac.& tanto dignius,& nobilius dr̃ opus,
quãto à nobiliori, & digniori ꝓcedit. Vnde
dicimus magis dignũ eũ , q acquirit digni-
tatẽ immediate à principe,q̃ eũ qui acqui-
rit ab inferiore, ut inquit Spec.in tit.de cita
tione.§.iam de citatione, col.4.uer.porro ſi
ſũt plurẽs,&c. ꝓ hoc eſt tex.in l.2.ff.de alb.
ſcr.& tex.cũ gl in c.per tuas.de maio.& ob.
120 & in c. cũ in diſtribuendis.de tẽp.ord.† Le
ges ergo Imp. cenſentur procedere ab ipſo
Deo , quia Imperator dr̃ diuina gratia con-
ſtitutus, ſm Andr. de Iſern.in rub.de proh.
feu.alie per Loth.& eſt Imperator in terris,
ſicut Deus in cœlo,& dr̃ habere diuinũ nu-
mẽ,ſm And.de Iſer.ĩ c.1.ver.ad felicẽ,q̃ ſint
121 rega. † Scđo,rõne iuſtitiæ,& melioris rõ
nis . Nã ius Rom. & p̃ſertim leges Iuriſcõ-
ſultorũ fuerũt factę cũ tãta iuſtitia,& rõne,
ut eis in iuſtitia aliqua inueniri nõ poſſit,ut
teſtat̃ And.de Iſer. in conſt.ſi dam.col.fi. in
prin.hoc ẽt ꝓbat̃ inſt.de lege Fuſia Canina
tol. p totũ tit. ubi Imperator ſuſtulit illã le-
gẽ tanq̃ ſine rõne,& in q̃ pluribus alijs legi
bus ſimilibus ſublatis in corpore iuris, ius ve
rò Longobardũ eſt ius iniuſtũ , & ſine rõne
factũ,unde appellat̃ ius aſininũ,ſcđm And.
in c.1.§.fi.de notis feu.& Bal.& Odof.in au
th.dos data. C.de don.ante nupt.meritò eſt
poſtponendũ iuri Romano,& non p̃ponen-
dum. Secundo,principaliter iſtã partem con
firmo,per d.conſt.puritatẽ, retorquendo ip-
ſam cõtra tenentes primã partẽ, quam pon-
dero in duobus locis. Primo,dũ dicit,prout
qualitas litigantium exegerit , exponendo,
prout exponi ibi And. de Iſer.& ſupra dixi.
Nã per illa uerba pmittit illa conſt.ꝙ in Re
gno uiuatur iure Rom. & iure Longobardo
permiſſiuè, & non imperatiuè,unde nõ im-
ponit neceſſitatẽ,ꝙ quilibet uiuat iure Lon
gobardo. Itẽ permittit,ꝙ iudices præferant
ius Romanũ iuri Longobardo in uiuentib.
iure Rom. ſequitur ergo, ꝙ malè allegat̃ il-
la conſt.per eos,qui dicunt,ꝙ de neceſſitate
in hoc regno uiuitur iure Lõgobardo, & il-
lud præfertur iuri Romano, quia ſi eſſe iſta
neceſſitas,illa cõſt.loqueretur præciſè,ꝙ iu-
dices indiſtinctè ſeruent ius Lõgobardũ , ſi
ue aliquis uiuat eo iure ſiue non , ſicut dixit
præciſam obſeruantiã conſtitutionũ, & con
122 ſuetudinum.† Sed quia noluit loqui præ-
ciſè,ſed permiſſiuè,referẽdo ſe ad qualitatẽ
hoĩum per dictionem,prout,quæ eſt dictio
relatiua, & limitatiua , ſcđm Bar in l.edita,
col.pe.C. de edẽ.& eſt tex.in l.ꝓut ff.de ſol,
& in cl.1.uolumus.de foro cõp.& no. Bar.in
extrauag. ad reprimendum in uer. prout &
Phil.Dec.in conſi.63 . col.4. Sequitur ergo,
ꝙ tota obſeruãtia iuris Longobardi,depen-
det a qualitate uiuẽtiũ,ergo non eſt præciſa
nec neceſſaria. Vnde illa cõſt.puritatẽ,facit
potius ꝓ iſta parte, quã teneo. Aliã ponde-
123 rationẽ illius conſt.dicam infra.† Tertio,
iſtam partẽ confirmo, quia ritus magnæ cu
riæ uicariæ dat mũdualdũ in Regno mulie-
ribus, tantum uiuentibus iure Longobardo,
ut dictat ritus magnæ curiæ in num. 48.in-
cipiens . Item quòd curiæ ipſæ &c. Ergo a
contrario ſenſu mulieribus uiuentibus iure
u Romano,nõ dat mũdualdũ,cũ *u* ẽt in ſtatu
to capiat̃ argumentũ cõtrario ſenſo , qñ di-
ſponit ſup caſu nõ prouiſo à iure cõi,prout
eſt ille ritus,ita tenet Ale. in l.1.col.12.uer.
ſecunda concl, ff. de off. eius, cui mand. eſt
iur. Bald. in l.apud antiquos. C.de fur. & in
l.2.C.de cond.in ſer. Mundualdus eſt indu-
ctus à iure Longobardo,& tamen ille ritus,
q facit ius nouiſſimum, in hoc regno coar-
ctat hanc obſeruantiam tantum in mulieri
bus uiuentibus iure Longobardo , ergo à
contrario ſenſu permittit mulieres huius
regni uiuere iure Romano , ſi uolunt , &
124 quòd non utantur mundualdo , † Iſtud
tamen de mundualdo mulieris limita pro-
cedere



cedere,qñ mulier contrahit noĩe proprio,ſe
cus ſi noĩe alieno, puta procuratorio,vel tu
torio noĩe,quia tũc ualet contractus, ẽt ſine
mundualdo,ſm Alex.in l.quęſitum.col.fi.ff.
de ius uoc.& Paul. de Caſt.in l.cuicunque,
125 §.ſi ab alio ff.de inſt.† Quarto, iſtã partẽ
cõfirmo per id, qđ fuit deciſum in ſacro cõ
ſi. Neapolitano,ut refert Matth. de Afflict.
in deciſ.ſacri conc. 260. ſ. ꝙ mulier uiuens
iure Longobardo,non poſſit facere teſtm̃ ſi
ne mundualdo,ergo ſi uiuit iure Romano ,
põt facere ſine mũdualdo, Ergo pmittit̃ ui-
uere iure Romano,qa ſi nõ pmitteret̃, fuiſ-
ſet indiſtinctè deciſum , ꝙ nullũ teſtm̃ mu-
126 lieris ĩ regno valeat ſine mũdualdo† Quin
to, cõfirmo p gñalẽ conſuetudinẽ huius re-
gni,& obſeruãtiã notoriã tẽporis , cuius nõ
x extat memoria ĩ cõtrariũ, q̃ hẽt uim *x* legis
& priuilegij , ſm Abb.in c. ſuper quibuſdã ,
§.præterea de uerb.ſig.& And.de Iſer. in c.
imperialem,§.præterea ducatus,col. pen. in.
princ.de proh.feu.alie.p Fed. & in c.1. uer.
flumina nauigabilia,col.2. quæ ſint reg. &
in cõſt.ſi dub.col.3.& in cõſt. quadrag. col
1.ꝙ hr̃ in l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff. de a-
qua quot.& eſt. Quæ obſeruãtia eſt, ut ſolo
iure Romano uiuat̃,& ꝙ penitus ſit iuri Lõ
gobardo derogatũ, & hoc patet euidenter ,
quia quam plures diſpoſitiones iuri Longo-
bardi, nõ ſolũ nõ ſeruant̃ in regno , uerùm
ẽt ſeruant̃ totũ contrariũ,ut uidemus in te-
ſtamẽtis mulierũ,quę in omnibus ferè ciui-
tatib.huius regni fiunt ſine mundualdo , &
hoc eſt notoriũ maxime inter oẽs tabellio-
nes huius regni,& per ſchedas tabellionum
127 mortuorũ.† Itẽ de iure Longobardo co-
gnati in ſucceſſionibus , adeo ꝙ non ſucce-
dũt,nec ẽt mater filio,tanq̃ cognata. Itẽ fi-
lij naturales nõ excludũtur totaliter p filias
legitimas,& nãles de iure Longobardo,ꝓut
hæc oĩa notat gl & ibi per Doc.in c.1.§.hoc
aũt,de his qui feu.dare poſ. Et tñ uidemus ,
ꝙ ĩ regno ita ſuccedũt cognati,ſicut agnati
& oñdit̃ ſola gradus p̃rogatiua , ſm formã
§.nullã,in Auth.de hær.ab int.& l.ceſſante.
C.de leg hęr. Itẽ filij nãles excludunt̃ per fi-
y lias legitimas, niſi aliqd ſibi relinquat̃ *y* ꝓ-
mentis,iuxta c.cũ haberet,de eo,qui dux.in
uxo.quã pol. pdul.& ſic ſola obſeruantia iu
ris Romani uiget. Et de hoc reperiuntur in-
finitæ ſententiæ latæ tã in ſacro concilio,q̃
in oĩbus curijs ciuitatũ huius regni, ſic etiã
& quã plura alia exẽpla põt ſtudioſus inue
ſtigare , in quibus differt ius Romanum a
Lõgobardo, & in eis ſolo Romano iure vti-
mur in regno . Ergo cẽſetur abrogatum ius
Longobardum, ſaltem ex gñali conſuetudi-
ne tam antiqua,& inueterata in hoc regno,
unde meritò dicit Bald.in d.auth. dos data.
ꝙ tale ius receſſit ab aula, qa abijt in deſue
tudinẽ. Qñ ergo eſſet diſceptatio,quo iure
uiuat̃ ĩ regno, ſufficeret allegare hanc noto
riã obſeruãtiã,qa ſi ius Romanũ ſeruatur in
iſtis exẽplis ꝓpoſitis,præſumptio eſt, quod
ſeruetur etiã in alijs omnibus,quia ſi ius Ro
manũ ſeruatur,ergo eſt ius ſaltẽ longiſſimo
uſu approbatũ,iuxta l.de quibus,ff de leg.
& niſi contrariũ probet̃,in alijs exemplis,eſ
ſet ſemper ſeruãdum,prout notoriè ſeruat̃ .
128 † per ea,quæ tradit And de Iſer.in d.c.im
perialẽ,§.præterea ducatur,col.2.in fin.uer.
ſed qũo probabitur,&c.vbi dicit,ꝙ ius Frã
corum ſi probandum eſt, ſufficit probare,ꝙ
aliàs illi de domo ſeruauerunt, ꝙ primoge-
nitus ſuccedat,quia ex hoc ſolo transfundit̃
onus probãdi contrarium in aduerſariũ, er
go patet , ꝙ ex ſola probatione unius capi-
tuli iuris Francorũ præſumit̃,& probatur,ꝙ
uiuatur iure Francorum,quãto fortiùs id di
cendũ eſt in iure Romano, cuius obſeruãtia
ꝓbat̃ notoriè ex mille,& ĩfinitis capitulis,&
antiquiſſimo tpe? vñ ſuccedit diſpoſito l.mi
129 nime.ff.de leg.† Et ꝙ iſta gñalis obſeruan
tia,& cõſuetudo tanq̃ notoria non indigeat
probatione,ſed ſufficiat eã allegari, eſt deci
ſio in term. Bal.in l.1.col.2.in fi.uer.ſed hic
quæro.&c C.ad Velleia. ubi expreſsè dicit,
ꝙ cõſuetudo notoria ẽt quælibet ex inſpe-
ctione oĩum publicorũ inſtrumẽtorũ,& nõ
oportet eã probare. Sexto,nũc põdero iterũ
dictã conſt. puritatem,q̃ retorqueo pro iſta
parte,quã teneo,& iſta eſt noua ponderatio,
& ab alijs hactenus nõ cogitata. Nã vult illa
conſt.ꝙ primò iudicet̃ ſm cõſtitutiones, po
ſtea ſm cõſuetudines approbatas, & poſtea
ſm iura &c.p hoc qđ dico,ꝙ ſtãte cõſuetu-
dine generali in hoc regno, ꝙ cauſæ decidã
tur ſm ius Romanũ,prout ſupra probaui,il
la cõſtitutio decidit caſum noſtrũ ꝓ iſta par
te,quia pręponit cõſuetudinẽ iuri Lõgobar
130 do.† Sed nulla poteſt eſſe fortior,& melior
cõſuetudo, q̃ illa,quæ eſt cõformis iuri cõi,
ut eſt tex.no.in ca.ſopitę,& ibi not.extra de
cenſ.& in c.cum dilectus,de cõſ. & ꝙ poſſit

eſſe conſuetudo conformis iuri cõi , tenet
Abb. in c fi. col. pe. in prin. de conſ. iſta ergo
gñalis obſeruantia iuris Romani contra ius
Longobardũ, induxit quandã notoriam , &
approbatã conſuetudinem conformem iuri
cõi Romanorum, unde ſm hãc conſuetudi-
nẽ dẽt prius iudex iudicare , & ea ceſſante ,
tunc demum recurret ad ius Longobardũ ,
& ita ſubtiliter bis ponderata illa conſt. pu-
ritatẽ, facit ꝓ iſta parte, imò ſi aliqd dubij
haberet dicta cõſuetudo, reciperet interpre-
tationẽ à iure cõi Romanorũ , q̃ eſt ius ge-
nerale, le. ſi ſerui ueſtri. C. de noxa. act. & hr̃
in d. c. cũ dilectus. nõ aũt reciperet interpre-
tationem a iure Longobardo, qd̃ eſt ius lo-
cale, ſm Bal. in c 1 §. & q̃a uidimus, col. 6. in
fi. de his, q̃ feud. dare poſ. Septimo, & vlt. ꝓ
iſta parte adduco oẽs illas decem auctorita
tes , quas ſupra collegi arguendo pro hac 2.
parte, quæ oẽs remanent in ſuo robore, qui
bus, dato q̃ ſupra diſputando uoluerint rñ-
dere, tñ nunc tãgẽdo ueritatẽ, dico dictas re
ſponſiones nõ eſſe ſufficientes. vnde inquan
tum ad primam, ſecundam, quintam, ſextã,
& ſeptimam auctoritates dicebam eos pro-
cedere de iure cõi, ſecus eſt in regno p̃ d. con
ſti. dico , q̃ eſt mala rñſio , ex quo in regno
nihil reperitur innouatum contra dictas de
ciſiones: ut ſupra probaui, & d. conſt. purita-
tem, facit potiùs pro iſta parte, imo eſt con-
formis cum dicto Bald. in d. l. ſi inuita. C. de
nup. qui dicit, q̃ de tali iure nõ eſt curandũ,
niſi in loco, ubi ſeruatur de cõſuetudine, vn-
de fateor iſtud, q̃ qñ ex aliqua parte regni
probaretur, q̃ illud ius ſeruatur, uel q̃ eo iu
re uiuitur , ibi eſſet ſeruandum , & non ali-
bi & hoc propriè vult d. cõſt. ut ſupra dixi ,
in onus probãdi ſemper incubit allegãti il-
lud ius, cũ ſit ius locale, ut ſupra declaraui ,
unde remanẽt dictæ quinque deciſiones in
eorũ robore, & obſeruãtia, cum iure cõi vta
mur. Itẽ ad tertiã auctoritatẽ And. de Iſer.
in c 1. de notis Feud. dico non eſſe bene re
ſponſum, quia imo meliùs fuit locutus ibi ,
quam alibi, ex quo tale ius ſine ratione non
debet ſeruari, & maxime , cum dicta deciſio
ſit cõformis cũ deciſione Bal. & aliorũ Doc.
ſupra alleg. unde cẽſetur magis cõis, cũ plu-
rium auctoritate fulciatur, l. 1. uer. & ſane cre-
brior, ff. de off. quæſto. nec ꝓcedit arg. de le.
ꝓſpexit. ff. qui, & à quibus, quia non reperiť
dictũ ius præciſe aprobatũ per regni conſt.

niſi in loco ubi uiget, & ita dicit idem And.
in c 1. de feu. cogn. & ibi ẽt Bal. magis clarè,
q̃ alius, dicit expreſſe, in 1. col. qd̃ inter eos,
qui uiuunt iure Romano, cauſa deciditť ſm
ius Romanum , & inter eos, qui uiuunt iure
Longobardo, cauſa deciditur ſm ius Longo
bardũ, unde habuit Bal. ibi propriè ſenſum
d. cõſt. puritatẽ. Nec ualet reſponſio data ad
quartã auctoritatem. ſ. And. in d. c. 1. de feu.
cog. quia nõ eſt uerũ, q̃ cõſtitutio neceſſitet
homines huius regni, q̃ uiuant iure Longo-
bardo , imò ponit in eorũ arbitrio, ut ſupra
probaui. Itẽ, ad octauã auctoritatem Lucæ
de Pẽna reprobatur reſponſio eodem modo
quo præcedẽs. Nec obſtat q̃ And. eſt maio-
ris auctoritatis , quia cum ſit ſibi ipſi contra
rius in plurib. locis, tenenda eſt eius auctori-
tas, ubi meliùs dixit. Ad nonã auctoritatẽ ſ.
in c. tranſ. de conſt. minime ualet rñſio, quia
nego , q̃ ſucceſſores in regno confirmaue-
rint præciſe , & neceſſario ius Longobardũ:
ſed ut ſupra dixi , imo , ſi placuiſſet illud ius
Imperatoribus , inſeruiſſent illud in uolu-
minib. iuris ciu. ſed quia nõ inſeruerunt, ap-
paret, q̃ tale ius reprobauerunt , prout in ſi-
mili arguit Alu. in præl. feu. in 4. q. Itẽ rñſio
data ad decimã auctoritatẽ Mat. de Afſl. qui
ſequitur Luc. de Pẽna, minime procedit per
eaſdem rõnes, & ſic remanet iſta pars com-
probata, & firma. Supereſt tantum rñdere
ad decem auctoritates contrarias adductas
pro prima parte , ad quas ſatis patet rñſum
ex prædictis, quia quãtus expreſſe dicunt, q̃
ius Lõgobardum pferatur, malè loquuntur,
& ueriores ſunt auctoritates cõtrariæ, & ma
xime , cum ut plurimum , ſint auctoritates
And. de Iſer. qui tenet alibi contrarium, ſo-
lum rñdeo ad quintã auctoritatẽ And. in d.
§. præterea ducatus, nam loquitur ibi de iure
Longobardo , & Francorum, non aũt de iu-
131 re Romano. † Et uerũ eſt, q̃ ius Francorũ,
eſt ſpeciale ius, & onerosũ, & contra ius cõe
ut dicit And. in d. §. pterea ducatus, colum. 5.
in addi. inde dẽt probari per allegantẽ, alias
nõ preſumitur, unde qñ eſſet differẽtia inter
ius Francorũ, & Longobardũ, fateor q̃ po-
tius preſumatur ius Lõgobardũ, maxime in
ſuccedendo , ex quo eſt conforme cum iure
cõi, in eo q̃ admittit oẽs filios æqualiter ad
ſucceſſionẽ ſecus eſt, qñ differentia eſſet in-
ter ius Longobardũ, & ius Rom. ꝓut eſt q.
noſtra, quia tunc potius Romanum præfer-
tur,



tur, & proſequitur per pdicta. Vltimò ſuper
eſt rñdere ad id, quod dicit And. in d. conſt.
puritatẽ, & in præl. in 3. qu. prin. circa fi. ubi
dicit, q̃ iſta cõſuetudo, per quam aliqui nõ
ſeruant ius Longobardũ, non ualet, quia eſt
contra conſtitutiones Regni , unde tales nõ
ſeruantes, nõ excuſantur conſuetudine, ſm
eũ in hoc dico indubitanter, quòd And ma
lè loquiť, & dicit cõtra caſum d. conſt. purita
tẽ, ibi, prout qualitas litigãtiũ, &c. quia imò
d. conſt. approbat hãc conſuetudinẽ, cum p̃
mittat, q̃ uiuatur iure Romano, & q̃ iudex
ſequať ius Romanũ in uiuẽtibus ſm illud.
Quod fortificatur ex his, quæ ſupra dixi ad
corroborationẽ huius partis . Vnde melius
locutus fuit And. in d. c. 1. de feu. cog. & ibi
Bal. ubi dicit, q̃ ſeruať, ubi eo iure uiuiť, er-
go ubi eo iure non uiuitur, non ſeruatur, &
ſic põt eſſe cõſuetudo, q̃ eo iure nõ uiuatur,
cõcluſiue ergo teneo, q̃ ius Romanum præ-
fertur Lõgobardo, & qui dicit, q̃ uiuit iure
Longobardo , dẽt hoc probare, & ſimiliter
incũbit onus probãdi ei, q dicit, q̃ in regno
uiuiť iure Longobardo , & non præſumitur,
q̃ uiuať iure Romano per ea , quæ ſuperiùs
dixi, & hanc puto eſſe merã ueritatẽ. Et per
hæc ſit expedita iſta not. q. quam nullus ha
ctenus ita plenè examinauit. † Præſuppo-
132 ſita hac declaratione nouẽ iuriũ , ut uidere-
mus a quo iure initiũ habuit ipsũ iudicium,
ſup eſt modo deuenire ad deciſ. prin. q. ſ. vñ
habuit originẽ iudiciũ . Super qua cõcludo,
q̃ iudiciũ incepit tpe iuris naturalis primæ
ui, & iuris diuini, † & ſic habuit originem
133 in Paradiſo unde expulſus fuit Adam, nã cũ
Deus creauit primum hoĩem dedit ſibi legẽ
pceptiuam , q̃ non deberet comedere de li-
gno uetito, ipſe autẽ homo fuit inobediens
& uenit contra pceptum Dei & comedit de
ligno , q̃ Deus ſentiẽs iratus citauit ipſum,
dicẽs, Adã ubi es? qui cõparauit corã Deo.
Deus increpauit ipſum ex eo , q̃ uoluit ſuis
pceptis obedire, q Adã uolens ſe excuſare di
xit, Mulier, q̃ dediſti mihi ſociã, ipſa me de-
cepit, & comedit, & ſic uoluit culpam ſuam
retorquere contra Deũ, eo q̃ malam ſociã,
ſibi dederit, & ſic tantò magis deliquit, pro
ut hæc omnia habẽtur Gen. c. 1 & c. 3. & eſt
tex. in c. ſerpẽs. de pę. d. 1. ſic ergo ex iſtis uer
bis, & replicationib. inter Deum, & Adã fuit
ortus quidam modus litigandi, qui uulgari-
ter dr̃ placitãdi, & exinde in antea inuẽtum

fuit iudicium, unde concluſiuè iudicium ha
buit originem in Paradiſo , ſm Arch. ſuper
1. rub. dec. col. 1. & Spe. in proœ. 1. partis, col.
6. verſ. ſanè placitãdi, &c. ex quo dico, q̃ fuit
inuẽtũ iudiciũ de iure naturali primęuo eo
ipſo, q̃ fuerunt creati primi parẽtes, & pp il
lã rñſionem, quam fecit Adam, nam cogno-
ſcens ſe erraſſe pp inobedientiã, fuit motus
ex quoddã naturali inſtinctu ad defenſionẽ
ſui ipſius, & in hoc cooperabat ius naturale
cõe primæuũ , fuit etiam, & cooperatio iu-
ris nat. ſecundarij. ſ. rõnis inquantum ſciuit
abdicare à ſe culpã, & applicare alij, quia ut
ſe defenderet inculpauit Euã uxorẽ ſuam, q̃
eũ deceperat, & inculpauit ſerpentẽ, ut d. c.
ſerpẽs. deinde iudiciũ habuit ſuã proſecutio
nẽ, & augumentũ de iure gentium, quo iure
oĩa mãdabantur executioni manu Regia, &
manu Principis, quia nondum erant inuen-
tæ actiones, nec magiſtratus, ut dicit tex. in
134 l. 2. prin. ff. de orig. iu. † Fuit ẽt cognitũ iu
diciũ tpe legis ueteris Moyſi in ueteri teſtõ
qui ſtatuit lege, q̃ in ore duorum, uel trium,
ſtet oẽ uerbũ, ut habetur Deuter. c 19 & ſic
erat uſus teſtiũ. idẽ probatur per id, q̃ dici-
mus de Suſanna, ut habetur Dan. ca. 13. ubi
Suſanna erat dãnata ad mortẽ p̃ depoſitio-
nẽ duorũ teſtiũ deponentiũ de adulterio p̃
eam patrato , & poſtea Daniel inſpiratus à
Deo examinauit dictos reſtes ſemotim , q̃
inuenit eos uarios in loco , unde apparuit eo-
rũ falſitas, & fuerũt interfecti & Suſanna tã
quã innoxia liberata. probať ẽt Leuit. c. 19.
ubi dr̃ . Non facies iniquũ aliquod in iudi-
cio, &c. & Deut. c. 24. ubi dr̃. Non peruertes
iudicium aduenę, & pupilli, nec auferes pi-
gnoris loco, uiduæ ueſtimẽtũ, &c. & Hier. c.
22. Facite iudiciũ, & iuſtitiã, & liberate op-
preſſum de manu calũniatoris, &c. Fuit ſuc-
ceſſiuè cognitũ iudicium in teſtõ nouo per
l. Euãgelicã, & Apoſt. ut patet de Ieſu, q fuit
ductus ad Pilatum, & in iudicio condemna
tus, licet iniuſtè, & habeť 16. d. c. 1. 2. & 3. &
poſtea fuit iudiciũ cognitum , & ampliatũ,
& magis ordinatũ per l. ciuilẽ & canonicam
ut patet in toto ti. ff. & C. de extra de iud. &
ſic ſucceſſiuè , cum hodie præfatis utamur
135 legib. utimur ẽt, & iudicio. † Fuit ꝫ autem
inuentũ iudiciũ ex neceſſitate neqs diceret
ſibi ius propria auctoritate, & ne quis ꝓpria
auctoritate audeat ſumere vltionẽ. l. nullus.
C. de iudæ. & c. ad hoc 16. q. 2. & tex. cũ gl.

in c. niſi bella. 23. q. 1. & no. Spec. in ti. de off. om iud. §. po. in prin. & idē Spec. in proœ. 3. partis, habuerunt in iura ualde ꝓ abominabili, ꝙ quis ꝓpria auctoritate ſibi ius dicat. hinc introduxerūt pœnas amiſſionis iuris. l. extat. ff. ꝙ met. cau. & l. ſi quis in tantum C. unde ui. Et per ꝓdicta remaneat expedita hæc tertia pars prin. huius tractatus. Sequitur nūc 4. pars, quæ diuiditur ꝑ diſtinctiones. Rob. Mar. Venuſ. V. I. D. Excellentiſſimus.

## ADDITIONES.

a Originem. Cagno. in rub. ff. de iudic. nu. 1. & in l. 2. nu. 31. C. de reſcind. uend.

b Inuentionem. Fran. Conua. lib. 1. Commentar. iur. ciu. c. 2. & 12. Coras. lib. 2. de redigen. ius ad art. cap. 17.

c Lex naturalis. Conua. d. lib. 1. com. iur. ciu. c. 4. nu. 4. & 6. Coraſ. d. lib. 2. de redigen. ius ad artic. cap. 3. lib. 6. miſcell. c. 25. Vacon. lib. 1. declar. iur. ciu. cap. 1. & ſeq.

d Primæuū. Conuan. lib. 1. com. iur. ciu. ca. 1. num. 3. & alij ſupra citati Corrad. lag. in method. iur. ciu. in 1. par. cap. 3. num. 2.

e Ius gentium. Conuan. d. lib. 1. comment. iur. ciu. c. 5. nu. 4. & 6. & Coraſ. lib. 6. miſcell. c. 25. & lib. 2. de redig. ius ad art. cap. 5.

f Præceptis, De alijs præceptis legis Moſaicę, uide Tiraq. in tract. de pœnis cauſa 38. nu. 5. & ſeq. & com. nu. 46.

g Alia præcepta. Videas doctiſſimum. Couar. lib. 1. uar. reſol. cap. 17. nu. 1.

h Reges. Coras. leg. 5. nu. 4. ff. de iuſti. & iur.

i Leges. Conua. li. 1. com. iur. ciu. c. 16. Coraſ. li. 2. de redig. ius de ar. c. 12. & infra nu. 26.

K Ciuilev. Conua. d. lib. 1. comm. iur. ciu. cap. 4. nu. 4. Coraſ. d. lib. 2. de redi. ius ad ar. c. 10.

l Scripti. Coras. in l. ius autē. ff. de iuſti. & iur. & in l. 2. §. his legibus nu. 5. ff. de orig. iur.

m Plebiſcitum l. plebs. ff. de uerb. ſign. cau. plebiſcita diſt. 1.

n Senatuſconſ. Conua. lib. 1. com. iur. ciu. cap. 14. Coras. lib. 2. de redig. ius ad arti. cap. 12.

o Prætorium. Conua. ubi ſupra cap. 15. & Coras. d. lib. 2. de redig. ius ad art. cap. 13.

p Conſtitutiones. Coras. d. lib. 2. de redig. ius ad art. cap. 12. ſupra num. 17.

q Leges ff. Conua. ubi ſupra cap. 15. nu. 3. & Coras. lib. 2. de redig. ius ad ar. c. 13.

r Deciſionem cauſarum. Pariſ. conſi. 6. nu. 9. & ſeq. lib. 1.

ſ Gratiani. Vide Ioan. Brunell. in repet. ca. 1. de homic. in prima par. nume. 5. & 6. Catellia. Cotta. in memor. in uerſiculo de iuriſperitis, colum. 8.

t Auctoritatis authen. §. reſponſa, num. 4. inſtit. de iur. natur.

u Sine cauſa. Nicol. bello. conſi. 2. per totum. Duenas lib. 1. regular. iur. reg. 45. appellatio iuſta in 2. nume. Pariſ. conſil. 101. nume. 70. lib. 1. de commun. Viuius in prima par. com. opin. opin. 143. Princeps de plenitudine, Bello. l. 1. ſup. iur. cap. 8. nume. 3. cum cauſa tamen poteſt. Tiraq. in præfation. tract. de pœn. num. 44.

x Conſuetudo. Tiraq. in tract. de pœn. cauſa. 38. num. 2.

y Moſaica. Tiraq. d. cauſa. 38. nume. 3. & ſeq. ſupra, num. 10.

z In teſtamentis Late per Tiraq. in tract. primog. quæſt. 67. per totum. Coraſ. lib. 5. miſcell. cap. 16. Caſtren. conſi. 377. in primo dubio lib. 2.

& Ciuili. Andreas de Alferijs conſilio 60. nu. 11. ubi annotaui ſub litera f. Aff. ẽt. deciſ. 60. nume 2. Couarr. in 2. par. relect. c. quamuis de pact. in 6. § primo.

a Contrahunt. Couarr. in epit. de ſponſ. in 2. par. §. 10. cap. 6. nu. 2. & 5. & c. 7. eiuſdem. §.

b Inter Iudæos. Quid in alijs uideas Coraſ. li. 5. miſcell. cap. 16. num. 6. & per totum.

c Princeps poteſt. Bar. in l. omnes populi. nu. 21. ff. de iuſti. & iur. Tiraq. in præfat. tract. de pœn. num. 49.

d Furari. Non omnino eſt excuſatus, ſed mitius punitur, Tiraq. in d. tract. de pœn. cauſa. 33.

e Lex canonica. Stefan. a Federi. in tract. de interpet. iur. dixi in metho. mea iur. ciu. in lib. ſing. de ipſo iure in reg. interpretationis in uerſi. Antilogica aduerſantium, & contrariorum, & in reg. correctionis in uerſicu. ex qualitate legis.

f Feudorum. De cauſa & origine iuris feudorum, uide Conua. lib. 2. comm. iur. ciu. capi. fin. A quen. in ſpeculo de feud. tit. de diffini. & inuent. Zaſi. in tract. feu. in 3. par. in prin.

g Sub iure ciuili. Grat. con. 9. nu. 49. lib. 1. Bertran. conſ. 107. lib. 2.

h Ius conſuetudinarium. Et habet uim iuris cōmunis, & dicitur ius ſcriptum, & allegatur in deciſionibus cauſarum, Caſſan. conſi. 66. nu. 40. & 45. quod intellige de cauſis feudalibus, Curt. iun. conſi. 64. nu. 14. lib. 1.

i Cōſtitutiones. Pariſ. cōſ. 21. n. 20. & ſeq. li. 1.

Pro-



K Propter iuramentū. Quia in materia iuramenti iuri canonico ſtandum eſt. Afflict. deciſ. 263. nu. 3. & deciſ. 322. num. 5.

l Intellige. Cur. iun. d. conſ. 64. nu. 14. lib. 1.

m Tenetur. Anchar. conſ. 174. Cotta in memora. in uer. Feudi quæſtio.

n Longobardum. Vide Dominum Authorem in diſput. 2. per totam.

o Ordo ſcripturæ. Bar. in l. 2. §. prius. ubi glo. ff. de fideicom. liber. & in l. 1. ff. de uulg. & pupil. nu. 1. ubi Rip. nu. 17. contra per gloſ. in uer. ſcripturæ. §. cū hæreds. Inſt. de legib.

p Præſumitur. Marſi. ſing. 672. fienda eſt ſemper circa medium.

q Ordo intellectus. Iaſ. in princ. de acti. nu. 6.

r Euitanda. Bello. lib. 4. ſup. iur. cap. 20. n. 15. & conſi. 6. nu. 13. Dec. conſi. 643. Grauet. cōſ. 70. dixi ad leg. uni. §. quibus. C. de nouo. Cod. facien. num. 17.

ſ Ius Romanorum. Cōiter determinatur, quod appellatione Iuris in dubio, intelligatur de iure municipali, Curt. ſen. conſil. 46. Socin. conſ. 9. & cōſ. 81. col. 2. lib. 1. & cōſ. 107. col. 6. lib. 2. Iaſ. conſ. 149. lib. 2. Blanc. in trac. de compromiſ. q. 1. nu. 19. Gozzad. cōſ. 90. col. 3. ubi de intellectu d. §. quotiens, Dn̄s Marcus Antonius Eugenius inſignis Doctor Peruſinus, & præceptor meus tenuit legendo quod d. §. quotiens, loquatur de iure municipali Romanorum, & non de iure communi, Dec. c. licet cauſam. nu. 3. & ſeq. ex. de probat. Iaſ. d. cōſ. 149. & conſ. 685. nu. 7. pro diſtinctione, Blanc. ubi ſup. num. 20. Veronen. in l. nominis, & rei. §. uerbū. ff. de uerb. ſig.

t Poſterior. Lex nam & poſterior. ff. de legi. Barr. in l. omnes populi. propè fin. ff. de iuſt. & iur. Cora. in l. 4. de conſtit. prin.

u In ſtatuto. Dummodo non reſultet prauus intellectus. Doct. & maximè Iaſ. in l. 1. in gl. nu. 36. ff. de offi. eius, Bar. in l. omnes populi. nu. 61. ff. de iuſti. & iur. Sil. nupt. lib. 1. nu. 212. uerſi. ſi à contrario ſenſu.

x Priuilegij. Nicol. Bell. conſ. 1. & conſ. 55. nu. 3. in fin.

y Alimentis. Tamen ſi eſt diues non tenetur relinquere alimenta, Soc. conſi. 121. num. 47. lib. 4. Calc. conſi. 59. Deci. conſi. 576. Alex. conſ. 74. num. 4. lib. 2. Duenas lib. pri. reg. ut. iur. reg. 367. filius ſpurius in prima limi. Couar. in epit. de reſt. cap. 8. in 2. par. §. 6. num. 6. Beninten. deciſi. Bonon. 22. Teſtator, Alfer. conſi. 39.

z Iuuentum. Grauatius in elegantiſſimis annotationibus ſuis, ad pract. Octau. Veſtr. in lib. 3. cap. 1. nu. 10. litera C. Lud. Alferius.

# QVARTA PARS.

## Iudiciū, duplex. Et ſuper eo loco 10. diſtinctiones, non minus acutæ, quàm copioſæ.

1 *Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud miſtum.*

2 *Cauſa ciuilis, quæ dicatur, & quæ criminalis.*

3 *Cauſa criminalis dicitur, ſi agitur ex crimine infamante, etiam ſi agatur ciuiliter.*

4 *Agi poteſt ex delicto, ciuiliter, & criminaliter, ſcilicet ad intereſſe & ad pœnam.*

5 *Actio ciuilis ubi non oritur, nec etiam oritur criminalis.*

6 *Actio ciuilis, & criminalis, quādo emulētur.*

7 *Homicidio commiſſo oritur criminalis accuſatio pœnā ac ẽt actio in factum ad intereſſe:*

8 *Expenſæ medicorum, & medicinæ debentur uulnerato, & qualiter intelligatur.*

9 *Agi an poſſit ex eodē delicto criminaliter, ex quo prius actū fuit ciuiliter, & ecōtra n. 10.*

10 *Pœna actione iniuriarum, cui applicetur.*

11 *Pœna iniuriarum æſtimatur per iudicē, quando per querelam agitur.*

12 *Iniuriarum accuſatio criminalis non datur in Regno ſi ſunt iniuriæ uerbales.*

13 *Iniuria ſi eſſet facta uiduis, eccleſiaſticis perſonis, aut miſerabilibus, pōt ex officio procedi.*

14 *Locus, & tempus commiſſi criminis, in libello requiritur.*

15 *Iniuriarum libellus, ſi conſtat per confeſſionē parti, nō requirit appoſitionē loci, & tēporis.*

16 *Iudex arbitratur pœnam ſecundum qualitatem perſonæ loci, & dignitatis, quando pœna iuris petitur quis puniri.*

17 *Iudiciū an ciuile, uel criminale dicatur, quando agens iniuriarum actione concludit iniuriantem condemnari ad ſatisfactionem iniuriæ, ſiue honoris.*

18 *Cauſa criminalis dicitur, quando de tutore (ſuſpecto agitur.*

19 *Libellus, in quo pro æſtimatione iniuriæ, & delicti ſatisfactio in pecunia petitur, nō tenet.*

20 *Pœnæ ambæ quando tendunt ad uindictam, una non tollitur per alteram, quæ non fuit ſufficienter irrogata.*

21 *Punitus mitiori pœnam, an puniatur maiori.*

22 *Cautela libellantis ut in eodem libello poſſit petere æſtimationes, & ſatisfactionem iniuriæ, & nu. 25.*

Libellus

23 *Libellus qualiter formetur, de duobus reis debendi.*

24 *Validum eſt arg de perſona, ad res, & ecõtra.*

25 *Agens iniuriarũ actione, iniuriam æſtimare põt, & in calce libelli addere, quod ſi iudex non puniuerit ſufficienter reũ: reſeruat ſibi petere ſatisfactionẽ, & talis libellus ꝓcedit.*

26 *Agens redhibitoria, poteſt proteſtare de uitijs non apparentibus.*

26 *Iudex laicus, & iudex eccleſiaſticus, an poſſint de uno delicto cognoſcere, ubi pœna ciuilis diuerſa eſt a canonica.*

28 *Libellus ut procedat, quando ſimul ex eodem delicto ciuiliter, & criminaliter agitur, debet actor principaliter agere, criminaliter petendo reum puniri, & incidenter per iudicis officium rei reſtitutionem petere.*

29 *Iudicium ciuile, & crim. poteſt æque principaliter cumulari, quando delictum eſt tale, in quo quis uenit ad mortem principaliter condemnandus.*

30 *Libellus in quo petitur aliquem puniri, & cõdemnari ad rei reſtitutionem ualet, & ſaluatur.*

31 *Verba libelli impropriãtur, ut ſaluet̃ libellus.*

32 *Cauſa ciuilis, & non criminalis dicitur, ubi ad priuationem officij agitur, niſi pœna iſta imponeretur per ſtatutum. num. 33.*

34 *Cauſa ciuilis dicitur, ubi agitur de adulterio ad ſolam ſeparationem thori, & poteſt in ea procurator interuenire.*

35 *Cauſa dicitur ciuilis, quãdo per uiam inquiſitionis, ad priuationem beneficij propter crimen, nulla præcedente accuſatione, nec exceptione agitur.*

36 *Delinquens mitiùs punitur de iure canonico, quando agitur per uiam inquiſitionis.*

37 *Cauſa ciuilis dicitur, quãdo opponũtur crimina contra teſtes ad repellendũ a teſtimonio.*

38 *Libellus in quo agitur ciuiliter de crimine, an & quãdo locum, & tẽpus continere debeat.*

39 *Cauſa dicitur ciuilis, quãdo pœna applicatur fiſco ex contractu illicito, ſecus ſi ex delicto.*

40 *Pœna pocuniaria delicti a lege introducta, an parti, uel fiſco applicetur.*

41 *Cauſæ criminales in quibus differunt a ciuilibus & an teſtimonium laici, & mulieris admittitur contra clericum, quando ciuiliter de crimine agitur, & num. 50. conſeq.*

42 *Fœminæ teſtimoniũ, & infamis æquiparãtur.*

43 *Fœminæ an ſint idoneæ teſtes in capitalibus, num. 44. & 45.*

46 *Laicus quando ſit idoneus teſtis contra clericum, & num 47. 48 & 49.*

50 *Vitium in litigioſi non inducitur, quando ſuper re aliqua agitur criminaliter.*

51 *Procurator, quando agitur de crimine iniuriarum, an admittatur, & num. 53.*

52 *Cauſa poteſt dici capitalis inſpecta aptitudine, ubi uenit pœna arbitraria.*

53 *Procurator in crimine iniuriarum admittitur, quando ciuiliter agitur ad æſtimationẽ iniuriæ, ſecus ſi criminaliter.*

54 *Pœna principalis attenditur, ubi poteſt procurator interuenire.*

55 *Procurator internenire poteſt pro muliere cõiugata, in cauſa criminali litigante. Itẽ pro uniuerſitate.*

56 *Procurator poteſt litigare pro pluribus perſonis quando criminali iudicio contra eas ſimul agitur.*

57 *Procurator admittitur ex parte accuſatoris proſequentis ſuam, uel ſuorum iniuriam.*

58 *Procurator admittitur in criminalibus ad defenſionem rei abſentis, ad inſtruendum iudicem & allegandum cauſas abſentiæ, & probandum innocentiam rei.*

59 *Iudex in pœnis arbitrarijs pro criminibus, an & quãdo poſſit imponere pœnam mortis naturalis, & nu. 60 cum pluribus ſeq.*

60 *Intellectus ad l. 2. C. de his q latro & n 65.*

61 *Pœna acerrima pro pœna mortis accipitur.*

militer dicit d.Auctor hic,quòd laicus non
poteſt in criminalibus ferre teſtimonium
contra clericum,probatur in c.de cętero.de
teſt & in c.teſtimonium.11.quæſt.1.

46 † Quod quidem non procedit,quādo deli
i ctum fuit commiſſum ubi non erat *i* cleri-
corum copia,ſecundum Abb.in d.c.de cæte
ro,licet aliter uideatur ſentire ibi.Fel.Sed d.
Steph. Aufrer. ſequitur opin. Abb. in tract.
47 de repr.teſt.nume.61.† Item non procedit,
quando delictum clerici eſſet notoriū, quia
tunc laici admittuntur contra clericū ſecun

dum eundem Abb.in d. c. de cętero.citat c. I
cum dilecti.de purg cano. & Steph. Auſrer.
48 vbi ſupra.†Item hoc procedit,ut laici non
amittantur ad plenam probationem, ſed ad
iudicium faciendum, ut ſaltim clerici ſubij-
ciantur torturæ bene admittuntur; arg. l.c.
5.cum ibi not.per Bar.& gl. ff. de adul.& l.
quæro.in fi. ff.de ædi.edic. & quod not in c.
1.de prob ſentit Innoc.in c.quoniam.eo. tit.
49 & uoluit Steph.ubi ſupra.† Itē id procedit,
quando agitur de crimine criminaliter ſe-
cus ſi ciuiliter,ſecūdū d.Auct.hic.& Abb.&
Hoſtien.in d.c.de cętero,& d. Seph. ubi ſu-
pra per cap. 2. de teſt, Item laici admittun-
tur ad teſtimonium contra clericos in cri-
minibus exceptis,ſecundum gl. in d. cap. de
cetero , pro quo allegat.cap. perpetua de ſi-
mo.& tenet do.Steph.ubi ſupra Petr.Foller.
V. I. D.
50 † Secunda utilitas eſt , quia quando agi-
tur criminaliter , non inducitur uitium liti-
gioſi ſuper aliqua re , unde non impeditur
eius alienatio,ſicut quando agitur ciuiliter,
iuxta formam.l.fi. C. de litig. & habetur in
conſt.eorum faraudib.ſecundum Bal.in c.ec
cleſia.el primo,in ſine extra, vt lite penden.
Tertia utilitas eſt circa formam libelli,quia
in criminalibus requiritur forma d. legis li-
bellorum, aliàs non procedit , ſecus quando
ciuiliter agitur de crimine, niſi crimen in-
famaret,ut ſupra proxime dixi.

A D D I T I O.Hoc tamē minime de iu
re regni procedere ſcias, quia ſi ago contra
furem criminaliter ad punitionem, & inci-
denter ad rei reſtitutionem, uel de ſpolio cō
tra ſpoliatorem , & interim res mea perue-
nerit ad alienas manus, poſſum recta uia
agere contra detenptores, quia res illa af-
fecta eſt uitio,& ad quoſcunque tranſit cum
illo uitio, vt dictat conſtitut.regni Neap. in
cip.circa violentiarum.Pet.Foll.

51 † Quarta utilitas eſt,quia quando agitur
K criminaliter,nō admittit K procurator, ubi
venit irroganda pœna a relegatione, ſupra
l pe §.ad crimē.& ibi Bar.& Doc.ff.de pub.
iud.Hinc dicimus,quod in crimine iniuriarum
non admittitur procurator,ut eſt tex.in l.fi.
C. de iniur. & ita ſeruatur in regno per ritū
magnæ curiæ uicariæ,in nu. 210. q incipit.
Itē ſeruat ipſa curia declarare. Et rō, quare
non admittitur procurator in crimine iniu-
riarū eſt,quia pro eo imponitur pœna arbi-
traria,cū poſſet iudex uſq; ad mortē l extē
dere,ut habetur in l.fin.ff.de iniur.& no. in
§.in ſumma.inſt.de iniu. ita dicit Abb. in c.
fi.in fi de purg.can. & hanc rationem etiam
52 ſentit Bar.& Bal.in d.l.fi.C.de iniu.†Et cor
roboratur p ſingulare dictū Bald.in l.eos.§.
ſuper his.uer.extra quæro,&c.C.de app. ubi
dicit, quòd ad dicendum cauſam eſſe capi-
talem conſideratur ſola aptitudo,ſcilicet, ſi
cauſa eſt talis in qua eſt pœna arbitraria , q
pœnam poteſt iudex augere conſideratis de
meritis rei,& facere capitalē,& ſic sētit Bal.
quod etiam ubi uenit pœna arbitraria,po-
teſt dici cā capitalis,inſpecta aptitudine,un
de non eſt mirum , ſi in crimine iniuriarum
non admittitur procurator , quia poſſet eſſe
tam atrox iniuria, quòd iudex poſſet ſuum
arbitrium extendere uſque ad pœnam capi-
talem , & idem eſſet dicendum in omnibus
criminibus, ubi uenit pęna arbitraria, quia
iudex poteſt repellere procuratorē, per ean-
dem rationem,ſecundum Bal.in d.l.fi. in fi.
C. de iniu. de qua materia uide aliqua per-
Fel.in c.meminimus,col.pen. & fi. de accu-
& in c.cum te.col.2.in princ de re iud.

A D D I T I O.Adde ad hæc dicta Anch.
in conſil.272.& Aymo.Craue.in conſi.224.
in 2.par.nu.3.& Ang.in l.licet.§.ad actionē
ff.de proc.circa fin.Pet.Foll.V.I.D.

53 †Limita tamen prædicta procedere,quan
do de crimine iniuriarū ageretur crimina-
liter,quia tunc non admittitur procurator ,
quia urget ratio prædicta arbitrij iudicis,&
ita loquitur Abb.in d.c.fi.de pur.can.qui ex
preſsè dicit,quando agitur criminaliter,idē
tenet Fel.in d.c.cum te.col.2. in princ. de re
iud.Secus ſi ageretur ciuiliter puta ad æſti-
mationem iniuriæ pro pœna pecuniaria ,
quia tunc dico indubitanter,quòd admitti-
tur procurator , per argumentum a ratione
ceſſante,quia tunc ceſſat arbitrium iudicis,
ex quo habet ſequi æſtimationē partis præ-
cedente ſua taxatione,ut ſupra dixi,qđ pro-
batur ex his,quæ not.Abb. in cap.tuæ in vlt.
notab. de proc. & Bal.in l. aduerſus in prin.
uerſ.item nota &c.C.de fur.ubi dicunt,qđ
quando de crimine agitur ciuiliter, admit-
titur procurator. Per hoc infero quod quando
hodie in regno porrigitur libellus iniuriarum
ſecundum formam conſt. uarietates, poteſt
interuenire procurator,quia iniuria eſt æſti-
mata,& ceſſat arbitriū iudicis, l.adigere. §.
quamuis,



quamuis.ff.de iure patr. cum alijs vulgarib.
& ita limitarem illum ritū magnæ curiæ, ſu
pra allegatum, quia loquitur ſecundum d.l.
fi.C. de iniur. & certi ſumus,quòd imponi-
tur pœna infra relegationem.
54 † Nec obſtat, quia poſſet deueniri ad pœ
nam corporalem , quando non haberet in
pecunia propter paupertatem, per illam tri-
tam regulam, qui non habet in ære,luat in
corpus,&c l.fi.ff.de in ius voc.& l.ſi quis id.
quod.ff. de iuriſd.om iud. & l.quicūque.C.
de ſeru. fug. quia iſtud non eſt in conſidera-
tione, nam principalis pœna attenditur,un
de poteſt interuenire procurator, ita tenet
Fel. in c.meminimus.co.fi.verſ.vlt.adde,&c.
de acc.& Bal.in l.reos,col.3.C.de acc.& Iaſ.
in l. ſi quis nec cauſam, col.4. uerſi.11.ff. ſi
55 cer.pet.†Secūdo principaliter limita hanc
materiam d.§.ad crimen. non procedere in
muliere coniugata , quæ in cauſa criminali
poteſt litigare per procuratorem , idem in
uniuerſitate, & de hoc eſt conſt.regni, quæ
incipit Generalia,& ibi And.de Iſer.

ADDITIO. Aduerte , quia iſtud proce-
dit nedum in mulieribus coniugatis, ut di-
ctāt uerba conſt. ſed in alijs mulieribus ho-
neſtis & pupillis, ut dixi in practica mea
cauſa crim.in uerbo audiantur excuſatores.
Petr.Foller.

56 † Tertiò limita, quando ageretur crimina
li iudicio contra decem pſonas ſimul , quia
poſſunt tales litigare per procuratorem , &
de hoc ſunt duo capitula regni,unum in nu
me.20.quòd incipit.Item ſtudio, & aliud in
num.207.quòd incipit. Statuimus.
57 † Quarto limita non procedere ex par-
te accuſatoris , proſequentis ſuam uel ſuo-
rum iniuriam,quia admittitur pro eo procu
rator, etiam in publicis iudicijs, ſecundum
Bart.in l.licet.in prin.ff.de procur.

ADDITIO . Hoc autem ſolummodo in
regno conceditur uniuerſitati,& mulieribus
per conſt. generalia iura, ergo cæteris uide-
tur denegatum.Pet.Foller.

58 † Quinto limita generaliter illam regulā,
quādo procurator uellet ſuſcipere iudicium
pleno iure,ſicut in ciuilibus,& excuſare reū
a contumacia, quia hoc fieri non poteſt,ſed
bene poſſet aliquis defenſorio nomine aſſi
ſtere ad inſtruendum iudicium , & probare
cauſas abſentiæ , & innocentiam rei abſen-
tis,.& ad hoc admitti debet procurator, Ita
pulchrè tenet Pet. Phi. Cor. in conſ.325.quod
eſt ultimum conſilium,in 3.uol.Idem nota-
biliter tenet Cæp. in conſi.47. colum.4.ubi
plus dicit , quòd poteſt tunc defenſor ſuſci-
pere onus probandi innocentiam rei, & op-
ponere iudici, quod ſibi non eſt ius inquirendi,
ex quo reus eſt innocens, quam innocētiam
poteſt ſe offerre probare , & tunc dicit eſſe
intellectum l. ſeruum quoque. §.publice. ff.
de proc.quòd tene menti, quia eſt bona cau
tela comparendi pro abſente in criminali-
bus. Plures alias limitationes ad d.§.ad cri-
men,uide per Bar. & Ang.ibi,& uide etiam
Gan.in ſuo tract.mal.ſub rub.utrum procu-
rator in male. inter. col.3. ubi plures fallen-
tias cumulat,uide etiam Mar.Soc.in d.c.me
minimus, de accuſ.ubi ponit 38. fallentias.
quas hic ultra extendere nolui, ſed ſufficiat
remiſſio , ne uidear potius tranſcribere ex
exemplari,quàm aliquid noui ſcribere.

ADDITIO. De hoc uide quæ dixi in pra
ctica mea , cauſa crim. in uerbo audiantur
excuſatores,ubi plenè.Petr.Foller.

59 † Vnum tamen putaui ualde neceſſarium
attingere,de quo ſolet eſſe magna uarietas
& diſceptatio inter Doct.ſcilicet utrū in cri
minibus, in quibus irrogatur pœna arbitra-
ria,poſſit iudex tale ſuum arbitrium exten-
dere uſque ad mortē incluſiue. Iſta eſt alia
quæſtio,& ferè omnes Docto.ſuper eius de-
ciſione uacillant. Ego uero nitar eam plenè
diſcutere , & ponam , Deo duce ueras con-
cluſiones . Et primo recitabo opiniones hic
inde arguendo ad partes. Et primo pro par-
te affirmatiua, ſcilicet,quòd poſſit impone-
re pœnam mortis, adducitur gl.quæ ad hoc
ſolet cōiter allegari, in §. in ſum. in uerſic.
extraord.inſti.de iniur. ubi dicit gl.quod iudex
poteſt imponere pœnam capitis , ſi ſuo ar-
bitrio uidetur, & communiter exponitur
pro pœna mortis,& illam glo.ſequitur Bal.
in c.1.§.iniuria.ī primis uerbis de pace iur.
firm.& Bald.in l.1.in fi.C. de his,qui lat.&
Bar. in l.fi.in fi.ff.ubi pub.edu, deb.& Abb.
in c.ex literis, col.antepen. & meliùs in fin.
col.de cōſt.& Fel.in c.cum te.col 2.in prin.
de re iud.& ibi etiam Abb.& idem Fel.in c.
inquiſitionis,in fi.illius princ.de accu.& in
d.c.ex literis, col.antepe. Et tenentes iſtam
partem ponderant tria iura potiſſime. Pri-
mo,uidelicet tex.in l.ſaccularij.§. ſunt qui-
dam.ff.de extraord. crimi.ubi dicit tex.quod il

la pœna arbitraria extenditur uſque ad pœ
nam capitis,& ſic uſque ad mortem.
ADDITIO. Ad hæc uide Boer. deciſione
317.par.2.num.3 Petr.Folle.
60 † Secundo, ponderant tex. in l.2.ibi, non
ignaro iudice,&c.in uer.acerrima condem-
natio pro arbitrio &c.C. de his,qui latr.ubi
61 pœna arbitraria extẽditur,† ad acerrimam
pœnam,quæ accipitur pro eo pœna mortis,
ut not.in l.1.C. de ſedit.& l.1. C.nem.li ſig.
Salua. &c. Tertio, ponderant text.in l. lex.
Iul.§.hodie.ff.ad l.Iul.repet.ubi loquitur de
pœna extraord. & dicit, quòd capite puniri
debet, & ſic patet, quòd pœna extraord.ex-
tenditur uſque ad mortem.
Contrariam partem, ſcilicet negatiuam,
quòd imò iudex in pœnis arbitrarijs non
poteſt imponere pœnam mortis naturalis,
tenet Bald.in l. ſi poſt tres. in 1.lect.colũ.7.
uerſ item facit ad aliam &c. ff. ſi quis cau.
ubi dicit,quòd ſi poteſtas uigore ſtatuti po-
teſt punire ad pœnam mille, uel ad aliam,
prout ſuo arbitrio uidebitur,non poteſt im-
ponere pœnam decapitationis, idem tenet
Car.in c.de cauſis,de off.deleg.& Lud. R,in
rub.ff. de arb.uer.item an ſtatutum, & e pro
hac parte facit, quòd not. Bald. in l.1.C.ne
ſine iuſ.princ.&c.& idem Bald.in c.1 col.5.
in prin.de pac.ten. ubi dicit,quòd iudex ui-
gore arbitrij non poteſt imponere pœnam
publicationis bonorum, ergo minime pœ-
nam mortis,quæ eſt maior, hanc etiam par
tem negatiuam tenet Alex. in conſ.5.col fi.
in 1.uol. & Card in c.ex literis de conſt. Et
iſti, qui tenẽt hanc contrariam partem,pon
derant tria alia iura potiſſime. Primo, uide-
licet, tex in l.1.in uer. tẽporarij. ff.de furib.
balneæ,ubi dicitur,quòd fures nocturni pu-
niuntur extra ordinem. Verum eorum pœ-
na non debet excedere opes publicum tem-
porarium, ergo ſi damnarentur ad mortem,
excederet pœnam operis publici. Secundo,
põderant tex. in l.1 § expilatores.ff.de effr.
ubi ponitur primò pœna in liberum arbi-
trium iudicis, & poſtea in fine dicitur, ꝙ in
plebeis non debet excedere pœna operis
publici In nobilibus uerò pęnam relegatio.
62 nis.† Tertio.ponderant tex.cum ibi no.per
gl. & not.in c. inquiſitionis, in prin. de ac-
cuſ. ubi eſt eſt deciſum, ꝙ de iure canonico,
quando proceditur per inquiſitionem, iu-
dex non imponit pœnam ordinariam deli-
cti,ſed extraord.& ſic arbitrariam,& tamen
per hanc pœnam arbitrariam non poteſt im
ponere ordinariam, ſed minorem, & ita de-
clarat Abb.ibi in fi.col. Ergo concluſiue ſe-
quitur de neceſſitate, quòd non poteſt im-
ponere pœnam mortis,quia non eſt mitior,
ſed maior. & acerbior ceteris pœnis.Confir
mari poteſt hæc opin.ex his, quæ dixit Bal.
in l.quicũque,col.4. uerſ.ſcias etiam,&c.C.
de ſer. fug. ubi dicit, ꝙ iudex in arbitrarijs
debel eligere minorem pœnam Si quis uel-
let tenere hanc ſecundã & opin. tãquam be-
nigniorẽ iuxta l.ſi præſes, l.& interpretatio
ne,ff.de pœnis,poſſet reſpõdere ad iura con
traria,per quæ ſe fundant tenentes primam
63 partm, † Et primo non obſtat gl. in d.§. in
ſumma, quia illa loquitur de pœna capitis,
non aũt de pœna mortis naturalis, & in iu-
m re eſt clarũ, quod *m* pœna capitalis intelli-
gitur altero de trib.modis,ſcilicet de morte
naturali, de morte ciuili,& de amiſſione ci-
uitatis,puta per deportationem,ut quia ca-
put eximitur de ciuitate, ut eſt text.in l.2.
in princ.ff.de pœnis, & l.2.ff.de pub.iud.&
tex. iuncta glo. in l.ſed ſi quis.§.1. ff.ſi quis
cau.& not.glo. in l hos accuſare.§. omnibus
in uer. capitis. ff. de accuſ. In dubio autem
quando lex irrogat pœnam capitalem, in-
telligitur de minori ex illis tribus,ſcilicet de
exilio,ſiue deportatione,text,eſt iuncta glo.
notabili in l.1.C. ne Chriſt.man.hęre.&c.&
tenet Bal.in l.fi.in fin.C. quæ res uend.non
poſ.& Io de Imol.in d.l.2.ff.de pub. iud. &
Bald.in d.l.quicunque. col.4.uerſ.ſcias etiã
64 &c.† Secũdo nõ obſtat d.l.ſaccularij.§.ſunt
quædam.ff. de extraord. crim. quia ibi non
dicitur de pœna mortis, ſed quod præſides
poſſunt exequi uſque ad pœnam capitis,un
de poteſt intelligi de pœna capitis minori,
prout modo dixi, imò conſidero quòd de
neceſſitate debet ita intelligi ille tex. qui ſi
bene ponderetur, loquitur de delicto non
conſumato. Loquitur enim de illis, qui tene
bant quoſdam lapides ad offendendum,non
tamen ſecuta erat offenſio. Patet ibi dum
dicit, quòd ipſa res mortem comminatur.
65 † Sed ubi ſumus in delictis *n* non conſuma
n tis, nunquam imponitur pęna mortis in ar-
bitrarijs, ita notanter tenet Bald. in conſil.
352.col.2.in 3.uol.quod conſ. incip.1. Cec-
chus,&c.& Fel.in d.c.ex literis col pen.uerſ.
2.de conſt. Tertio,non obſtat,d.l.2.C.de his
qui



qui latr.quia ibi expreſsè ex legis diſpoſitio
ne datur poteſtas illis iudicibus imponendi
dictam pœnam mortis in illo crimine, un-
de tunc ceſſat dubium, an pœna arbitraria
ſe extendat ad mortem, quia quãdo lex dat
amplum arbitrium iudici, uſque ad mortẽ,
non eſt dubium, quod poteſt imponere di-
ctam pœnam,quia cenſetur id facere aucto
ritate legis.ita dicit Ioan. de Imol. in d.l.2.
ff.de pub. iud quem refert,& ſequitur Ang.
de Are.in d.§.in sũma. inſt.de iniu. ſed nos
loquimur in caſu dubio, ſcilicet, qñ ſimpli-
citer fit mentio de pœna arbitraria,ſeu ex-
66 traordinaria. † Quarto, non obſtat text. in
d.l.lex Iul.§.hodie.ff.ad legem Iul.repet.qa
poteſt pluribus modis reſponderi. Primo,
quia loquitur de pœna capitis, quæ poteſt
uerificari in alia pœna, quam mortis, ut ſu-
pra dixi. Secundo, quia poſito,quòd intel-
ligeretur de pœna mortis, tamen ibi lex ex
preſſe hoc concedit,attenta immanitate cri
minis, loquitur enim de iudice,qui iniuſtè
interficit innocentem, unde eſt homicida,
propterea non eſt mirum, ſi morte puniri
debet, & ſic poteſt dari eadem reſponſio,
quam dedi ad d.l.2.C. de his, qui latr.& ſic
pœna extraordinaria poteſt comprehende-
re mortem, quando lex hoc dicit expreſsè,
ut ibi. Et ſic data reſponſione ad iura, ſuper
quibus ſe fundant tenentes primam partem
cenſetur ſublata etiam eorum opinio, quia
67 ſunt ſublata etiam eorum fundamenta.† Si
quis autem uellet tenere primam partem,
poſſet de facili reſpondere ad iura adducta,
pro 2.par.Et primo non ob.l.1.ff.de furibus
bal.quia ibi lex expreſſe loquitur limitatiuè
per dictionẽ dummodo, &c. Dicit enim il-
los fores eſſe puniendos pœna extraordina-
ria, dummodo non excedat pœnam operis
temporarij,quo caſu quia lex dat poteſtatẽ
limitatã iudici, ſumus in caſu certo,quia iu
dex non poteſt præterire formam legis, ſe-
cundũ Fel.in d.c. ex literis,col.pe.uer.quin-
ta declaratio,&c.de conſt.licet ipſe non cõ-
ſiderauit hanc reſponſionem. Plus dico, ꝙ
ille text. poteſt retorqueri in contrarium.
Nam ex eo, quòd lex reſtrinxit poteſtatem
iudicis ad opus temporarium eſt ſignũ, ꝙ
iudex habuiſſet largiores habenas procedẽ-
di uſq; ad mortem, quando lex ſpecialiter
eum non prohibuiſſet, quia aliàs fruſtrato-
ria fuiſſet illa reſtrictio legis, quando ſine ca
iudex fuiſſet reſtrictus, ꝙ non eſt dicendum
l.quod Labeo.ff.de Carb.edic.Secundo,non
obſtat.d.l.1.§. expilatores in fi.ff.de effract.
quia ſimiliter ibi lex loquitur limitatiuè ꝑ
dictionem, dummodo, unde tollitur eo mo-
68 do,quo præcedens.† Tertio,non obſtat di-
ctum c.inquiſit. de accuſ.quia ibi lex loqui
tur per uerbum moderari, & ubi lex con-
cedit arbitrium iudici, per hoc uerbum,
quòd habeat moderari pœnas, nunquam
poteſt imponere pœnam mortis, quia il-
lud uerbum moderari, importat diminu-
tionem pœnæ, ita tenet Mar.Socin.in d.ca.
inquiſ.de accuſ & Felyn.in d cap.ex literis,
colum.penul.uerſ.3. declarat, &c. Quarto,
non obſtat d. Bal.in d.leg. quicunque.C. de
ſeruis fug. inquãtum dicit, in arbitrarijs iu-
dex debet eligere mitiorem pœnam, quia
illud intelligitur niſi qualitas, & atrocitas
o delicti aliud ſuaderet,ut ſi quis daret *o* ala-
pam officiali,nam debet puniri pœna mor-
tis,ſecundum Bald.in c.1.§. iniuria.in prin.
de pace iuram.firm. Nõ enim eſſet ęquum,
quod tunc ſtante crimine atroci,& enormi,
iudex imponeret pœnam mitiorem, quia
non eſſet pœna conueniens, & æqualis de-
licto iuxta l.ſancimus.C.de pœn.& hoc ſen
tit.Alex.in conſi.111. colum.quarta in pri-
mo uolumine. & Ange. de Aret.in dict.§. in
ſumma. inſt.d. iniur.& Abb.in d.c.ex lite-
ris,colum fi.
69 † Ex quibus reſponſionibus apparent
ſublata fundamenta utriuſque partis, unde
utraque pars redditur dubia ualde, adeo ut
Cæſarea deciſione opus eſſet. Quid ergo
erit tenendum? Dico in tanta opinion.ua-
rietate, quòd prima opi.affirmatiua eſt ma-
gis communis cum aliquali tamen limita-
tione,& modificatione. Unde facio conclu-
ſionem, quòd iudex in arbitrarijs poteſt ſe
extendere uſque ad pœnam mortis natura-
lis. Hæc cõcluſio probatur,per tex.in l.ſacri
legij,la 1.ff.ad legem Iul pec.ubi narratiuè
dicitur,quod dato, ꝙ pęna ſacrilegij ſit arbi
traria, quia ꝓ qualitate perſonæ irrogatur,
tamen quandoq; aliqui ſacrilegi combuſti
fuerunt, & ſic probatur, quod in pœnis ar-
bitrarijs iudex poteſt imponere pœnam cõ-
buſtionis, & ſic mortis naturalis, & ita ad-
hoc illum text. ponderat Abb.in d.c.ex lite-
ris,col.fi de conſt.& ibi etiã Fel.in finalibus
70 uerbis,† Iſtam concluſionem declara,& li-
mita

mita primo procedere in delictis conſuma-
tis,& perfectis, ſecus in attentatis tãtum,&
non cõſumatis, quia in eis nunquam iudex
ex arbitrio poteſt imponere pœnam mor-
tis,ita tenet Bal.in d.cõſ.444.in c.Cecchus,
&c.col.2.in 3.uol & Felyn.in d.c.ex literis.
col.pe.uerſ.ſecunda declaratio, &c.Et ratio
eſt in promptu, quia hodie ex generali con-
ſuetudine nunquam punitur delictum atten
p tatum, ſicut conſummatum, ſed mitiùs, &
ſic non punitur *p* affectus,niſi ſequatur effe
ctus, etiam in atrocioribus, ut not.Alex. &
Paul.de Caſtr. in l.1.§.1.in fi.ff quod quiſ-
que iur. & Card.Alexan.in c.1.§ ſi uero uo
luerit in fin.de capi. qui cur.uen.& Ang. in
conſil.14. in 1.col. ubi dicit, quod conſuetu
do eſt approbata per totum mundum, &
Bald. in l. ſi fugitiui.C. de ſeruis fug.& Sal.
in l.is qui cum telo. ff.ad l. Cor.de ſiccarijs,
& Bar.in l.1.§.diuus. ff.eod.titu. & Matt.de
Affl.in conſt. aſperitatẽ,col.3.in 2.no. unde
ſi iudex imponeret pœnam mortis in atten-
tatis, puniret affectum ſicut effectum,quia
maior pœna dari non poteſt, quam ſit pœ-
na mortis.

ADDITIO. Adde text.in l.ſaccularij
in prin.ff. de extraord.cri.ubi ille,qui ingre
ditur domum alicuius cauſa furãdi, tamen
non deuenit ad actum furandi, punitur ex-
tra ordinẽ, ut probatur in l.1.in princ.ff.de
extra.cri.iũcta.l.quamuis adulterij.in fin.ff.
de adu.per quæ iura ita conſuluit Ale.in cõ-
ſi.111.1.lib.q. quidem pœna non poteſt ex-
cedere relegationem in quinquennium, ut
conſuluit Alex. conſi.65.in vlt. col.in 3.lib.
& conſuluit ſecundum prædicta Gram.con-
ſi.36.in ult.col. Pet.Fol.V.I.D.

71 † Secundo limita,dũmodo ſit delictũ ita
graue attentis ipſius circunſtãtis, ꝙ mœrea-
tur pœnã mortis, exemplum põt poni in eo
qui dat alapã officiali, nã iniuria eſt,uerum
attẽta circunſtantia reſpectu qualitatis per
ſonæ cenſetur atrociſſima, vnde in hoc caſu
iudex põt imponere pœnã mortis, ſm Bal.
in d.c.1.§.iniuria, in princ.de pace iur.fir.&
Io.de Ana. in c.inquiſitionis ſit,in fin.illius
princ.de acc.ita etiam tenet Fel.in c.ex liſe-
ris,col pe.uerſ.prima declaratio,&c.de cõſt.
ita debet intelligi d.Bald.in d.l.1.in fi.C.de
his qui latro,vbi dicit, quòd poteſt procedi
ad ſupplicium, ſi hoc deſiderat criminis ma
gnitudo,ex hoc ſequitur,ꝙ ſi ex modica ma
gnitudo ex hoc ſequitur, ꝙ ſi ex modica in
iuria uerbale iudex uellet ꝓcedere ad mor-
tẽ,non poſſet, quia nõ eſſet pœna cõueniẽs
delicto,ſed maior per prędicta,& hoc tenet
Ang.de Aret.in d.§.in ſumma, & Abb.in d.
c.ex literis,colũ.fi.alias poſſet appellari; ut
no.gl. in l.ſi qua pœna. & ibi Bar. in fi.ff.de
uerb.ſig. & hanc limitationem tenet in effe-
ctu Alex.in conſ.111.col.4.in 1.uol.& And.
de Iſer.in.conſt.Comite. Tertio limita,niſi
expreſsè lex uel ſtatutum limitaret arbitriũ
iudicis,ut non poſſit excedere talem pœnã.
quia tunc non imponit pœnam mortis Ita
procedere text. in l.1.ff.de fur.bal. & l.1.§.
expilatores.ff.de effr. prout ſupra declaraui.
Quarto limita, niſi lex diceret, quòd iudex
poſſit uel debeat pœna moderari, quia tunc
non poteſt imponere pœnã mortis, ita pro-
cedit d.c.in q.cũ ibi not.prout ſupra declar.

ADDITIO. Simpliciter ut refert do.
Auctor firmauit Bald.in d §.iniuria.ꝙ dans
alapam officiali pp ſingularem inimicitiam
quã habet cum eo, debet ad mortem condẽ
nari,& mouetur per gl.in §. in ſumma. inſt.
de iniur. neſcio aũt quomodo hoc firmauit
Bal.nã dicit, ꝙ ex qualitatibus concurrenti
bus iudex põt arbitrare pęnã vſque ad mor
tem,& ideo infert, ꝙ ſi quis daret alapã offi
ciali puniretur pœna mortis, & tamen præ-
ſupponit ſi daret alapã ex ſingulari inimici
tia,ergo nõ intuitu officij,& ſic nõ cõcurrit
qualitas aggrauans, & adeo grauis,ut debe-
ret condẽnari ad mortẽ. Vtcunque tamẽ ſit
hodie nõ procedit illud dictũ Bal.per cõſt.
regni, ut participatio, & conſt.eos tñ,nam
ſi ſit iniuria dum exercet officiũ,licet in cu-
ria regis non moretur faciens iniuriã incur-
rit pœnam duplicatam, per d.conſt.eos tan
tum,& ſi moretur in curia regis, licet ei fiat
iniuria nõ in exercitio officij,& ꝓpter par-
ticulare odium habet locum pęna dupliua-
ta, ſed ſi officialis nõ commoretur in curia
regis,& fit ei iniuria ex odio particulari,nõ
quando exercetur officium, tunc ceſſat pœ-
na duplicata, quia iniuria videt̃ facta,ut pri
uatæ perſonæ, & ita declarat Affl. in conſt.
ut participatio in 3.q.Pet.Foll.V.I.D.
72 † Quinto limita, quãdo arbitrium datur
iudici in pœnis à iure expreſſis,prout eſt in
actione iniuriarum, in qua eſt ſtatuta pœna
corporalis, & pecuniaria ad arbitrium iud.l.
iniuriarũ ęſtimatio, & l.fin. ff.de iniu.&.l.
Pedius,



Pedius,§.1.de inc. rui. naufr. tunc enim iu-
dex propter enormitatẽ iniuriæ poteſt arbi-
trari mortem,ſecus eſt,ubi iudici datur ſim-
pliciter arbitrium puniendi in pœnis non à
iure expreſſis, qa tunc nõ poteſt facere cri-
men capitale,quod non eſt capitale,nec po-
teſt imponere pœnam mortis, ubi crimen
non eſt capitale.ita declarat Fel.in d.c.ex li-
teris,col.pen.uerſi.4 declaratio,&c.
† Sexto limita non procedere,quando in ſi
73 milibus delictis eſſet conſuetudo,ꝙ non im
ponatur pœna mortis,ſed mitior pęna,quia
tunc iudex non poteſt imponere pœnam
mortis,ſed *q* tenetur ſequi pœnã conſuetudi
q nariam,& ceſſat *r* arbitraria,tex.eſt ſingula
r ris in l.ſi quis reum,ff.de cuſt.reo. facit tex.
cũ ibi no.in l.hodie,ff.de pęn.ita tenet Bal.
in l.quicunq.col.4.uerſ.ſcias tamen,&c. C.
de ſer.fug.& Fel.in c.de cauſis.col.1.de offi.
del.& Abb.in c.inquiſ.col.fi.de acc.& Alex.
in conſ.5.col.fi,& conſi.111.col.4,in 1.uol.
& Paris in tract. ſynd in uerſ.cõpoſitio.col.
12.in prin.in c.an ſi delinquens,&c. & idem
Paris in d,trac.in tit.de off.ſynd.col.4.& 5.
in c.an ſi poteſtas, &c. ubi multum notabi-
liter loquitur, ꝙ ſi iudex excedit pęnam ſoli
tam,dicitur grauare partẽ, & põt appellari,
& tenet̃ in ſyndicatu,& per hoc infert,ꝙ in
regno ſi quis condẽnatur ad unã unica, non
ſolet exigi tota uncia, ſed tãtum unus tare-
nus uel duo,& nõ vltra,maxime attẽta pau-
pertate cõdẽnati.Et cũ iſtis limitationibus
ſit expedicta pñs notabilis & dubia quæſtio.

ADDITIO. Inquit enim dominus Au
ctor, quod iudex non debet excedere pœnã
ſolitã imponi,& bene dicit, eſt enim ratio.
† Quia practica eſt uera intellectrix legum,
74 ut eleganter inquit Bal. in c.1.in prin.uerſ.
& ideo quando capiuntur.de feu.ſine cul nõ
am.cuius dictum reaſſumit Dec. in conſil.
131.reuocat̃ in ultimis uerbis,& inqt Bald.
in l.illud,ff.de excu.tut.per illum tex. ꝙ ab
antiqua practica non eſt recedendum,& idẽ
Dec.ĩ cõſ.472.ſtatuto cõmunis Papię,2.col.
in 1.lib.quæ uerba ſatis commendat Dec.in
conſ.11.quoniam iudicantium reſponſa in
8.col.uerſ.ad hoc fundamentum hinc etiam
eleganter dicebat Bal.in l.de qbus.in 7.col.
uerſ.Item quæritur.ff.de legibus qđ quoties
ſtilus infringitur,non ualet quod agitur quæ
omnia refert & ſequitur Cott. in memo. in
uerbo practica.Petr.Foll.V.I.D.

75 † Vltimò ſuper hac materia poſſet dubi-
tari, an quãdo delictum eſt commiſſum per
culpam,& non per dolũ,poſſit criminaliter
agi ex tali delicto contra cõmittentẽ ad aliq̃
pœnam ad vindictam. Et hic eſt uidẽdum,
quid ſi delictum eſt commiſſum per latam
culpã,& quid ſi per leuiſſimã unde oritur il
lud dubiũ,an in caſib. in quibus põt agi ci-
uiliter actione legis Aquilię,in qua uenit le
uiſſima culpa l.in lege. la 2.ff.ad l.Aquil. &
c.ſi culpa,& ibi Abb de iniur.poſſit agi etiã
criminaliter ad aliquam pœnam. Volui op-
portunè attingere hic iſtud dubiũ pp duas
regulas,quæ ſunt tritæ in iure.Quarum pri
ma eſt, ꝙ nullum delictum cõmittitur ſine
ſ dolo,& non irrogatur pęna,vbi *ſ* doloſe nõ
fuit cõmiſſum maleficium. Alia regula eſt,
ꝙ in criminalibus lata culpa nõ æquiparat̃
dolo. Prima regula probat̃ per tex.in l.1.C.
de ſicc.ubi dr̃, ꝙ homicidium commiſſum
ſine dolo, & ſine animo occidendi, non pu-
nitur. Item probatur per l. qui iniuriæ. ff.
de fu. & l.quod reip. ff.de iniu, ubi dolus &
propoſitum diſtinguũt maleficia hominum.
& per l.cũ autem.§.excipitur.ff.de ædil.edi.
ubi dr̃,ꝙ is,qui non fuit in dolo, non poteſt
incidere in pœnam capitalem, idem tenent
Bal.& Sal.in l.2.C.de nox.act.& Alex.in cõ
ſil.145.incip. Poſt redditum col.fi.in 2.uol.
& Ange.in l.1.& ibi etiam Iaſ.in 4.col.ff.de
leg.& idem Iaſ.in l.2.§.quod p̃tor.ff.ne quis
cum,qui in ius uoc.& in l.actionib.col.8.ff.
de in litem iur.& Cęp.in conſil.34.col.2.
76 † Secũda regula probatur per tex.& ibi Bar.
in l.in lege,ff.de ſicc.& in l.1.§.1.& ibi Bar.
ff.ſi qs teſt.lib.eſſe iuſ.fue. in quib. iuribus
t probatur,ꝙ *t* lata culpa nõ æquiparatur do
lo in criminalibus ergo ſequitur,ꝙ non pu-
ni delictum culpa cõmiſſum, ex quo dolus
conſideratur in delictis.Pro veritate tamen
huius q.diſtingue tres culpas.ſ. latam, leuẽ,
& leuiſſimam,de quibus plenè per Bar. in l.
quod Nerua,ff.depo.Cęp.in conſi.41.col.3.
cit.fi.Si igitur quæris utrum delictum com
miſſum lata culpa puniatur ad uindictam,
dico, quod ſic. Verũ ſtat dubium in pœna,
& ueritas eſt, ꝙ non punitur eadem pœna
qua puniretur,ſi doloſè cõmiſſum fuiſſet,&
in hoc nullus diſcrepat.Ita propriè loquitur
tex.in d.l.in lege,ff.de ſiccar. & ita procedit
illa regula,quæ ſe habet,ꝙ lata culpa non
æquiparat̃ dolo in criminalibus,quia debet
intel-

intelligi,quo ad æqua|itatẽ pęnæ.Reſtat tamen dubium circa qualitatem pœnæ .ſ. poſito,ꝙ mitiùs puniatur,quàm doloſus, ꝓut eſt ueritas, an iſta pęna poſſit eſſe corporalis,ſeu capitalis? in hoc reperio aliq̃ diuerſitatem opinionũ.Nam Bar.in d.l.1.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe ius.fue.dicit,ꝙ non.Idẽ tenet in d.l. in lege. ſ. ꝙ quo ad pœnam corporalem lata culpa nõ æquipatˀ dolo. Sed Ang.in cõſ. 287.colu.pen.nixus fuit reprehendere Bart. pp ſui generalitatem , inquantũ uidetur innuere , ꝙ in nullo caſu ex lata culpa , poteſt quis corporaliter puniri.Nã dicit ipſe,ꝙ immò multi ſunt caſus,in quibus ex lata culpa punitur quis capitaliter, etiam ad mortem, alleg.tex.in l.1.C.de priua.carc.& in l.1.iuncta.gl.C.ne.lic.ſig.ſalua.&c.& in l.fin C.de leg.Iul.de vi.Ad idem eſt text.in le.mil.ff.de cuſt.reo.Ego aũt puto, ꝙ Bar. non meretur reprehendi , imò bene loquitur , & non eſt mens ſua illa,quam dicit Ang. Nam ſolum tenet,quod quo ad pœnam corporalem lata culpa non æquiparatˀ dolo,& bene dicit, q̃a eſt ipſa ueritas,& probatˀ per d.l.in lege. Nã non imponitˀ eadẽ pœna corporalis pro culpa,quæ imponitur pro dolo . Sed ꝙ pro lata culpa non poſſit irrogari pœna corporalis , hoc non dicit Bart. & ideo non meretur reprehendi. Vnde firmo iſtã concluſionẽ.tanquã ueram,& cõem , ꝙ pro lata culpa poteſt
n quis puniri n corporaliter,non tñ eadem pœna corporali,qua puniretˀ pro dolo , ſed mitiori,& leuiori,ita tenet Cæp.in cõſ.33.col. 4.& conſil.34.col.2.& in conſi.11.col.3.pro hoc eſt tex.in l.in lege,§. cum quidam,ff.de ſicca.& in l.1.§.fi.& §.diuus.eo.tit.& l.ſi fortuito,ff de incen.rui naufr.

ADDITIO. Adde quod Bal. in l.1.ff. de leg. Dicit quod aut pœna requirit Atrocitatem delicti. vt quia eſt pœna ſimiliter atrox , & corporalis,& tũc requiritur dolus , & ſi ceſſat dolus ceſſat illa pœna ita atrox , per l.nec exẽplum.C.de fal.& le.1.ff.de arb. aut pœna non requirit atrocitatẽ delicti, ut quia eſt pecuniaria, & tũc ex quo legiſlator nõ fecit mentionẽ doli non exigit,ſed ſufficit lata culpa,& leuis forte,l.qui ędes de inc. rui.naufr.Sed forte leuiſſima nõ ſufficit, q̃a leuiſſima nõ eſt maleficiũ.per l.ſi cuius.§.de prætermiſſis,ff.de uſufr.dicit etiã quod in pœnis corporalibus lata culpa nõ æquiparatur dolo.ſed mitiùs quis punitˀ ratione latæ culpæ,quàm ratione doli,hæc ſunt uerba Bald. & Bart. in l.qđ nerua.ff.depo. diſtinguit qđ aut loquimur in actionib. deſcendentib. ex contractu uel quaſi,& lata culpa æquiparatur dolo, ut loquimur in actionibus, ſeu accuſationib.deſcẽdentibus ex delicto,& tunc aut quæris quo ad pœnam corporalem,& lata culpa nõ æquiparatur dolo,ut l.3.§. 1. ff. ad l.Cor. de ſiccar aut quo ad pęnã pecuniariam,& tunc,aut lex ſiue ſtatutum requirit expreſsè dolũ,aut loquimur ſimpliciter, Primo caſu nõ ęquiparatur dolo,l.1.§. ſi quis , ff.ne uis fiat ei. Secũdo caſu æquiparatur dolo.hęc sũt verba Bar.& Ang.in l.ĩ actionib. ff.de in litẽ iuran.refert.Bar.dixiſſe quod in nullo caſu põt quis corporaliter puniri, ſed ipſe dicit ſe cõſuluiſſe cõtrariũ,& eſt in cõſ. Allegato per d.Auctorẽ hic, & de hoc dicit eſſe caſum in l.ſi quis aliquid.§. qui abortionis,ff.de pęn.ſed ultra, quod Bar. non dicit illud,qđ dicit Ang.ut conſiderat d. Auctor hic,tex.in d.§.qui abortionis nõ facit ꝓ opinione ſua,nam licet ibi probetur, ꝙ pro lata culpa quis punitur corporaliter non tamen probat quod corporalis pœna debet imponi pro lata culpa,ubi lex expreſsè nõ expreſſiſſet pœnã corporalem.Ideo autem lata culpa ibi punitˀ corporaliter, quia lex ita diſponit & ſic non facit ad rumbũ quæſtionis, prout ita reſpondet Bar.in d.l.quod nerua ad aliũ effectum,& ſic dicẽdum eſt ad text.in l.mil. ff.de cuſt.reo.& ad dicta Bar.& Bal.ĩ l.1.C. de noxa.& ita tenet Io.mille.in prac.cri.fo. mihi 110.nu.3.cũ ſeq.sAdde Io. Cor in ſuis miſcel.l.4.c.2.ubi notabiliter.Item eſt aduertẽdum,ꝙ Bar.in l.reſpiciendũ.§.delinquũt, ff.de pęn.tenet quod etiam pro culpa leui,& leuiſſima quis punitur criminaliter,quẽ ſecutus fuit Cor.in conſ.200.in 2.lib. num.5. & in conſi.109.nu.23.in.eo.lib.Soc. in cõſ. 54.in 4.lib.nu.25.dicit,qđ pro leuiſſima culpa nunquã quis punitur pœna ordinaria,ſed pecuniaria , per l. ſi quis non dicam rapere C.de epiſ.& cle.Alb.de Ro.in d.l.in leg.quęritˀ qualiter puniãtur delicta dolo cõmiſſa, & qualiter cõmiſſa culpa,& dicit,ꝙ delicta ex animo, & doloſe cõmiſſa puniuntur ordinaria pœna ſi à iure cõi,vel ſtatuto ſit certa pęna ſtatuta,& ſi non eſt certa à iure,puniuntur extra ordinem,prout conſuetum eſt arbitrio iudicis,ſi autem maleficia non dolo nec ex animo ueniunt , non debent ex toto

eſſe



eſſe impunita, ſed mitiùs coercentur ꝓ modo,& qualitate culpæ,& facti,ex cõditione perſonarum , & ita dicit debere intelligi illum tex. in l.in lege Cor.ff. de ſiccar.& per tex.in l.1.C.de ſicca. hæc ſunt uerba ſua ꝓ quo uide Dec.in conſ.14. & Marſ.conſ.77. nu.6.1 lib.& conſ.91.nu.15.in 2.lib.& conſ. 118.& conſ.137.& Pet.de Anc.in cõſi.285. & Marſ.in l. de min.ff.de q. Raph.cu.conſ. 134.in fi.Marſi. in l.1.§.diuus Adria. ff.ad l. Corn de ſiccar.Gram.conſ.68.& in uol.21. & in deciſ.5.nu.29.Pet.Fol.

77 † Hoc patet,quia homicidiũ commiſſum per culpam dr̃ crimen extraordinarium , & punitur pœnà arbitraria, ſm Lud.Rom. in l.actionib.ff. de in lit.iuran. quem ſequitur Mat.de Affl.in rub.de homi.pun.poſt quam rub. ſequitur conſt. terminum uitæ, & probatur per l. ſi adul.§. imperatores.ff.de adu.
x ubi x ſi maritus occidit uxorẽ deprehẽſam in adulterio, nõ punitˀ pœna mortis, ſed alia pœna corporali mitiori, & ratio eſt,quia tale homicidium dr̃ culpoſum,& non doloſũ, quod difficile fuit temperare iuſtum calorem, ita tenet Bal. in l 1 in 10.q.C.unde ui. & Alex.in conſ.76.col.1.in 1.uol.& Pau de Caſt.plenè in conſi.277. in 2.uol.Fuit enim in culpa ratione exceſſus in uindicando , & ſic , ratione culpæ punitur mitiùs Idẽ tenet Bal.in c 1.col.2. de pace ten.& eſt text.in c. olim,el 1.in fi.de reſt.ſpo.& in l.ſi q̃s in graui.§.ſi tñ maritus.ff.ad Silla.& in leg.diuus, ff.ad l. Pomp. de patr.& not Bart.in l.quid ergo.§.pęna grauior,col.3.in prin.ff.de his, qui not.inf.Cũ ergo ex prædictis appareat, ꝙ homicidiũ culpa cõmiſſum puniatur pęna arbitraria,& extraordinaria:ſequitur de neceſſitate, ꝙ non põt iudex imponere pœnã mortis, quæ eſt pœna ordinaria,quia nũquã iudex in arbitrarijs põt imponere pęnã ſimilẽ pœnæ ordinariæ in ſimili delicto, ut eſt glo.not.quam ad hoc ponderat Abb.ibi in fi.col. in c.inquiſit. in prin.in uer.alioq̃n. de acc. Si uero loquimur de pœnis pecuniarijs ſimpliciter,& tunc ita punitur delictum per dolum, ſicut per latã culpã,quia tunc lata culpa æquiparatur dolo,ſm Bar.in d.l.1. ff.ſi quis teſtamento lib.eſſe iuſ.fue. Pro hoc eſt tex.ĩ l.1.§.hæc actio.ff.ſi mẽ.fal.mo.dix. & ita poteſt intelligi, quod no.Bal.in l.2.§.
9 quod prætor.ff.ne quis eum.† Illud autem, quod dixi ſupra, ꝙ delictum culpa commiſſum punitur mitius, intellige procedere,q̃n eſt tale delictum, quod principaliter cõmittitur ad iniuriam alterius, prout eſt homicidium,uulnus, furtum,& ſimile.Secus aũt in delictis , q̃ non committuntur ad iniuriam alterius,ſed potius pro expletione libidinis, prout eſt adulterium, inceſtus,ſtuprum,& ſimile,quia huiuſmodi delicta,niſi verè interuenerit dolus,non puniuntur aliqua pœna, nec minori, nec maiori,ſm Bar.ĩ d.l.ſi adulterium cum inceſtu.in fine illius princ.ff.de
79 adul.& in l.in lege.ff. de ſicc.† Item inquantũ dixi, ꝙ delictũ cõmiſſum per latam culpã,non punitˀ pœna mortis, ſeu capitali,ſed
y mitiori. y Limita primò nõ procedere,quando eſſet aliquando delictũ mali exẽpli, ꝓut eſt,ſi quis dederit alicui amatoriũ poculum, uel aliud, ut abortiuũ pareret mulier.nam ſi ex hoc ſecuta fuerit mors hominis,punitur pęna mortis,ẽt ſi non fuerit in dolo.text.eſt in l.ſi q̃s aliquid.§, qui abortionis.ff.de pœnis, & hoc eſt confirmatum hodie in regno per conſt.quæ incipit amatoria pocula.quæ plus ult.ſ.ꝙ non ſolũ ſi fuerit ſecuta mors, uerùm etiam ſi is, qui biberit amatoria pocula,amiſerit ſenſum, puniatur ille , q̃ dedit ad pęnam mortis , aliàs ſi non interuenit mors, nec amiſſio ſenſus, punitur ad carcerem per annum , una cum publicatione omnium bonorum.

ADDITIO . Aduertendum eſt, ꝙ text. in l. ſi q̃s aliquid.§. qui abortionis.ff.de pę. corrigitˀ per tex.in conſt.regni Neap. Amatoria pocula, per quem text.conſt.ita demũ puniuntˀ dantes poculũ abortionis,vel amatorium ſi animo nocendi , & ſi doloſe dederint,tex.tamen in d.§. qui abortionis etiam non doloſe dantes puniebat, & eſt notandũ quia nemo aduertit.Petr.Fol.V.I.D.

80 † Secũdò limita non procedere in caſu l. 1.C. de priu.carcer. ubi iudex, qui nõ punit exercentem priuatũ carcerem, punitˀ, pęna
z criminis læſæ maieſt & illud eſt ideo z quia lex reputat hoc crimen læſæ maieſtatis.

81 † Tertiò limita nõ procedere in caſu l.milites ff.de cuſto.reo. vbi cuſtos carceris punitur ad mortẽ , ſi ex ſua nimia negligentia.i.
& ex lata culpa carceratus & euaſit,& fugã arripuit & ibi hoc no.Bar.ſ.ꝙ ex delicto commiſſo ſine dolo, quis punitˀ ad mortẽ. Idem tenet Old.in conſi 92. ubi hoc extẽdit procedere etiam in cuſtode arcis.Idẽ tenet Bal.

in l.

in l.ad Cõmentarienſem.C.de cuſt.reo.hinc
dicit Bal.in l.ex diui.C.loco,ꝙ cuſtos carce
ris,& cuſtos arcis æquiparantur.Idem tenet
Iaſ.in l.actionibus,colum.6.ff.de in lit.iur.
ADDITIO. Adde hic Boer.in deciſ.
216.& adde ꝙ de iure cõſt regni cuſtos car
ceris punitur publicatione omniũ ſuorum
bonorũ, & debet ſtare carceratus per unum
annũ,ſi carcerati aufugerint eius nimia ne-
gligentia, ut cauetur in conſt. cuſtodes, de
qua miror, quòd non meminerit do. Auct.
hic Pet.Foll V.I.D.
82 † Vnum tamen incidenter adde hic,ꝙ ho
die omnis pęna, etiã à iure determinata,eſt
arbitraria iudici,adeo ꝙ poteſt eã ex cauſa
diminuere,vel augere,tex.eſt iuncta gl.in l.
hodie.ff.de pęn.per quem tex.ita tenet Bal.
in l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.inf.irrog.&
Pau. de Caſt. in conſi.328.col 2.in 2. uolu.
Et ſuper hoc poſſent exemplificari multæ
a a cauſæ,quas cumulat Bart.in l.qđ ergo.§.
pęna grauior.ff. de his qui not.infa.puta,
83 † ꝑꝑ ſenectutem uel iuuentutẽ, ꝑꝑ fauorẽ
uel ebrietatem, ꝑꝑ calorem iuſtum iracun-
diæ, uel ꝑꝑ nimiam excellentiam hominis
in aliqua arte uel ingenio, ut dicit Alex. in
d.§ pęna grau. in add.ad Bar,q̃ incipit.Ad-
de hic,ꝙ iudex, &c.& Iaſ.ĩ l.1.col.4.ff.de l.
ADDITIO.Adde in hoe Gand.in tit.
quando pęna au.po.& Gram.in uoto 23.&
Affl. in conſt. blaſphemantes, & auctorem
infra in 6.parte, in uerbo executio,nu.21.
84 † Et adde quod in magna curia uicariæ
fuit magna controuerſia in cauſa cuiuſdam
filij Matthęi Porterij inquiſiti de homic.cõ
miſſo in perſonam cuiuſdam Alguzerij ma
gnæ curiæ Vicariæ,quẽ interfecerat ex cau
ſa, quia dictus Alguzerius exercendo ſuum
officiũ in dieb. ante elapſis ceperat eius fra
trem carnalem in fragrãti crimine,propter
quod illico ſuſpenſus fuit, unde dolore mo-
tus dictus inquiſitus interfecit dictũ Algu-
zerium proditorie,& ſub quadam exaptiſſi
ma & excogitata aſtutia,nam ſimulauit ex
tra ciuitatem Neap. in quadam domo uelle
citari facere quẽdã eius debitorem, ad quẽ
citandum expediri fecerat prouiſiones à cu
ria S.Pauli,ſicq; acceſſit ad dictum Alguze
rium eum requirendo vt una ſecum accede
ret ad citãd m eum, qui ductus ſpe luci,ac
ceſſit, & dum eſſent in quibuſdã caſalenis,
dictus iuuenis interfecit dictũ Alguzeriũ,
quo interfecto. intrauit Neap. credens ſtare
tutum & ſecurum, peruentoq́. ad notitiam
magnæ cur.uic.dicto homicidio,miſit ad lo
cum cadaueris,nec poterat ſciri interfector,
uerũ fuit reperta in manib. dicti cadaueris
prouiſio ꝑdicta curię S. Pauli expedita ad in
ſtantiam dicti iuuenis,propter quod ſtatim
fuit ſuſpicatum non fuiſſe interfectum niſi
ab illo iuuene.Ideo captus fuit iuuenis ille,
& illinc ad paucos dies tortus confeſſus fuit
delictũ, & licèt fuit allegata & probata mi
nor.ætatis, nihilominus,quia dictũ homic.
fuit commiſſum proditione, & cum tanta
aſtutia, ut nec maior & ſagaciſſimus potuiſ
ſet cum maiori, ſeu ſimili aſtutia eum com-
mittere, condemnauit eũ ad mortẽ natura-
lem fuitq́; reclamatum ad ſacrum Regium
conſ.per qđ dum inclinaretur ad minoran-
dum pœnã ratione minoris ætatis ante cau
ſam notatam,uoluit illuſtr.& Reuer.Card.
Pacecus Locumtenens Regię Maieſt.quod
omnia tribunalia Neap.uotarent dictã cau-
ſam coram eo, ſi eſt arbitrarium iudici mi-
norare pœnã ratione minoris ætatis,uel ſit
neceſſariũ,adeo quod cogatur, & ut ꝑfecta
doctrina tradatur in caſu iſto,& pro intelli
gẽtia pleniori eorũ quæ dicit hic do. Auct.
85 † Eſt aduertendũ,ꝙ quinque caſibus excu
ſatur ætas,& illi ſuccurritur. Primo caſu in
nocentia conſilij,ut in infante in quo cũ nõ
cadat dolus,intelligendo de infante uſq; ad
ſeptenniũ. de quo l. ſi infanti.C.de iu. del.
nam hic nõ poteſt delinquere, quia caret in
tellectu,& quidquid uidet ignorat,ut l.1,in
fi.C.de fal.mo.& inſtit.de inut.ſtip.§.pupil.
uerſ.ſed quod diximus,& l. ſi quemcunque.
§. & ſi infans.ff. ad l.Aquil.non.n.põt cade-
re delictum in eo,qui neſcit,quod facit,15.
q.1.c.aliquos, & in c.illa cauẽda.ea.q.& ca.
dicitur qđ mala non ſint, quæ nec crimine
mentẽ implicãt, nec conſcientiã ligant.hic
dicit Ariſt.in c.1.lib.3.& ethi.quod ea non
eſſe uoluntaria uidentur, quæ ui aut impru
dentia fiunt, & paulo poſt inquit,his quidẽ
miſericordiæ locus eſt ac ueniæ, propterea
qđ qui ignorat aliquid horũ facit inuitus,
q.d. quod ignoratio rerum particulariũ fa-
cit ut ueniæ locus ſit, & licet dicat pueros
uoluntariè operari, ut ibi, tamẽ quia igno-
rãt quid agãt,& particularia in quibus uer-
ſantur,merentur ueniam, & quod infans &
infantiæ proximus non teneať uoluit Bart.
in l.



in l.1.C.ſi adu.delic.& uoluit Ang. de Aret.
in lib.male.in uerbo ſcienter & doloſè,& ꝑ
tex.in l.infans,ff.ad l.cor.de ſic.& l. quod in
fans,ff.de rei uend.& cle.unica,& ibi glo.de
hom. ſinautem eſt aliquis maior infante &
proximus adultę ætati,& hic tenetur de om
ni delicto excepto uitio carnis,vt ca.1.extra
de delic.puero.& lege ſi minor,ff.ad l.Iul.de
adul.& l auxiliũ,§ in delictis,ff.de min.hæc
enim ætas excuſať ex defectu naturalis præ-
ſidij,quantum ad delictum carnis, in cæte-
ris uerò non excuſatur. Aliquando ætas ex-
cuſatur beneficio à iure à cõſtituto,qa quæ
dam delicta.& alia ſtatuta iuris in maiorib.
tantum cõſtituta ſunt,ut l.2.C.in quib.cau.
in inter.reſt.non eſt neceſ.& le.fratres,C.ex
quib.cau.inf.irrog.quę utiq; in minorib.nõ
ſunt ſtatuta, ut dictis legibus probatur, &
in l.1.§.impubes,ff.ad ſen.conſ.Sill.& l mi-
norib.C.de ijs,quib.ut in d.ſm Bald.& Alb.
in l.1.C.ſi aduer.delict.Aliquando ætati mi-
nori ſuccuriť iudicis miniſterio à le.quia da-
tas eſt poteſtas iudici in delictis mitigãdi pę
nã ꝑꝑ ætatem minorem, nõ tñ excludendi
totam pęnã,per tex.in l.auxilium,§.in deli-
ctis,ff.de min.& eſt melior text.de iure in l.
impunitas,C.de pę.& l.impuberẽ,ff.de fur.
& hoc quidem caſu uidendũ eſt nũquid ra-
tione minoris ætatis cogatur iudex minora
re pœnam,uel ei ſit Arbitrariũ,& in primis
gl.in d.l.impunitas ſentit, ꝙ ſit neceſſariũ,
id ẽt vĩ ſentire Sal. ibi, id etiam vĩ fundari
in regula iuris, l. fere in omnibus,ff.de reg.
iu.& tenuit Dec.in d l.ferè, in omnibus, &
ita uoluit in cõſ.535.in 4.lib.circa. fi. idque
probari dicit in l. ſi adulterium cum inceſtu
fratres,ff.de adult.vbi clarè probať fuiſſe re
miſſam pœnam inceſtus claudicæ minori.
Idẽ etiam uoluit ante eum Cuman. in cõſi.
95.cir.fi.ubi in crimine raptus pœnam mi-
norari debere ratione minoris ętatis,idq; eſ
ſe neceſſarium ſentit. hãc ẽt partem allegat
deciſ.in d. l.fere in omnibus tenere.Bal.in l.
ſi ſeuerior, C. in quib.cau.inf. irrog. ſed ibi
dicit Bald.ſi recte ponderetur, ꝙ ſi pupillus
deliquit hæc minor ætas eſt iuſta cauſa di-
ſpenſandi & minorandi pœnam non autem
dicit,ꝙ ſit neceſſarium,& ſic male allegatur
pro hac parte, ꝓ hac ẽt parte allegať Sal. in
d.l.& ſi ſeuerior.& tamen ibi nõ dicit aliqd
de hoc,allegatur etiã Sal. ꝓ hac eadem par-
te in l.1.C.ſi aduer.delict.& tamen ut uideri
poteſt nõ aperit an ſit neceſſarium, imo po
tiùs vĩ ſentire quod ſit arbitrariũ hanc ean
dem partem allegatur tenuiſſe Pau. de Caſ.
in d.l.1.C.ſi aduer.del.& in d.l.& ſi ſeuerior
licet nõ bene aperiat an neceſſarium ſit, uel
arbitrarium,hanc ẽt partẽ ſecutus fuit Lud.
Pal.in conſi.37.alias in præſenti caſu,ubi di
cit,ꝙ minor ætas eſt cauſa & ratio intrinſe
ca legis ad minorandã pœnam,& ita ẽt uo-
luit Ange de Aret.in lib.malef. in uerbo ad
hoc colloquium & tractatum,ſm Gram. in
dec.23. ſed uitio impreſſoris voluit allega-
re in uerbo temere,ſcienter,& doloſe 3.col.
mihi,vbi ſpecificè tenet, ꝙ debet iudex ra-
tione minoris ætatis minorare pęnã,& hoc
dicit uoluiſſe gl.& Bar.in d.l.auxilium,§.in
delictis,& gl.& Bar.in l.ſi ex cauſa,§.nũc ui
dendum,ff.eo.ti. ſed Bart. in d.§. uidendum
non aperit an iudex cogatur.licet in d.§. in
delictis uideatur id tacitè uoluiſſe, tenetq;
ibi Ang. ꝙ ẽt ſi delictũ eſſet atrox minora-
ri debeat pœna,moueť Ang. adita tenendũ
ultra prędictas doctrinas,& alias quas ibi al
legat rationes,nã dicit quod hoc.5.minora-
re pœnam ratione minoris ætatis eſt bene
ficium datũ à iure minori, ergo non poteſt
ab eo auferri,ut in c.indultum,de reg.iu. &
ꝙ ſit beneficium à iure conceſſum proba-
tur ſm eũ in d.§.in dilectis, l.auxium.ff. de
min.& in l.aut facta,§.perſona,ff.de pęn.nã
in d.§.perſona,clare dicit, quod habetur ra
tio ętatis circa pęnas imponẽdas,ergo illud
eſt beneficiũ à iure tributũ.& hanc eandem
opi. tenuit ibi Aug. in add.ad Ang. allegat
d.Ang.inter alia ꝓ hac opin. Bar.in l.admi-
niſtrantes.§.fi. de exc.tut.& tñ nihil de hoc
dicit Bar.ĩ libro meo,uoluit tñ allegare Bal.
in d l.adminiſtrantes,in d.§.fi.ubi notabili-
ter inquit,quod minoranda eſt pœna ratio-
ne minoris ætatis & ſic minor nõ debet ca-
pitaliter puniri ubi malitia non ſuppleret
ætatẽ, ſed ubi malitia ſupplet ætatem ẽt mi
nor debet capitaliter puniri,ſm Iac. de Are.
ibi,cuius dictum,ita debere intelligi inquit
Bal.in d.§.fi.& ita etiã dicit intelligi debere
tex.in l.excidiuntur.§.fi.ff.ad Sill.& do.Th.
Gram.ẽt in d.dec.23. dicit quod non ualuit
in Bar.ſuo reperire doct.allegatam per arg.
ibiq́; do.Th.Gram. dicit hãc opinionẽ fore
cõem & eam eſſe ſequendã,& ita tenet Ab.
de Roſ.in d.§.in delictis,vbi dicit ſic uidiſſe
ſeruari,& hanc opi.tenet Barb.in l.& ſi ſeue
rior,

rior. C. ex quibus cauſ. inf. irrog. in add. ad Bal. Contrariam uerò opinionẽ, quod non cogatur iudex minorare pœnã ratione minoris ætatis tenuit Bal. in le. quicunq; C. de ſeru. fug. 5. col. mihi motus, arg. tex. in l. qui poſthumos in fi. ff. ad Sill. in ratione literæ, ubi enim fuerant inſtituti poſthumi hrdes, & ſi nõ eſſent hæredes fuit inſtituta uxor, q̃ anteq̃ adijſſet hæreditatẽ in defectum poſthumorum non natorũ mortua fuit ſuperſtitibus aliquibus proximis, qui ſucceſſerunt illi mulieri, fuit dubitatũ an illi hrdes mulieris poſſint petere hæreditatẽ illam, & diſtinguit de iure cãu. ꝙ aut mulier non adiuit hæreditatem ſolùm ea ratione, quia territa fuit ſenatuscõſul. Sillan. quia teſtator fuit occiſus, & tamen conſtat non fuiſſe prægnantẽ, & nihil periſſe, & tunc tranſmittitur hæreditas, aut non cõſtat eam prægnantem defunctam eſſe, & tunc non tranſmittitur, quia impedimentum eſt de iure communi. quod cauſatur ex plenitudine uẽtris, & licet ſenatusconſ. non diſpenſet in hoc caſu, ut tranſmittatur hæreditas nullã iniuriam facit q̃a obſt. impedimentum iuris communis, ſic ergo licet iudex non diſpenſet ſuper minoratione pœnæ nullã iniuriã facit minori, ſed facit id, ꝙ de iure cõi reperitur ſtatutũ. Idẽ videtur uoluiſſe Gandi. Ant. de pœn. reo. in 10. col. mihi, ubi uidetur tenere, qđ ſi ſumus in delictis atrocioribus, iudex ex arbitrio ſuo ratione minoris ætatis poteſt minorare pœnã, ſed ſi ſumus in atrociſſimis nullo modo ſubuenitur minori ætati, per tex. in d. §. in delictis in 2. parte ſui in hanc eandem opinionem firmauit, ſi recte põderetur Bart. in d. l. 1. C. ſi adu. delict. prout aduertit D. Io mauri. qui hãc opinioem ſequitur in tract. de reſt. in cap. 133. fol mihi 118. & idẽ repetit in eo. tract. c. 162. in fol. mihi 123. ibiq; nouum intellectum tradit ad l. 1. C de fal. mo. quantus ille tex. uoluit impuberem ẽt criminis participẽ delicto nõ teneri, nam dicit quod ex eo non ſequitur, ut uere ille impubes capax doli iudicandus eſſet, nam potuit ignorans conſenſiſſe, neſciſſe tamen quid ipſe ageret, quã ignorantiam in dubio præſumendã eſſe inquit, & ideo ea lege diſponitur, ꝙ quãuis pupillus præſtitiſſet conſenſum, non tamen ex eo puniendus eſt, quia eius conſenſus eſt imperfectus, inefficax, & immaturus, & hãc opinionẽ, uidetur etiam ſequi Affl. in conſt. minorũ iura in 5. no. Sunt alij qui tenuerũt ꝙ in delictis atrocibus minoratur pœna in minoribus, ac in delictis magis atrocibus nõ, ſm dom. Guil. mayner in d. l. ferè in omnibus, & Io. Fran. Ozer. inſt. de iure nat. gen & ciu. in prin. alij fuerũt in alia opinione, vt dicamus, qđ pupillus ſi deliquerit etiã dolo, non debet decapitari, ſed cogitur iudex miſeratione ætatis minorare pœnã, ſed ſi min. 25. annis deliquerit capitaliter punitur, niſi miſeratio ætatis aliud ſuadeat, & ad mitiorẽ pœnam iudicẽ perduxerit ut tenet Deci. ſi recte inſpiciatur in d. l fere in oĩbus, Alcia. ibi tenet, quod in atrociſſimis nõ excuſatur minor. Ioan. ẽt de Ana. in cap 1. de delict. puer. ſimiliter tenet, qđ ſit arbitrarium iudici minorare pœnam rõne minoris ætatis, & ſic quot capita tot ſententiæ, Quid igitur dicendũ ſit, pro 1. parte optimè facit tex. in d l. aut facta, §. perſona. ff. de pœn. ubi clarè dicitur ꝙ in pœnis imponendis habetur ratio ætatis, & ſic id neceſſarium uidetur, nam perinde eſt, ac ſi dixiſſet, quod debet haberi ratio ætatis, cõfirmatur per tex. in l fere in omnibus, ff. de reg iur. nã clarum eſt, ꝙ pupillus, ſeu minor tenetur ad pœnã pro delicto, l. 1. C. ſi aduer. delict. cum ſimilibus, unde quantus in illa regula dicitur ſuccurendum eſſe ætati, nihil aliud uidetur uoluiſſe, niſi quod pœna minui debeat ratione ætatis, prout ita ponderauit tex. illũ Dec. ibi, & ſic neceſſariũ videtur, & qđ hoc ſit verũ probat ineuitabiliter tex. ille ferè in omnibus, ponderando alio mõ: nam ſub vna determinatione dicit ſuccurrendũ eſſe imprudẽtiæ, & ætati, ergo æqualiter debent determinari, l. nã hoc iure, ff. de vulg. & pupil. ſubſti Cũ ergo pœna delicti cõmiſſi p imprudentiã neceſſario debeat minorari, quia crimẽ committitur per imprudentiam, qñ inaduertenter, & inconſiderate factũ ſit, & in eo caſu conſideratur culpa, & nõ dolus, meritò pœna debet mitigari, ut ibi, & ꝓbatur in l. 3. §. 1. ff. de ſicc. & minoratio pœnæ pp imprudentiã non conſiſtit in arbitrio iudicis, ſed ĩ neceſſitate, ergo ita debemus dicere in minori ætate, hoc ẽt clare ꝓbat tex. in c. 1. & 2 extra de delict. puer. ubi in ſpecie dicitur, ꝙ non ita minores puniunt̃ ſicut maiores, ergo eo eſt, & fieri dẽt ex legis diſpoſitione, hanc eandẽ opinionẽ clare ꝓbat nouiſſime tex. in cõſt. minorum in. §. eis autẽ. ſub tit. de reſt. min. ubi formali-



formaliter tex. dicit loquens de minoribus per hæc formalia verba, eis aũt delinquentibus, ſi delictum procedat ex aĩo, niſi quantus miſeratio ætatis iudicem nouerit minime ſubuenimus, põderãdum eſt. n. illud verbũ ſubuenimus, nã ex eo infert̃, ꝙ illa ſubuẽtio, quæ fit rõne minoris ætatis, prouenit ex legis diſpoſitione, & ſic lex eſt illa, quæ ſubuenit, & non iudex, & ſic non eſt arbitrariũ, nec refert illa coniunctio, quantus refertur. n. ad eã mediocritatem, ſeu qualitatem pœnæ, quã arbitrabitur iudex, quaſi diceret arbitrari, quę nã pęna eſſet imponẽda minori de mitioribus pp minorẽ ætatẽ, id ſit in arbitrio iudicis, nã illa cõiũctio, quãtus, ſignificat quãtum, ſeu ad quẽ finem, ſm Cic. de amic. 34. quã ob rem id primũ uideamus, ſi placet, quãtus amor in amicitiã progredi debeat, & in Tuſc 173 magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec quantus eſſet quodque curandũ, & ſic tex. ille perinde eſt ac ſi dixiſſet, quod non ſubuenitur, quo minoribus in delictis, ſed bene ſubuenitur ad mitiorẽ pęnã miſeratione ętatis, quantũ, & uſque ad eum modum, quæ arbitrabitur iudex, prout qualitas. n. delicti erit, debet moderari pęna. Nec ſemper uno modo, ratione minoris ætatis dẽt pęna minorari, ſed prout Atrocitas, & qualitas delicti expoſcerit magis enim debet minorari reſpectu unius delicti, & unius minoris, quam reſpectu alterius, conſideratis qualitate, atrrocitate, & leuitate delicti, ac ęqualitate ætatis, & ſic, hoc c eſt arbitrarium, & poſitum in arbitrio iudicis, & tenendo hanc partem tota difficultas uidetur reſpondere ad tex. in l. aux. §. in delictis, ff. de minori, quem tex. tam Doct. tenentes primã opinionem, quam ſecundam allegant pro eorum opinione, & tamen uidetur facere, & urgere contra hanc primã opinionem, nã ibi dicitur, quod nõ ſubuenitur minoribus in delictis, niſi quantus interdũ miſeratio ætatis iudicem ad mediocrẽ pœnam perduxerit, illud enim aduerbium temporis
b *b* interdum ſignificat non nunquã ſm Platinum. 13. 150. nam interdum ibo ad illum, & eundem in amph. qu. 4. qui interdum fio Iupiter, quando iubet; ergo infertur qđ nõ ſemper debet iudex minorare pœnam, & ſic uidetur non neceſſarium, ſed arbitrariũ nã illud dicitur neceſſariũ, quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, ut dicitur 5. met. text. com. 6 & 12. met. tex. com. 38. Arbitrarium quoque id dicitur quod poſitum eſt in arbitrio alicuius, ut ipſe poſſit facere prout ſibi uidebitur, & prout opinatur eſſe faciendum, ſm Cic. 1. de fi. 9. nu. deſiſtunt de ijſdem, de quibus, & ab epicuro ſcriptũ eſt, & ab antiquis, ad arbitriũ ſuum ſcribere? ſed tenendo, hãc partem pluribus modis reſponderi poteſt, ꝙ primo quia licet. Illud aduerbium interdum uideatur id inferre, ut ſupra dictũ eſt, nihilominus qñque dictum aduerbium, interdum, ſolet poni in diſpoſitionibus, in quibus aliquid fieri debet neceſſariò, ut probatur ex dictis Ariſt. 1. eth. lib. 3. inquit enim, ea quę uoluntaria ſunt, laudantur aut uituperantur, q̃ non ſunt, ueniam impetrant ac interdũ miſericordiam, clarum eſt. n. ꝙ quæ per uim, & non uoluntariè facta ſunt pœnam non merentur, ut ibi inquit Ariſtot. & patet per totum tit. ff. quod met. cau. ſicque illud aduerbium, interdum. nõ facit, ut quæ neceſſariò fieri debent, ſint uoluntaria ſeu arbitraria. Secundò, reſpondetur ꝙ poſito, ꝙ ibi aduerbiũ illud ponatur, ut ſignificet illud arbitrarium eſſe, tñ illud arbitriũ non debet, nec eſt ita, & taliter, ut totaliter à poteſtate iudicis dependere habeat, an debeat minorari pœna ratione minoris ætatis, ſed ita demum ut æquitas attendatur, ſm Bar. in l. 1. prima colu. uerſi. ad iſtam lect. oppo. C. de leg. Bar. in l. ſi quis maior. 1. col. C. de trãſ. & ibi Bal. nec poteſt iudex ratione arbitrij iniquum c ęquo pręferri, aliàs faceret *c* litem ſuam, ſm Alex. in ſupra alleg §. pœna grauior, & in l. 1 in fi prin. de appe. imò debet in arbitrariis ſemper inclinare in mitiorem partem, & mitiorem pœnã c. de cauſis extra de off dele. & habetur per Bal. in l. ſi fugitiui, C. de ſer. fug. & in l. fi. in prin. de pęn. in qui. ma. iu. 2. in l. 1. in princ. ff de ijs qui ſunt ſui uel alie. iu. & uoluit idem Bal. in l. quicunque. 6. col. C. de ſeru. fug. Arbitrij enim appellatione non uenit libera uoluntas ſed arbitrium boni uiri. ut late per Fel. in ca. ſignificauerunt. de teſt. in fi. & dicit Bal in l. uẽdentis. 2. q. C. de cõtr. emp. ꝙ arbitrium eſt ęquitas animi declarati, habito reſpectu tam ad æquitatẽ naturalem, q̃ ad legem præcepta, nec nouum eſt tã æquitate naturali, q̃ legũ præceptis maiori pęna eſſe plectẽdos eos, qui maioris doli ſunt, q̃ qui minoris, æquitas tendit potius ad minorationem, q̃ augmentum, ſm Phil.

5.ethic.c.9.nã dicit, ꝙ æquitas dictat, ut iu-
dex nõ ſit exaptus iuris executor in peiorẽ
partẽ, ſed ut imminuat potiùs, præcepta. n.
legum ubique ſunt, ut nõ oẽs æqualiter pu-
niuntur, ſed ſm qualitatem perſonarum, ut
dicit tex. in l. moris, §. ſed. n. ſciendum, ff. de
pœ. & ſm qualitatem delicti. & ſic doli. l. re
ſpiciẽdum, ff. eo. ti. §. planè. & habet' in l. aut
facta. §. perſona. eo. tit. Itẽ lex præcipit, vt pę
næ potiùs molliendæ ſint, q̃ exaſperandę. l.
interpretatione legũ. ff. de pœn. præterea ra-
tione minoris ætatis pœnas eſſe moderan-
das plures leges ſupra allegaui. Item inquit
Ariſt. in lib. 2, eth. in hæc uerba, Ad quæ ma
ior eſt acceſſio, ea magis contraria eſſe dici
mus ad ſeuitiã, quàm clementiam, ſeu lenita
tem maior eſt, & periculoſior acceſſio, Idẽ
plus quoque peccãt ſeueri, quã clementes.
hinc præclare aũt Socrates, Nicodẽ Regem
admonet, ut mitis ſit & pœnas irroget com-
miſſis minores, nã potiſſimũ eſt, inquit ip-
ſum rerum punctũ attingere. Cęterum quo-
niã id per difficile cognitu, malit citra illud
ſubſiſtere, quam p̃terire, magis. n. ad medio
critatem facit, quod diminutũ eſt, quã qd'
redundat. Sicque tã ęquitate naturali, quàm
legum præceptis minori pœna ſunt plecten
di minores, ergo neceſſariũ eſt, qđ ita iudex
d arbitret', & ſi aliter fieret põt *d* appellari. l. an
tep. ff. de uerb. ſig. & ibi glo. & glo. in c. ſuper
his extra de acc. in uerbo arbitriũ, & uoluit
expreſſe Bar. ĩ d. l. antep. in fi. & Bar. poſt glo.
in l. quid ergo. §. pœna grauior pe. col. uer. ul
timo legis iſtũ, ff. de inf. & Bal. in c. 1. 8. col.
uer. & ſcias, in ti. de mil. va. q cont. eſt. con
corda ut p Fel. in d. c. ſuper his. 5. col. & tãto
magis tenetur, & arctat' iudex rõne minoris
ætatis minorare pęnam, quia ita conſuetũ
eſt fieri in tota Italia, ſequitur qđ eſt neceſſa
rium, licèt eſſet prius ſimpliciter arbitrariũ,
ut eſt tex. in le. ſaccularij, ff. de extraor. cri. &
no. in gl. in le. q d ergo. §. pęna grauior, ff de
inf. & ſequitur Bal. in l. quicunque. C. de ſer.
fug. 6. col. practica. n. eſt uera intellectrix le-
gũ, ut inqt elegãter Bal. ĩ c. 1. in prin. in uer.
& Ideo qñ capiũt'. de feu. ſine cul. nõ amitt.
cuius dictũ reaſſumit Dec. ĩ cõſ. 151. reuoca-
tur, ĩ ultimis uerbis, hinc idẽ Bal. ĩ l. illud. ff.
ex. de tut. p illũ tex. no. qđ ab antiqua pra-
ctica nõ eſt recedendũ, & idẽ repetit in cõſi.
473. ſtatuto cõis Papiæ, 2. colu. 1. lib. de quo
ate per Cot. in ſuis mem, in uerbo practica,
& quod ita ſit ſeruatũ, & ſeruetur habet' per
Doc. quos ſupra allegaui, & teſtor Deum, &
totã ferè Italiam, hæc quoq; facere uidẽtur
pro prima parte, At pro 2. parte ultra alle-
gata ſuperiori loco facit id, qđ legit' in dia-
logo B. Gregorij quarti uidelicet de puero
quinque annorum, qui iurans, & blaſphe-
mans maieſtatem Dei fuit raptus à diabo-
lo, euenit e. n. ſolet, quod licèt ſit minor ætas
in aliquo, ſit tantã in eum malitia, quæ ſup
plet ætatem adeo quod pp illam exaptã ma
litiam puniri debeãt ac ſi eſſet maior, ut uo
luit Bal. in alle. l. adminiſtrãtes, §. qui corpo
ris, & ideo nimirũ ſi tex in §. in delictis uſus
fuit illo aduerbio interdũ, quaſi diceret, qd'
talis poterit eſſe malitia, ut licèt quis ſit mi-
nor nihilominus non debet ei miſeratione
tatis ſuccurri, hic dicit Phil. 5. eth. c. 9. ĩ hęc
uerba, qñ igitur lex in uniuerſum dixerit, &
præter uniuerſale poſtea quippiam contige
rit, tunc recte ſe habet, ſi qua legiſlator omi
ſit abſoluteque ac ſimpliciter loquẽdo pec-
cauit, corrigat' defectus, id qđ legiſlator e-
tiam ipſe ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, ita
præſcribentem legem inſtituiſſet, ſicque iu-
dex ex arbitio ſibi conceſſo poteſt ſecundũ
emergentiam, & qualitatem caſuum proui-
dere, nec aſtringitur ut magis uno mõ quã
altero prouideat, nam dupliciter poteſt eſſe
aliquod neceſſarium, ſecundum Auic. neceſ-
ſarium ex ſe, & neceſſarium ex alio, Com-
ment in paraphraſi. 1, de cęlo vlt. capit. & 8.
phyſ. commen. 79. & 2. cel commen. 71. ætas
ergo non eſt cauſa neceſſaria ex ſe ad mino
randum pœnam in caſu propoſito, quia ma-
litia ſupplet ætatẽ c. de illis, & 2. de deſpon.
imp. & ibi gl. & l. 3. C. ſi min. ſe maio. dix. cũ
ſimilibus, ratio enim quare leges permiſe-
runt poſſe minorari pœnam in minoribus
fuit, quod & minor dolus in eis uidebatur
concurrere quam in maioribus, at ubi tan-
tus dolus tantaque malitia concurrit ſicut
in maioribus, ceſſante ratione diſpenſatio-
nis ceſſat diſpenſatio, & ſic minor ætas ex ſe
non eſt cauſa neceſſaria, aut minoretur pœ-
na niſi ut ſupra, nec etiam eſt cauſa neceſſa-
ria ad minorem pœnam minor ætas pro-
pter aliud, & ſic legis neceſſitate. quia lex di
cit interdum ſubueniendum eſſe. & ſic non
ſemper. Itẽ alibi dicit lex, quòd malitia ſup
plet ætatem, ut ſupra, & una lex diſtingui-
tur per aliam, ergo nec ex ſe, nec ex alio eſt





neceſſarium ratione minoris ætatis minora
re pœna. Quid igitur dicendum in tanta do
ctorum, & opinionum uarietate, certe non
nulla poſſent adduci hinc inde pro utraque
parte, tñ non puto recedendum ab ijs quæ
alias in prat. mea cauſa crim. in verbo pęnis
debitis ſeriãtur, & in prag. de ſodomia dixi,
e uidelicet ꝙ cogatur iudex miſeratione *e* æ-
tatis minorare pœnam in atrocioribus ac in
atrociſſimis concurrente malitia ipſius mi-
noris, non puto ſubueniendum, conſiderata
tamen qualitate minoris ætatis, & ita vr̃ ꝓ-
bari in d. §. in delictis in 2. parte ſui, & ita di
co procedere Doct. Bal, in d. l. adminiſtran-
tes. §. qui corporis, & ita fuit proximis dieb.
in ſacro regio conſi. deciſum in delicto ne-
phando ſodomitico, in minore agente, ſed
in patiente non, & hanc opin. tenuit gl. in d.
§. in delictis, & alij Doctores quos ſupra re-
tuli, & tenendo hãc partem illud aduerbiũ,
interdum, poſitum eſt in d. §. in delictis non
quia res eſſet arbitraria in atrocioribus, ſed
ex q̃uo, qñ delicta ſunt atrociſſima concur
rente malitia minoris (quæ ſuppleret ętatẽ)
non erat ſubueniendum, intelligo tñ de eo
minori, qui eſt vltra 14. annos. & ita dico iu
ris eſſe ſaluo ſp ſaniori conſilio. Res tñ ad-
huc non fuit deciſa, fuerunt tñ oẽs de conſi-
lio, & de magna curia, & regia camera in cõ
trario uoto, decem pro una parte, decem pro
alia, adeo quòd non fuit cauſa determina-
ta. Pet. Fol. V. I. D.
86 † De ſecunda culpa. ſ. de leui, ſi quæratur,
an delictum commiſſum leui culpa puniat',
Dico, ꝙ in hoc reperitur magna uarietas in
ter Doc. quos refert Bald. in leg. data òpera,
colum. 3. C. qui acc. nõ poſſ. & Ang. in tract.
malef. in uerſi. incendiario. Nam Cyn. in l. ſi
quis non dicã rapere. C. de ep. & cl. tenet, ꝙ
leuis culpa nõ punit', niſi ad refectionẽ dam
ni. Verũ ſi non hẽt in ære, luat in corpus, l. q
ędes. ff. de inc. rui. nauf. Sed contrarium te-
net Bar. in l. reſpiciendũ. §. delinquunt. ff. de
pœ. vbi dicit, ꝙ leuis culpa punitur crimina
liter, idẽ & Bar. in d. l. fi. circa fi. uerſ. quęrit
gl. & c. ff. de pri. Vdelic. ubi dicit, ꝙ ubi habet
locum acti. l. Aquil. ibi poteſt quis crimina-
liter accuſari, pro hac parte facit tex. in le.
ſi fortuito, iuncta glo. in uerſi. lux, ff. de inc.
rui. nauf. ubi expreſsè dr̃, ꝙ punit' culpa do-
lo proxima, & iſta eſt lata, uel luxuriæ. i. latę
proxima, & iſta eſt leuis. Idem tenet Cęp. in
conſ. 33. col. 4. & conſ. 41. col. 3. ubi dicit, ꝙ
leuis culpa punitur leuius.
87 † In hæc uarietate placet mihi quædam
diſtinctio, quam facit Bal. in d. l. data ope-
ra colũ. 3. circa medium, uidelicet ut diſtin-
guamus: Aut culpa leuis conſiſtit in omit-
tendo, ſeu negl gendo, & non punit' niſi ad
æſtimationem damni, & ita loquatur opin.
f Cy. aut conſiſtit *f* in faciẽdo, & ita loquatur
opin. Bar. & ſequacium. Hãc diſtinctionem
puto ueriſſimam & cõfirmo eã, per duo iu-
ra. ſ. per d. l. qui ædes ff. de incen, rui, nau, vbi
g dicitur, ꝙ ſi per *g* negligentiam fuerit com
miſſum incendium, tenet negligens ſarcire
dãnum, & ſi idoneus non ſit, leuiùs, caſtiga-
tur, & ꝙ ille text. loquatur de leui culpa in
obmittẽdo, probatur, quia loquitur de negli
gentia ſimpliciter, nã eo ipſo, ꝙ quis negli-
git, dr̃ obmittere. Item magna ſeu nimia ne
gligentia, dr̃ lata culpa, l. cedere diem, §. ſi,
ff. de uerb, ſign, & l. mil. ff. de cuſt. reor. Ergo
quando punitur ſimpliciter, ſine illo adiecti
uo, magna, debet intelligi de leui.
88 † Sicut dicimus, qñ ſimpliciter fit mentio
de culpa, intelligitur de leui. glo. etiã, & ibi
Bar. in fi. in l. in uend. §. 1. ff. de bo. auth. iud.
poſſ. & Alex. in l. ſi mora, col. 4. ff. ſol. ma. &
Alex. in conſi. 45. in 1. uolu. Secundo, confir-
mo per l. capitalium, §. qui ob inimicitias in
fi. ff. de pœ. ubi dr̃, ꝙ fortuita incendia, quæ
per negligentiam commiſſa fuerunt, ciuili-
ter exercentur, uel modicè uindicantur. in-
telligo illam alternatiuam. ſ. qñ negligens
non habet in ære, tunc luat in corpus, ſecun
dum formam d. l. qui ædes, alias cõtrariatur
illi l. ubi eſt ſimilis caſus, nam unam lex de-
bet per aliam diſtingui, l. ſed & poſteriores,
ff. de leg. Sed quando culpa leuis conſiſtit in
faciendo, tunc punitur, & probatur per d. le.
ſi fortuito. iuncta gl. in uerſi. luxuriæ, eo mo
do, quo ſupra declaraui, & ita cum iſta di-
ſtinctione pertranſeo.
† Tertia culpa. ſ. leuiſſima, an puniatur cri
89 minaliter: Breuiter quidquid teneat Bart.
in d. l. fi. ff. de priu. deli. circa fi. & in d. l. reſpi
ciendum, §. delinquunt ueritas eſt, quòd le-
uiſſima culpa nõ punit', niſi ciuiliter ad æſti-
mationẽ damni, ita tenet Cyn. in d. l. ſi quis
non dicam rapere. C. de epiſ. & cle. & Bal. in
d, l. data opera. col. 3. circa fi. C qui accuſ. nõ
poſſ. & Alexan. in add. ad Bart. in d. §. delin-
quunt, & Ang. in tract. malef. in uerſ. incen-

diario,col.3.ubi allegat unum conſi.Saly.
90 † Nunc ergo ſi quæris,an ubi habet locũ
act o l.Aquil.ha beat locum ẽt pœna crimi-
nalis,potes rñdere ex p̃dictis, nã ſi damnum
eſt datũ lata culpa in commi ttendo poteſt
criminaliter accuſari . Si uerò eſt leuis cul-
pa in neligendo,agitur ciuiliter tm̃.Verùm,
ſi non hẽt in ære, luit in corpus,ut d.leg.qui
h ædes,& d.§ q ob inimicitias. Si uerò eſt *h* le
uiſſima culpa, tũc ſolum agitur ciuiliter ad
damnũ,ut ſupra. Verũ eſt aduertendũ,quia
tunc demũ agit̃ ad dãnum ex leuiſſima cul-
pa, quando eſt in faciendo,ſecus ſi eſt in o-
mittendo,quia tunc ceſſat actio legis Aquil.
ſecundum Ale. in l. domus hæreditarias.ff.
de leg 1.& hr̃ in dec.57.conſi.Neap.col,fin.
Pro hoc eſt tex.formalis in l. ſi cuius.§.deni
que conſultus.ff.de uſufruct. Et per hoc ha-
bes limitationem ad l in lege,la 2.ff.ad l.A-
qui.ubi dicitur , quòd in l. Aquilia uenit le-
uiſſima culpa, quia debet intelligi dummo-
do conſtat in faciendo, aliàs ſecus.
91 Prædicta tamẽ intellige , ꝙ licet quis poſ-
ſit in aliquibus caſibus criminaliter puniri
pro culpa , hoc tñ intelligitur mediante ac-
cuſatione offenſi , nam per uiam inquiſitio-
nis iudex nunq̃ procedit pro delicto culpa
commiſſo, niſi dolus uel lata culpa interue-
niat , ut dicam infra in 6. parte huius tract.
in materia inquiſitionis uerſ.10.principali,
92 ter , &c. † Vidimus hucuſque ſatis abundè
duo membra huius principalis diſtinctionis
iudicijs. ſ.qñ dicatur iudicium ciuile, & qñ
criminale , ſupereſt uidere de tertio mẽbro,
ſ.de iudicio miſto : Super quo dico,quòd in
terminis noſtris , de quib. loquimur in hac
i prima diſtõne,iudicium *i* miſtũ dr̃ illud,qđ
participat de criminali,& de ciuili,vt eſt,qñ
pœna uenit applicanda pro parte fiſco, & ꝓ
parte parti. Poteſt poni exemplum in crimi
ne iniuriarũ, qñ porrigit̃ libellus ſecundum
formã cõſt.uarietates, ſ.ut pœna æſtimatio-
nis iniuriæ applicetur pro duabus partibus
curiæ ſeu fiſco , & pro tertia parte parti of-
fenſæ. Similiter põt poni exemplũ,dictante
ſtatuto, ꝙ quicunque accuſauerit bannitũ,
lucret̃ dimidiũ pęnę banni,ut no. Bar.in l.ſe
natus,§.ſenatus.ff. de iure fiſ.& ꝙ talis cau-
ſa dicatur miſta,tenet Ale.in conſ 66.col.1.
uerſ. uel uerius, &c.in 1.uol. Ant.de But. in
ru.de iud.& Alex.in conſ.82.col.fi.in 1.uol.
& Mat.de Affl. in d.cõſt.uarietates,col.3.ꝓ
hoc allegatur tex.in cap. tuæ in fin.de proc.
93 † Ad unũ tñ eſt aduertẽdũ,ꝙ qñ agit̃ ad pę
nã pecuniariã in iſto iudicio miſto . non dẽt
agẽs cõcludere, ꝙ pęna applicet̃ pro parte ſi
bi,& ꝓ parte fiſco: Sed ꝙ tota applicet̃ fiſco,
& poſtea a fiſco diuidat̃ cũ ipſa parte. aliàs
nõ ꝓcederet libellus. ita pulchrè tenet Ang.
de Aret. in §.pe.col.4.in fi.uer.unum tñ,&c.
inſt.de actio. Mouet̃ ꝑ id,qđ dicit Bar.in d.
§.ſenatus,& Bar.in d.l.1. C.de vẽ.re.fiſ.com.
cũ priu.li.10.ubi hr̃,ꝙ qñ fiſcus hẽt rẽ cõem
cũ priuato,ipſe fiſcus diuidit. Imo rõne par
tis quã hẽt ĩ re, põt totã rẽ uẽdere,ut ibi hr̃.
Et p̃dicta ẽt tenet Fel. in l.3. uer.ulterius ab
extr.&c.C.ad l.Falc. fatet̃ tñ Bar.in d.l.1.ꝙ
ſiquis ſolueret illi priuato agenti, eſſet libe-
94 ratus,ut ibi per eũ.† Supereſt hic attingere
unũ dubiũ valde neceſſariũ in hac materia,
& eſt tale,uidelicet ſtãte ĩ regno regia prag.
prima, q̃ incipit,diſpendia, q̃ vult,ꝙ in oĩb.
cauſis ciuilibus,uel miſtis ꝓcedat̃,ſine figu-
ra iudicij. Quæro, an intelligat̃ de iſtis cau-
ſis miſtis.ſ. qñ pęna uenit applicãda ꝓ parte
fiſco , & pro parte parti . Effectus eſſet ma-
gnus,qa multæ ſolennitates, q̃ requiruntur
in libello accuſatorio, tollerẽtur ꝑ illã clau-
ſulã,ſine figura iudicij,&c. In hoc pręſuppo
no,ꝙ cauſa miſta põt conſiderari dupliciter.
ſ.uno modo, quo ſupra dixi,qñ pœna appli
catur fiſco,& parti. Alio mõ, qñ ex delicto
agitur ciuiliter , ut declaratur in præcedenti
bus, nã tũc cã nõ põt dici merè ciuilis,quia
deſcendit ex delicto, minime põt dici merè
criminalis, ex quo agitur ciuiliter, & nõ ad
pœnã ordinariã,unde dr̃ miſta. Iſta eſt pro-
priè tex.& ibi gl in c.tuæ in fin.de proc.per
quẽ ita tenet, Abb.in rub.de iud.col.2. uer.
ſecundo principaliter , &c. Primo mõ,dr̃ cã
miſta,reſpectu pœnæ,quia applicat̃ fiſco,&
parti,per ea,q̃ hñr ꝑ glo. & Bar.in l.p̃r.ff.de
ſepul.uio & in l.agr.ff. de ter.moto. Secun-
do modo dr̃ cã miſta , reſpectu modi agen-
di ex eo, quia ꝓ crimine agit̃ ciuiliter.Hoc
p̃ſuppoſito dico , ꝙ in rei ueritate utraque
cã dr̃ miſta,uerum prima magis accedit cri-
minalitati, duabus potiſſime rõnibus . Pri-
mo,quia pęna de directo applicat̃ tota fiſco
& deinde a fiſco applicat̃ parti , & ob hanc
cauſam poſſet dici criminalis, ſm̃ Alex. in
conſ.132 col.fin.in 1.uol. Secundo,quia ex
quo pars criminalis cenſetur potentior , &
dignior, trahit ad ſe partem ciuilem tanquã
minus



minùs potẽtem,& minus dignam, ita tenet
Alex.in cõſ 82.in fi.in 1.uol, facit quod no.
Bar.in l.quærit̃,ff.de ſta.ho.& Bald.in conſ.
226.in 3.uol.Tñ,qa dicta regia prag.loqui-
tur ſimpliciter de cauſis miſtis , cũ priùs lo-
quatur de ciuilibus,de neceſſitate intelligitur
de illis,quæ hñt miſturam ciuilitatis,crimi-
nalitatis.Vnde cũ ambæ cauſæ prædictæ di
cant̃,miſtæ,nõ põt negari,quin dicta prag.
loquat̃ de ambabus, vnde reuertendo ad de-
ciſionem qõnis p̃poſitæ dico, ꝙ dicta prag.
loquitur de iſtis cauſis miſtis.Verũ,ſi quęris,
an per hoc ſint ſublatæ ſolẽnitates libellorũ
dico,ꝙ duo ad ſolẽnitates formale , quæ nõ
98 reſpiciunt probationes, ſunt ſublatæ , unde
põt porrigi talis qualis petitio per modum
ſimplicis poſita in cauſis miſtis,ſicut in ciui-
bus, propter dictã clauſulã, ſine figura iudi-
cij,&c.ut no.Pariſ.in tract.ſynd.in uer. ſen-
tentia,col.6.in c.an dictũ capitulũ,&c.Si ue
ro quæris de ſolẽnitatibus ſubſtantialibus ,
quæ reſpiciunt probationes.& tunc iſtæ non
ſunt ſublatæ , & hoc deciditur in d. prag. in
fi.ibi declarãtes,&c.†Ex hoc infertur, ꝙ cũ
95 ſolẽnitas l. libellorũ,ff.de acc. ſit ſõlennitas
ſubſtantialis, reſpiciens probationes , qa eſt
in ducta in fauorem rei, ſed ad hoc , ut poſ-
ſit magis facile ſuas defenſiones producere
coarctando negatiua loco,& tẽpore,ut dicit
Bal in l.cũ fratre.col.2. C.de his qui.ut ind.
& Par.in tract.ſynd.in d verſ.ſent.col.11.&
12.an per dictũ c. &c. ſequitur , ꝙ dicta ſo-
lẽnitas non cenſetur ſublata , & ſic ẽt hodie
requiritur,non obſtante dicta prag.& hoc te
net Lud.Rom.in conſ.191.in fin.†Secundò
96 infertur,ꝙ ſi aliquis uellet hodie formare li
bellum in crimine iniuriarum , ſuper æſti-
matione iniuriæ , uel agere ciuiliter de ali-
quo crimine , poſſet per modum ſimplicis
petitionis,& poſſet agere ſine alia ſolennita
te libelli,& ſolo uerbo facere talem qualem
petitionem,& illã per notariũ redigi facere
in ſcriptis dũmodo apponat ſolennitates le-
gis libellorũ,quę reſpiciũt defenſiones,& ꝓ
bationes rei,per ea,q̃ no. Bart.in extrau. ad
reprimendum.in uerſ.& fig.& Lãfr.in cl.ſæ
pe.de uer.ſig.in uer & figura.& in uer.libel-
lus.Et per hæc ſit expedita hæc 1.diſt. iudi-
ciorum. Rob. Ven.V.I.D.
97 A D D I T I O.† Poſtea q̃ in iniuriarum
materiam incidimus , aliqua ultra Do. Au-
ctorẽ congerere, non extra rem eſſe putaui ,
quo circa,& illud ſciendũ eſt,nunquid iniu-
riarum actio per ſalutationẽ , cõmeſtionem
que factã cũ iniuriante tollatur ? in quo qui
dem dicendũ Arbitror,ꝙ aut a principio in
iniuriatus ad animum eius reuocauerit de-
deritq́; libellũ extimando iniuriam poſtea
q́; comedit , & bibit cũ iniuriante, vel eum
ſalutat,& iſto caſu non tollitur, ut tenet gl.
in §.fi. inſt. de iniur. aut iniuriatus non re-
uocauit ad animum iniuriam,& ſtatim ſalu-
tat iniuriãtem bibit, & comedit cum eo, &
eo caſu ſi poſt ea accuſat,tollitur accuſatio ,
& ita fuit deciſum in Capp. Tol. ſecundum
98 Steph.Aufr.in deciſ 233.& in addi.†Nec il
K lud prætereundum eſt , *K* an actione iniu-
riarum teneatur,q cõuiciũ uerũ dixerit ? In
quo breuitate ſtudendo Gram. in deciſ. 37.
dicit fuiſſe deciſum in ſacro regio conſil. ꝙ
aut dixerit aĩo iniuriandi,& tunc ſiue falsũ,
ſiue uerũ dixerit tenetur aut nõ aĩo iniuriã
di dixerit,& tunc ſecus,& eſt rõ licet non di
cat do.Gram. quia licet quis habuerit uitiũ
ſeu defectũ à natura, non ꝑpea dẽt uitupe-
rari,ſed eius potius miſerendum eſt , ut in-
quit Phil.in li.3.eth.c 5.in hæc verba homi-
ni cæco a natura,uel morbo, vel ictu, nemo
uitiũ objciet , ut probrum aut eius miſere-
bitur potius,cæcum uinolentia,aut alia im-
moderatione,nemo non culpabit, ea porro-
uitia corporis, quæ ſunt in noſtra ptãte dam
99 nantur,nõ ea quę nõ ſunt.†Quibus,& illud
cõſequens eſt,ꝙ actio iniuriarũ cũ ſit prętο
ria pęnalis, & famoſa ultra annum minime
cõpetit,ut inſt.de.perp.& tẽp.actio. in prin.
iunctis ijs,quæ no.in l querelã,C.de fal.uer.
plane de p̃ſcriptione criminũ eſt notatũ , &
hic annus erit utilis, adeo ut dies, in quibus
quis iuſtè fuit impeditus , ſubduci debent è
medio,& currit à die ſciẽtiæ, ut notabiliter
declarat Iac à Bello uiſ.in ſua prax.crim. in
prin.3.col uer. & ad hoc no. & hæc fuit ori-
ginalis doctr.Iac.But.quam ſequitur. Ang.
in d.l.querelã.& Sal. in fi. qui latiùs exordi-
tur, uidelicet, ꝙ de crimine non põt quæri
criminaliter vltra tẽpus , infra qđ poſſet de
eo ciuiliter agi,& ſic extincta ciuili erit ex-
tincta criminalis,cum crimina ſint odioſa ,
& eorũ meta regulariter minori tẽpore co-
arctatur,quàm ciuilium actionũ,quæ durãt
triginta annis,& in ijs eſt uiginti d. le. que-
relam. ubi ergo extinguitur ciuilis minori
tẽpore , multò magis debet extingui crimi-
nalis.

nalis.ex quo infert Sal poſt Iac. But. ꝙ cum
actio de dolo ciuilis hodie coactetur bien-
nio continuo l.fi. C.dol.non poterit, agi de
dolo criminaliter puniendo pęna ſtellhona-
tus vltra biennium, & pariter in actione
a iniuriarũ prætoria,quę durat 1 anno,eius cri
minalis tollet anno, ſed ubi iniuriarũ actio
eſt ciuilis, ut in tribus caſibus poſitis in l.
lex Cor. in prin.ff.de iniu. uidelicet, ubi qs
pulſatus,uerberatusue, domusue eius ui in-
troita ſit (ut utar uerbis iuriſ.) tũc quia hæc
ciu.duraret 30.annis in illis caſib.ſecundum
uerã opin.ut uolunt gloſſ.& Doct. in d. le.ſi
non conuitij, eius criminalis durabit 20,
ann.d.l.quærelã, quæ uerba ſecundum Sal.
ſunt perpetuo cordi tenenda, & ad literam
ſecutus fuit Bal.in tract.de præſcr.in 4.par
te 4.partis prin.in 2.nu.6. & ſic ſaltim intra
annum debet lis cõteſtari, aliàs ſi fuiſſet iu-
ſtę impeditus daretur reſtitutio, l. ſenatus,
cum ibi no.ff.de offi. præfe. & firmat Iac. a
100 Bel.in loco ſupra citato. † Secundo, & il-
lud concurrere neceſſario dẽt, ut iniurians
ſit maior infante, & perſona diſtincta, aliàs
denegatur actio,& pari ratione alijs denega
bitur contra eos,ſecundum Iac.à Bel.uiſ.in
loco de quo ſupra,& ita refert debere intel-
ligi text.in le.illud,ff.de iniur. citar pro hoc
l.vulgaris,§.proinde,ff.de fur. iuncta l. 1. §.
fi.C.de fal.mo. ſicq; requiritur, ꝙ talis qui
poſſit facere,& dicere iniuriam,citat ꝓ hoc
101 tex.in l.furioſi.ff.ad l.Iul.maieſt.†Hæc au
tem ſanè intelligerem, ut minime procede-
rent, ſi dicta factaue fuerit iniuria talibus
perſonis contemplatione patris, aliorumq;
ſuorum maiorum, tunc.n. non denegabitur
actio patri infantis,vel alijs maioribus ſuis?
quorũ cõtẽplatione facta dictaue fuerit in-
iuria,quia talis iniuria ipſis vr̃ facta, vel di-
cta,nã qui malũ facit cani meo,mihi facere
vr̃ l.ſi ſtipulatus fuero ff.de uer. ob pro hoc
facit tex.in l.apud labeonem. §. ſi quis virg.
ff.de iniu.cũ alijs allegatis per Iac.de Bel.ui.
ubi ſupra colu.8.uerſ. ſed nunquid, poterit.
ſicque uirtus conſiſtit in modo practican-
102 di †Nec obmittendũ erit,ꝙ ceſſat iniuria
rum actio ubicunque duo ad inuicem ſibi
ipſis iniuriam fecerint, nec apparet quis pri
mo inceperit,ſecũdũ Iac.à Bel.uiſ.ubi ſupra
4.colu.verſi.3.requiritur, & ſequitur Felin.
in c.dilecti fili.de excep.ſed hoc eſſe uerum
dixit Alex.in leg.femen mor.ff.ſol.mat. quo
ad pęnam tangentem ipſis delinquentibus,
at ſecus quo ad pęnam tangentẽ fiſco. nã li-
cet non oriatur actio ipſis delinquentibus,
oritur tamen ipſi reip.& ſic fiſco,ut etiã re-
fert,& ſequitur Paraſius in d.c.dilecti.quod
poſſet procedere, ubi eſſet talis iniuria in
qua ex officio poſſet inquiri, at ſecus econ-
trario (ut eſt uidere in iniuria uerbali) vbi
non põt ex officio, nec ad quærelam proce-
di,niſi præcedente libello, vt ſupra dixi.
103 † Illud etiam concurrere debere, ut actio
iniuriarum cõpetat, non ambigendũ erit,vt
iniuria facta dictaue ſit ſufficiens, & legiti-
ma,non modica vel leuis, le. item apud lab.
§.põt aũt.el 2.ff.de iniu.cum alijs ad hoc ci-
tatis per do.Iac. à bel. uiſ. ubi ſupra in vlt.
104 col.in fi.†Nec à longe diſtat, ꝙ actio iniu
riarũ non competit aliter, niſi effectualiter
fuerit dicta vel facta iniuria, cum alias etiã
ſi pecunia data fuerit, ut iniuria dicerentur
uel fieret alicui, & minime facta dictaue
fuerit,ceſſat actio,iuxta text.in l. nõ ſolum.
§. proculus.ff.de iniu. & inſt.de iniu.§. non
ſolũ,& l.apud labeonem.§.ſi curauerit, eod.
tit.& l.1.in fin.ff.quod quiſque iur.& eſt do.
Iac.de Bel.uiſ.in prax.cri.in tit.de iniu. 10.
105 & 11.colu.uerſi.8.requiritur.† Quibus,&
illud affine eſt,quod ſi iniuriãs & iniuriatus
fuerint viles perſonę,& infames,ceſſat actio
iniuriarum inter eos, vt eſt tex. cum glo. in
l.2.C.ut infra cer,tem.iunctis ijs,quæ no.in
c.ita quorundam.in fi.glo.ext.de iud.& fir-
mat idem Iac.à Bel.uiſ.ubi ſup.40. col.uerſ.
106 9. requitur. † Adſtipulatur prædictis non
obſcure,ꝙ actio iniuriarum tunc dr̃ cõpete
re,ſi iniuria dicto,vel ſcripto fieret,ac ſecus
ſi facto,tunc.n. accuſatio datur non actio.
le.iniur.ff.de iniu.& l.lege Cor. §. ſi quis li-
bellum eod.tit.& l.uni.C.de fam.libel. vnde
ex hoc inferas tu regnicole, ꝙ ritus magnæ
curiæ volens, ꝙ pro iniuria non pocedatur
ad querelã,ſed per libellũ,non hẽt locũ ſi fa-
cto fieret iniuria (ut aliqui minus do. aliàs
me exiſtente auditore in ſtatu Illuſtriſſimi
olim Principis Salerni intelligebant)& ſcri-
pto fit iniuria, quoties quis in iniuriam de
decus,vel alicuius cantilenam, cartamue fa-
moſam ſcripſerit, talia.n. faciens inteſtabi-
lis, & infamis efficitur, & eadem pęna pu-
nitur qua puniretur ille in cuius dedecus
id ſcriberetur, ſi uerum foret id (ut aliàs di-
xi in prat.mea cau.cr. in 3. parte tertię par-
tis)nec



gis)nec obliuiſcaris,ꝙ actio iniuriarum cõ-
petit tunc demum, ſi per perſonã priuatam
fieret iniuria,ſecus ſi per publicã(ut iudicẽ)
tunc,n.non aliter cõpetit iniuriarũ actio,ni
ſi clarè, & diſtinctè probet iudicẽ id dixiſſe
exercendo officiũ ſuũ,animoq; iniuriandi.
l.iniuriarum.§. ſi quis. ff. de iniur. & l.apud
Lab.§.q.eo.tit. & §.quemadmodum.§.magi
ſtratus.ff. ad le.Aquil.ſic.n. intelligit Iac.de
107 bel.ubi ſupra.uerſ.13. requiritur.†Item re
quiritur, ꝙ perſona iniuriata ſit liberæ con-
ditionis, at ſecus ſi ſeruilis; Tunc enim ceſ-
ſat iniuriarum actio,niſi eſſet iniuria atrox
uel fieret in uituperium domini. §. ſeruus.
inſt.de iniur. & le. Item apud labeonem.§.
prætor.ff.eo.ti.& C. de iniur.l.1.& de ijs ha
ctenus.Pet.Fol.V.I.D.

ADDITIONES.

a Diſtinctio. Veſtri.in d.prat.lib.3.cap.2.

b Iudiciũ. Quid ſit iudicium ciuile,quid cri
minale,& quomodo utrunque diuidatur,ui-
deo per Franc. Duaren. lib.1. diſput.anniu.
cap.35.36.& 37. Rip. in Rub. omni. de iu-
di.nu.92.

c Pecuniaria.Duenas li.1,reg.ut.iur.reg.325.
in 2.amplia. Fely.in rub.extr.de iudi nu.1.

d Cauſa criminalis.Cauſa etiam famoſa & ar
dua æquiparatur criminali, Bal.in c.ueniẽs
il 1.nu.7.extra,de reſtit.ubi Dec.nu.39.Cau
ſa etiam omnium bonorum æquiparatur
criminali.l.propter litem.§.1.ff. de excuſat.
tut.ca.1.de reſtit.ſpoli.Bal.in l.parentes nu.
1.col.1.& 2.C.de teſta. Bauer.in §.pater.nu.
23.inſtit de teſta.fac. de Bellis in ſua prac.
in 2.par.cap.de cauſis criminal.nu.70.Soci.
conſ.17.nu.6.& 7.lib.1.conſ.235.n.2.li.2.

e Occiſor.Foll.in pract.crimin.cau.in 2.par.
in uer.accuſatione porrecta,nu.28.

f Remittere.Communis opinio eſt,quod nõ
cenſeatur remittere, niſi expreſſe fuerit di-
ctum,Ioan.de Amicis conſi.88.nu.14.Viui.
in ſecunda par.com. opinio.opi.141.

g Agi.Foller.in pract.crimin.cau. in 2.par.iu
dic.ca.28.aut leuitate delictorum, Duaren.
lib.1diſput.anniuer.cap.35.

h Taxat.Foll in fragmentis prac.crimin.cau.
laic.nu.138.

i Practicam.Foller in dictis fragmentis,capi
tulo de iniurijs,numero 38.39. & 40.cum
ſequen.

K Pœna. Et iſta pœna quomodo taxabitur
Rot.deciſ.152.in nou.Foll.in pract.crimin.
cauſ.in 3.par.iud cap.33.nu.152.

l Foller.in dictis fragmentis,nume.141.

m Ruſticus. Foller.ubi ſupra nume.142.

n Tenetur.Et iniuratus agere poteſt,Foll.in
pract.crim. cau.in 2.par.capi.4.in uer.accu-
ſatione porrecta,nume.28.& ſequen.

o Infamiæ. Quia efficitur infamis,Coras.l.1.
§.ſolent.nu.2.ff.de offic.poteſt.Vib.& lib.4.
miſcill.cap.2.nu.8.

p Non admittitur.Iaffredus,deciſ.287.Bol-
gnet. in l.edita. num.120.ubi Scribentes.C.
de eden.

q Puniri.Franc. Marc.q.delfin.18.nu.3.& 4.

r Denuo. De communi. Viui.in prima part.
tract.com. opin. opin.177.col.2.ad fin.

ſ Tollitur.Et quando electione tolluntur in
eodem libello non admittũtur. Duen.lib.1.
reg.utr.iur.reg.13.actiones contrariæ.

t An autem.Foller.in pract.crimin.cau.in 3.
par.iudi.capit.35.uel abſolutio,numero 25.
Deci.in capi. quæ in Eccleſiarum nume.17.
ext.de conſtit.Tiraq.in tract.de pœnis,cau-
ſa 26.nu.4. & cauſa 28.nu.4.

u Exemplificat. Rip.in rub.ext. de caus.poſſ.
& propriet.nume.26.

x Puniatur.Folle.in prac.crim.cauſ.in 2.par.
iud.cap.6.nu.39.

y Procurator.Feder.de Sen.conſi.23.Bal.in l.
non ſolum,§.fin.ff.de procur.infra num.51.

z Beneficij.Foller.in d.prac.crimin.cau.in 2.
par.iud.aut inquiſitione formata c.6.nume.
61.Feder.de ſen.ubi ſupra conſi 23.

& Mitius punitur.Foller.in pract.crim.cau.in
3.par.iud. & ſi confeſſi,cap.33.nu.147.tamẽ
Tiraq.in tract. de pęn.cauſa 53. nu.2.dicit,
quod de iure ciuili eadem pœna punitur, ſi-
ue procedatur per inquiſitionem, ſiue per
accuſationem.

a Acriùs punitur. Alciat. de præſump.reg.1.
præſump.4. circa medium. Tiraqu.in tract.
de pęn.cauſa.30.per totũ,& cõtra auctorẽ.

b Solemnitas. Rot.deciſ.36.fuit dubitatum.
in nouis.

c Criminalis.Alex.in Rub.C.de iud.& conſ.
132.numero 5.lib.1. de communi, Gomeſ.
in prin.inſti. de action.numero 18. Duenas
lib.primo,regul.utr. iur,reg.315.in ſecunda
amplia.

d In dubio.Iaſ.in §.ſupereſt.numer.17.inſtit.
de action.

e Mulier. Amplia & limita pluribus modis,
ut per Duenã lib.1. reg.utr.iur.reg.315.Fœ-

 mina.

mina.Deci.tamen,in l.Fœminæ. nume.34. de reg.iur. dicit, quod hæc opinio iure non probatur,Lucius Callen.conſi.161.ad oſtendendum,nume.4.quod eſt in primo Thom. conſi. crimi. diuerſorum collectorum & impreſſorum,induſtria & expẽſis Clar. V.I.D. Domini Ioan.Baptiſt. Ziletti, mihi maioris obſeruandiſſ.]Viuius in tract. commu.opin. in prima par.opin.383.teſtis idoneus.

f Aliquorum. Riminal.conſi.51,nu.19.Marſil.conſi.101.nu.8.

g Non poſſet.Alciat.in tract.præſumpt.in 1. reg.præſumpt.47.nu.2. Deci.conſi,363.nu.5.Rub.conſi.165.nu.2.Bertr.conſi.212 nu.6.lib.1.ſecundæ impreſſionis.

h Defectum.Gram.conſi.crim.1.num.3.in fi. & ſeq.Deci.in c.licet cauſam li.9.nu.8.ext. de reſtit.uerſ.quid autem, ubi add. in litera K. Bar.in l.ſi plures. ff.de accuſ.Marſil.ſing.477.in teſtibus, limitat id non procedere in cauſa criminali,uel ciuili ardua.

i Clericorum copia.Alex.conſi.64.col.1.lib.1.Gram.conſi.crimi.45.num.20.Iaſ.in l.fin. col.fin.C. de his quib.ut indig.de communi Viuius in prima par. com.opini. opin.392. teſtificans.

k Procurator.Soci.in tracta. fallen.reg.322. Tiraq.in tract.de nobili.ca.20.nu.141.Cotta in memora. in uer. procurator in cauſa, Viui.in tract. com.opin.in prima par. opin. 251.procurator.in 1.

l Extendere. Intellige procedere in delictis conſumatis, non in attentatis tantùm. Bal. conſi 443.colũ.2.lib.3. Deci.in c.ex literis, nu.14.ext. de conſti.Alex. conſi.111. libr.1, & conſi.13.nu.15.& cõſi.21.nu.9.lib.7.Grã. deciſ 36.num.12.& conſi.crim.36.num.21. & conſi.39.Tiraq.in tract.de pęn.cauſa.39. num. 2. & iſtud arbitrium regulatur à iure Folle. in prac. crim.laicorum in prima par. in uerſi.ſtudeant ſe ornare.nume.61.& ſeq. Ang.de Gambig. conſi.51. nume.4.& conſi.98.nume.12.& ſequenti quæ cauſæ ſunt in primo lib. conſiliorum criminalium diuerſorum Doctorum. Caccialup. conſilio 92. numero 11. uſque ad finem, & eſt in primo Thom.diuer. conſi,crimin. collectorum per Excel.D.Ioan.Bap.Zilettum.

m Pœna capitalis.Coraſ.lib.3.miſcell.capitulo 17. numero 17. in dubio tamen intelligitur de mitiori,ideſt deportationis. Iaſo.in leg. ſi uis iniquum.§.hæc, numero quarto. ff.quod quiſque iur. Dec. in l. imperium, numero 14.ff. de iuris omn iud. & in leg.ſemper in obſcuris, ubi Cagn. ff.de reg. iur.Alciat. de præſumpt.reg.1. præſumpt.24.in fin. Boer. deciſ.254.numero 10. & ſequen. Afflict. deciſ.404.numero 14.Viui.in tract.com.opin. in ſecunda par opin.152. pœnes.De iure uerò Canonico, uenit pœna excommunicationis, Abb.in capitul per uenerabilem.numero 20.ext. qui fil. ſint legi. Addi. ad Iaſ. in leg.tranſigere numero quarto, C.de tranſact.

n Non conſumatis. Deci.in capitu.ex literis. numero 14.extra de conſtit. dixi ſupra ſub nume.51.

o Alapam officiali.Iaſ.in l.1.in primo not.C. de præcib Imp.offer.pro ſingul.refert,& Fely.in d.capitulo inquiſitionis, colum.pen.Et id etiã habet locum poſt finitum officium, id eſt tempore Syndicatus, Tiraquell.in tracta.de nullit.capitulo 28. numero 6.& 7. & infra nu.71.

p Affectus.Tiraquel.de pęn.cauſa.36.& ſeq. & uſque ad cauſam 41. in materia, Couarr. in clem. ſi furioſus. in initio 2.par. numero 67.& ſeq.de homici.Duen.lib.1.reg.utr.iur. regu.35. Afflictus. In crimine tamen læſæ maieſtatis punitur affectus, licet non ſequatur effectus.Bello.conſi.32.num.2.

q Tenetur.Ex cauſa tamen poſſet alterari pœna; & quæ cauſæ eſſe debeant ponit Cagn. in leg.ſi quis maior, numero. 17. & ſequen. C.de tranſact.

r Arbitratia, Deci.in capit de cauſis.nume.4. extra de offi.deleg.latè Tiraq.in tract.in prę fatione tracta.de pęn. numero quarto, cum multis ſeq.

ſ Doloſe. Catel. Cotta in memor. uerſi. homicidium,ut poſſit, Tiraq.in tract.de pęn. cauſa.13.numero 13.& per totum Foller.in pract.crimin.laic.in ſecunda par. in uerſicu. dentur capitula, quod ſuffocauit uxorem numero quarto, & ſequen. Couarr. in relecti.clem. ſi furioſus.in ſecunda par. §.1. per totum de homic. & Ioan.Brunell. in relect. capitulo primo de homic.

t Lata culpa.Tiraquel.in tract.de pęn.cauſa. 14.nume. 6.& 7. & per totum.Coraſ. lib 4. miſcell,capitulo primo 2.& 17. Couar.in c. alma mater. § 10. numero 14.Galeat. inter conſilia crimi diuerſ. Docto. conſilio 111. per totum.

Corpo-



u Corporaliter. Contra per Dec. conſil. 482. & 522,& 134.numer.4. & de communi per Antonium Galeatium conſil. 111. quæritur nunquid iuuenis nume.22. & ſeq.& eſt poſitum in 1. thomo conſi.crim.diuerſ. Doctor.

x Maritus.Tiraq.in tract de pœn.cau.1. numero 3.

y Limita.Boer.deciſ.216 nume.5. & ſeq.Foller. in fragmentis pract.crimin.laic. cap.de ueneficis,numer.195. & ſeq.Couarru. in 2. lib.uariar.reſol.cap. fin.numero 10. & in 2. par.relecti.clem. ſi furioſus,§.3. in princ. de homicid.

z Quia lex, Tiraq.in præfat.tract.de pęn.numero 10.

& Euaſit Paul. Ghirlan.in tract.de relaxatio. carcer.cap.de fuga in uer. carceratorum,nume.13.Ang.de Aretio, conſi.75.in prin poſito in 1.thom. conſi.crimin.diuer.Docto.Foller.in fragmẽtis d.pract.crimin.laic.c.de rerum cuſtodia.nume.163.

a Cauſæ. Recurras ſemper ad And.Tiraq.in tract.de pœn.per totum,ubi ferè omnes cauſę ponuntur,propter quas pœnę minuuntur.

b Interdum. Tiraq.in trac.de utr.retract.lib. 1.§.1.gloſſ.9.num.221.colum.2. quia denotat regulam in contrarium, Bello.lib.4 ſup. iur.cap.8.nume.1.

c Litem ſuam.Tiraq.in præfat.tract.de pęn. nume.4.

d Appellari. Tiraq.in d.præfat.tract.de pœn. numero 4.col.2.

e Ætatis.Tiraq.in tract. de pęn.cau.7.per totum,& cau.15.in prin.Duenas li.1.reg. utr. iur.reg.259.Ætas, Ioã.Brunel in relect.cap. 1 de homic.in 4.par. numero 67.& ita dicit fuiſſe iudicatum in cauſa furti, Caccialup. in conſi.92. in 1.art.& eſt in 1. thom.conſil. crimin. diuerſ. Docto. nouiter impreſſum, Marſil.ſing.628.his temporibus; & licet diſtinguat, tamen in fine concludit pro hac parte:Idem Foller. in pract.crim.cano.in 2. par.iud.c.16.& 19.& in 3.par.uerſ. & ſi confeſſi,aut conuiti, capitulo 33.numero 95.& 150.

f In faciendo.Tiraq.in tract.de pęn.cau.44. nume 32.& ſeq.

g Negligentiam. Ancharan.conſi. 348. Bertran.conſi.197.numero 3. libro primo, Afflict.deciſio.58. per totam, ubi addi.Franc. Mar. quæſtione delfin. 61. per totam, Luc. de Curte conſil.61.nume.15.& ſeq.& eſt in 1.thom.conſi.crimin.diuerſ.Docto.

h Leuiſſima culpa.Afflict. deciſ.57.illo die, nume.8.Tiraq.de pœn. cau.44.nume, 31.& ſequen.

i Mixtum.Veſtri.in ſua praxi Rom.Cur lib. 3.cap.2 numero 2.Rip.in rub.extra de iudi. nume.99.

K An actione. Couar. lib.1. uaria. reſol. cap. 11 numero 6. Deci. conſil. 102. per totum quod eſt in 1. thom. conſil. crimin. diuerſ. Doctor.

l Anno de communi.Deci.d.conſi.102.num. 19.ſupra citato. Ludouicus Alferius.

## Iudiciorum II. Diſtinctio.

1 *Iudicium aliud capitale, & aliud non capitale.*

2 *Pœna perpetui carceris,uel abſciſſionis membri,an capitalis dicatur.*

3 *Capitalis,ſeu capitis pœna,a lege uel ſtatuto impoſita,de mitiori intelligitur.*

4 *Iudicium capitale,actu, & aptitudine conſideratur.*

5 *Fuſtigationis pœna, an dicatur capitalis.& in quibus ſeruetur, & nume 9.*

6 *Relegatio, non eſt pœna capitalis.*

7 *Pœna banni,ubi bona non publicantur,æquitur pœnæ relegationis.*

8 *Pœna ſtigmatis facie hominis,eſt a iure prohibita, & ſtatutum illam imponens,non ualet.*

9 *Homo cum factus ſit ad inſtar diuinæ imaginis non debet pro delicti pœna in faciem bullari & cicatricibus deformari.*

10 *Pœna banni ex conſuetudine hodie non irrogatur ſimul cum fuſtigatione pro furto.*

SEcunda principalis diſtinctio iudiciorum eſt iſta,uidelicet.† Iudicium aliud 1 eſt capitale, & aliud non capitale. Iudicium capitale, eſt illud, in quo agitur de aliquo crimine capitali, ſeu ubi uenit irroganda pœna capitalis. Et ad ſciendum, quod dicatur crimen capitale,ſeu quæ dicatur pœna *a* capitalis, præmitte ſecundum Bald. in l. reos. columna ſecunda. C. de accu. quòd homo habet triplex caput. Primum, eſt caput capitale, & quando committitur crimen talem propter quod dictum caput abſcinditur, & ſic perditur uita, illud dicitur crimen capitale,un-

le, unde qualitercunque quis damnetur ad
mortem naturalem, dr̄ pœna capitalis. Secū
dum, dicitur caput ciuile, prout eſt libertas,
quia quandiu homo eſt liber, dicitur habere
caput, ſed quando efficitur ſeruus dicitur ſi-
ne capite, quia ſerui reputātur pro mortuis,
l. quod attinet, l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. &
l. interdicit. ff. de cond. & demonſt. Sic ergo
ubicunque quis committit tale crimen, pp
quod efficitur ſeruus pœnæ, puta quia dam-
natur in metallum, adeò qđ amittit liberta-
tem, illa dicitur pœna capitalis, quia perdit
illud caput ciuile. Tertium caput dr̄ ciui-
tas, unde quando quis ex delicto amittit ciui
tatem, ut quia deportatur, illa dicitur pœna
capitalis, ita ēt hos terminos declarat Io. de
Ana. in c. qualiter, & qñ, §. ad corrigendos,
col. 6. in princ. de accu. & ideo dr̄ hæc pœna
capitalis, quia caput eximitur de ciuitate,
& ꝙ pœna capitalis accipiatur his tribus
modis, eſt text. in l. 2. in prin. ff. de pœn. & l.
2. & ibi Bar. & Imol. ff. de pub. iud. & l. ſed; ſi
quis. §. 1. iuncta glo. ff. ſi quis cau. & dixi ple
nè ſupra in præcedenti diſt. ſuper illa q. an
pœna in arbitrarijs extendatur uſq; ad mor
2 tem. † An autem pęna perpetui carceris, vel
abſciſſionis membri dicatur capitalis, & de
hac, & multis alijs pœnis, uide Bart. in d. l. 3.
ff. de pub. iud. & Bald. in d. l. eos. C. de accu.
3 † In dubio autem, qñ lex, uel ſtatutum im-
ponit pœnā capitalē, ſeu pœnā capitis, intel
ligitur de mitiori, & ſic de exilio, ſiue depor
tatione, gl. eſt no. in l. 1. C. ne iud. man. Chri
ſtiano, &c. & Bald. in l. fina. in fin. C. quę res
uend. non poſ. & Alex. in conſi. 104. in 1. uo
lu. ubi tractat. de pęna facientis falſam mo-
netam, quæ non expenditur in illo regno &
Ang. in tract. mal in uer. & ibi caput a ſpa-
tulis, &c. col. 6. & dixi in præced. diſtin. in q.
ſupra allegata. & tangit plenè Raph. Cu. cō-
ſil. 138. & Ioan. de Imo. in d. le. 2. ff. de pub.
4 iud. † Poteſt autem conſiderari iudicium ca-
pitale actu, & aptitudine. Actu dicitur, quan
do habet pœnam ordinariam, alterum de p̄-
dictis tribus. Aptitudine uerò omne iudi-
cium, in quo uènit pœna arbitraria, poteſt
dici capitale, quia iudex poteſt extendere
pœnam uſque ad mortem, ita dicit Bal. in l.
eos. §. ſuper his. uer. extra quæro, &c. C. de
appel. quod quando ſit, tetigi pleniſſimè ſu-
pra in præcedenti diſt. uerſ. vnum tamen, &c.
Iudicium uerò non capitalis dicitur omne
iudicium, in quo non irrogatur aliqua ex pę
nis prædictis tribus, & ſic quando caput nō
eximitur de ciuitate, & per hoc habemus, ꝙ
omne iudicium capitale, eſt criminale, ſed
non omne criminale, eſt capitale, unde iudi-
cium criminale ſe habet, ut genus, capitale
uero, ut ſpecies. l. ſi quid earum. §. interem-
ptum. ff. de leg. 3.
5 † Sed iuxta hoc ultimò quæro, an pœna fu
b ſtigationis dicatur *b* capitalis. uolui tange-
re hanc q. pro utilitate frequēti, quia in hoc
regno extat cap. quod incipit, Ad hoc, quòd
noſtrorum, &c. diſponens, ut is, qui furatur
ab Auguſtali infra fuſtigetur, & ſignetur in
fronte, & ſæpe uidemus in regno inquiri cō
tra fures ad pœnam fuſtigationis, commu-
nis tamen concluſio eſt, quòd non eſt pœna
capitalis, ut tenet Bald. in l. tranſigere, col. 4.
& ibi etiam Sal. C. de tranſ. & ex hoc, quia
iſta pœna non eſt capitalis. Hactenus ego
ſemper tenui, qđ in crimine furti ab Au. in-
fra, non poteſt aliquis exponi torturæ, ex
quo pœna fuſtigationis eſt minor relegatio
ne, quod probabam bona ratione, nam pœ-
na relegationis, irrogat infamiam, ſecundū
Bar. in l. eius. §. ſi cui. in fin, & in l. is cui. §. ſi
quis ob carmen. ff. de teſt. ſed fuſtigatio non
infamat, l. ictus fuſtium. ff de his, qui no. inf.
Secundo, ponderabā Doct. & Bar. in l. impe-
riū, in 4. gradu meri imperij ff. de iur. omn.
iu. ubi in uno, & eodem gradu ponit pœnā
relegationis, & coercitionis perſonalis, ſeu
torturæ datæ ad pęnā, ergo ſequitur, ꝙ fuſti
gatio cum ſit coercitio perſonalis, & ſpecies
torturæ irrogatæ ad pœnam, pōt poni in eo
dē gradu cum relegatione, & ſic æquipara-
tur relegationi, & hanc ęquiparationem fa-
cit expreſsè Spec. in tit. de iu. om. iud. col. 4.
uer. quid de relegatione, &c. Imò illud mi-
nus continet fuſtigatio, quia non infamat,
ut ſupra dixi. Modò inducebā c. regni, quod
incipit, Tormenta, & aliud quod incipit, Si
iuſte, quibus cauetur, ꝙ tortura ad eruendā
ueritatem non irrogatur, niſi in criminibus
irrogantibus pœnā ultra relegationē, & ſic
6 in criminib. capitalibus, † quia relegatio nō
eſt pęna capitalis, ſecundum Alex. in add. ad
Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. in add. quę incipit,
Vide Cyn. &c. Sequitur ergo, ꝙ cum pœna
fuſtigationis non ſit ultra relegationem,
nō poteſt in ea inferri tortura, & ita pluries
patrocinando obtinui, maxime, quando a-
liquis



liquis inquiritur de furto, & non probatur
valor rei ſubtractæ, & ſunt iudicia ſufficien
tia ad torturā. nā dicebā, ꝙ nō pōt torqueri
etiam ſtantibus iudicijs, quia non probatur
ualor rei, utrum ſi vltra Auguſtalem, & in
pœnis ſequimur mitiorem partē, quia pote
rat eſſe valor infra Auguſtalem, unde natu-
ra delicti non patitur torturam, & ſic recur
rendum eſt ad iuramentum purgationis,
quo præſtito reus abſolui debet, ut not. Iaſ.
in l. 3. in princ. colum. 5. ff. de iureiu. & ita
pluries uidi iudicari me patrocinante, & ita
etiā tenui alias legendo publice dictā legē,
imperiū, in ciuitate Salerni. Et prædicta ēt
de intellectu dicti c. tormenta, tenet Pariſ.
in trac. ſynd. in uerſ. tort. in c. an in cauſa pe
cuniaria, &c. Sed licet hactenus fuerim in
iſta opi tamen nunc meliùs diſcutendo ma
teriam, & ponderando dictum cap. regni,
ad hoc, ꝙ noſtrum, &c. ſum in contraria
c *c* opi uidelicet, ꝙ imò hodie ubi uenit pœ-
na fuſtigationis pro furto, poteſt irrogari
tortura ſtantibus indicijs. Et pōdero dictū
c. ꝙ nō cōtentatur ſola pœna fuſtigationis,
imò irrogat tres pœnas copulatiue. ſ. ꝙ fu-
ſtigetur, itē ꝙ ſignet in frōte. Tertiò, ꝙ de
tota prouincia bāniat. Et ſic ubicūque irro-
garet ſola pęna fuſtigationis, fateretur pri-
mam opi. eſſe uerā, quia nō eſt ultra relega-
tionē, ſed quia hic irrogantur tres pęnæ, ſa-
tis pōt dici, ꝙ ſimul iunctę faciunt pęna ul
tra relegationē, & hoc eſſe uerum probatio-
7 ne euidenti. † Nam pęna banni, hodie ſe-
cundum magis cōem opi. ubi bona non pu-
d blicantur, *d* æquiparatur pęnæ relegationis
ita tenet And. de Iſer. in c. dño guerrā, col. 2.
hic finitur l. &c. in uſi. ſeu & Bal. in l. 1. col.
4. C de hær. inſt. & gl. in §. relegati. inſt. qb.
mod. ius pat. pot. ſol. & Fely. in c. 1. col. pen.
uerſ. 5. declaratio. de offic. deleg. tetigi ali-
quantulū in rep. mea, l. is poteſt, ff. de acqui.
hær. in princ. requiſito, ſuper glo. num. 133.
uer. quid aūt de bannito, &c. Quia ergo di-
ctū cap. ad hoc ꝙ noſtrorū, vult, ꝙ furans
infra Auguſtalē banniatur de tota prouin-
cia, cenſetur per hoc q dem relegatus Inquā
tum uero vult, ꝙ fuſtigetur ēt, hæc eſt pęna
8 vltra relegationem. † De ſigno in fronte,
non curo, quia illa pœna eſt contra iuris di-
ſpoſitionem, & contra tex. in l. ſi quis in me-
tallū. C. de pœn. ubi notanter vult impera-
9 e tor, ꝙ † cū *e* facies hominis, ſit facta ad in
ſtar diuinæ imaginis, non debet cicatricib.
deformari, & ibi eſt gl. quæ vult, ꝙ non po-
teſt aliquis pro pœna bullari in fronte, plus
dicit ibi Ang. ꝙ ēt ſi per ſtatutum imponere
tur hmōi pœna ſtigmatis in fronte, nō tenet
nec ſeruari debet, per illā legem. Idē tenet
Alex. in addi. ad Bart. in l. cū in diuerſis, ff.
de relig. & ex hoc teneo, quod dicta pœna
non debet ſeruari, nō obſtante, ꝙ ponatur
in d. c. & ita uidemus practicari. ſ. quod dicta
pœna ſtigmatis nunquam irrogatur fuſti-
gatis, ſed aliæ duæ pœnæ fuſtigationis, &
banni, ſunt in uſu, & ſeruari debent, & pro-
pterea ſiue æquiparemus bannum relega-
tioni, reperitur exceſſus in fuſtigatione, ſi-
ue æquiparemus fuſtigationem relegatio-
ni, reperitur exceſſus in banno, & ſic in om-
nē euentum, eſt pęna vltra relegationem. Et
hanc pōderationem in ſimili caſu reperio,
quod facit Alex. in cōſi. 116. incip. Animad
uerſis ſtatutis, &c. colum. 3. & 4. maxime in
uerſ. cum ergo bannitus, &c. in 2. nolu. ubi
propriæ loquitur de bannito, cuius bona
publicantur, & ſic quia patitur duas pœnas
ſcilicet ultra bannum, patitur confiſcatio-
nem bonorum. dicit ibi Alexan. ꝙ iſta pœna
eſt ſupra legationem, unde non admittitur
procurator, ita etiam eſt dicendum in ca-
ſu noſtro, ut ratione duplicitatis pœnæ di-
catur ultra relegationem, & ſic habeat lo-
cum tortura, & non admittatur procurator
in tali crimine furti. Et hanc ſecundam par
tem nunc meliùs aduertens puto ueriorem,
10 & ita teneo, quidquid aliàs tenuerim. † Si-
quis tamen uellet tenere primam partem,
poſſet ſe fundare ſuper conſuetudine, quia
ex quadam generali conſuetudine ſolent
homines committentes huiuſmodi furta,
fuſtigari tantùm, & non banniri, & ideo
pœna banni uidetur ſublata, ſaltem ex con
ſuetudine, & ſic remanet ſolùm pœna fuſti-
gationis, quæ non eſt ſupra relegationem,
quę conſuetudo multum attenditur in pœ-
nis, l. ſi quis reum, ff. de cuſt. reo, & l. hodie.
cum ibi no. ff. de pœn & Bal. in l quicūque,
col. 4. uerſ. ſcias tamen, C. de ſer. fug. & Abb.
in c. inquiſitionis, in prin. col. fi. de accu. &
Fel. in c. de cauſis. col. 1. de offic del. & Alex.
in conſi 5. col. fi. & conſi. 111. col. 4. in 1. uol.
& Pariſ. in tract. ſynd. in titul. de offic. ſynd.
colu 4. & 5. an ſi poteſtas, &c. Rob. Maran.
Veouſ. I. V. D.

ADDI-

ADDITIONES.

Capitalis.Coraſ.lib.3.miſcell.cap. 17. nu. 13.Rip.in l.1.nu.1.C.de eden.Duaren.lib.1. diſput.anniuer.cap.27.

b Capitalis.Alex.in conſi.90.num. 66. quod eſt in 1.thom conſi.crim.diuerſ. Doctor. tenet partem affirmatiuam.

c Opinione.Ita etiam tenet Foller. in pract. crim.laicor.in 2.par.2.par.uerſ.indurati torqueantur nume.13.& ſeq.

d Aequiparatur.Alex.d conſi.90 nu.22.in 1. thom.conſi.crimin.diuerſ. & Iac de Bellou. conſi 9.nume.33.& Riminal.conſi.100.nu. 16.& ſunt in lib.1.conſi.crim.diuerſ.Docto. diuerſo ab altero.Gramat.uoto 19.Cagn.in l.ea ſola.ff.de regul.iur. & in prohem. ff. §. hęc autem tria,nume.261.latiſſimè.Craue. in conſuet.Burgun. tit.de le. confiſcat. §. 1. uer.qui confiſquelo corpus.numer.45. cum ſeq.Tiraq.in tract.de retract.lib.1.§.1 gloſ. 9.nume.28.

e Hominis.Limita.ut per Petr. Duen lib. 1. reg. utr. iur. regula 290.facies hominis.

Ludouicus Alferius.

## Iudiciorum.III. Diſtinctio.

1 *Iudicium capitale,aliud perſonale, & aliud reale,& aliud miſtum.*
2 *Actiones in rem ſcriptæ,an dicantur miſtæ.*
3 *Actio realis qualiter intentetur.*
4 *Rei uendicatione conuentus,ſi alienas lite pendente,iudicium cum eo finitur,& nume. 5.*
6 *Litigioſi uitium,an cõtrahatur ſi agitur poſſeſſorio.*
7 *Litigioſi uitium, An contrahatur coram arbitratore.*
8 *Rei vendicatione conuẽtus ſi opponit exceptionem excõmunicationis,debet interim poſſeſſio cum fructibus ſequeſtrari.*
9 *Rei uendicatione cõuentus ſi fuerit contumax quid fiendum,& numero 10.*
11 *Rei uendicare, an poſſit dominus ſoli aſtracũ, ſeu ſolarium ſuperius.*
12 *Actio in rem utilis quãdo detur ſuperficiario, & quando non.*
13 *Actio in rẽ utilis,quando detur emphyteutæ.*
14 *Actio in rem utilis,quando detur metũ paſſo.*
15 *Actio in rem præiudicialis,quando detur.*
16 *Actio in rẽ præiudicialis de partu agnoſcẽdo, quando detur.*
17 *Actio utilis in rẽ quando detur militi,& minori,quorum pecunijs empta ſunt prædia.*
18 *Actio utilis in rem quando detur ei,qui cauſa mortis donauit.*
19 *Actio utilis in rem,quando detur ad reuocãdum,quod inofficioſe donatum eſt.*
20 *Actio utilis in rẽ, quando datur ad repetendum rem donatam propter nuptias.*
21 *Actio utilis in rem,quando detur ei qui uẽdidit equum lege commiſſoria.*
22 *Actio utilis in rẽ,datur ei qui donauit ut aleretur,& non eſt alitus.*
23 *Actio in rem cui detur,& cõtra quem detur, numero 24.*
25 *Vendicatio cur dicatur ita 25.*
26 *Actio in rem, nullam præſupponit obligationem,& quare.*
27 *Actio perſonalis,aduerſus quem detur.*
28 *Dominij cauſa, non debet exprimi in actione reali.*
29 *Actio realis fruſtra intentetur ſi reus non poſſidet.*
30 *Actio perſonalis, non requirit quod conuentus poſſideat.*
31 *Actio in rem,debet concludere,ut res reſtituatur,ſed non ſic in perſonali.*
32 *Actio in rem ſtatim lata ſententia, habet executionem.*
33 *Actio perſonalis,an ſtatui habeat executionẽ lata ſententia.*
34 *Actio perſonalis nunquam intentatur ad extimationem.*
35 *Actio realis intẽtatur etiã ad extimationem.*
36 *Actio relis etiã fructuum rationem continet.*
37 *Actio perſonalis,regulariter non habet condẽnationem ad intereſſe.*
38 *Intereſſe lucri ceſſantis,qualiter debet cõſtare & numero 39.*
40 *Intereſſe quando peti poſſet.*
41 *Actione perſonali conuentus,ſi eſt contumax, actor mittitur in poſſeſſionem, & qualiter.*
42 *Actio realis,& perſonalis,qualiter differant.*
43 *Actionum uarietates,eſt utile ſcire.*
44 *Condictio incerti, quando competat.*
45 *Præuentio,quando habeat locum.*
46 *Condictio certi,quando competat.*
47 *Agens actione perſonali, quid in libello probare,& deducere habeat, & quid agens actione reali.*
48 *Dominiũ qualiter probetur ĩ rei uẽdicatione.*
49 *Dominium qualiter probetur,&c.nu.50.51. 52.53.54.55.56.& 57.*
58 *Agens petitione hæreditatis nõ habet neceſſe probare dominium.*
59 *Hypothecaria agens, quid neceſſe probare habeat.*
60 *Pignoratitia actio an realis, uel perſonalis dicatur.*
61 *Hæreditatis petitio, an ſit actio mere realis, uel perſonalis in rem ſcripta, & nu 62.*
63 *Intellectus ad l.hæreditatis petit.hæred.*



1 TErtia diſtinctio principalis iudiciorum eſt,† quia iudicium aliud perſonale,& aliud reale, & aliud miſtum,ſ.inter reale,& perſonale,ad hoc ut differat ab illo miſto inter ciuile,& criminale,de quo tractaui ſupra in prima diſtinctione. Iudiciũ perſonale eſt illud, in quo agitur contra aliquẽ actione perſonali,ſiue ſit ciuile, ſiue criminale. actio aũt perſonalis, dicitur illa,quæ dirigitur contra perſonam, & non põt ab oſſibus eius ſeparari,l.quis ergo caſus.ff de pec.& l. 3.& ibi glo. ff. pro ſocio. Iudicium reale dr̃ illud,in quo agitur actione reali,puta rei uẽdicatione,uel hypothecaria, & hoc iudiciũ ſequitur rẽ penes quẽcunque uadat,& datur ẽt contra ſingularem ſucceſſorem. l.1. C.de alien.iud.mut.cau.fac. & hr̃ plenè per Bar. in l.2.creditores.C.de pig.& in l.rem alienã ff.de pig.act. Iudiciũ miſtũ, dr̃ illud,in quo agitur actione miſta, quæ ſapit naturam a-
2 ctionis perſonalis, & realis. † & poteſt poni exemplũ in rem ſcriptis, quæ ſunt quædam actiones, q̃ oriuntur ex cõtractib.uel quaſi, ex maleficio uel quaſi, & hoc reſpectu dicũtur perſonales,quia tamen datur contra quẽlibet poſſeſſorem,hoc reſpectu dicuntur reales,& ſic habeant miſtam naturã, ut eſt actio ad exhibendum, actio noxalis,actio ꝙ metus cauſa,& ſimiles, de quibus ponit bonam declarationem Iaſ. in rub. ff. ſi cer. pet. ubi idem dicit de interdictis, poteſt etiam poni exemplum de illis tub.actionibus.ſ.familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, & finiũ regundorum, quæ dicuntur miſtæ, ut in §. quędam,inſt.de act.& quę ſit ratio,quare dicantur miſtę,uide plenè Iaſ.in d.§.quædam, & in d.rub. ff. ſi certum petatur, & ubiobique tractat, quid de petitione hæreditatis, an dicatur mere realis, uel in rem ſcripta,& eſt tex.& ibi Bal. & Docto.in l.hęreditatis. C.de pet. hæredi.& dicam infra in fine huius diſtinctionis.

ADDITIO. Vt uides diſertiſſimè lector,

3 † dominus Auct. declarat, q̃ nam ſit actio realis, & quia non extra rem poterit uideri, ſi praxim ipſius actionis intentandæ hic dixeramus, quam ob rem tu regnicole legito ritum magnæ curiæ uic.incip. Item ſeruat ipſa curia hanc practicam, ubi datur forma agendi, uidelicet, ꝙ uolens agere rei uendicatione debet porrigere libellum,quòd talis iniuſtæ, & minus debite tenet, & poſſidet talem rem, ſeu domum, ſeu dolo malo deſijt poſſidere ad ſeipſum ſpectantẽ,& pertinentem iure dominij,uel quaſi? petatque ſe declarari dominũ dictæ rei, & dominum ipſius ad ſeipſum ſpectare,& pertinere,& proinde condemnari conuentum ad relapſandum poſſeſſionẽ dictę rei una cũ fructibus porrectoque libello petat interrogari conuentum ſi tenet, & poſſidet ante lit.conteſt.
a & ſi dixerit *a* conuentus ſe tenere, & poſſidere iuſte, & rationabiliter, procedit libellus,quia cenſetur in tentata directa rei uẽdicatio, ſin autem dixerit ſe non tenere,& poſſidere,& tunc aut in libel. dictũ eſt,uel dolo malo deſijt poſſidere,& tũc etiam hoc caſu procedit libellus, quia cenſetur per illa uerba intentata rei uẽdicatio utilis,aut minime id dictum erit,& tunc non procedit libellus, ſi tamen actor uelit,quòd ulterius non procedatur in rei uendicatione intentata, ſed maluerit potiùs dare libellũ de mendacio,& ſic per eo procedi tantũ, iuxta terminos.l.fi.ff. de rei uend. quo quidem caſu conuicto reo cõuento de mendacio. transfertur poſſeſſio in actorem, ſed ſi noluerit dare libellum de mẽdacio negante conuento ſe poſſidere,dabitur terminus actori ad probandum,& procedetur uſque ad deciſ.cauſæ. & ideo interrogandus erit actor ſi uoluerit dare libellũ de mendacio,& ſi dixerit quòd ſic, ſtatuatur ei dies, quo ueniat cum libello,& reo,ut eodem die ueniat ad eum recipiendum,& ſi dixerit,ꝙ non, licentiabitur conuentus ab illa inſtantia,& ſi conuentus cõparet per procu-
4 ratorem ſic interrogabitur, ut ſupra. † Et eſt adnotandum, ꝙ ſi conuentus ſuper rei
b uend.lite cont. uel quaſi, *b* alienauerit rem ſuper qua conuentus eſt, ſiue emptor fuerit ſciens ſiue ignorans, iudicium finitur cum ipſo conuento, & ſnĩa executioni demandatur, contra quoſcunq; poſſeſſores, ut l.2.C. de litig. & habetur conſt.regni. eorũ fraudibus,& in c.regni inc.conuentus, & qualiter formæ

formetur libellus, & quid debeat probari
in hoc iudicio, ut uerificetur quem deſijſſe
poſſidere, ponit Affl. in d. conſt. eorũ fraudi
5 bus. † Sed quia proximo loco dixi, ꝙ ſi lit.
cõte. fuerit facta alienatio mandabitur exe-
cutioni ſnĩa contra emptorẽ, utrũ ſi non ſit
lis conteſtata, ſed datus eſt libellus & inti-
matus fuerit conuentus, id ẽt procedat, ut
dicatur res litigioſa, quo ad hunc effectum?
& dicendum eſt, ꝙ non requiritur lit. conte.
ſed ſufficit ſimplex iudiciaria conuentio,
ut dicit gl. in l. 2. C. de liti. & probat text. in
Auth. litigioſa co. tit. licet in actione perſo-
nali requiratur conteſt. lit. ut res dicatur li-
tigioſa, ut declarat Angel. in Auth. litig. &
Sal. in d. l. 2. & uoluit Afflict. ubi ſupra in 3.
no. cogita, quia forte tex. in cap. conuentus.
ſentit contrariũ dũ dicit, lite pendente con-
teſt. uel quaſi, una vr̃ oratio, & ſic uĩ, ꝙ non
ſufficit, quod lis pendeat ſimpliciter, ſed ꝙ
6 lis ſit conteſtata. † Quid enim ſi agatur poſ
ſeſſorio, an contrahatur uitium litigioſi?
Affl. in d. conſt. eorum fraud. in 4. not. dicit
quod hoc non determinat cap. conuentus,
attamen dicit ipſe, quod contrahitur uitiũ
litigioſi, ſed ſit ſalua pace, quia id expreſsè
dicit tex. in d. c. conuentus, ut in eo eſt uide-
7 re. † Ad unum tamen uolo legentes aduer-
tere, quod Affl. in d. conſt. eorum fraudibus
in 1. q. ſimpliciter tenet corã arbitratore non
contrahi uitium litigioſi, per Doct. & Imo.
in c. quintauallis. extra de iureiur. quantus
ibi uoluerit corã arbitratore non dari iudi-
ciũ, & per Doc. & Bal. in l. 2. C. de reſc. uend.
quod vr̃ contrarium probari in c. cõuentus,
quantus ibi dicatur, ꝙ cõuentus quocunque
iudicio contrahit uitium, litigioſi, ſi alienat
lit. pend. licet. n. corã arbitratore nõ dicatur
iudicium eſſe, tamen ſi aſſumptus eſt ſuper
lite largo modo, dicitur corã eo iudicium,
& per illa uerba quocunque iudicio credo ꝙ
compræhendit hunc caſum, de cæteris quo
ad materiam iſtam uide Afflict. ubi ſupra.
8 † Itẽ ulterius in hac actione reali aduerten-
dum eſt, ꝙ ſi cõuentus rei uendicatione op
poſuerit exceptionem excommunicationis
uel aliam (ut interim donec diſcutiatur ex-
ceptio, commodo poſſeſſionis fruatur) de
bet ſequeſtrari poſſeſſio cum fructibus, &
maxime ſi propè finem cauſæ exceptio op-
ponatur, ut in c. reg. Caroli. in cap. frequens
9 in auribus noſtris. † Et ſi conuentus actio-
ne reali fuerit contumax ante lit. conteſt. &
actor uoluerit eligere uiam primi decreti,
mittetur actor in poſſeſſionem rei petitæ
ex primo decreto reuocabilem intra annũ,
ſi cõparet cõtumax, & purget cõtumaciam,
ſed ſi eſt contumax poſt lit. cont. & non li-
quet de cauſa, mittetur in poſſeſſionem rei
petitæ, & eſt uerus & perpetuus poſſeſſor, ſi
uerò liquet de cauſa, debet ferri ſententia
iuſtitia mediante, ut diſponitur in cõſt. reg.
in c. rei uendi. & ibi per Afflict. habes 10. dif
ferentias, quæ ſunt inter actionem realem
10 & perſonalẽ. † Et an intra annũ acquiratur
uera poſſeſſio miſſo in poſſeſſionem ex 1.
decreto? uide Bertr. conſ. 3. in 2. lib. ubi deci
11 dit quod non. † Et an dñs ſoli ſeu membro-
rũ inferiorũ poſſit uendicare aſtracum, ſeu
12 ſolariũ ſuperius? uide cap. in dec. 117. † Nec
ſcire obmittendũ erit, quod eſt dare utilem
c *c* actionẽ in rem, q̃ aliquando datur *d* ſuper
d ficiario (ut ſi aliquis conduxit arcam uel ſo-
lũ alicuius, & impoſuerit ſibi ſuperficiem) ſi
cadit a poſſeſſione ipſius rei, põt intentare
actionẽ ad rem illam petendã, quæ uocatur
utilis rei uend. l. 1. ff. de ſuperficie. & in hac
actione, & ſic formatur libellus, ego contra
Ta. qui iniuſtè poſſidet rem talẽ ſitã in tali
loco, cuius tales ſunt confines, quã rẽ cõdu-
xi, uel ex tali cauſa habui a tali dño ad ſuper
ficiem imponendam, prout impoſui ſuperfi-
ciem, quæ ſolo eſt modo, unde peto rem illã,
mihi reſtitui & adhuc propono utilem rei
uendicationẽ? & hæc forma ſumitur ex d.
13 l. 1. 2. & 3. † Aliquando utilis in rem datur
emphyteutæ, qui rẽ ſibi cõceſſam in emphy
teuſim, uel alium cõtractũ vulgo libellariũ
appellatũ, vult rem vendicare cũ ab alio poſ
ſideat, & petam hoc modo, ago contra Tab.
qui poſſidet rẽ talẽ, puta prędiũ, uel domum
mihi datã a Titio in emphiteuſim, uel ad li
bellum, cuius confines ſunt tales, unde peto
rem illã mihi reſtitui utili rei uendicatione,
ut probatur in corpore de non alienando,
aut per. re. eccl. col. 2. & de alie. & emph. col.
14 9. & C. de iur. emph. l. fi. † Aliquandò utilis
in rem datur metum paſſo) ut ſi per metum
cõpellatur aliquã rẽ uẽdere, uel tradere, uel
donare) ſuccurritur ſibi per prętorem, & ha
bet utilem rei uẽdicationem, in qua ſic for-
mabitur libellus, ago contra Ta. qui iniuſtè
detinet talẽ rẽ poſitã in tali loco cuius con-
fines ſunt tales, unde rem illã peto mihi re-
ſtitui,



ſtitui, & de dolo repromitti, ne res interim
dum fuit apud eum ſit facta deterior, & ad
hoc propono utilem rei uendicationem,
ut ꝓbatur Inſtit. de act. §. ſequẽs, & l. mætũ.
§. uiolẽti, ff. ꝙ met. cau. & §. ex hoc adictum,
15 † Quibus ẽt, & illud concinit, ꝙ eſt dare a-
ctionem in rem præiudicialem pro libertini
tate, uel uaſſallagio (ut ſi libertus tuus, uel
uaxallus gerat ſe pro ingenuo negãs aliquid
tibi dicere, nomine operarum præſtare) po-
tes agere contra illũ actione in rem præiudi
ciali, per quam ipſum reuocabis in libertini
tatẽ, & ſic de uaſſallo, & ſic formabitur libel
lus, ago cõtra Tab. quẽ dico meum libertũ,
uel uaſſallũ. uel qui cũ ſit libertus meus, uel
uaſſallus gerit ſe pro liberto, vel ingenuo.
Vnde ipſum in libertũ meũ peto, & ad hoc
propono præiudicialẽ in rẽ actionẽ, ut pro-
16 batur inſt. de actio. §. præiudiciales. † Eſt ẽt
dare actionẽ in rem præiudicialẽ de partu
agnoſcendo, (ut ſi filius, uel nepos alicuius
nõ agnoſcatur a patre, uel auo, uel quia non
ꝑbet alimẽta) põt compellere ipſum, ut ſibi
prouideat per actionẽ in rẽ præiudicialẽ de
partu agnoſcendo, quæ actio locũ habet, ut
filius agnoſcat patrẽ, & nepos auum, ut inſt.
de act. §. præiudicialem, & ff. de lib. agno. l.
ſiue. §. 1. & l. ſi quis a liberis. eo. tit. & ſic for-
mabitur libellus, conqueror ego Tab. de ta-
li patre meo, vel ego pr̃ de tali filio meo,
uel ego auus de tali nepote meo, vel ego
nepos de tali auo meo, qui cum ſim filius
ſuus, uel nepos, vel pater, uel auus denegat
mihi alimenta, & me denegat filiũ ſuũ, uel
patrẽ, uel auũ, uel nepotẽ, unde ut alimenta
præſtet, & me agnoſcãt in filiũ ſuum uel pa
trẽ, uel auũ, uel nepotẽ actionem in rẽ præ-
iudicialẽ propono, ut habetur in l. 1. ff. de
17 rei uen. & de alie. lib. 2. C. † Aliquando etiã
datur utilis in rẽ minori, & militi, quorum
pecunijs empta ſunt prædia, licet non eorũ
nomine, ſi maluerint potiùs uendicare præ-
dia, quam pecunias condicere, l. ſi ut pro-
ponis, C. de rei uend. & l. curator. C. arb. tu.
ſed tunc propriè minor, prædiũ tua pecunia
cõparatũ, vendicabit, ſi curator emerit, ſecus
forte erit ſi extraneus comparauerit, ut d.
18 l. curator. † Aliquando datur utilis in rem
ei, que mortis cauſa rem donauerit, & eã re-
uocare, vult, ſiue cõualuerit, ſiue pænituerit,
ſiue ſic pepigerit, ſiue peregre profecto re-
19 dierit, l. qui mortis, ff. de don. cau. mor. † Ali
quando et datur utilis in rem ad reuocandũ
quod inofficioſè donatũ eſt, ut reuocetur,
quod donatarius ingratus, & immemor
acceptis muneris acceperit, ut, C. de inoffic.
do. l. ſi totus. & C. de reuoc. don. l. his ſolis.
20 † Aliquando n. datur utilis in rem ad repe-
tendũ rem ꝑꝑ nuptias donatam ſoluto ma-
trimonio. licèt nõ fuerit tradita, ut in auth.
21 ut Imò ante, nu. do. no. † Datur etiam uti-
lis in rẽ actio ei, qui uendidit equũ lege con
miſſoria, (hoc eſt, ut ſi pecunia die pacto
præfixa, non fuerit ſoluta, res ſit inempta)
nec fuerit facta ſolutio, utilis proponetur
rei uẽdicatio, l. ult. ff. de lege cõmiſſ. l. qui ea
22 lege. C. de pact. inter emp. & uen. † Pari etiã
modo datur utilis in rẽ ei, qui ſic donauerit
e *e* ut aleretur, & non fuit alitus, nam poterit
utiliter uẽdicare, ut C. de don. quę ſub mo. l.
23 pri. † Datur autẽ in rẽ actio ei, qui dominiũ
quœſiuit traditione, quaſi traditione, ut ex
donatione, uendicatione, ſimilibusque mo-
dis, quaſi traditione, ut ſi qs in re ſua uſum-
fructum ſibi exceperit, uſusfructus enim ex-
ceptio pro rei eſt traditione habetur, uel ſi
quis rẽ ſuã propriã non errãs, a dño cui do-
nauit, conduxit, uel ſi poſſeſſor rei alienæ,
præſentis tamen extimationẽ præſtitit, ſi tã
tũ res illa in dominio petitoris fuit, l. quæ-
dã, ff. de rei, uen. & l. eius cũ l. ſeq. modo neu
tro, ut in hæreditarijs, & legatis, ſi quidem
directa uia, legata, ab adita hæreditate, ad
legatariũ tranſeũt, ut ff. de furt. l. a Titio hæ
reditatis, etiã ſine appræhenſione poſſeſſio-
nis, ut ff. de cri. exp. hæ. l. 2. §. apparet, & C.
24 de rei uẽ. l. 1. † Cõpetit. n. contra eũ, q poſſi-
det corpus quolibet, intelligendo de eo cor-
pore, ꝙ per ſe extat, ſecus ſi quid fuerit in-
cluſum, iniunctũve. & intextũ, quia in his ca
ſibus non habet uendicatio locũ, niſi quod
ſic habetur, fuerit exhibitum, ſeparatumq;
aliquando tamen nec ut exhibeatur agitur,
ut ſi ſit tignũ iniunctum, ſed & alias nõ uen-
dicatur, quod inuenitur exutum, uel abru-
ptum, ut l. in rẽ. ff. de rei uen. Item quecun-
que (puta ſi fuerit ferrum minatum) corpus
aũt intelligo quale, ſiue ſolidũ, ut lapidem,
ſiue diſcretũ, ut gregẽ, ſiue cõiunctitium, ut
ita dicã, hmõi ſunt ædificium, nauis, arma-
riũ, l. rerũ. ff. de uſuc. quæ quidem ut melius
tu Amantiſſime tirunculæ intelligas, accipe
exẽpla horum, quæ dicta ſunt, pone. n. rem
meã unitã fieri rei tuæ, & ſic aliquo corpo-
ri, du-

ri, durante.n compoſitione & unione illa,
nõ poſſum uendicare rẽ illã meã, (ut ſi ſta-
tuæ ſuç brachiũ aut pedẽ alienũ adieceris,
aut ciphomanubiũ, quod cũ manibus tene-
tur, aut menſe pedem) & ſic de ſingulis. a-
getur tunc actio eſt in factum, ſi n. cõpetit.
actio ad exhibendũ, ut d.l.in rẽ.ff.de rei uẽ.
cũ ſimilibus, actio.n. ad exhibendum tunc
nõ cõpetit, qñ eſt tignum iniunctũ ædibus
alienis, nam ego dñs tigni non poſſum uẽdi
care, nec ad exhibendum agere, d.l. in rẽ, §.
tignũ, Itẽ non cõpetit actio ad exhibendum
ut ſi proprietati meæ aliena proprietas, iu-
re ferrum minutionis cedat, d.§. Item quæ-
25 cunque, at ſecus ſi per applumbaturã.† Nec
f ignores, quod in rẽ actio, ideo *f* dicitur uen-
dicatio, quia vendico denotat, propriè meũ
eſſe dico. In perſonam uero actionem uoca-
mus, quia ea dare aut facere oportere inten-
ditur, & dr̃ cõditio, eſt.n. denunciare condi-
cere priſca lingua, olim.n. debitoribus ſolẽ-
nis denunciatio fiebat, ut ſoluerent, unde
datiuo iungitur, ut condicio tibi pecuniã, ut
inquit Pomponius in l.ſi in debitũ. in prin.
26 ff.rẽ rat.hab.† Actio in rem nullam requirit
obligationem, uidelicet, propriè in perſona
aduerſarij, hoc eſt, quæ ex facto uel dicto e-
ius prodierit, tantùm hoc reſpicit, ꝙ rẽ meã
poſſideat, ac reſtituere poteſt, & ideo hæc a-
ctio ſemper ſequitur poſſeſſorem rei litigio-
ſæ, aut quaſi poſſeſſorem, hoc eſt, eum q per
fraudẽ deſierit poſſidere, ut iudicium elude-
27 ret, ut dixi ſupra.† Actio autẽ in perſonam,
ſemper aduerſus eundem debitorem, & eius
hęredem competit, nam obligatio ſemel ob-
ſtringens hominẽ ſecũdum formã iuris, te-
net eũ cũ ſucceſſorib. bonorum ſuorum do-
nec dẽt uel faciat qđ debet, ut inquit Paul,
in l.obligationũ ſubſtantia, ff. de act. & ob.
28 † Item agens in rẽ non tenetur ſpecialẽ do-
minij ſui cauſam ſeu titulũ allegare, ſed ſa-
tis eſt ſi dicat, rẽ ſuam eſſe q̃ petit. In perſo-
nam autem agentem oportet ſpecialẽ debi-
ti cauſam exponere, alioquin non eſt cogen-
dus aduerſarius in iure reſpondere, ſeu con-
teſtari litem. Intereſt.n. rei conuenti ſcire v-
trũ ex una an ex pluribus cauſis intentetur
29 act.l.1.ff de ed. † Item ut dixi in actione in
rem, ne fruſtra intentetur, requirendum eſt
in iudicio, an reus conueniendus poſſideat,
& quod te.patris ſit poſſeſſor, ad quod decla
rãdum cogi poteſt officio iudicis, l. qui pe-
30 titorio, ff.de rei uend. † Actione autẽ perſo-
nali acturus, non opus eſt ei, ut interrogari
petat aduerſariũ de poſſeſſione, licet quan-
doque petatur aduerſariũ interrogari, per
quod erant olim prædictæ interrogatoriæ
actiones, quibus fiebat, vt aduerſarius com-
pelleret reſpondere, ſed hodie ad hoc ui-
ſum eſt ſufficere officium iudicis, l. ubicun-
31 que, ff de inter.actio.† In actione aũt in rẽ
peti dẽt reſtitutio, in perſonali uerò actio-
ne concluditur ad dãdum, uel faciendũ ali-
32 quid, §.ſic itaq;. inſt. de act. † Item actio in
rẽ poſt latã ſententiam ſtatim habet officio
iudicis executionẽ, niſi eã incidens iuſta cã
33 remoueret, §.2.inſt.de off.iud.† In perſonã
uerò condemnatis, hodie dantur quatuor
menſes ad ſoluendum, l.2.& 3.C.de uſur.rei
iud.quod non ſine rõne ſtatutum eſt, nam
qui ad rem alienam reſtituendam condem-
natus eſt, q̃ ad manũ hẽt, is ſi differt reſtitu
tionem rei, quid aliud eſt q̃ fruſtrationem
quærere? cui nõ eſt indulgendũ, ſed debito-
ri, cum is ex ſuo loculo ſoluere debeat, for
taſſis, tenui humanitatis ratione lõgius tem
pus erat permittendum, & tamen iudicis ar-
bi. breuius ſtatui põt, pro qualitate rerum
loci, & perſonarũ, ſecundũ Vlp. in l.1.ff. de
re iud de quo plenè, per Abb.in c.ꝙ ad con-
ſultationẽ de re iu.& Alex. & Her.in l.2.ff.
34 de re iud.† Item actiones in perſonam, qui-
bus aliquid dari oportere intenditur, nun-
quã exercentur ad æſtimãtionem rei debitæ
peremp æ, ſed ipſum, quod ex obligatione
dandum fuit petendum eſt, & ſi ad extima-
tionẽ perueniendum ſit iudicis officio æſti-
mandum eſt. Vt inquit text. in l.ſi ſeruũ, §.
35 ult.ff. de uerb. ob. † Et actiones in rem ad-
mittunt extimationem ab actore petendam
ſecundum Bar.in l. ſtipulationes non diuidũ
36 tur, ff.de uerb.obl. † Item in actione in rem
fructuũ quoque ratio habetur, differenter ta
men & uariè, propter uarietatem poſſeſſo-
rũ, alij.n.ſunt bonę fi. poſſeſſores, alij cum
titulo, alij ſine titulo, alij faciunt fructus
ſuos, alij non, fructuũ quoq; alij ſunt perce-
pti, alij nõ perceptorũ autẽ alij ſunt extan
g tes, alij cõſumpti, alij *g* naturales, alij indu-
ſtriales, nec nõ perceptorum alij ſunt, tales
quos malefid. poſſeſ percipere potuiſſet, &
ſi non neglexiſſet, alij ſunt tales, quo uetus
poſſeſſor.i.petitor percepiſſet, ſi ei poſſi de-
re licuiſſet, & certe bonæfi. poſſ.ſiue cum
titulo



titulo, ſiue ſine titu. fructus ſuos facit, quos
tãtum ſua opera percepit, nempe naturales
ad dominũ ſoli pertinent, ut inſti. de re di-
uiſ.§.ſi quis a non domino, & l.fructus.ff.de
uſur. ꝙ enim in l.bonæfid.ff.de acq.rer. do.
dicitur bonæf.emptores oẽs fructus ſuos fa
cere, intelligi debet & ex ſua opera alterius
ue poſſeſſoris nomine præſtita peruenien-
tes, hos autem fructus ſuos factos bonæfi.
poſſeſſor uictus reſtituere cogitur, ſi tamen
extent.l.Iulianus, ff.de rei uend.& l.ex diuer
ſo.§.ubi autem alienũ, eo.tit & l.certum, C.
eo.tit.conſumptos autẽ fructus bonæfi. poſ.
lucrifacit, niſi in duobus, puta ſi ſumptus
quos fecerit repetat, uſuras ve pec. credito-
ri ſolutæ in iſtis etiam caſibus fructus eſſe
conſumptos cũ ſumptibus, & uſuris compen
ſantur, l.ſumptus, & l.emptor, ff.de rei uend.
malæfi. autẽ poſſeſſor, nec fructus, quo ſua
opera percipit, & ſi titulum habeat ſuos fa-
cit, ſicque eos extãtes ẽt actionis iure uictus
reſtituit, conſumptos aũt iudicis officio uel
ſine cauſæ conditione compulſus redhi-
bebit, inſt.de off.iud.§ & ſi in rem, & l.ex di-
uerſo, § ubi aũt. ff.de rei uen. a percipiendis
enim fructibus, ẽt malæfi. poſſeſſor excuſa-
bitur, ſi tamen titulũ muniatur, l.ſi fundum,
C.de rei uend. ſi uerò titu. careat, & de non
perceptis tenebitur, ſi tamen percipi hone-
ſtè potuerunt, ff. de rei uend. l. fructus, & l.
ſi nauis, §.generaliter.eo.titu. fructus tamẽ
inhoneſtè quæſitos poſſeſſor reſtituere co-
gitur, l.ſi poſſeſſor.la 2.de per.hær. malefid.
autem poſſeſſor ſine tit. etiam de percipien-
dis condemnabitur, quos uidelicet, ipſe po-
tuit percipere.l.fructus, ff.eod.tit.de rei uen.
ſed non in oẽs quos peritior fuiſſet perce-
pturus, niſi malæfidei poſſ.fuiſſet inuaſor, l.
4.C.unde ui, & in unico caſu bonæfi.poſſeſ-
ſor cũ ti. tenetur ad fructus quos percipere
potuiſſet (ut ſi conſcius a debitore eodem-
que fraudatore, in fraudem cred.emerit.) l.
ait prætor.§.per hanc. ff. quæ in frau. cred.
37 † In actione autẽ perſonali regulariter non
uenit condemnatio ad intereſſe, & uſuras
& fructus, niſi ubi quis eſt in mora, & inſtru
mentum continet diem & pœnã, & creditor
ſit ſolutus negociari, & hoc conſtet, ſecundũ
Bar.p illum tex.in l.3.§.fi.ff. de eo ꝙ cer. lo-
co, & in l.1.& in vlt car.C. de ſent. quæ pro
eo ꝙ inte.& hoc ẽt de ui. cau. ſecundũ Inn.
in c.ſacro.de ſent.exc. refert & ſequitur Ab.
in c.cum uenerab. de excep. in gl. in uerbo
38 bonæfidei.† Et in tantùm debet cõſtare ali-
h ter q̃ p inſtrumentũ *h* intereſſe (ꝙ lucri ceſ
ſantis & damni emergentis appellatur) ꝙ ſi
per inſtrumentum promiſi tibi centum ſol-
uere in nundinis Salerni, & ſibi ibi non ſol-
uuntur promiſi intereſſe ad rationẽ ſeptem
pro centenario tale intereſſe nõ debetur, ſed
debet probari, notabilis eſt doct. Bald. in l.
rogaſti, § ſi tibi, ff.ſi cer.pet. uerſi. quid ergo
ſi mutuo ſequitur Io.de Ana.in cap. fina.de
uſur.& Alex.conſi.17.uiſo themate, col.fi.li.
3. & idẽ d. Alb.de Roſ.in l.1.in penulti.col.
C.de ſum.Trin.& idẽ conſuluit dẽt. conſil.
39 39.& cõſ.116.& conſ.323.† Nec ſufficit p
bari ꝙ mercator erat ſolitus negociari cũ ſua
pecunijs & ꝙ erat ſolitus lucrari ex mercan-
tijs ſecundum Pau.de Caſt.in l.non utique,
§.nunc de off.ff.de eo.quod cer.lo.quia non
ſequitur, ꝙ ſi habuiſſet dictam pec. certitu-
dinaliter lucratus fuiſſet, quia poſſibile eſt,
ꝙ non fuiſſet lucratus. ex quo multa potue
runt euenire, ꝙ non lucretur ex mercantijs,
i *i* unde ipſe tradit pulcherrimum modum
probandi tale intereſſe, ut dicit & refert de-
ti in preal. conſi.323.ut probetur, ꝙ habuit
præmanibus talẽ mercantiam, de qua fuiſ-
ſet lucratus certitudinaliter, ſi pec. habuiſ-
ſet præmanibus, & quia pecuniam non ha-
buit non potuit emere, uel alio modo ſimi-
li põt cõſtare, ꝙ ſi habuiſſet illam pecuniam
lucratus fuiſſet, & idem in intereſſe damni
emergentis, uidelicet ꝙ ipſe indigni dicta
pec.& quia nõ potuit habere tẽpore conuẽ-
to coactus fuit capere ad cambium, ut ſuo
neceſſitati ſubueniret, & pro uſuris ſolut
ro. & iſte modus probandi intereſſe eſt ap-
probatus per ſac.regium conſ.Neap.& teſta-
tur Affl. in dec.20 et ſequitur Aymo Cra.in
conſil. 89. nu.4.& hoc caſu bene põt peti ſe-
cũdũ Dec.in d.conſ 116.nu.5.in cauſa Alui
40 ſij.† Sed in alijs caſibus poteſt peti, & debe-
tur intereſſe (ut in lucro, & conſiſtit in par-
tu ancillę uel in fętu pecoris) ut l.ſi ſtip. & l.
uideamus, ff.de uſu.& l.filius.§.1. ff. de uer.
obli. Item in lucro quod conſiſtit circa rem
puta circa augmentum & extimationẽ, pre-
tij, quia res plurimũ ualuit a tempore morę,
nã tale intereſſe pariter peti poteſt & debe-
tur, l.uinũ, ff.ſi cert.peta.l.in hac.ff.de tritic.
ſecundum Gul.de Cun.in l.1.C.de ſen. quæ
pro eo, ꝙ inte.& ſequitur Cyn.in l.iſtam, &

41 ibi Sal.in 22.op.eo.tit. † Item quando agi-
tur actione perſonali, & reus conuentus eſt
contumax actor mittitur in poſſeſſionẽ cau-
ſa rei ſeruandæ pro menſura debiti in bonis
ipſius, vt tedio effectus compareat, & ſic miſ
ſus nõ dicitur poſſidere, ſed de detinere, ſed
quando reus eſt contumax in actione reali,
actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, &
eſt verus poſſeſſor, verum cõparente reo inf.
an. & purgante contumaciam recuperabit
poſſeſſionem, vt habetur in conſt. incip. rei
vend. & ibi per Afflі. & elapſo anno efficitur
verus & perpetuus poſſeſſor, nec poterit vl-
terius contumax recuperare poſſeſſionem
ſuam, licet poſſit agere rei vendicatione. l.
42 conſentaneũ. C. quo & quãdo iudex. † Item
in actione perſonali ſi reus eſt contumax, &
ob id miſſus eſt actor in poſſeſſionem bo-
norum rei pro menſura debitè declarati ex
primo decreto, & perſeuerat in contumacia
per annum, vt efficiatur poſſeſſor illorum
bonorum, vel vt vendantur illa bona requiri-
tur ſm decretum iudicis, licet p ſacras prag.
relatione, & reo in eius contumacia, minus
tempus quàm annus ad interponendum ſm
decretum ſtatuatur, ſed ſi agitur actione rea
li non requiritur interpoſitio ſecundi decre-
ti, vt per Afflict. in d. conſt. rei vendicatione,
aliàs verò dñas, quæ ſunt inter actionem rea
lem, & perſonalem vide per text. in d. conſt.
43 per Affl. † Nec in audiendis his oĩbus, inq;
legendis actionũ varietatibus, torpeat audi-
toris animus. Si quidem actionibus lis inſti-
tuitur, inſtituta dirimitur, pecunia quæri-
tur, quæſita ſeruatur, perdita recuperatur,
iniuria illata propellitur, quare, quia (vt di-
xi) actio perſonalis idem eſt, ꝙ earum actio-
nũ, quæ ex contractibus deſcendunt, aliæ re
bus informantur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ
conſenſibus. Item earum aliæ ſunt quibus
præcisè intenditur oportere dari, vel fieri,
& hæc ſunt propriæ conditiones. Aliæ ſunt,
quibus non præcisè agitur, ſed, & ſub alter-
natione intenditur, vt fiat vel detur aut in-
tereſſe præſtetur, vt in uendicatione, loca-
tione, & ſimilibus, conditionum autẽ plures
ſunt ſpecies, alia.n. eſt incerti conditio, alia
certi, alia indebiti, alia quæ triticaria ap-
pellatur, alia ob cauſam, alia ob turpẽ cau-
ſam, alia furtiua, alia ex lege, & alia eſt cau-
44 ſa. † Conditio incerti in tribus caſibus ſibi
locum vendicat puta, ego credens me tibi
debere decẽ, quæ in rei veritate nõ debebam
ea tibi promiſi, demum cognito, ꝙ ea tibi nõ
debeo, & ſic ſine cauſa promiſſi ſuccurritur
mihi per conditionẽ incerti quæ, & ſine cau
ſa appellatur, per quam poſſum condicere
liberationem ab illa obligatione, & erit for-
ma agendi, conqueror ego Ta. ꝙ ſine cauſa
tibi decem promiſi, idcirco peto te condem-
nari ad me liberandum à dicta obligatione,
& ad dandam eam pro rupta, & caſſa, & hæc
forma agendi ponitur per Ang. in l. qui ſine,
ff. de cond. ſine cau. vbi eſt text. formalis de
hoc, vel ego te habebã obligatum ad decem
liberaui credens te mihi ſoluiſſe, cõpetit con
dictio incerti, per q̃ petam te reponi in priſti
45 nam obligationẽ. † Et primo ſiquidem mo
do poſſum præuenire creditorẽ meũ, vt caſ-
ſetur, & annulletur præfata promiſſio, in
cuius materia plura iura municipalia in re-
gno emanata ſunt, quę refert auctor noſter
infra in octauo actu qui ſucceſſiuè ſequitur
in iudicijs nume. 8. Secundo vero modo re-
cta uia poſſum agere ad decem, & ſi oppo-
natur deliberatione replieabitur, quòd ſine
cauſa liberatio facta fuit, vel recta via agi po
teſt, ut ille reducatur in priſtinam obligatio-
nem, ꝙ liberatio illa habeatur pro nõ facta,
tanquam ſine cauſa, nam & ſi exceptionem
uolo proponere, poſſum præueniendo cau-
ſam intentare principaliter agendo, ſecundũ
Abb. in cap. ſi quis contra. de for compet. in
1. nota. & ibi Fel. & Bartol. in l. ſocietatem. §.
arbitrorum. ff. pro ſo. & Alex. in add. ad Bar.
in l. ſi contendat, ff. de fideiu. & Bar. in l. cum
hi. ff. de tranſ. tertio modo datur condictio
incerti, loco conditionis furtiuæ, q̃ non niſi
46 dño datur. l. 1. ff. de cond. furt. † Eſt, & alia,
vt dixi, quæ certi conditio nuncupatur, quæ
generalis eſt ex cõi cauſa competens, ex qua
certum debetur, ſiue ex cauſa contractus, vel
quaſi, ſiue ex cã maleficij, vel quaſi. leg. certi
conditio. ff. ſi cert. peta. & dr̃ certum deberi,
& peti, quando quid, quale, quantumve ſit,
quod petitur apparet. l. ſtipu. ff. de verborum
obl. Itẽ dicitur certũ, cuius ſpecies vel quan-
titas, nomine proprio vel digito demonſtra-
tur, ſiue aliquibus vocabulis, quę vice pro-
prij nominis funguntur. l. certũ, ff. ſi cer. pet.
eſt quoq; certi conditio duplex altera, quę
triticaria vocatur, qua petitur quęlibet res
ſiue in re, ſiue in menſura, vel pondere con-
ſtet, ſiue mobilis, ſiue immobilis ſit, exce-
pta



pta pecunia innumerata, l. 1. ff. de cond. trit.
& datur non ſolum ratione dominij. Imò
etiam ratione poſſeſſionis, l. 1. & 2. eo. ti. da-
tur aũt contra eum, qui debet ſpeciem quã-
cunque, & contra eius hæredẽ, non diſtin-
ctè a cauſa nec re. Alter. n. ſtat in nomine ſui
generis, & uocatur certi condictio, & de ijs
hactenus. Petr. Foll. V. I. D.
47 † Quid autẽ ſit neceſſe deduci in iudicio
perſonali, & quid in reali? Dic ꝙ in iudi-
cio perſonali principaliter agens debet ha-
bere reum obligatum, ex qua obligatione
oriatur actio. l. an eandem. §. actiones, & ibi
Bar. ff. de excep. rei iu. alias agens ſine actio-
ne repelleretur a limine iud. l. ſi pupilli. §.
uideamus. ff. de neg. geſt. & no. in l. ubi pa-
ctũ. C. de tranſ. ſic ergo producens libellũ in
actione perſonali, debet talem cauſam aſſi-
gnare, ex qua appareat, ꝙ reus ſit obliga-
tus. l. 2. §. circa. & ibi glo. ff. de doli exce. ubi
eſt illa glo. quæ dicit libellũ non procedere,
ſi dicatur, peto decem, quia Rex eſt in Fran
cia, quia iſta cauſa non præſupponit obliga
tiones rei, & habetur in §. ſic itaque. inſt.
de act. In iudicio uerò reali, ſi loquimur de
rei uendicatione, duo tantum extrema ſunt
deducenda, & probanda. Primũ. l. dominiũ
ex parte agentis. Secundum, poſſeſſio ſiue
detentatio ex parte rei conuenti, His duo-
bus probatis, obtinet agens. l. 1. C. de alie.
iud. mut. cau. fa. & in l in rẽ, & l. officiũ. ff. de
48 uendi. † Qualiter autẽ debeat probari do-
minium in rei uendicatione? Dic ꝙ debet
K probari directo, & K eſt difficilis probatio-
nis, quia nõ ſolum debet probari de titulo,
ſed eſt neceſſe probari de dñio ſui auctoris,
aliàs non obtinet, ſecundum Alex. in conſi.
98. col. 3. in 2. uol. & in conſi. 11. col. 1. in 4. l
uolu. & habetur in deciſ. 40. conſi. Neap. in
1. col. de quo uide per Barto. in l. quidam in
ſuo, ff. de conditio. inſtitut.
49 ADDITIO. Debet enim dominium m
probari per tales actus, qui de iure neceſſa-
riò concludant dominiũ ſibi competere, &
ꝙ tales actus & media non poſſint aliud ſi-
gnificare, niſi dominium actori comparere,
ita quod ſint uniuoca aliud quam dñium
non importantia, & non æquiuoca domi-
nium. & aliud ſignificantis, hic dicebat Pau.
de Caſt. in cõſ. 238. inc. uiſo teſtamẽto Am
broſij, vlt. col. quod dominiũ uolare non de-
bet per area, & alibi conſi. 330. inc. in cauſa
mota per dominã Doroth. 1. col. dicit, quod
dñium non debet nec ſtare põt in pendenti
eſt ratio, quia probatio non concludit per
poſſibile, imò concludere debet per neceſ-
ſe, adeo quod probatio neceſſariò non con-
cludens, nedum non releuat, ad d. leg. non
hoc. C. unde legi. ſed nec facit aliqualiter
rẽ debitam de iure uel de de facto, ſm Bal.
50 in l. 2. C. de bon. poſ. ſecundũ tab. † Et ideo
non ſufficit in reali actione probare, quod
rem emit, precium ſoluit, & res ſibi tradita
fuit, niſi probet talem rem uenditori, a quo
cauſam habuit pertinuiſſe iure dominij, per
talia media, q̃ dominium, & non aliud de
neceſſitate concludant, ſecundum gl. & Bar.
in l. cũ res. C. de prob. licèt prædicta iura ſuf
ficerent ad probandũ quaſi dñium actione
publiciana, ut in §. ſed iſti quidem, inſt. de
act. ſed non ſufficiunt in rei uendicatione
ad dominum, ſeu rem ratione dominij obti-
nendã, ſecundum gl. Pet. Cyn. Iac. But. Ioan.
51 Fab. Bar. & Saly. in d. l. cum res. † Hinc eſt
quod eccleſia, quæ ſummè priuilegiata eſt,
agens rei uendicatione neceſſe habet pro-
bare clarè dominium, quia ei non ſufficeret
titulo acquiſitionis, niſi probaret auctorem
ſuum a quo cauſam hbbet, uerum dominũ
fuiſſe, ſecundum Bar. in l. ſic. §. ſi mihi. ff. de
leg. 1. & ibi Alex. & Bal. in l. ſiue autem. §. ſi
52 duob. ff. de pub. in rem actio. † Nec ſufficit
probare rem, quam petit aliquo tempore te-
nuiſſe, & poſſediſſe cum ſua, ẽt ſi cum illa
poſſeſſione de præterito concurreret fama
uicinæ quod res erat ſua, ſecundum Bar. in
l. quidã in ſuo. ff. de cond. inſt. & Alex conſ.
10. in 4. uol. & Bar. & Bal. in l. rem quæ no-
bis. ff. de acq. poſſ. etiam ſi probaretur, quod
rem l locauit, arrẽdauit, vel in emphyteuſim
tradidit, & tanquam de re ſua diſpoſuit p
tex. iuncta glò. ſuper uerbo locauiſſe, in c. cũ
uenerabilis de rel. dom. etiam ſi probaretur
cenſus ſolutio, quia cẽſus ſolutio aut *m* pen
ſionis, dominium non probat, nec poſſeſſio-
nẽ, ſecundum gl. ſuper uerbo, unam procura
tionem in c. bonæ memoriæ. de appel. & ibi
Panorm. & latè dicam in tract. de cenſibus.
53 † Nec etiam ſufficit probare, quod auctor
agentis, ſeu eius præceſſor, aut uenditor,
uel donator a quo cauſam habuit rem illam
tenuit pacificè, & poſſedijt tanq̃ ſuam, fuit
q́ue tentus publicè, & notoriè reputatus do-
minus, quãdiu uixit, ẽt ſi concurreret fama

uicinæ, quod erat dñs ſecundum Abb. in c.
cū ad ſedē de reſt.ſpol. Bald. & Ang.in §.ſit
itaque diſcretis. uerſ.quæro 2.inſt.de act.&
etiam ſi eccleſia prædicta omnia probaret
non obtineret ſecundū Bar.in l legata.ff.de
adi.leg.& de prædictis formaliter habes per
Gul.de Bene. in rep. c. Rainutius in ueſi.&
uxoris nomine ad eccleſiam, nume.451.fol.
54 mihi 129. † Et in quantum ſupra dixerim
per contractum locationis, aut per cenſus
ſolutionem non probari dñium, dicit Bart.
in l ad probationē. C. loca. quod hoc proce-
n dit, niſi quando concurrunt *n* alia inditia,
pro quo faciunt dicta per Iaſ. in l. 2. 83. col.
C de iur.emp.& per Soc.conſ.89.4 col.& in
conſi.266.4.col & conſi.187.2.col. prout re
fert, & ſequitur Caſſ.in conſu.burg.in ti.des
iuſtices, & droict.de icelles rubr.1.fol.25.nu
me.1.& an per ſolutionem cenſus, ſeu penſio
nis quo ad eccleſiam probetur dñium dire-
ctum, uide Abb.in conſ 74.inc. Ciues quidē
Senenſes. 1. lib.& uide Guid. Pap.in deciſio.
272.& Rom.in conſil.126. & dicam plenè
55 in d tract. meo de cenſib. † Probabitur do-
o miniū præſumptiuè *o* per extimum, ut dicit
Bal.in l.ſi pa.er.C.de act.emp.per illum tex.
& ibi idē Bal.in l quidam in ſuo.ff.de cond.
inſt & latè per Soc. in d conſi. & Caſſa.ubi
ſupra, an contra tertiū probetur dominium
per extimum.uide Aym. Craue. in tract. de
56 ant.temp.1. parte.num.235.† An probetur
dñium per uerba enunciatiua contractus
emiſſa propter aliud, ſi principaliter diſce-
ptetur de ipſo emancipato inter eaſdem par
tes, & quid in antiquis. uide plenè per Ay-
mo. Crauet in tract. de antiquitate temp. 1.
57 parte, nu. 58. & 59. cum ſeq. † Item probat
p dñium per *p* famam in antiquis ſecundum
gl. in l at qui natura. §. cum me abſente. ff.
de neg. geſt. quam dicit ſingularem Ang.in
l. Titius. ff. quib. mo. pig. uel hypot. ſol. & idē
Ang in d. § cum me abſente, & Doct. in l. rē
quæ nobis. ff. de acq. poſſ. plenius per Caſſ.
in conſue. Bur. in tit. des iuſtices, & droict.
de icelles rub. 1. nu. 15. fol. 25. pro quo om-
nino uide Corn. conſil. 304. col. 5. uerſic. his
tamen non obſtantibus lib. 3. ubi tenet con-
trarium niſi alijs iudicijs coadiuuetur, ſed
Dec. in c. 1 4 col. extra de app. dicit, ꝙ cōis
opinio eſt contra Cor. ſed tu uideas concor-
dantias, & ueritatem per Aim. Cra. in trac.
de antiq. temp. n. 302. 1. parte fol. mihi 141.

& an ſufficiat fama ad probādum dñium de
præſenti uide ibi. nu. 303 Pet. Fol. V. I. D.
58 † In petitione uerò hæreditatis, quæ ſimili
ter eſt actio realis, nō eſt neceſſe probare de
dominio auctoris, ſed ſufficit probare rem
fuiſſe in bonis defuncti, ſecundum Bart. &
Doc. in l. hæreditatis. C. de petit. hæred. per
59 tex. in l. & non tantū. ff. de petit. hære. † Sed
ſi loquimur de actione hypothecaria, tunc
eſt neceſſe probare debitum, cuius uigore
res ſit hypothecata, & non habet neceſſe
probare actor dominium debitoris, ſed ſuf-
ficit probare rem fuiſſe in bonis, & de bonis
debitoris, ita deciditur in deciſ. 383. conſil.
Neap. & per Soc. in cōſi. 134. col. 1. in 1. uol.
& Pau. de Caſt in conſi 168. in 2. uol. ui. q d-
quid teneat Bal. in l. rem alienam. ff. de pig.
act. Et de hac materia qualiter ſit agendum
q in actione *q* hypothecaria, uide Alex. in cōſ.
138. col. 2. in 2 uol. & conſi. 108. in 5. uol. &
conſi 98. in 2. uol. & in deciſ. 37. & 40. conſi.
Neap. & iſte modus agendi, & probandi
debet ſeruari hodie, quando agitur aſſiſten-
tia uigore inſtrumenti, maxime ſecundum
60 formam regiæ pragmaticæ. † An aūt actio
pignoratitia, dicatur realis, uel perſona-
lis, quilibet fortè prima facie diceret, quod
eſt actio realis, ſicut actio hypothecaria,
dum detur ad ipſam rem, ſcilicet ad pignus
recuperandum. Tamen ueritas eſt in contra
rium ſ. quod eſt actio perſonalis. Pro hoc
eſt tex. formalis in l. fi. de diſtr. pig. & tenet
Bar in rub. ff. de pig. act. & de hac materia
eſt gl. magiſtr. in proœ. fforum. §. nos uero
in gl. in uerſ. eaſdem quæ ponit differentiā
inter actionem pignoratitiam, & hypothe-
cariam, quia illa eſt perſonalis, & hęc realis.
Item actio pignoratitia eſt duplex directa
& contraria. Directa datur debitori ad re-
cuperandum pignus, ſoluto debito, uel ali-
ter ſatisfacto, l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig.
act. Contraria uerò competit creditori, quā-
do fuit deceptus in pignore, & datur con-
r tra debitorem *r* ad intereſſe, & ſemper eſt
perſonalis, l. 1. in fi. & l. tutor. §. contrariam,
& ibi Bar. ff. de pig. act. Hyppthecaria uerò
ſemper competit creditori, tam ad rem im-
mobilem, q̃ ad pignus rei mobilis, & datur
in rem, l. pignoris. ff. de pig. & l. pignoris. &
ibi glo. C. de pig. & l. eos. C. qui pot. in pig.
hab. Quo ad actionem. n. hypothecaria nul-
la eſt differentia inter pignus, & hypothe-
cam,



eā, l. res hypothecæ, in fi. & ibi glo. ff. de pig.
& eſt gl. no. in l. ſi fundus. §. in uendicatio-
61 ne. eo. tit. †. Vltimo quia ſum pollicitus tan
gere hic illam q. de qua eſt magna uarietas
ſ inter docto, ſ. an petitio *ſ* hæreditatis dica
tur mere realis, uel in rem ſcripta, Dico, ꝙ
uera, & magis cōis concluſio eſt, ꝙ eſt me-
re realis, ut tenet Iaſ. & cōiter Mod. in rub.
ff. ſi cer. pet. & in §. quædam, inſt. de act. per
l. ſi autem, §. ſed, & is, ff. de rei uend. & tenet
t Bar. in l. ſed ſi l. §. petitio. ff. de pet. hęr. *t* Cō
trarium tenet gl. in rub. ff. ſi cer. pet. quā ibi
ſequitur Alex. ſ. ꝙ ſit in rem ſcripta, p text.
in d. §. petit. & hanc opi. tenet Bald. pro illo
tex. in l. hęreditatis, C. de pet. hære. Ego aut
in hoc conſidero, & puto, ꝙ in pūcto iuris,
opi. gl. & Alex. in d. rub. ff. ſi cert. pet. ſit ue-
rior, & magis ſuſtentabilis. Et præſuppono,
ꝙ ad hoc, ut actio dicatur perſonalis in rē
ſcripta, duo copulatiue requiruntur. Vnū
ſcilicet, ꝙ oriatur ex contractu, uel quaſi
maleficio, uel quaſi ſecundum requiſitum
eſt, ꝙ detur cōtra quēlibet poſſidentem, ut
62 not. gl. in l. 3. §. eſt aut, ff. ad exhib. † Sed pe-
titio hæreditatis oritur ex quaſi contractu,
quod probo, quia non datur niſi hæredi,
qui adiuit hęreditatem, ſed eo ipſo, quod hę
res adit hęreditatem, cenſetur quaſi cōtra
here cum debitoribus, & creditorib. hære-
ditatis. l. apud Iulianū, §. fi. ff. ex quib. cau.
in poſſ. ead. ꝙ l. ex maleficijs, §. hæres, ff. de
actio, & ob. & ibi not. unde is, qui intentat
petitionem hæreditatis, eo ipſo ꝙ adit hæ-
reditatem, quæ aditio in ſolo animo conſ.
l. gerit. & ibi Bart. ff. de acq. hæred. cenſetur
quaſi contrahere cum eo, quē uult petitio-
ne hæreditatis conuenire, & propterea hoc
reſpectu pōt dici perſonalis, & quia tranſit
contra quemcumque poſſidentem, pro hæ-
rede, uer. pro poſſeſſore l. regulariter, ff. de
petit. hęredit. hoc reſpectu pōt dici in rem
ſcripta. Non obſtat. d. l. ſi aut. §. ſed, & is, ff.
de rei uend. quia licet ibi dicatur, ꝙ eſt in
rem, non tñ p hoc ſequitur, ꝙ ſit mere rea-
lis, cum poſſit exponi in rē ſcripta, ut dicit
in ſimili tex. in l. metum, §. cū aut, ff. quod
metus cauſa maxime cū habeamus tex. ex-
preſſum in d. l. hæreditatis, qui dicit, quòd
eſt actio perſonalis miſta. & iura debent iu-
ribus concordari, l. non eſt nouū. ff. de leg.
Minime obſtat, quod dicit Bar. in d. §. peti-
tio, dum dicit, ꝙ eſt realis, tñ præſtationes

perſonales ueniūt officio iudicijs deſeruiē
ti illi actioni reali, quia hoc eſſet deſtrue-
re tex. in d. l. hæreditatis ibi, cū miſtæ perſo
nalis actionis rō hoc reſpondere compel-
lat, &c. ubi probatur, ꝙ in petitione hære-
ditatis eſt admiſta actio perſonalis. Ergo
nō ueniunt officio iudicis, ſed iure perſo-
nalis actionis, cū non ſi recedendū a pro-
prio ſignificatu uerborū, l. non aliter. ff. de
leg. 3. ſi quis tñ uellet tenere cōem opin. ꝙ
ſit realis, poſſet ſe fundare, quia petitio hæ-
reditatis eſt ius uniuerſale, in quo poſſunt
eſſe reales, & perſonales præſtationes tamē
oīa iſta faciunt unum corpus, & ſic unum
ius uniuerſale, ꝙ appellatur hęreditas l. ni
hil, ff. de uer. ſig. quę hæreditas reſpectu iu-
ris uniuerſalis eſt quid in corporale, ut in-
ſti. de reb. corp. & incorp. §. 1. unde is, qui in
tentat petitione hæreditatis, dicit ſe habe-
re ius in illo re incorporali, & ſic in illo iu-
re uniuerſali, merito dicitur actio realis,
quia datur ad rem licet incorporalem, un-
de licet ueniant præſtationss perſonales
in ea, tamen ueniunt acceſſoriæ, tanquam
incluſæ in corpus vniuerſale, & eſſet incon
ueniens, ꝙ actio ſumeret denominationem
a ſuo acceſſorio, & hoc expreſſe probatur
ex d. §. petitio ubi dr̃, ꝙ petitio hæreditatis
licet ſic in rem, & ſi pręſupponit hoc eſſe
principale: hēt tamen quoſdam perſonale,
præſtationes. ſ. eorū q̃ a debitorib. ſunt exa
cta, &c. per illa uerba patet, ꝙ ueniunt ac-
63 ceſſoria in conſequentiam. † Non obſtat. d.
l. hæred. C. de pet. hæred. quia debet intelli-
gi, & diſtingui per d. §. petitio l. ſed, & po-
ſteriores. ff. de leg. ſ. ꝙ hñr ad miſtæ perſona
les præſtantiones, acceſſorię tamen, ut ſu-
pra dixi. Et pro hac opinio. communi, eſt
tex. in d. l. ſi autem. §. ſed is, ff. de rei uend.
ubi ęquiparat rei uendicationem petitioni
hęreditatis, & dicit utranque eſſe in rem.
Rob. Ven. I. V. D.

ADDITIONES.

a Conuentus. Quid debeat reſpondere Reus
quid actor, uide Iaſ. in §. omnium, num. 99.
Inſtit. de actio.
b Alienauerit. De cōi Rom. conſi. 270. Iaſ. cō
ſil. 43. lib. 1. Couar. li. 1. prac. qq. c. 15. nu. 6.
& ſeq. Petr. Rauen. deciſ. Bononien. 48. nu.
10. & 11. Duenas lib. 1. reg. uer. iur. reg. 42.
in 3. limit. Pariſ. in ſi. dilecti, num. 11. & ſeq.
extr. de exceptio.

c Actionem.Et quę ſit utilis actio, & quę directa, vide Duaren.lib.2.diſput.anniu. cap. 8.in fin.

d Superficiario. Arius Pinell.in repet.l.1.C. de bõn.mater.in 3.part.nu.66. & ſeq.

e Aleretur. Rom.conſi.284.Couar.lib.1.uaria.reſol.cap.14.nu.4.& 6.Competit etiam uẽditori dicta actio in rem utilem. Couar. ubi ſup.in lib.3.cap.8.nu.3.Tiraq. in lib.2. de retract.§.1.gloſ.7.num.7.Ex iuramento etiam competit ei, qui ante præſcripſerat Couar.in 3.par.relect.C.quamuis in initio. num.4.da pact. in 6.

f Dicitur.Coraſ.lib.4. miſcell.cap.7.& lib.6. cap.5.

g Naturales. Qui ſint fructus naturales, qui induſtriales,& quo pacto eos lucrifaciat bonæ fidei poſſeſſor,& è contra,uideas Dida. Couar.lib.1.uaria.reſol.cap 3 nu.6. & ſeq. Coraſ.lib.5.miſcell.ca.9.Bar.conſi. 125.li. 1.ubi bene additur.Aret.art.160.

h Intereſſe. Intereſſe quomodo p robetur, & qualiter ſentẽtia ſit formãda,uideas Cag.in l.quatenus. ff.de reg.iur.

i Tradit.Summa Angel.in uer.uſura.nu. 16. uerſ.quid de illo ibi idem die.Grat. conſil. 56.nu.6.lib.1.Rui.conſ.92.nu.3.lib.5.Latè in iſta materia Plot. repet.l. ſi quando,nu. 468. & ſeq. C. unde ui,& per totam leg.in materia intereſſe.Andr. de Alferijs conſil. 60.nu.52.

k Difficillis.Bello.lib.1.ſupp.iur.cap.8.nu.3.

l Locauit.Afflict.deciſ.331.nu.7. Pariſ.conſ. 17.nu.25.lib.1.Grauet.conſi.157.

m Penſionis.Si locatio & penſionis ſolutio ſimul inuentę ſunt,poſſeſſio probatur.Bello. conſi.21.nu.9.Afflict.deciſ.225.

n Indicia. Quia dominium põt probari per inſtrumenta & alia inditia,Pariſ.conſ.104. nu.102.& ſeq.lib.1.

o Extimum. Ioann.de Amic.conſi. 121.talia ſunt,uerſ.unde ſe offert Plot. in repet. l. ſiquando nu.28.C.unde ui.

p Famen in antiquis.Cur.iun.conſi.17.Marſil.ſing.505.& etiam dominium antiquiſſimum probat Deci.conſi.42.col.2. de communi.Vin .in tracta.comm.opin.in 1.part. opin.109.fama.

q Hypothecaria. Agens hypothecaria,quid probare debeat Iaſ.in §. item Seruiana nu. 8.Inſtit.de actio ponit.Alexand.conſi.132. & 133.lib.2.& lib.5.cõſ.18.& in hac actione quomodo ſit formandus libellus, quomodo concludendum,& quomodo formetur ſententia,uide Couarr.lib.1. uar.reſol. cap.8.in prin.Andr.de Alfer. conſil.54.nume.2.

r Ad intereſſe Bello.lib.2.ſupp.iur. cap. 14. num.4.& iſte actiones contrarię,& directę, cur ſic dictæ ſint,ponit Coraſ.lib.6.miſcell. cap.6.

s Hæreditatis.Couar.lib.1.pract.qq.cap.12. princi.& per totum.

t Contrarium.Cum hac opinione etiam trãſit Nicol.Bello.lib.2.ſupp.iur. cap.3.& 4.

Ludouicus Alferius.

## Iudiciorum quarta diſtinctio.

1 *Iudicium aliud vniuerſale,aliud generale,& aliud particulare.*

2 *Differentia,quæ ſit inter iudicium uniuerſale,& generale.*

3 *Societas quid ſit.*

4 *Societas quadrupliciter contrahatur.*

5 *Societas tacita quando,& inter quos contrahitur,& nu.6.7.8.9.10.11.12 & 13.*

14 *Socius ſi fecit maiorem impẽſam,quàm alter, an in diuiſione repetat.*

15 *Socius qui habebat maiorem familiã, quàm alteram debebat habere maiorem partem.*

16 *Socius qui habuit plures filios qui operantur, & an debeat habere maiorem partem.*

17 *Frater ſi negociatur de pecunia communi, an id quod lucratur,teneatur communicare.*

18 *Societas nunquid licite contrahatur,ut vnus ponat operam, alter pecuniam.*

19 *Socij an poſſint paciſci, ut unus habeat duas partes lucri & damni,& alter tertiam.*

20 *Paciſci an poſſit inter ſocios,quod capitale ſit ſaluum.*

21 *Pactũ an ualeat,quod unus ſociorum habeat duas partes lucri,& tertiam damni.*

22 *Pactum ut unus habeat tres partes lucri, alius quartam,an ualeat.*

23 *Socij,quorum unus poſuit capitale alter operam tantum & capitale perdatur an damnum ſit commune.*

24 *Socius proficiſcens ex cauſa ſocietatis, an extrahat ante omnia expenſas itineris.*

25 *Societatis ſignum an remaneat penes ſuperſtites in ſocietate.*

26 *Societas initin ut duret quinquẽnio, & unus poſuit capitale alter operam, an ſi in primo anno perditum ſit capitale,debet cogi ad ponendum aliud.*



27 *Societas contracta ad commune lucrum, & de lucro ita quod debeat infra menſem reddi ratio an ſit reddita an ſit infra menſẽ audiatur.*

28 *Socius, an teneatur conſocio reddere rationẽ de geſtis, & adminiſtratis, & quid ſi non reddit rationem ad quid teneatur,num.29.*

30 *Vendita res communis an cenſentur de uolũtate ſociorum, & quid ſi dicatur rem pluri precio uendita, & num.31.*

32 *Pater ſi dedit pecuniam filio, ut ex ea lucretur an lucrata per filiũ communicetur, alijs filij.*

33 *Ceſſio occaſione ſocietatis an ducatur ex cauſa neceſſaria.*

34 *Socij diuidentes ſocietatem, qualiter conſeruabuntur in omnes a contractibus initis.*

35 *Lucrum inter ſocios qualiter diuidatur, ſi nihil ſit de eo conuentu.*

36 *Aequaliter inter ſocios an conſideretur ne dũ reſpectu numeri pecudum,ſed & bonitatis.*

37 *Emptio,& uenditio,quando dicatur perfecta & num.40.41. & 45.*

38 *Emptio qualiter ſolo conſenſu perficiatur, & num.39.*

42 *Venditio an intelligatur facta per hęc uerba uidelicet, uoi me uendere il tuo cauallo, ſi ille dixerit che ſi, & che ne uolea cento fiorini, & ille dixerit chende volea dare cento fiorini bolognini, & ille dixit tu me hai inteſo.*

43 *Emptorum quis pręferatur ſi unus emit a domino,alter à diſcipulo.*

44 *Venditio an ualeat, ſi dicatur uendo pro decem,& illo pluri quo Titius extimabit.*

46 *Fides de precio quãdo dicatur habita,& nume.47.*

48 *Emptio per teſtes qualiter probatur.*

49 *Arra facit rem deſinere eſſe integra, & quando & an ſi pars ſe pœniteat,ultra duplicationem arrarum poſſit agi ad intereſſe, & num.50.& 51.*

52 *Emptio, & uenditio,quando dicatur perfecta in rebus,quo pondere numero,uel menſura conſiſtunt.*

53 *Signantur facta in uigete uini an transferat dominium.*

54 *Periculum diminutionis,precij rei emptæ, ad quem ſpectat.*

55 *Promittens tibi uendere, an ſi nolueris emere,tenearis.*

56 *Vendere mihi offerentem,an poſſem cogere ut uendat.*

57 *Venditio equo, cenſetur uenditus cum freno, & ſella.*

58 *Venditio equo ſi moritur infra triduum, an poſſit agere redhibitoria.*

59 *Venditor animalis ſi expreſſe proteſtatur ſe nolli tenere de uitijs, an nihilominus teneatur,& nume.62.*

60 *Emptor agens redhibitoria, ſi pendente iudicio res eſt effecta ſana, an iudiciũ procedat.*

61 *Vendens rem pluri precio quam in conſilio fueris ſtatutum an uenditio ualeat.*

63 *Redhibitoria ſi in una tantum re habuerit locum,& duæ res ſint uendita, an pro ambabus competat.*

64 *Venditio facta ad certam menſuram quę non præſtatur an agatur quanto minoris?*

65 *Emptorũ meritũ qui præferatur, & nu.66.*

67 *Emptorum ſi unus offert precium & inſtat ſibi ut partem rei emptæ in communi tradatur,an repellitur.*

1 QVarta principalis diſtinctio iudiciorum eſt.† Quia iudicium aliud eſt uniuerſale, aliud generale, & aliud particulare, Iudiciũ vniuerſale,dr̃ illud, in quo agitur actione uniuerſali, prout eſt iudicium petitionis hæredita
a tis nam hæreditas *a* cõtinet uniuerſum ius l.nihil,ff.de uerborum ſignificatione.Item, iudicium dotis, nam ſimiliter dos continet ius uniuerſale,ut no. Bar.in rub.ff.ſol.mat. col.fi.idem in peculio, & alijs ſimilibus Iudicium generale eſt illud,in quo deducitur actio generalis,prout eſt actio tutelæ actio pro ſocio,& ſimilis, & ideo appellatur generalis, quia ſub una actione comprehendit plura capitula, puta adminiſtrationem uini,olei, frumenti, & aliorum negociorum, ita declarat Spec. in tit.de actione,ſeu petitione, §. ſequitur.colum.2.uerſic. & not.&
2 uerſi.differt.†Quæ autem ſit differentia inter iudicium uniuerſale, & generale, ponit Spec.in d. uerſic.differt.& tangit etiam aliqua in d.§.ſequitur in prin. Et in effectu iudicium uniuerſale comprehẽdit unum corpus uniuerſum, quod plura iura habet ſub ſe. Generale uero comprehendit plura capitula ſeparata,& uide ibi plenius per ſum

iudiciũ particulare eſt illud,quod compre-
hendit unã tm̃ rem prout eſt rei uẽdicatio,
actio exempto,ad vnam rẽ,uel ex depoſito,
uel ſimilis,ita hęc oĩa declarantur per Spe.
in d.§.ſequitur.& ibi uide Rob.Ven.V.I.D.

ADDITIO. Exemplificat (ut uides)
dominus Auctor hic iudicium generale in-
ter alia in actione pro ſocio, & iudicium
particulare in actione, exempto, quæ qui-
dem actionis ſunt in iudicijs frequentiores
cæteris alijs, nihil tamen de eis dicit:Qua-
re aliqua dicenda ſenſui, & primo in actio-
3 ne pro ſocio.† Illud præ cæteris ſcire opor-
tet quid ſocietas, & cuius naturæ. In quo
tex.in leg.uerum, ff.pro ſoc.inquit ſocieta-
tem eſſe quandam fraternitatem, ſed ſecun
dum Grammaticos ſocietas eſt fortunæ, &
periculi participatio, quæ fit cum ſocium
ad aliquod negocium gerendum nobis ad-
iungimus.Ci.in Verr.Video enim per mul-
ta eſſe crimine, quorum tibi ſocietas cum
uerte eiuſmodi eſt, ut item in accuſando
attingere non audeas. Liu. 8. bell. Maced.
decreuerunt renunciandum ſocietatem A-
cheis lib.1.ab ur.infida regni ſocietas.nam
ſocius ille proprius dici poteſt,qui pari con
ſilio Spec.& periculo, rem aliquam cum al
tero aggreditur. Cic.5.uerſic.nam ſocij pu-
tandi ſunt,quos inter res cõicata eſt, & in-
ter negociatores quoque ſocij dñr, qui lu-
cri damnique cõionem inierunt.Cic.pro q.
5.Roſc.qui ſociũ fallit,in uirorum bonorũ
numero nõ eſt habendis. ſocietatis itaque
coniunctio fortunarũ etiam periculi cõio-
nem importat, eiusque naturæ eſt, ut par-
tes ſint æquales, niſi aliud ſit dictum, nam
agi, & paciſci põt ꝙ ad unum ſpectent duæ
partes lucri,ad alium tertia, ſi is q plus de-
bet habere plus contulit ſocietati,uel pecu-
nię,uel operis,ut l.nõ fuerit,ff.pro ſoc.alias
ſecus dr̃.n.ſocietas quando lucra,& damna
cõicantur,ſecundum Bar.in l.vnus in prin.
ff.pro ſoc. & ad prædicta quæ ſit natura ſo-
cietatis? Vide Soc.conſi.265.col.7 uerſi.3.
& ultim & quod pacta debent eſſe æqualia,
alias nõ ualet ſocietas, ſecundũ Soc.in cõſ.
4 29.colum.4. uerſ.2.not.in 2.lib.†Illud præ
dictis prope eſt,quotuplex ſocietas contra-
hatur? & certe dupliciter contrahi ſocie-
tatem inquit tex.inſt. pro ſoc.in princip.&
l.conſenſu, ff.de actio.& oblig. tacite uide-
licet,& expreſſe; Item contrahitur ſocietas
uniuerſorũ bonorum,& unius negociatio-
nis tãtum, l.ſocietas cõtrahitur, ff.pro ſoc.
de quo plenè per Dec. in conſi.66.in 1.li.2.
col.& ex hoc infert Bar. Soc. in conſi.87.1.
lib.in vlt.col.verſ.tamen ijs minime obſtan
tibus,ꝙ ad pręſumendum cõtractum ſocie-
tatis ſufficiũt actus qui ſolent fieri inter ſo-
cios, etiam ſi non inferant neceſſario ad in
ducendam ſocietatem, exemplum ſm̃ eum
(ementes rem cõem pro indiuiſo uñr con-
trahere ſocietatẽ) l.nihil ff. comm.diuid.&
ibi Bar.& Bal.in l.cũ proponas. C.pro ſoc.
& tamen cõſtat ꝙ talis actus fieri põt citra
rius, & nomen. ſocietatis, l. ut ſit pro ſocio
act.ff.pro ſoc. Itẽ præſumitur contracta ſo
cietas ex librorum intitulatione ſociorũ,&
ſi uis uidere quãdo, & ex quibus actibus ui-
deatur contracta ſocietas,uide Bartol.in l.
Tit.§.alter.ff.de adm.tut.& Alexã.in conſi.
5 36.in 4.uol.†Cõſequen.eſt uidere nunquid
tacita ſocietas intelligatur contrahi inter
aliquos quorum alter tantũ negociatur al-
ter uero non?? in quo Bart.in l.ſi patruus.
C. cõia utriuſ.iur.in fine dicit, ꝙ non uide-
tur cõtracta ſocietas, quia ille qui negocia-
tur magis dr̃ donare quã ſocietatẽ cõtrahe-
re.l.5. ff. pro ſoc. & hoc dicit ipſe procede-
re etiam ſi cõicantur lucra, quod & reperit
in l.Titium,§.altero de adm.tut.cuius dicti
rationem reddit, quia nõ uidetur cõtracta
ſocietas, ex quo alter qui nõ negociatur ni
hil ponit l.1.in fi.ff.pro ſoc At.Bal.in d.l.ſi
patruus in fi.col.inquit,ꝙ etiam ſi alter nõ
negociatur uñr contracta ſocietas, dummo-
do ille alter qui nõ negociatur omnia quę-
cunque ſibi aliunde obuenerit ponat in cõ
muni (puta ſi aliquid ſibi obuenit ex reddi-
tu præbendę,uel ex donis,uel ex dote) ſicut
dicimus de ijs,quorum unus negociatur in
una arte, alter ſi quidem in alia; (ut puta
unus in mercantia alter in aduocatione) &
tñ lucra inſimul cõferunt,& cõicãt,& iſtud
dictum Bal.ſequitur Soc.in conſi.160.in 2.
col.uer. ex factis autem in 2.lib. & ſic iudi-
cio meo ut ſaluetur dictum Bart.dicẽdũ eſt
eius dictũ procedere qñ alter qui non nego
ciatur,nihil ponit in cõi,& ſic utrunque di-
ctũ ſaluatur, & ſequitur dictũ Bal.Alexã.in
conſi.49.li.1.& refert,ita tenere Pet.de An-
ch.in cõſ.289.materia de qua q̃rit,& ad hoc,
uide Soc.in cõſi.192. in uer.circa 2.q.in li.
2.& Lud.de Ro.in cõſ.291.incip.cũ iſti fra-
tres.



6 tres lucra eis,& cõſ.470.cũ iſti fratres.†Sed
ut perfecte ſciañ ueritas iſtius hæſitationis
Bar.in d.l.ſi patruus ponit quatuor caſus,
quorum primus eſt, qñ plures ſunt fratres
quorũ alter eſt pupillus,alij maiores: Quo
caſu ſm̃ eum inter eos non uñr contracta ſo
cietas. l. ut in conductionibus, ff. pro Soc.
ſequitur Angel.conſulendo in conſi. 60.in
princip.& Bal.& Sal.ibid.& Pau.de Caſt.in
conſi.183. ubi ponit qñ fratres mortuo pa-
tre hñt fundicum cõem in quo ſe exercerẽt,
& eorũ alter frater eſt in minor pupillus &
tñ ipſe ẽt ſe exercet in fundico, nã etiã iſto
caſu non intelligitur contracta ſocietas in
ter eos:& Lud.Rom.in conſi.182.inci.om-
nipotentis Dei in caſu propoſito præmittẽ
dum,idem ſequitur Bar. Soc.in conſi.60.in
2.li.in 4.col.uer. nec præmiſſis,& conſ 87.
in 1.lib.bene uerum eſt,ꝙ idẽ Soc.in d.cõſ.
160.in 5.col.uer.rñdetur:cõſuluit ꝙ ſtante
dicta opinione pro uera poteſt reuocari, &
b *b* tacite cõtrahi ſocietas inter eos quorum
unus eſt pupillus cum tacita auctoritate tu
toris ipſius pupilli puta, quia ipſo præſen-
te, & uidente fuit perſeueratum in ſocieta-
tẽ, & fuerunt facti actus ſociales ex quibus
infertur ſocietas,& iſtud etiã ſequitur Pau.
in conſi.87.2.uol. & ſequitur Deci. in cõſi.
21.1.lib.in princip.de quo per Bar.Cæp.in
conſt.40. in conſilijs ciuilibus, ꝙ procedit
opinio Bart. de qua ſupra etiam ſi tractare
tur de utilitate pupilli: ſecundũ Bal.in l.cũ
oportet in princ.in 3.col. C.de bon.quę li.
etiã ſequitur Iaſ.l.in l.1. C. qui teſt.fa.poſſ.
nu.6. ſed in hoc contrarium tenuit Lud.de
Rom.in conſi.453. uiſa principali conſtitu-
tione, & ſequitur Soc. in conſi.160.in 2.li.
4.col. uerſ. ſed ad hanc,ubi dicit quod opi.
Lud.ſuſtentabilior eſt, cum pupillus poteſt
ſibi acquirere ſine auctoritatis tutoris,§ pu
pillus inſt.de inut.ſtip. unde quòd pupillus
non poſſit obligari in eius fauorem indu-
ctũ eſt, ergo aduerſus pupillũ intelligi non
debet ut dicit tex. in l.3.§.diuus, §.de carb.
edic. de quibus uide Caſſ.in conſil.Burg.in
tit. de ſucceſſione rub.7 fol.244.nume.24.
cum plurib.ſeq.& per Rom.in cõſi.413.nu-
me.8. uidetur igitur tenere Caſſ.in loco de
quo ſupra quod ſi expedit pupillo,bene in-
7 telligitur contracta ſocietas.†In caſu uero
quo pupillus habuerit tutorem qui cõicat
alijs ſocijs,& alij ſocij ipſi,uideñ tunc inter
eos licite contracta ſocietas, ut ſupra dixi,
& uñr firmare Bald. in d.l. ſi patruus in ulti.
colu.& in l. mandatum in 2.opp. C.mand.
8 † Et ſi pater mãdet in teſtõ cõi noĩe exerce-
ri mercantiam, & negociationẽ, ẽt ꝙ unus
ſit pupillus uidetur tũc contracta ſocietas,
vt eſt tex.in l.qui negociationem in prin.ff.
adm.tut.& ita dicit Bal. in d.l.cum oportet
motus per text. in d.l. qui negociationem.
9 †Sed in adulto qui exceſſit pupillarẽ ętatẽ
licet non habeat curatorem vr̃.contrahi ſo
cietas,ut dicit do.Alexand.in conſi.59.in 1.
uolu.inc.maturæ 4.col.& in conſi.32.in 2.
10 lib.† Et ſimiliter ſi pupillus poſtquã exceſ-
ſit pupillarẽ ętatem ſi habuit ratam ſocieta
tem manebit rata ſocietas & ualida eſt, ſe-
cundum Alexan. in conſil.232.col.lib.2.&
ſequitur Iaſ.in d.l.qui teſt.fa.poſſ.ſed quan
tus allegat Alex.in conſi.23.uoluit allegare
11 in conſ.36. in 4.lib. † Diuerſus tñ eſt caſus
cum oẽs fratres ſunt maiores natu, & neu-
ter eorum negociator, quia forte ſunt nobi
les,tunc.n.dicit Bart. ꝙ quamuis hæredita-
tem paternam indiuiſam poſſideant, tñ nõ
præſumitur inter eos contracta ſocietas,
niſi expreſſe ſit dictũ,& cum Bar.tranſeunt
Raph.Pau. de Caſt.& Ful.ĩ d.l.ſi patruus in
pen.col.circa fin. & ibi Sal. contrariam ue-
ro opi.tenuit Bal.ibid. in pen.col.inquiens,
quod licet nobiles non faciant mercantiã
tñ omnia quę eis obueniũt dona,& ſalaria
& quaſcunque dotes conferunt, & cõicant,
uñr ex ijs inter eos contracta ſocietas,& hãc
opi.Bal.atteſtatur eſſe ueram.Alex. in conſ.
49. in 1.libr. incip. maturæ ponderatis, &
conſ.36.4.lib & Ang.in conſi.112.incip.Va
nucius, ſed Phil.deti. in conſ.21.in 1.lib.in
antepen.col. uñr tenere opin.Barto.Iaſ.uero
in d.l.1.num.7. poſt relata opiniones con-
cludit quod facienda eſt regula qđ ſi ſunt
plures fratres maiores natu quorum neu-
ter negociatur:mortuo parte quamuis hæ-
reditatem indiuiſam teneant, non tñ inter
eos cenſebitur contracta ſocietas, & hoc
modo procedat opi. Bart.limitatur iſta re-
gula niſi interueniſſent alij actus cões, &
ſociales licet non quæſtuarij nec mercanti-
les,& hoc modo procedat opin. Bald.& ſe-
quacium. † Alter diſſimilis caſus proponi-
12 tur quando unus negociatur alter uero mi
nime, iſte ſiquidem caſu dicat Bart.qđ non
intelligitur contracta ſocietas: quod non
proce-

procedit, ſi ille qui non negociatur ponit
oīa quæcunque ſibi obueniunt in cōi, & in
hoc uideatis ſcripta Decij in conſi.21.in 3.
13 col.& dixi ſupra.† Inſuperque non obmit-
tā alium dari caſum in quo oēs fratres mor
tuo patre negocientur, & tunc abſque du-
bio oēs admittunt contractam eſſe ſocieta
c tē,dicit tñ Bar.quod cēſetur contracta *c* ſo-
cietas illius negociationis tm̄, quā gerūt,&
non aliarum,quod quidem intelligit Bal.in
d.l.ſi patruus in ult. colu. procedere in acti
bus,& negociationibus uniformibus,ut pu
ta ſi oēs iſti fratres ad inſimul gerunt mer-
cantiam lanæ:Tunc.n.uerum eſt quod non
uidetur contracta ſocietas niſi in illa nego
ciatione: adeo ꝙ ſi unus emerit fundum nō
eſſet communis,licet emiſſet ex pecunia cō
muni, ſed in actibus difformibus, & uarie-
tatem habentibus credit Bal.ꝙ oīa bonorū
intelligitur contracta ſocietas,ſed opi. Bar.
ſequitur ſimpliciter Pau. in conſi.66.incip.
attingam breuiſſime 1.lib.& Alex.in conſi.
72.in 4 lib. & idē Alex. in l.cum duobus,§.
papinianus,ff.pro ſo.de quo per Soc.in cōſ.
162.in 2.li.uerſi. poſtremo & in conſ.191.
incip.capio difficultatem verſ.circa ſecūdā.
ſed ſi bene aduertatur opin.Bal.eſt de men-
te Barto.in d.l.ſi patruus, & in §.altero,nec
ipſe negat id quod dicit Bal. dum dicit,ꝙ ſi
cōicant lucra unius negociationis tamen il
lius, vr̄ contracta ſocietas,quaſi uelit quod
ſi per eos fierent actus diſſimiles, quia non
ſolum cōicant lucra in illa negociatione,
ſed undecunque obueniunt,& negociantur
in pluribus rebus, non ſolū illius negocia-
tionis,ſed oīum bonorū, iure cenſetur con
tracta ſocietas,& iſtam limitationē Bald.vr̄
ſequi Lud.de Ro.in conſil.291. & ſequitur
14 Iaſ.in d.l.1.†Sed illud conſequens eſt uide
re, nunquid ſi ſunt duo ſocij quorum unus
fecit maiorē impenſam quā alter in domo,
an in diuiſione poſſit hanc impenſam repe
tere, & negat Bald.in l.pen.C.de coll.bo.at
Iaſ.Alexan.Fran. Cur.in add.& Ang.in lec.
Flor.diſtinguit,ꝙ aut ſunt ſocij oīum bono
rum, & bene dicit Bal.aut unius tantum ne
gociationis ſunt ſocij,& iſto caſu ſi unus ſo
ciorum facit maiorum impenſam quam al-
ter poteſt ab eo repetere per l.ſocium qui in
§.fi.& l.ſi unus,§.qd.ff.pro ſoc. Bar. Caſſ.in
conſue.burg.in titu. des ſucceſſiones rub.7
fol.245 nume.17.ſequitur hanc diſtinctio-
nem,ſed eā limitat uno caſu niſi impenſa q̄
fieret nō eſſet neceſſaria neque utilis ſocie-
d tari quia tunc imputabitur *d* in parte illus
15 ratione cuius facta eſt impenſa.†Prædictis
non modice affine eſt,quod ſi unus ſociorū
habet magnam familiam,cum alter eſſet ſo
lus, at ille qui habebat magnam familiam
habebat curam totius domus rei domeſti-
cæ,& familiaris, non dēt ex hoc ſocius qui
fuit ſolus habere maiorem partē habita ra-
tione ad expenſas factas per ſuū ſocium in
ſua familia,ſecundū Pau.de Caſt.in l.pe.C.
de colla. quod & repetit in l.ſi paterno. C.
de neg.ge.& idē ſequitur Iaſ.in d.l.pe.nu.5.
16†Sed ſi duo ſint fratres mercatores,& nego
ciatores quorum unus habet plures filios
qui tota die lucrantur.Alter uero nō habet
filios ſi quæratur nunquid in diuiſione de
bebit habere maiorem partem ille qui plu-
res filios habebat? indubitanter eſt reſpon-
dendum quod ſi non ſunt ſocij oīum bono
rum debet haberi ratio operarū filiorū, &
ſic plus debet habere, ſecundum Ange.in l.
ex duobus.ff.de neg.geſt.& idem tenet Bal.
in d l.ſi patruus in pe.q & Bal.in l.1.in 11.
quæſt.C.pro ſo. & ſequitur Iaſ. in d.l.pe.in
fin. ſed tu uide Ang.in conſil.112.in c.Van
nucius qui loquitur in ſocij uniuerſorum
bonorū, & cōcludit ꝙ habetur rō operarū
filiorum,pro quo uide Soc.in conſi.3.colu.
10.in 4.lib. & Alexan.in cōſ.99. per totum
17 in 2.lib. † Sed finge quod unus fratrum de
communi pecunia facit mercantiam ad id
quod lucratur ueniat cōicandum?Bar.in d.
l.ſi patruus dicit quod aut gerit mercantiā
nomine proprio aūt cōi,ſi nomine proprio
non uenit cōicandum, ſi non erat tutor al-
terius fratris, ſi uero cōi nomine puta quia
intitulatio libri dicebat hic eſt liber mei, &
fratris, & iſto caſu communicandum id qđ
lucratur,& idem dicit Bal.& Sal.ibidem.
18 † Nunquid licite contrahatur ſocietas ut
unus ponat totam pecuniam, altero uero
operam tantum ? dicendum eſt quod ſic tā
ſecundum ll. quam ſecundum canones,l.1.
C.pro ſo. & l.5.ff.eo.tit. & in c. per ueſtras
de don.inter uir.& uxo.& Bald.in d.l.1.C.
pro ſoc. & ſi non erit dictum, pro qua par
te debeat lucrū, & damnum diuidi intelli-
gitur tamen quod æquis portionibus diui-
e datur,adeo ꝙ lucrum,& *e* dānum debet eſ-
ſe cōmune.l.ſi nō fuerit,ff.pro ſo.& Bart.in
l.unius,



19 l.vnius,ff.eo.ti.† Sed an paciſci inter ſocios
poſſit ut unus ferat duas partes lucri, & dā-
ni, & alter tertiā ſi ille qui plus habet, plus
confert ſocietati in pecunia,opere,uel indu
ſtria quod correſpondeat illi pluri ? dicas
quod ſicut in l.ſi non fuerit in prin. & leg.
quod eum in fi.ff.pro ſoc. alias ſi plus non
confert eſſe pactum illicitum, ſecundum
Azo.quem ſequitur Accur.in d.l. ſi non fue
20 rit.† Sed an paciſci liceat quod capitale ſit
ſaluū,& eū ponenti reddatur,ꝙ lucrum di
f uidatur ? Bal.in l.1.C.pro ſo.tenet *f* quod
non,& ſequitur ibi: Sal. & cet.doc.& Hoſt.
in ſumma de uſur.& firmat do. Amb.de ui-
gna.in rep.c.ſalubriter de vſur.concl.4.nu.
166. & hoc uerum eſt, ut tale pactum non
poſſit fieri per eum qui ponit pecuniā, ſed
bene fieri poteſt per eū qui ponit operā,tan
tū, ſecūdum doc. ſed idem Amb. ubi ſupra
concludit quod etiā iſto caſu ſi hic talis uel
let lucrum eiuſdem rei in qua nō uult dam
num ēt quo ad eum non licet,miror tamen
quod Gram.in conſi.80.in ciuilibus teneat
quod ualeat pactum quod capitale ſit ſal-
uum,& lucrum diuidatur,ſed Ro.in conſil.
500.ī c.ſummarius queſtionis tenet tale pa
ctum nō ualere quia ſapit uſuram, ſed ego
g teneo cum d.Gram.in caſu propoſito *g* de
pecudibus,& ouibus,cum conſuetudo paſ-
21 ſim admittant illum contractum. †Sed an
poſſit fieri pactum quod vnus ſociorum ha
beat duas partes lucri,& tertiam damni,vel
econtra duas partes damni, & tertiā lucri?
& dicas quod non,ut eſt tex. in l. lucius,ff.
pro ſoc.& concludit idē do.Amb.ubi ſupra
dicens, quod tunc ualeret tale pactum ut
unus habeat tres partes alius quartam, uel
quintā,aut ſextam,ſi modo ille qui plus ha-
bet plus in ſocietate poſuerit, alias pactum
h eſſet *h* illicitū,& ponit Bal.in l.1.C.pro ſoc.
22 † Item nō ualet pactū ut vnus habeat tres
partes lucri alius quartā & periculum capi-
talis ſit cōe, quia lucrum ſentiret pro trib.
partibus,& damnum ſentiret pro dimidia,
ut concludit doc.Amb.in d.c.ſalubriter in
7. concl. & ibi ēt querit,an ualeat pactum,
ut ponēs capitale habeat lucrum ad diſcre-
tionē alterius ſocij, & dicit quod ualet ut
23 in 8.concl.†Quid enim ſi unus poſuit capi
tale pecuniæ,alter uero operam tm̄,accidit
quod capitale caſu fortuito deperditum
eſt an iſtud damnum debeat eſſe cōe, regu-
la eſt quod non, ſecundum gl.in l. ſi nō fue
rit, ff.pro ſo.licet teneat contrarium in l.1.
C.eo. ſed primā opinionem approbat Bart.
in d.l.1.& Ang.de Per.in trac.de ſoc.in 12.
arti.rōnem reddit Bal.in d.l.1.quia ſufficit
ꝙ ille qui poſuit operam, ſuſtineat damnū
i ipſarum operarum,& hęc eſt cōis *i* ſnīa,ut
concludit do.Amb.in rep.d.c. ſalubriter in
12.conclu.nu.174. limitatur tñ ſecundum
eū iſta cōis opinio, Primo niſi per pactum
aliud eſſe conuentū, quia ſeruandum eſſet
pactū:de quo oīno uideas Bar.Soc.in conſ.
265.in 2.lib.in 2.difficultate,ubi copioſiſſi-
me ubi tandem concludere vr̄,ꝙ dicere ſim
pliciter ꝙ ualet pactum ꝙ damnum capita-
lis ſit cōe, & dicere ꝙ non ualet ſunt falſiſ-
ſima,ſed iudicanda ſunt prout ipſe ibi con
ſiderat:Bal.uero conſi.65.incip.uideamus,
quæ ſocietas eſt lib.4. ur̄ ſimpliciter tenere
quod ſi perditum eſt capitale dānum debet
eſſe cōe,& idē Bal.in conſ.493.incip.multi
loquium in 4.lib. tenet tale pactum ualere,
& ꝙ ſi tale pactum minime appoſitum re-
periatur tunc dicendum eſt ꝙ ſi capitale ſit
cōicatum inter ſocios,& uterque eſt dñs ꝓ
parte, & tūc capitali perdito damnum erit
cōe,ſed ſi dñium non fuit tranſlatum exem
plum (ut in inſtitore) nam ſi ſocius qui im-
mittit operam eſt inſtitor principaliter ſed
in quæſtu eſt ſocius,& tunc periculum capi
talis eſt dñi,& ita dicit dicere intelligi con-
trariā opin.Sed cogita dum caſus euenerit.
Secundo limitatur dicta concluſio niſi con
ſuetudo eſſet quod damnum capitalis eſſet
cōe.Tertio limitatur,ut non procedat quā
do pecunia eſſet ſtatim deperdita ante poſi
tionē operarum & ante eas poſitas, uel pa-
rū poſt pręſtitas,ſecundū Ang.nam eo caſu
dānum capitalis erit cōe, & ita dicit Ambr.
24 in loco, de quo ſup. † Nec incōuenit quod
vnus ſociorū ex cauſa ſocietatis proficiſcēs
expēſas quas facit ex corpore ſocietatis ex
trahat, quia non dicitur lucrum niſi dedu-
ctis expenſis,ſecundū Iac.de Are.& Cyn.in
1.C.pro ſo. & ibi ſequitur Bal.& do. Amb.
25 ubi ſupra. † Illud ēt inueſtigatione dignū
eſt nunquid ſi plures mercatores fuerunt
ſocij in aliqua mercantia,& minor pars ip-
ſorum recedit à ſocietate maior uero rema
net in ea,an iſta maior pars poſſit uti ſigno
ſolito ſocietatis quod erāt ſoliti omnes ap-
ponere in libro,& ballis?& Bald.qui omnia
uoluit

uoluit inueſtigare in d.leg.1.C.pro ſo.in 2.
colu.uerſic. item quæro decidit poſt multa
quod non poteſt maior pars ipſorum ſocio
rum in ſocietate remanſorũ uti ſigno prę-
dicto, & hæc uera dicit ipſe in ijs quæ poſ-
ſent trahi ad captionem, alterius, in alijs ve
ro quæ nemini nocent (puta in armis nobi-
lium (retinent arma domus principales, &
idem tenet ipſe in l.fi.C.pro ſoc.reperio ta-
men Barto.in tract. de in.& arm. dicentem
ꝙ ſi unus ipſorum ſociorum erat in ſocie-
tate capitaneus, & quaſi magiſter ſocietatis
tunc apud eum remanent ſigna, quia ipſe
erat ĩter cęteros maioris honoris, arg.ff.de
fun.inſtr.l.fin.ſi uero non erat aliquis inter
eos capitaneus tunc apud eum remanebũt
ſigna qui erat ſocius maioris partis: ut, ff.
cautiones, ſi veroomnes ſunt ęqualis partis
forte dirimendum eſt d.l. ſi quę cautiones,
& ſi diſſoluta ſocietate unus ex ſocijs rema
net negociator debet remanere ſignum pę-
nes eum, hoc ideo quia aliorum non inter
eſt: Itẽ quia quamuis ſit diſſoluta ſocietas
tamen negociatio remanet pœnes eum, er-
go iniquum eſt quod ſignum quod erat ac-
ceſſorium negociationi ſeparetur ab ea, &
hęc dicit procedere de ſignis mercatorum,
ſed quid de ſignis artificij ſeu peritiæ? in
quo dicit eſſe aduertendum, quia quando-
que ſunt ſigna artificij in quibus principa-
liter operatur qualitas loci (exemplum in
Marchia Anconitana eſt quoddam nobile
caſtellum cui nomen Fabrianum ubi arti-
ficium faciendi cartas de papiro principa-
liter uiget) ibique ſunt multa ædificia ad
hæc, & ex quibuſdam ædificijs meliores car
tæ ueniunt (ut uidemus in folio cartę quod
habet ſuum ſignum) per quod ſignificatur
cuius ædificij ſit carta: Iſto enim caſu dicit
quod ſignum remanebit apud illum apud
quẽ remanebit ædificium quocunque mo-
do, quædam uero ſunt inſignia artificij in
quo principaliter operaĩ bonitas artificis
(ut uidemus inſignis quę apponuntur in
gladijs, & alijs operibus metallorum) & iſto
caſu omnes qui ſtant in una ſtatione poſ-
ſunt uti ſigno, quaſi magiſter principaliter
iſtius ſtationis approbet illa opera, ut in
auc de tab.§.nos autem, ſi uero ſeparentur
dicti ſocij, ſignum debet remanere apud eũ
qui principaliter erat in ſtatione, arg.l.fi.de
fun.inſtr.ſed ſi omnes æquales niſi inuicem
ſe conueniant ſorte dirimetur apud quem
ſignum remanebit d. l. ſi quę cauſationes
fam.hęr.Additio cum opin.Bar. antea ſim-
pliciter concurrebat nunc autem reperi Be
nue.ſtrach.in trac.de merc.in 2.parte num.
99.qui poſt relatas opiniones adherendum
potius putat opin.Bal.recedendum eſſe pu
to, nam ſi recte inſpiciantur doctrinę, & ra-
tiones quæ Bald. mouent, & Benuen. cum
ſequentem procedunt uigentque quando
illi ſocij quorum ſocietas diuiſa eſt, & tũc
prætendunt uti ſigno ſocietatis non eſſent
ſocij illius artificij, & profeſſionis quorum
occaſione ſignum erat inter ipſos ſocios
adinuentum, nã ſi erant plures ſocij in vno
artificio (ut puta in faciendis enſibus) qui
durante ſocietate unico ſigno mercabant
enſes ſi poſtea diuidatur ſocietas nõ incon-
uenit dicere quod maior pars ſociorum poſ
ſit uti ſigno, & alius prout Bar. bene diſtin-
guit, nulla enim captio alterius eo caſu cõ-
ſiderari poteſt, cum ſocij illi qui remanſe-
runt in ſocietate, licet noua capitula feciſ-
ſent adeo ut noua ſocietas uideatur, reman
ſit tamen pœnes eos eadem peritia artis, &
idem artificium, adeo ut emptores minime
decipiantur ſub confidentia, & fama inter-
ſigni.Idem enim artifices ſunt, idem colle-
gium artificium eſt nõ diuerſum, nam col-
legium in vno ſolo, & in vno loco remanet,
ſecundum Inno.in c.pręſente de iure pat.
l.ſicut.§.in decurionibus cum gl.& Bar. ff.
quod cuius uniue.no.per Inn.in c. ex nun-
cio de ope.no.nun.& ſi bene inſpiciaĩ text.
in d. §. in decurionibus optime probat opi.
Bar.ibi enim dicitur quod ſi uniuerſitas re
manſit ad unum ſolum ille poteſt facere, &
expedire quidquid poterat tota uniuerſi-
tas, quia eadem uniuerſitas cenſetur, licet
in uno ſolo conſiſtat. ceſſat enim eo caſu
ratio prohibitionis de non utendo ſigno al
terius de qua per tex. in c. dilecta extra de
exceſ.pręſ.(quæ eſt ut quis non decipiaĩ co
lore interſignij, & ne alius qui non ſit de
collegio poſſit fraudare collegium utendo
ſigno) de quo ad plenum per do Gul.Be-
ned.in rep.c.Rai.in parte 1.num.59.fol.5.
in uno tamen caſu procedere do. Bald. ubi
apud ſocios qui remanſerunt in ſocietate
nõ eſſet eadẽ peritia artificij illius (ut quia
minus periti ſunt, quam alij ſocij qui diui-
ſerunt ſocietatem) tunc enim quia decipe-
rentur



rentur emptores, & fama illorum, qui diuiſe
runt ſocietatẽ, diffamareĩ, licitè poſſent pro
hiberi ne illo ſigno utanĩ, per rõnes, de qui-
bus per Guliel.in loco ſupra citato, & ita te
nendum puto quidqd dixerit Ben. intereſt
n.reip. ꝙ ſigua bonorũ magiſtrorum cogno
ſcantur, ne interdum unus imperitus pro pe
rito aſſumaĩ, aut peritus per imperitum in
ſuo opere diffametur, & ne populus decipia
tur, & hæc quidem de plano (dices tu) proce
dũt inſignis artificij, ſed quid inſignis mer
catorũ, quibus utuntur mercatores ipſi non
ad denotandum artificium, ſeu opus, ſed ad
ſignificãdã ſocietatẽ? in quo qdẽ adhuc di-
co tenẽdã eſſe opinionẽ Bar. quia licet mu-
tata ſit ſocietas quo ad aliquos, qui diuiſe-
runt ſocietatẽ, remãſerunt tñ alij in eadem
ſocietate, quo caſu ſuccedit cõis cõcluſio q̃
ſe hẽr, ꝙ in ijs, q̃ formantur ex corporibus
diſtantibus ꝙ ſeparatis, licèt tot ex ipſis cor
poribus pereant, ꝙ pereat forma, quę ex eis
tempore diſpoſitionis perficiebatur, diſpo-
ſitio tñ durat in eo, quòd remanet, licèt non
ſit potiſſima pars, ut patet in l. ſi greg.ff. de
leg.1. & alijs exẽplis poſitis per Alb.Bru.in
tract.de mut.& transfor.in 10.concl.nu.58.
ſic ergo licet aliqui ſocij receſſerunt a ſocie-
tate, ſi alij remanſerunt maiores numero
in eadem ſocietate, vel remanſit capitaneus
aut magiſter, & alios, prout dicit Bar.debet
remanere ſignũ pœnes ſuperſtites, nec ali-
qua captio conſiderari põt iudicio meo, nõ
eorum qui receſſerunt à ſocietate, quia ſi di
camus ſignum accedere ſocietati, nulli fit
iniuria, ſi remanet ſignum apud eos, qui re-
manſerunt in ſocietate, poſtq̃ illud ſignum
in caſu iſto ſit adinuentum, non ad denotã-
dam eccellentiam hoĩs, ſed ſignificandam,
& pacificãdam ſocietatẽ, quod probaĩ, arg.
tex.in l.ſi eſt.& l.ſi id quod.in prin.ff.pro ſo.
ubi ſocietas contracta in pretio quatrigæ
uendẽdæ, perit mortuo uno equo, cum pre-
tium quadrigæ uẽdendæ haberi non poſſit
facta ſocietas, at ſecus ſi ſocietas facta fue-
rit in quadriga, quia uno equo perempto,
nihilominus durat ſocietas, ex eo quia eſt
iam ius quæſitum, & ſocietas contracta ita
in caſu nr̃o, ſi eſt cõtracta ſocietas in emen-
dis, & uendendis pannis, licèt aliqui recedẽs
à ſocietate, eſt iã ius quæſitum, & remanet
eadẽ ſocietas in ſubſtantia, quod ad aliquos
ſuperſtites, nec mercatores recedentes dice-
re poſſunt, ꝙ rõne ſigni qđ erat cõe, damno
afficiunĩ, & mercatores ſuperſtites in ſocie-
tate lucranĩ magis, q̃ ſi non haberent ſignũ
illud, quia ſignũ in caſu iſto non dat eſſe ſo
cietati, nec maius emolumentum tribuit,
tantummodo ſpecificat, & denotat ſocieta-
tem, ſignum, qđ maius lucrum tribuit, eſt
ſignum artificij (ut dixi) nec ẽt eorũ qui cõ.
trahunt cum mercatoribus ſuperſtitibus in
ſocietate captio conſiderari põt, quia ſi con
trahunt non eſt pp ſignum, ſed pp illa mer-
cantiã quam gerunt, cogita tñ ſuper prædi-
26 ctis. † Finge ulterius, ꝙ fuit inita ſocietas in
ter aliquos mercatores duratura per quin-
quẽnium, unus poſuit ducatos mille pro ca
pitali, alter operam durante quinquennio,
& in primo anno perditum eſt capitale, an
iterũ poſſit cogi ille ad ponendũ aliud capi
tale? Bal.in d.l 1.in 6.q.dicit quòd nõ, quia
finita eſt ſocietas. Item quia vr̃ actum depo
nendo ſemel tantum, & non plus allegat. l
ſi ſocius pro filia. uerſ. nec ſi prior.ff.pro ſo.
ſed quid ſi perdita eſt pars capitalis, quo ca
ſu operarius non vult ponere operam, in re
quæ eſt magna, in re quæ eſt parua, niſi ſup
pleatur capitale quid iuris? Idem Bald. ibi-
dem in 12. q.dicit, quòd fouet æquitatem,
arg.ff. de admi. tut.l.ita autẽ.in princ & ita
dicit Sal.in d l.1.in 4.q.ſed in 1.caſu propo-
ſito dubitandum puto, qñ fuit contracta ſo-
cietas in aliqua mercantia per quinquen-
nium, ita ꝙ unus habeat ponere capitale al
ter operã, ita ꝙ nulla fuit habita conſidera-
tio ad certum capitale, ꝙ tunc ponebatur,
ſed tantummodo fuit dictũ, ꝙ dicto tẽpore
perdurante teneatur ponere capitale, quod
n.poſitum fuit, & non durat nullum poſuiſ-
ſe uidebitur, dicerem tantum dictũ Bal.pro
cedere, ubi inita eſt ſocietas habito reſpe-
ctu ad certum capitale, quod tunc poneba-
27 tur, nã illo perempto perit ſocietas. † Quid
n. ſi contracta fuit ſocietas, ita ꝙ unus po-
ſuit capitale ad commune lucrum, & delu-
crum cum pacto ꝙ ſi delucrum, ſeu excapi-
tum fuerit factum teneatur infra menſem
reddere rõnem, & probare dictum excapi-
tum, an ſi intra menſem minime fuerit red-
dita rõ, nec probatum excapitum audiatur
finito menſe ſi vult probare? Bal.in cõſ 62.
in 2.uolu.inc. in iſta q.in 2.dubio conſuluit
ꝙ audiĩ poſt menſem ad probandũ non ob-
ſtante pacto p̃dicto, motus quia ſi iudex dat
termi-

terminum alicui partium ad aliquid probã
dum, auditur etiam poſt terminum, ſi ius ad
uerſarij non ſit effectum deterius (puta quia
ei ſaluæ ſunt defenſiones) ut l Mancipiorũ.
ff.de opt leg.& ibi per Bar.& per Cyn.in au
28 then.iubemus.C de iud.† Nunquid ergo ſo
cius teneatur conſocio reddere rationem de
geſtis, & adminiſtratis ? & dicendum eſt ꝙ
ſic, ut dicit Bar.in l.Mutius.ff.pro ſo.ubi di-
cit, ꝙ rõ ſociorum debet reuideri de anno
in annum amicabiliter nõ dictato iudicio,
niſi aliud in pactis eorum caueatur, uel de-
bet reuideri qñcunque ſine calumnia peti-
tur, ut dicũt Bal.& Sal.in rub. C.de pro.ſoc.
& habetur in l.tandiu.eod.tit.& ſequit᷑ Bar.
Soc.in conſi.213.in 3.col. in 2.lib.uerſ.1.cõ
cluſio.& in cõſ. 193.col.5.uerſ.circa quintã
eo li.ſed qũo eſt reddenda rõ ? tex.in l.cum
ſeruus.ff. de ma. teſt.dicit, ꝙ p̃ferendæ ſunt
rõnes qũo proferri ſolent.i.offerendæ legen
dæ, explorandæ, computandæ, an probæ, uel
improbæ, referant᷑, recte, vel non recte, acce
pta, & data, tex.in l.qui ſub conditione red
dendarum rationum.ff. de cond.& dem. di-
cit ꝙ qui tenetur reddere rationes debet fi-
dẽ facere de omnibus, quæ ab eo geſta ſunt
tex. uerò in l.ſtatu lib.§.ult.ff.de ſtatu lib.di-
cit uolumina rationum tradenda ad percun
tandas, ſciendas, & examinandas rationes,
& ſi latius uis uidere qualiter ſocius teneat᷑
reddere rationẽ. uide Bel.in conſi.152.in 3.
lib.inci. ad euidentiam pręmittendum eſt,
& ibi etiam dicit, ꝙ ſocius tenetur confice-
re libros rationum, aliàs ſi non conficit iura-
tur in litem contra ſocium, & pleniſſimè de
prædictis omnibus uide Mod. Pariſi.in con
ſu.Par. in tit.1. de mat.feu.in §.6. nume.15.
29 fol.101. cũ plu.ſeq. † Et an Arrendator in
ſocietate res alterius adminiſtrans, qui de
negocijs geſtis non reddidit calculum, di-
catur furtum commiſiſſe, & an conueniri
poſſit ad rationem reddendam, & per quan-
tum tempus poſſit peti, ut reddatur ratio ad
miniſtrationis, & qũo petatur, & an ſocius
conuentus ad reddendam rationem debet
in expenſis condemnari, ſi non fuit interpel-
latus extraiudicialiter, vt reddat rationem ?
& de multis alijs, uide Bertr. in conſil.152.
30 in 3.lib.† Et quid ſi uendantur res commu-
nes per aliquem ex ſocijs, demum tempore
redditionis rationis ſocio, qui uendidit ſit
dubium, ꝙ res non debuerat uendi, & ꝙ de
uoluntate ſociorum minime fuerit diſtra-
cta, an in dubio præſumatur rem uenditam
de uoluntate ſociorum? Bal.in in l.familiæ.
C.fam.& herciſcundæ, dicit quòd ſi res quę
uendita fuit erat expoſita uenalis, & quæ iõ
tenebatur, ut uenderetur (ut ſunt mercãtiæ)
& tunc res illa diſtracta cenſebitur de uolũ-
tate omnium, at ſecus dicit in caſu contra-
31 rio. † Sed finge in redditione rationis fieri
dubium, ꝙ res uendita fuerit maiori precio
quàm aſſeritur uenditam eſſe per conſociũ,
quid iuris ? Idem Bal.ubi ſupra, dicit quòd
ſuper hoc debent recipi probationes utriuſ-
que partis, & ſi neutra pars probauerit ſtan
dum eſt iuramento uendentis, ſi eſt homo
bonæ conditionis, uitæ, & famæ, arg l.ſi qs
pro redemptione. C.de do. & ſequitur Lud.
Rom.in le. in illa 1.colum. ff. de uerborum
32 obligation. † Quid enim ſi pater quo ad
uixerit dedit pecuniam filio ſuo, ut cum ea
lucrari, & negociari poſſet, qui uiuente pa-
tre ex dicta pecunia mercãtiam geſſit, mul-
taque exinde lucratus extitit, omniaque po
nebat uiuẽte patre rationem, & compotum
paterni nominis, an mortuo patre dicta lu-
cra ſint cõmunia cum alijs fratribus? Ange.
in conſ.85.inc. ex themate cõſuluit, ꝙ oĩa
lucra quæſtusque dicti fratres uiuente pa-
træ quæſita ſunt æqualiter diuidenda cum
alijs fratribus, & ſimiliter ſi decedente pa-
tre perſeueraſſent in mercãtia cũ dicta pe-
cunia, æqualiter lucra debẽt diuidi iure in-
33 ter eos mortuo patre, aliàs ſecus.† Illud etiã
ſcire intereſt, ecce facta eſt diuiſio inter ſo-
cios, & occaſione ſocietatis unus ſociorum
alteri cedit nomina debitorum ſocietatis,
& dum hic ceſſionarius ageret contra debi
tores ceſſos, opponitur, ꝙ non poteſt agere
ſtante ritu magnę curiæ uicariæ (quo diſpo
nitur non poſſe agi iure, niſi ceſſio probetur
facta ex cauſa neceſſaria, quid iuris) pro re-
ſolutione illud diſpiciendum eſt, nunquid
ceſſio inter ſocios, ex cauſa neceſſaria, uel lu
cratiua dicatur? & certe tenẽdum eſt ex cau
ſa neceſſaria, non lucratiua cenſendum eſſe,
ex doc. Bar.in l.p diuerſas. C.man.circa fi.
ubi æquiparat ſocios cohæredibus. Sed ceſ-
ſio facta inter cohæredes dicitur cauſa expe
diens & neceſſaria, ut tradit Pau.de Caſt. in
d.l.per diuerſas.3. col.uer. & in effectu, ubi
congerit omnes cauſas neceſſarias, & expe-
dientes, & tamen ponit ceſſionem factam
inter



inter cohęredes ex cã neceſſaria, ergo idem
dicendum eſt de facta inter cõſocios, ſequi-
tur Bal.ibidem 1.col.verſic.& in textu cohę-
redes, ſequitur do.Abb.in cap 2. de alie.iur.
muta. cau. fam. nec ipſa ceſſione requiritur
alius titulus, quàm ipſa diuiſio inter eos, quę
pro titulo habetur, vt tradit Pau.de Caſtr.in
loco ſupra citato, nec requiritur aliqua no-
minatio precij, cum ipſe diuiſio habeatur ꝓ
precio cedendarum act. vt tenet Bald vbi ſu-
pra 1.col.verſ.2.quę eſt ratio, confirma opti-
ma ratione, nam diuiſio ęquiparatur tran-
ſactioni, ut no.gl.in l.tres fratres. ff.de pa.&
Bar.in l.qui Romę §.ſi duo fr.ff.de uerb.obl.
in 2.q.quod confirmat Iaſ.in d.l.qui Romę.
d.§.duo fratres. 14.col. in fi. ſed quando ali-
quid fit ex cauſa tranſactionis non dicitur
voluntarium, ſed neceſſarium, vt euitentur
lites, ergo &c. Accedat prædictis, quia ut plu
rimum in iſtis ceſſionibus ſociorum ſolet
fieri pactum de cedendo partem ſuam. Ita
tamen ſoluere habeat omne illud, ad quod
erit debitor occaſione ſocietatis, & tunc trã-
ſit in contractum innominatum do vt fa-
cias, & ſic eſt neceſſaria, ſecundùm Paul. de
Caſtr.in d.l per diuerſas 5.colum. uerſic. ſed
pone, & ſequitur Bald. ibi 2.colum.uerſic.2.
quæro. Item diuiſio cenſetur uera alienatio,
ſecundùm Iaſo.in d.§. duo fratres. in antep.
col.verſi.nam licet. ergo ceſſio facta ex cau-
ſa diuiſionis videtur facta ex cauſa neceſſa-
ria. Item inquit Bar.in d.l.per diuerſas. ꝙ ni
hil aliud eſt titulus, quàm cauſa contractus,
ſed hic interuenit cauſa diuiſionis, ergo non
poteſt dici, quòd ſit ſine cauſa ſeu titulo.
34 † Sed prædictis cõſequens eſt, ecce duo mer
catores diſtrahunt inter ſe ſocietatẽ, & uni
aſſignantur mercantiæ, quę forte ſunt Ve-
netijs, alteri mercantię, quę ſunt Peruſij cũ
ſuis emolumentis, qualiter ergo unus con-
ſeruabit alterum indemnem à contractibus
initis ? dicit Bald.in l.certum eſt, C.fam.erc.
pen.colum.uerſi.vlterius quęro, ꝙ ſecũdum
pet.ſi unus iſtorum eſt obligatus, & condem
natus conſeruabitur indemnis per cautio-
nem, verum Cy.dicebat ſi condemnatus non
eſſet, ſed eſſet obligatus per inſtrumentum
uarentigiatum, debet conſeruari indem-
35 nis ſoluendo non cauendo. † Vbi autem ni-
hil conuentum fuerit, qualiter inter ſocios
debet lucrum diuidi, nec adeſt conſuetudo,
tunc Bal.in l.1.C.pro ſoc.q.2, & Ang.in trac.
ſociet.dicunt, quod ſi vnus ex ſocijs poſuit
centum, & alter operas, & de lucro habent
ducenta extrahit primo, qui poſuit centum
capitale ſuum, & reliqua ducenta quę ſunt
de lucro diuidentur inter omnes, ita tamen
quod qui plus poſuit in ſocietate, puta ꝓpter
operas, & pecuniã, vel duas partes pecunię,
reſpectu illius, qui ſoluit unam partem po-
ſuit, nõ reſpectu eius, qui operas poſuit, quia
opera valent tantum ſicut pecunia quę po-
natur, habebit plus de lucro arbitrio boni
36 uiri. † Sed quid ſi ſunt duo ſocij, qui inierũt
ſocietatẽ inter eos in certis pecudibus (puta
vnus poſuit centum pecudes, alius centum
triginta propter bonitatem,) an in diuiſio-
ne debeat haberi ratio, & æqualitas debeat
conſiderari non ſolum reſpectu numeri, ſed
etiam reſpectu bonitatis, ualoris, & extima-
tionis, pecudum ? hanc qõnem ſemel in ſa-
cro regio conſi. Neap. eueniſſe in facto teſta
tur Affl.in deciſ.58.uertitur dubium, ubi re-
fert fuiſſe deciſum, quod non ſolum ſeruan-
da eſt ęqualitas inter ſocios reſpectu nume-
ri pecudum, ſed etiam reſpectu bonitatis, va
loris, & extimationis pecudum, & hęc ſuffi-
ciant quo ad hanc materiam ſocietatis in
qua plura notatu digna eſſe dicturus, ſed ne
uidear tranſcribere ijs ſolis contentus ſum
Reſtat vt aliqua in materia emptionis, uen-
ditioniſque dicamus, & licèt emptionis con
geſtio in pluribus locis per ſcribentes repe-
riatur facta, quo fit, ut potius ſubtilitatis, q̃
vtilitatis, prima ſiquidẽ facie uideatur in ijs
noſtris additionibus aliqua tranſportare, ni-
hilominus rectè intuentibus non omnino
37 inutilia erunt. † Idcirco illud pręſcire opor-
tet, quod contractus emptionis, venditio-
niſque, ut ex omni ſui parte perfectus ſit, re-
quiritur, ꝙ uenditio ſit facta communi con
ſenſu, precium ſolutum, & res tradita, ut
inſt.de emp.& uen.§.pretium, & in l. 2. §.4.
& in l.pac.ff.eod.tit.& l.Iulia.§.offerri. ff.de
act.emp. & inſt.de re diu. §. uenditę. ſed la-
tius exordiendo, dicendum eſt perfectionẽ
iſtius contractus quatrupliciter conſideran-
dam fore. Primo reſpectu ipſius exiſtentiæ,
& dicitur perfectus ſolo conſenſu, vt l.iuriſ-
gentium in princ. ff.de pac.2. modo dicitur
perfectio reſpectu actionis. & obligationis
ex contractu producẽdæ, & ſi ſit contractus
condictionalis, non dicitur perfectus con-
ditione pendente l.hæc ven. ff. de acti. emp.
& uend.

& uend. 3. modo dicitur perfectio reſpectu
ſubſtantiæ, (ut omnia quæ ſint de mente
contrahentium ſint expreſſa, & quæ ſint de
ſolemnitate ſint appoſita) l.contractus C.de
fid.inſtr.4.dicitur perfectio quantum ad ef-
fectum, quia ex cõtractu facta eſt executio,
& deuentum eſt ad traditionem rei. ut eſt
glo.ord.in l neceſſario, in princ.ff.de peri.&
38 commo.rei uenditæ. † Et quantus dixerim
hunc contractum ſolo conſenſu celebrari,
cum ſit iuriſgentium, eſt uerum ſi talis con-
ſenſus interuenit ſimul, & eodem tempore
ab ipſis contrahentibus præſentialiter.nam
conſentire eſt ſimul ſentire, text. eſt iuncta,
glo.in uerſ.conſentire in l. conſenſu. in pri.
ff.de acti.& obl. unde ſi dixero uendo equũ
pro decem Titio, & unus audiens referat ip-
ſi Titio, qui dixerit ſe uelle emere, certò iſto
caſu non cõtrahitur emptio, nec uenditio.
ut dixit gl.ord.in l.1.in fi.in uerbo per lite-
ras.ff.de contrah.emptio & ex hoc aliàs me
aſſidente pro iudice in ciu. Salerni.in nun-
dinis, quæ ibi celebrãtur de menſe Septem-
bris, dicebam (in cauſa cuiuſdam ſcolaris
prætendentis ſe emiſſe quoſdam libros à
quodam librario, & probare uiſus fuit di-
ctam emptionem per teſtes deponentes di-
ctũ librarium dixiſſe in abſentia ſcholaris
ſe uendidiſſe illos lib.dicto ſcholari) non eſ
ſe perfectè legitimeq́ue probatam emptio
39 nem.† Bene tamen emptionem per nunciũ,
uel epiſtolam fieri conſtitutum eſt, ſi tamen
ſpecialiter nuncius ad hoc deputatus exti-
tiſſet, per tex.in l.1.§.ſi ff.de cõtrah. emp.&
40 uen.† Nec perfectam putes uenditionem, ſi
pretium collatum extitiſſe in arbitriũ ter-
tij in ſpecie non nominati. Vt in ſpecie di-
xit Ang.Aret.in §. pretium. inſt. de emp. &
41 uen.num. 11.in gl. nominatus. † Sed ualere
emptionem, licet de certo precio couentum
minime fuerit, ſi res uẽdita foret pro eo præ
tio pro quanto apud alium emptorem re-
perietur, conſtitutum eſt, reperto tñ precij
certi emptore, ſecundum Io. And. in tit. de
empt.& uend.§. nunc dicendum in addi. ad
Spe.in add.magna, quem refert, & ſequitur
Bal.in l.2.in fi.C.de rei uen. & Ang.in l.qui
Romæ.§.cohęredes.ff.de uerb.obl.& proba-
tur in l.fi.C.de iure emph.(ibi tãtam quan
titatem, quantam ab alio recipere poteſt (&
non intelligitur de iuſto precio, ſed de quo-
cunque quòd repertum fuerit, etiam ſingu-
42 lari, & non communi extimatione.† Sed il-
lud hæſitationem parit, nunquid uenditio
intelligatur facta per hęc uerba, (uidelicet,
uoime uendere il tuo cauallo, & uendens
reſpondet, che ſi, ma ne uoglio cento fiorini,
& uolens emere dixit, Io te ne uoglio dare
cento fiorini, bolognini dieci per fiorino,
& uendens reſpondit, tu me hai inteſo? )
Phil.Cor.in conſ. 123.inci.uidetur pri.facie
in 4.lib.tenet quòd non, quia per illa uerba,
tu me hai inteſo, datur intelligi uoluntas
ipſius, quòd perſiſtit in eius primęua inten-
43 tione.† Ponam hic quæſtionem aliam de fa
cto coram me uentilatam in nundinis Sa-
lerni. Quidam mercator pellium habebat
diſcipulum in apoteca, qui diſcipulus in ab-
ſentia ſui magiſtri uendidit pelles uni mer-
catori, Demum magiſter ignorans uendi-
tionem factam per eius diſcipulum, alteri
uendidit, fuit dubitatum quis iſtorum em-
ptorum præferatur, ſtante quia primo em-
ptori per diſcipulum fuit facta traditio? in
qua quia non fuit probatum, ꝙ diſcipulus
eſſet ſolitus uendere pelles in abſentia ma-
giſtri, & ſic prima uenditio uidetur inſuf-
ficiens, licet fuiſſet facta traditio, tamen
præfertur ſecundus emptor, qui habet cau-
ſam a uero domino pellium, ſecundum glo.
no.in l.ſi indebitũ.§.1.& ibi Bar. ff.rem rat.
hab.& firmat Iaſ.in l.quoties.C. de rei uen.
nu.45.& ita determinaui, & executum fuit
pro quo eſt teſt.in l. ſi ea res, §. uterque no-
44 ſtrum.ff.de actio.emp.& uen.† Item ualere
uenditionem, ſi dicatur uendo pro decem,
& illo pluri, ꝙ Titius extim.l.cauetur, ut eſt
tex.in l.hæc uenditio.§.fi.ff.de cõtrah emp.
& firmat d.Fab.de mon.ſan.Saui.in tract.de
45 emp.& uend.in 5.parte, nu.29. † Item licèt
conſtitutum ſit non aliter perfectã eſſe em-
ptionem, quàm ſi precium ſolutũ ſit, quo ad
dominij tranſlationem tamen ſi fuerint da-
ta pignora, idem erit, l.ꝙ uendidi.& l.vt res,
ff de contr.empt. hæc enim tria non ad im-
paria iudicantur, prętium fore ſolutum, ha
bitam fuiſſe fidem de pretio, uel data fuiſſe
pignora, ꝙ ad dominij tranſlationem, &
perfectionem contractus iuribus ſuperius
46 allegatis. † Et habitam fuiſſe fidem de pre-
tio, tunc dicetur, ſi rem traditam fore con-
ſtat, nihil fuerit dictũ, ut dicit gl in d.l.ꝙ uẽ
didi, & in §.uenditæ.inſt.de emp.& vend. &
cum gl.trãſeunt communiter Doct.† Quod
mini-

minime procedere dicas, ſi uenditio in nun-
dinis fieret, quia licet traditam rem probet',
haud fidem de precio habitam cenſendũ eſt,
quia ex quo ab inde de proximo nundinãtes
ſunt receſſuri, non eſt pręſumendũ fuiſſe ha-
bitam fidẽ de precio iuxta tex.in l.ſi quaſi.ff.
de pig.actio.ſm Bal. in l.ſi nõ donationis.C.
de contrah.emp.& de iud.l.ſi legationes, & l.
ſi ſoluturus.ff.pro ſoc.& per gl.in l.quod uẽdi
di.ff.de emp.& uend.& Bar.in d.l.ſi quaſi.
48 † Nec obmitto, quod teſtes uolentes proba
re emptionẽ dñt concludenter deponere cõi
conſenſu fuiſſe traditã celebratũ, rem emptã
fuiſſe traditã, & preciũ numeratũ, certumq́;
fuiſſe terminũ, uel habitã fuiſſe fidẽ de pre-
cio ſm Spe.in tit.de teſt.§.nunc tractandum.
uer.ergo, & probatur per tex.in l.cũ res. C.de
prob.& per Lud.de Ro.in cõſ.41.incip. uiſis,
49 & per cunctatis actis. † Illud ſciendum eſt, ꝙ
ſimplex datio arrarũ non fecit rẽ deſinere
eſſe integrã, niſi datę forẽt in partẽ precij, &
ſolutionis ſm Bar.in l.ab emp.ff.de pac.& eſt
tex.in l.2.C.qñ li.ab emp.diſce.& in dubio vr̃
arra data in partẽ precij. ſi erat in pe. nu. ſm
gl.& Bal.in l.4.ff.de l.cõm. facit pro hoc l.ex
ferre ſecundum Abb.in d.cap.cauſam, in 3.
not.& Bar.in d.l.ſi vni.

Quod fallit quando in commiſſione eſſet
appoſita clauſula ꝙ ſi omnes,&c. uel alia ſi-
milis,verum tunc debent requiri prius colle-
gæ alias ſine requiſitione , & declaratione ,
ꝙ non poſſunt interuenire , non poſſunt a-
lij ſoli procedere,text.eſt & ibi Abb. & Fel.
in cap.prudentiam,in prin.de offic. dele in
delegatis autē ad uniuerſitatē cauſarum eſt
idem ꝙ in ordinarijs,ſecundū Bart.in d.l.ſi
uni.& ibi ēt gloſſ.Alex.dicit hanc eſſe cōem
opin. licet Abb. in d. cap. cauſam tenuerit
contrarium , & male,ſecundum eum.

32 † Quid autem in arbitris? Dic idem, quod
in delegatis,l.ſi in tres,ff.de arb.

ADDITIO. Iudices enim delegati
adiecta clauſula (ſi vnus intereſſe nequibit
alter expediat, vel ſimili) facit ut conſtito
de impedimento collegæ, alius ſolus expe-
diet, quod proſequitur Lud. Rom. in ſing.
13.in cauſa, vbi aſſerit, Ita cōmuniter tene-
ri per doct.& Fel.in c.ſciſcitatus verſi.opor-
tet notum eſſe impedimentum de reſcr.&
per Rot.deciſ.244.retempto,& 166. vbi li-
mitat hoc non procedere in beneficialibus ,
in quibus etiam non conſtito de impedi-
mento collegæ ſi alius ſolus procedit , &
demum appareat collegam fuiſſe impetum
proceſſus valet, quod proſequitur Seb. Va.
in tract.nullita.in titu.de null.ex def. iu or-
33 di.nu. 180. † Et quando iuriſdictio inſoli-
dū,non competit nedum ſententia non po-
teſt per vnum ſolum ferri,ſed etiam requiri
tur vt tempore ſententiæ proferendæ , om-
nes iudices ſint ad inſimul coadunati , & ſi-
mul iudicent , vel vnus, alijs præſentibus &
mandantibus, & ꝙ is qui recitat vtatur ver-
bis pluralis numeri,ut puta nos tales iudices
pronunciamus in hunc modum,ut in c.cum
ab uno de ſent. & re iud.in 6. alias non va-
leret ſententia, l.tunc autem & ibi glo. leg.
duo ex tribus , ff. de re iud. Item requiritur
quod omnes ſint præſentes , alias ſi vnus de
diſſet ſuum votum,& deinde receſſiſſet,non
valeret ſecundum Felyn.in cap. cauſam ma-
trimonij col.fi.uerſic.3.limita extra de offi.
deleg Petr. Foller.V.I.D.

34 † Octauo differunt quia iuriſdictio ordi-
narij poteſt prorogari, cuius prorogationis
ratione poteſt iudicare extra territorium,l.
ſi conuenerit,ff.de iuriſ.om.iud. & leg. 1. &
2.ff.de iud. ſed iuriſdictio delegati non po
teſt prorogari , nec poteſt cognoſcere dele-
gatus , niſi inter perſonas contentas reſcri-
pto delegatorio.c.P. & G. de offi.del. & pri-
35 uatorum, C.de iuriſdict.omn. iud. † Nono
differunt , quia in pluribus delegatis vno
mortuo expirat officium omnium, adeo ꝙ
vlterius ex illa delegatione cognoſcere non
poſſunt cap. penul. de offic. deleg. ſecus in
pluribus ordinarius,ut notat Abb. in d.cap.
pen. dum refert ſe ad ea, quòd dixit in cap.
prudentiam,in prin.eo.tit. vbi hoc dixit,in
4 col.& gl.in c. ut officium de hæretic. lib.
6.& Bartol.in l.1.§.ſi plures. ff. de exer. Ad
hoc potes adducere omnia ea, quæ dixi ſu-
pra in 8.differentia. Et idem dicimus in plu
ribus arbitris, quòd in delegatis , ut d. cap.
36 pen. † Decimo r differunt , quia in dubio
r appellatione iuriſdictionis , intelligimus
de ordinaria,non delegata,ſecundum Abb.
in c.pen.ver.quæro,an vicarius, &c. de off.
uic & Alexand in rub.ff.de iuriſd. om. iud.
37 † Vndecimo differunt, quia corā iudice or
dinario, quia nō pōt cognoſcere niſi de cer
ta ſumma , non fit coaceruatio plurīū ſum-
marum diuerſis actionibus in eodē libello
cumulatarū, ad impediendā ſuā iuriſdictio-
nem,l.ſi idē cū eodē in prin.ff.de iuriſd.om.
iud.ſecus coram delegato. Hanc differētiam
poſuit Iaſ.in d.l.ſi idem cum eo.in 1.no. Ra
38 tio eſt, † quia delegata iuriſdictio derogat
ordinariæ, cap. ſtuduiſti de offi.leg. & cap.
ſanè de offic. del. Ergo debet reſtringi pro
conſeruanda iuriſdictione ordinaria , & ſic
debet fieri coaceruatio,l.ſi plures, §. fina.ff.
de pac.alias eſſet in odium ordinarijs ꝙ fie-
ri non debet ſecundum Bart. in d.l.ſi idē cū
eo.in prin. Item quia iuriſdictio delegata ,
s eſt s odioſa, ergo reſtringenda, c. odia. de
reg.iu.li.6.& l.cū quidā,ff.de liberis, & poſt
humis , & dixi ſupra in octaua differentia.

ADDITIO. Concludit hic auctor iu
riſdictionē delegatam eſſe odioſam , quod
uerum eſt,ut eſt gl. pen. in clem.fi.de offic.
ord.& Lap.alle.55.in 2.col.circa fin.& ideo
formiter de ea debet conſt. cap. cum in iu-
re,ubi glo.& ſcribentes de off.del.in l. uni-
ca,C.de mand.prin.& habetur per Alexand.
conſi.17.uideretur lib.7.& conſi.200.in fin.
lib.2.



lib.2.cum ſimilibus. Petrus Follerius.

39 † Duodecimo differunt,quia ſententia lata
per ordinaria contra ius litigatoris , ualet &
tranſit in rem iudicatam, ſi nō appellatur, ut
habetur in cap.cum inter.de re iud. & in l.cū
prolatis, & ibi per Alex. & doct. ff.de re iud.
ſecus, ſi eſt lata per delegatū, ita tenet Hoſt.
in cap.fin.de præb. & in c.1.de offi.dele.lib.6.
& Old.in conſil.81.col.1. & Barb.in additio.
ad Abb.in cap.cum dilecta. de reſcri.in addi-
tio.quæ incipit,ordo iuris,&c. poſt medium.
40 † Decimotertio differunt,quia proceſſus cō
tumaciæ punitiuus per delegatum factus con u
tra citatum,non comparentem,ſi in ueritate
ille non erat delegatus , non ualet quamuis
fui ſſet dubium ſecus ſi fiat per ordinarium,
in ueritate non ſit ordinarius, dummodo poſ
ſit eſſe, quia bene ualet ita dicit Abb. in cap.
41 præterea,colum.pen.de dil. † Decimoquar-
to differunt , quia ordinarius poteſt reuoca-
re ſententiam ſecundi decreti, ſed delegatus
non. Iſtam differentiam ponit Alexand. in l.
quòd iuſſit colum. 6. ff. de re iudic. referens
ita tenet Innoc. in cap. conſultationibus de
offic.delegat.

ADDITIO. Adde quòd Alexand. te-
net id quòd dicit dominus auctor per doct.
Innoc.in d.c.ſignificantibus,& tamen (ut ui-
dere potui) nullum uerbū de hoc dicit Inno.
Petrus Follerius. V. I. D.

42 † Decimoquinto differunt, quia delegatus
poteſt in totum recuſari,ut ſuſpectus , ut re-
moueatur, ſed ordinarius non, ſed datur ſibi
t adiunctus, t ſecundum Bartol. & docto. in
l.apertiſſimi. C. de iudic. niſi eſſet delegatus
ad uniuerſitatem cauſarum , quia tunc ſimi-
liter debet ſibi dari adiunctus gloſſ. nota. in
l.fin.gloſſ.1.C.de iud.& quòd dixi in delega-
to procedit etiam in delegato principis, ſe-
cundum Abba. in cap. ſuper quæſtionum. §.
quem uero , de offic.deleg. & hoc eſt de iure
ciuili, de iure uero canonico tam ordinarius
quam delegatus poteſt in totum recuſari ca.
ſi quis contra clericum , ibi Abba. & docto.
de foro competenti, & idem Abba.in capitu.
cum ſpeciali.in 1.notab.de appellatio. Dum-
modo cauſa legitima inſeratur , & probetur,
alias recuſatio non admittitur, ut dicit Abb.
ibidem , & in dict.§. quem uero , & eſt text.
in cap. ſecundo, requiritur de appellatio. ſe-
cus eſt de iure ciuili , quia non oportet inſe-
rere cauſam ſuſpicionis , ſecundum Bartol,
in dict.l.apertiſſimi , & gloſſ. in l. quia pote-
rat.ff.ad Trebellia. & gloſſ.in l.item ſi ſuſpe-
ctus.ff.de procu. & Iaſ. plenè , in dict.l.aper-
tiſſimi, & quæ ſint iſtæ cauſæ recuſantur iu-
dicem ſuſpectum , tangit Specu. in titul. de
iudic. delegat. §. ſupereſt , & ego dicam ple-
nè infra, in tractat. de appellatione , in ulti-
ma parte, huius operis in uerſic.recuſatio. &
ibi uideas.

Hodie autem in regno ſeruatur ius cano-
nicum , ex diſpoſitione regiæ pragmaticæ,
quæ incipit . Item ſi contingat , per quam
u diſponitur quòd tam ordinarius,quam de-
legatus poteſt recuſari,ut ſuſpectus, & remo-
uetur in totum, & debet allegari , & probari
iuſta cauſa ſuſpicionis coram diœceſano lo-
43 ci, ſeu eius uicario , ut ibi habetur. † Deci-
moſexto differunt,quia ordinarius poſtquam
eſt recuſatus ut ſuſpectus , poteſt cauſam al-
teri delegare cap. ſi quis contra clericum, de
foro competenti, & cap. cum ſpeciale. & ibi
Abb.& Philip. de appellatio. Delegatus uero
recuſatus , non poteſt cauſam committere c.
iudex ab apoſtolica de offic.deleg.lib.6. Cum
diſtinctione tamen , de qua ibi, ſcilicet, aut
nondum eſt propoſita recuſatio, & poteſt cō-
mittere , aut eſt propoſita , ſed nondum fuit
pronunciatum ſuper ea , & tunc non poteſt
committere, niſi de conſenſu partium . Aut
eſt pronunciatum , & tunc etiam de conſen-
ſu partium non poteſt committere, quia poſt
pronunciationem deſijt eſſe iudex , ut d.cap.
iudex ab apoſtolica , & loquor de delegato
principis,quia in eo cadit hoc dubium, nam
delegatus ab inferiore, ſine dubio non poteſt
ſubdelegare , ut ſupra dixi in tertia differen-
44 tia. † Decimoſeptimo differunt, quia ordi-
narius poteſt delegare totam cauſam, & ſen-
tentiam ſibi reſeruare , dummodo audiat in-
ter cauſam,ſcilicet in principio,ideſt, in litis
conteſtatione, in medio , & in fine, ut C. de
iud.authen. ad hæc delegatus uero hoc face-
re non poteſt , nam aut totam cauſam com-
mittere debet,aut nihil,aut not.gloſſ.in dict.
authen.adhæc in uerſic. delegatus, unde non
poteſt ſententiam ſibi reſeruare etiam ſi eſſet
delegatus principis , & hoc de iure ciuili, ſe-
cus de iure canonico , quia poteſt ſibi reſer-
uare ſententiam,cap.ſuper quæſt.in princ.de
offic.deleg. & prædictam differentiam ponit
Bartol. in l. nec quidquam. §. ubi decretum,
col.3.de offic.procu.dum ponit differentiam

inter

inter.decretum,& ſententiam,& Alexand.in
43 rub.ff.de offic eius,colum.2. † Decimoocta-
uo differunt, quia ordinarius poteſt ſuam ſen
tentiam exequi, delegatus uero non, imo ſua
x ſententia mandatur *x* executioni per ordi-
narium,l.à diuo Pio.in princip.& ibi gloſſ.&
Bart.ff.de re iud. & hoc procedit in delegato
ab inferiore à principe, ut eſt text. etiam in
l.properandum.§.ſinautem reus iuncta gloſſ.
in uerſic.ad maiorem. C.de iud. & tenet Ale-
xand.in d.l.à diuo Pio. colum.3.& 4. & Abb.
in cap. ſi quis contra clericum colum. fin. de
for.compet. ſecus in delegato principis,quia
y tam iure ciuili,quam canonico *y* poteſt ſen-
tentiam exequi ſecundum Alexand. in d.l.a
diuo Pio col.2.& Abb.in d.cap.ſi quis contra
clericum, col.pen. & cap.ſignificaſti.de offic.
deleg. quam ſententiam poteſt exequi infra
annum tantum,& non ultra cap.quærenti de
offic.deleg. Item poteſt delegatus a principe
committere ordinario executionem ſuæ ſen-
tentiæ,ut d.cap.ſignificaſti , & cap.ſanè eod.
tit. & tenetur ordinarius ſibi obedire, etiam
ſi iniuſta ſit ſententia text.eſt in cap.paſtora-
li.§.quia uero de offic.deleg. & not. in dict.§.
ſanè,& d.cap.ſignificaſti,de qua materia uidi
in quadam diſputatione mea,quàm poſui ſu-
per rub.ff.de offic. eius dum legi illam rub.in
almo ſtudio ciuitatis Salerni , conductus ad
lecturam de mane ordinariam,quæ diſputa-
tio incipit . Pro ornamento, &c. & tractat
materia cap. ſi quando de offic. deleg. Item
prædicta de delegato inferioris à principe
procedunt de iure ciuili , ſecus de iure cano-
nico , quia ſi delegatus habebat poteſtatem
exequendi poteſt etiam delegatus exequi ſe-
cundum Abb.in d.cap.ſi quis contra clericũ,
colum.penul.& fin. & ratio eſt,quia executio
eſt miſti imperij,& de iure canonico delegan
tur ea,quæ ſunt mixti imperij ſecundum glo.
in cap. quod ſedes, de offic.ord. & Bartol. in
l.nec quidquam. §. ubi decretum. ff. de offic.
proconſ. licet ſecus ſit de iure ciuili , ut ha-
betur in l.iubere cauere. ff. de omn.iud. & in
46 leg.1. ff. de offic.eius. † Decimonono diffe-
runt, quia ordinarius poteſt ampliare, & mi-
nuere tempus , quod datur iudicaris ex cau-
ſa, leg.2. ff. de re iudic. ſed delegatus non :
quia ex quo ipſe non exequitur ſententiam
ſuam , ut modò dixi in præcedenti differen-
tia , non poteſt imponere legem ſuperiori
exequenti , ſcilicet ordinario deleganti, cap.
ex inſinuatione,de appellatio.hanc differen-
tiam poſuit. Bartol. in dicta l. ſecunda. in 1.
quæſtione .

47 ADDITIO. † Concludit hic ( ut ui-
des do. Auct. ) ꝙ iudex ordinarius poteſt ex
cauſa minuere tempus quod datur iudicaris,
(de quo unum uerbum ſupra dixi ) & bene
dicit,& quòd iudex delegatus non poſſit tale
tempus coarctare, eſt ratio,quia ad eum non
ſpectat, executio, & ſi coarctare eſſet impo-
nere legem ſuperiori ſuo ad quẽ ſpectat exe-
cutio ſecundum Bart. in l.2. & ibi Herc.ff.de
re iu. ubi multa allegat in contrarium, ſed ſi
eſſet talis delegatus qui haberet executionẽ
in ſententiæ poſſet ſicut ordinarius coarcta-
re dictum tempus, ſecundum Abb.in c.quòd
ad conſultationem extra de re iud. nume.20.
48 † *Sed nunquid reus cõdemnatus indiſtinctè*
gaudeat iſta dilatione quatrimeſtris tempo-
ris , ut nullam interim moleſtiam patriam?
hanc queſt.mouet Abb. in d.c.ad ꝙ conſulta-
tionem num.22. & dicit ꝙ condemnatus,qui
uult uti iſta dilatione debet ſatiſdare de ſol-
uendo in termino alias non gaudet per text.
in l.ſi debitori.ff.de iud.& ibi dicit,quòd hoc
not. Bartol. ſicque inf. illum terminum con-
demnatus ipſe poteſt capi , & carcerari niſi
cauerit, quòd ipſe intelligit ſi eſſet inops ita
quod timeretur de fuga,quod eſt notandum,
quia eſt pulchrum uerbum,& ibi ęne.de falc.
in add. intelligit hoc eſſe uerum ſi petatur a
parte,alias non tenetur ex ſe pręſtare ſatiſda-
tionem,& ita dicit obtinuiſſe. Pet. Fol.

49 † Vigeſima differentia eſt, quia appellatio-
ne magiſtratus,non uenit delegatus, ſed tan-
tum ordinarius, ſecundum Paul.de Caſt.quẽ
ſequitur Alexan. in l. eum qui.ff.de iur.omn.
iud.ꝙ facit ſecundum eum , pro interpretan-
dis ſtatutis loquentibus de magiſtratu , ut nõ
comprehendant delegatum,pro quo eſt text.
in l.properandum, in princip.in uerſicul. ſiue
50 magiſtratibus, &c. C.de iud. † Vigeſimo-
primo differunt , quia ordinarius debet dele-
gare cauſam ſuo ſubdito , quem poteſt com-
pellere ad acceptandum,cap. paſt.& ibi Abb.
in pen.no.& in c.quod ſedes , de offic.ord: &
l.1.C.qui pro ſua iuriſdict.non ſubdito inui-
to non poteſt cauſam delegare , ſed uolenti
tantum,ſecundum Bart.in dict.l.1.ubi ita li-
mitat dictam legem , & Abb.in d.cap. paſto-
ralis,in 4.no. & ita intelligitur text. in l.& ſi
prætor.ff.de offic. eius, ſed delegatus à prin-
cipe,



cipe,poteſt cauſa ſubdelegare cuicunque etiã
ſuo ſuperiori , & non ſubdito etiam inuito.
Vnde ſi delegatus Papę eſt minimus clericus,
poteſt cauſam ſubdelegare, Archiepiſcopo,
etiam inuito,c.paſtoralis,in princ.& ibi Abb.
in cap.pen.not.& cap.ſanè quia de offi.deleg.
Verum circa hoc ſcias,quòd delegatus Papæ
z debet ſubdelegare cauſas illis *z* perſonis,qui
bus deleg. Papa,ſcilicet in dignitate conſtitu
tis,per c.ſtatutum,de reſcript.lib.6. alias ſub-
delegatio non ualet , & proceſſus factus eſſet
ipſo iure nullus ita tenet Abb. in d.c.paſtora-
lis in fin.illius princip.de offic.deleg.& Alex.
51 in conſil.77.colum.2.in 2.uolu. † Vigeſimo-
ſecundo differunt,quia ordinarius ſi protulit
& ſententiam nullam,poteſt *&* iterum de cau
ſa cognoſcere,& ſentẽtiare.l.ſi pręſes.C.quo-
modo,& quando iud.& l.1.C.de ſentẽ. & l.ſi
accuſatoribus.C.de accuſa.& Bart.in l.iudex
poſtquam.ff.de re iud.delegatus uero qui nul
liter pronunciauit, non poteſt ulterius de cau
ſa cognoſcere.l.ſi ut proponis. C. quomodo,
a & quando iud.etiã ſit delegatus a *a* principe,
ſecundum Bald. in d.l.ſi ut proponis,col.2. &
Alex.plene, in rub.ff.de offic.eius,colu.2. niſi
eſſet delegatus ad uniuerſitatem cauſarum,
quia habetur ut ordinarius,ſe cauſarum Bal.
in d.l.ſi ut proponis,& Felyn. in cap. in litte-
ris,colum.1.de offic.deleg. & de prædictis an
quando , & qualiter procedant in delegato,
uide plenè per Felyn.in cap.qualiter, & quan
do,el 1.colum.antepenult. & pen.de accuſat.
& qualiter procedant in ordinario,quòd poſ-
ſit iterato cognoſcere, uide Abba.in d.cap. in
litteris,& Bartol.in d.l.iudex poſtquam de re
52 iud. † Quo autem ad reuocandum interlo-
cutoriam.non eſt differentia inter ordinariũ,
b & delegatum, quia *b* uterque poteſt eam re-
uocare , ſecundum gloſſ. in d.l.quod iuſſit.ff.
de re iud.& ibi etiam Alex.in 1.col.& eſt tex.
in cap.cum ceſſante, & ibi Abb. in 2.not. de
appel. quod limita ut infra proxima differen
53 tia. † Vigeſimotertio differunt,quia ordina-
c rius ſi pronunciat ſe *c* non iudicem , uel iu-
riſdictionem non habere , poteſt hanc ſuam
interlocutoriam reuocare , ſecundum Bal.in
l.ſi præſes per illum tex. C.quomodo,& quã-
do iud. ſecus in delegato,quia talem interlo-
cutoriam non reuocat , cap. ſignificantibus,
& ibi Abb.& docto.de offic.deleg. hanc diffe
rentiam in terminis ponit Lud.Rom.in con-
ſil.358.in fin.& Bart.in add.ad Abb.in d.cap
ſignificantibus quibus adde Bartol. in repet.
l.2.colum.3. ff. ſi qui in ius uoc..non ier. & in
54 d.l.quod iuſſit.ff.de re iud. † Vigeſimoquar-
to differunt , quia ordinarius poteſt delegare
unum articulum cauſæ iuriſdictionalem , ut
eſt gloſſ. in cap.ſuper quæſtionum uerſic.qui-
cunque, de offic.delegat. quia ſi poteſt totam
cauſam, multo magis unum articulum dele-
gatus uero non poteſt etiam unum articulum
iuriſdictionalem ſubdelegare, ſecundũ Abb.
in d. ca. ſuper quæſtionum, in princip. ſuper
dict.gloſſ.in uerſic.quicunque. Sed articulum
non iuriſdictionalem poteſt ſubdelegare, ita
tenet Alexan. in l.more,colum.5.ff.de iuriſd.
omn.iud.licet Bart. ibi contrarium teneat, &
male quia communiter reprobatur , ſecundũ
55 Abb.in d.cap. ſuper quæſtionum. † Fallit in
delegato ad uniuerſitatem cauſarum, quia il-
le æquiparatur ordinario ; ut pluries dictum,
eſt ſupra, ſecundum Abb. in d.cap.ſuper quæ
ſtionum colum.4. Non tamen poteſt ſubde-
legare uniuerſam ſuam delegationem, ut no.
Hoſt.in tit.de offic.deleg.§.quis poſſit, quem
ſequitur Alexand.in l.a iudice. C.de iud.quia
etiam ordinarius non poſſet totam ſuam iu-
riſdictionem delegare inconſulto principe.l.
56 penult. & ibi not. ff. de offic. præſi. † Quis
autem dicatur delegatus ad uniuerſitatẽ cau-
ſarum,uide Iaſ.in d.l.a iudice. Secundo fallit
in delegato principis,ut d.cap.ſuper quæſtio-
57 num, & ibi Abba. in 4. colum. † Vigeſimo-
quinto differunt , quia ordinarius poteſt ali-
quem citare per ædicta , & idem in delegato
principis, tex.eſt in authen.qui ſemel.C.quo-
modo,& quando iud.& in §.omne,in authen.
de litig. ſed delegatus inferioris hoc facere
non poteſt , ut not. in d.authen. qui ſemel in
uerſic.delegatis,& ibi etiam Bart.uerſicu.ue-
nio ad ſecundam,&c. & Bart.in extrauagan.
ad reprimendam , in uerſicul. per edictum,
& Bartol. in l. plerique. ff. de in ius uocan.
58 † Vigeſimoſexto differunt , quia delega-
tus inferioris a principe , non poteſt citare
aliquem realiter , ſcilicet capiendo ipſum
de perſona , ſed ordinarius ſic , & delegatus
a principe. Ita tenet Barto.Alexand.& com-
muniter docto. in l.2.ff.de iur.omn.iud. con-
tra gloſſ.ibi,ſiue ante lit.conteſt. ſiue poſt, &
idem Bart.in l.plerique.ff.de iur.uoc.& quòd
dixi in delegato principis , ut ſit idem quod
in ordinario , iſta eſt communis concluſio,
quam tenet Bartol.in d.authen.qui ſemel.C.
quomodo,

quomodo,& qñ iud. & Alex. in d.l.2.col.3.&
de prædictis eſt text.cum gloſſ.in l.conſenta-
59 neum.C.quomodo,& quando iud. † Vigeſi-
moſeptimo differunt, quia delegatus citans,
d debet citare cum *d* inſerto tenore ſuæ dele-
gationis, alias ſibi non creditur, niſi doceat
de commiſſione, & copiam faciat, cap.cum
in iure,& ibi Abb. & Fel.de offic.deleg. & in
cap.præterea, de dilat. & Bartol. in l.2. ff. ſi
quis in ius uoc. non ſer. Sed ordinarius hoc
facere non tenetur,ſed ſufficit,quod mandet
nuncio,ut aliquem citet ſolo uerbo ſine litte-
ris,tex.eſt in c.cum dilecti.ibi. uiua uoce,&c.
de do.& cont.& Specu.in tit.de cita.§. ſequi-
tur,uerſi.utrum,& eſt ratio,quia ſemper præ-
ſumitur pro iuriſdictione ordinaria, ſecus
pro delegata, ita dicit Abb. in d.cap.cum in
iure col.pen.
60 † ADDITIO. Vulgata eſt quæſtio,
nunquid delegatus teneatur citare cum inſer
to tenore reſcripti? in qua reperio.Mar.Soc.
in tractat.de cit.in art.20. late tangentem,&
poſt multa hinc inde dicit quod do.eius con-
cludit tres caſus fore conſiderandos, primus
quando agitur de grauiſſimo præiudicio, &
in eo concludit,non eſſe parendum aſſerendi
ſe delegatum, quantuncunque perſona eſſet
auctorizabilis, niſi prius conſtet plenè de de-
legatione, nec etiam tenetur coram eo re-
ſpondere, niſi prius fiat plena fides de ipſa
delegatione,nec ſufficit ſimplex copia,& ita
(ſecundum eum) intelligitur tex. in cap.cum
in iure extra de offi.deleg.& l.uni.C.de man.
princ. aut tractatur de graui præiudicio non
tamen grauiſſimo, ſeu grauiori,& dicendum
eſt non ſufficere citanti aſſerere. Se delega-
tum, exemplum ſi citatur ualde remotus, &
citans ſimpliciter aſſerit ſe delegatum, tunc
enim citatus non arctatur ad comparendum
ex ſimplici aſſertione illius, ſed debet cum
inſerto tenore citari. Tertiò uero caſu quan-
do tractatur de præiudicio, ut quia citatus
eſt in loco citantis, uel modicum diſtat, &
tunc dicendum eſt, quod non eſt neceſſe ci-
tare cum inſerto tenore reſcripti, quo ad ef-
fectum arctandi citatum ad comparendum,
ſed ſatis eſt aſſerere ſe delegatum, & ita di-
cit Mar. ipſe tenendum eſſe, cum ſit aqua
opinio. Petrus Follerius.
61 † Vigeſimo octauo differunt, quia iuriſ-
dictio ordinarij non expirat per mortem ſu-
perioris cōſtituentis ipſum,etiam re integra,
ſecundum Hoſt. in cap. quoniam Abbas de
offic.delegat.& Abb.in cap.1.relatum,eo.tit.
& eſt text. in l.& quia.ff.de iuriſd.omn.iud.&
eſt etiam text.clarus, in cap. legatos in fin.de
offic.deleg.lib.6. ſed iuriſdictio delegati, ex-
tinguitur morte delegantis reintegratur d.l.
& quia, & d.cap.relatum, & cap.gratum, &
cap.licet undique de offic.deleg.& in cap.fin.
de offic.leg.Dicitur autem res integra,quan-
do nondum eſt facta citatio, & iſta eſt com-
munis opin.quam tenent Bart. & doct.in d.l.
& quia per d.cap.gratum,& d.cap.fin.& not.
Abb.in d.c.relatum, quod procedit etiam in
delegato principis, per prædicta iura, & not.
gloſſ.in uerſic.principaliter in d.l.& quia. Et
in tantum extinguitur iuriſdictio morte mā-
dantis,quod etiam de conſenſu partium non
poſſet delegatus procedere, gloſſ. eſt in cap.
cum ueniſſent, in uerſic.egerit,de teſt. Item
procedit etiam ſi delegatus ignoret delegan-
tem eſſe mortuum, ſecundum Bartol. in d.l.
& quia, colum.fina. Item procedit etiam in
delegato ad uniuerſitatem cauſarum, nam
quo ad hoc æquiparatur ordinario. Eſt enim
neceſſe, ut ſaltem unam cauſam ſit cœpta
coram eo, ut res deſinat eſſe integra, ſecun-
dum Bartol.in dict.l.& quia, uerſicu.quæro,
quid ſi plures,&c. quem ibi ſequitur Alexan.
& communiter Mod. & Abb.in d.c.relatum.
Illud autem,quod dixi in delegato principis,
limita multis modis, ut per Iaſon.in dict.l.&
62 quia,colum.4. † Item illud,quod dixi in or-
dinario limita non procedere, quando una
iuriſdictio ordinaria cohæret alteri ordina-
riæ, ut acceſſoria, ſicut dicimus in uicario,
qui eſt ordinarius, & tamen eius iuriſdictio
finitur morte epiſcopi, alterius conſtituentis
ſecundum Alexan.in dict.l.& quia,colum.1.
& Hoſt.in d.cap.quoniam Abbas, & Abb.in
cap.pen.de offi.uic. tunc enim iuriſdictio de-
uoluitur ad capitulum, uacante ſede, cap.2.
63 extra, ne ſede uac. † Vigeſimonono diffe-
runt, quia iudex ordinarius etiam minimus
poteſt delegare cauſam cum poteſtate ſubde-
legandi, ut eſt gloſſ.in cap.is, cui de offic.de-
leg.lib.6.& Bart.in l.more,& ibi etiam Alex.
in 5. & 6.colum.ff.de iuriſd.omn.iud. ubi di-
cit hanc eſſe communem opinio. & Felyn.in
cap.ſuper quæſtionum.§.ſi uero, uerſic.fallit
quarto,&c. de offic.deleg. Secus in delegato
etiam principis, ſecundum Alexand. in rub.
ff.de offic.eius,colum.3.& gloſſ.in cap. ſuper
quæſtio-



quæſtionum,§.porro,uerſi. transfert totam.
de offic.deleg. hanc differentiam ſentit, Bal.
in l.a iudice.& ibi Sal.& communiter Doc.
C.de iud.& Abb.in cap.cum Boer.de re iud.
& Barto.in l.ſolet,ff.de iu.omn.iud.& Alex.
in conſil.157.col.3. in 2. uol. ubi dicit hanc
communem opin. C.Iaſo.in l.1.col.8. ff. de
offic. eius. Prædicta limita, niſi delegatus
ſubdelegaret ſciente, & patiente ordina-
rio, quia tunc poteſt, ſecundum Alexan.in
præalleg.conſil.157.& Iaſo. in d.l.a iudice,
64 col.3.in 4.limita. † Trigeſimo differūt, qa
quilibet ordinarius habens merum, & mi-
ſtum imperium, poteſt ſuam ſententiam
dubiam interpretari, & etiam ſententiam
ſui delegati, ſed delegatus hoc facere non
poteſt, ſecundum Barto.in l. ab executione.
uerſi. ueniamus ad ſecundam partem, &c.
65 ff.de app.& Alexand.in rub.ff.de offic.eius,
col.3.† Trigeſimoprimo differunt,quia or-
e dinarius poteſt condemnare uictum uicto-
ri *e* ad expenſas, reſeruata ſibi taxatione,
l. terminatio C.de fruct.& lit. expen. & ibi
Bartol. & Bald. ſed delegatus hanc reſerua-
tionem facere non poteſt, & ſi fecerit, eſt
nulla, unde delegans poteſt poſtea taxare.
ita dicit Barto.in l.ab executore, colum. pe.
ff.de appel.& Barto.in d. l. terminato,quod
tamen intellige procedere in tali delegato,
qui non poteſt ſententiam exequi de quo
66 dixi ſupra 18. differentia. Secus ſi poteſt
exequi,ita dicit Bartol.in locis pᷓalleg.†Tri
geſimoſecundo differunt, quia ordinarius
poteſt cognoſcere de cauſis meri. & miſti
imperij. Intellige tamen de ordinario il-
luſtri, ſpectabili, uel clariſſimo, leg. illici
tas.§.qui uniuerſas,ff.de offic.præſ. de qui-
bus habetur per gloſſ.& Moder,in lege 1.ff.
de offic.eius,quia infimi magiſtratus, prout
ſunt defenſores ciuitatum, non habent hu-
iuſmodi cauſas, niſi modicam coertionem,
l.magiſtratib.ff.de iu.omn.iu. & in Authen.
de defenſo.ciui.§. apud. Verum hodie om-
nes magiſtratus municipales, qui capita-
nei appellantur, cognoſcunt de cauſis me-
ri,& miſti imperij. quia æquiparantur præ-
ſidibus,ut no.gl.in fin.in uerſicu.id eſt.C.de
præſcrip.long. tempo. quod fuit inductum
per pacem Conſtantiæ, ſecundum Bald in
titu.de pace Conſt.in verſic. criminalibus &
Ioan. And.in addi. Spec.in titu.de iu.om.iu.
colum.1.& Ang.in l.1.§.ſolent,ff.quan.app.
ſit. Sed delegatus non cognoſcit de cauſis
meri, & miſti imperij, quia talia delegari
non poſſunt,l.1.in princip. ff.de offic.eius,
& l. iubere cauere,ff.de iur.omn. iudi.& l.2.
C.de ped.iud. & l.nec quidquam, §. ubi de-
cretum. ff. de offi. procon. ſecundum unum
intellectum.Item, prædicta intellige de me-
ro imperio,maximo maiori,magno,& par-
uo. De minori autem, & minimo bene co-
gnoſcit delegatus,ſecundum Barto in l. im-
perium,colum.3.& 4.ff. de iu.omn.iud.Fal-
lit hoc ratione abſentiæ, uel infirmitatis,
quia tunc ordinarius delegat merum, &
miſtum imperium,ut d.l.1.uerſic.huius rei.
& ibi Bar.& Alexan.ff.de offi.eius,niſi quan
do ueniret pœna mortis, vel abſciſſionis
membri, quia delegatus non poteſt hmōi
cauſas decidere,ut ī auth.de colla. §. ad hoc
f prohibemus.Item,fallit *f* in principe, qui
poteſt huiuſmodi cauſas delegare,l.fina. C.
ubi ſena.uel clariſ.& Bar.in d.l.1.in 2. q.ff.
de offic.eius. Item fallit in cauſa reſtitutio-
nis in integ.quæ licet ſit miſti imperij, l. ea
quæ,§.1 & ibi no.ff.ad municip.tamen dele
gari poteſt,l.fin.C.ubi & apud quem. † Itē.
67 fallit *g* de iure cano. ſecundum quod om-
g nes cauſæ meri,& miſti imperij delegantur.
c.ꝙ ſedes,& ibi gl.de off.ord.& gl. in cle.1.
de off.dele.& Alexan.in conſi.106.col. pen.
in 2.uolum. † Item fallit in delegato prin-
68 cipis,qui poteſt huiuſmodi cauſas ſubdele-
gare,ſecundum gl.& Bald.in l.unica,C.qui
pro ſua iur.& Bar.in d.l.1. in 3. q. quamuis
ibi Alex. & alij contrarium teneant, tamen
iſta eſt magis cōmunis opi. quam reaſſum-
pſit ibi Iaſ.in d.l.1.col.19. & Abb.in cap.ue
nerabili,de offi.dele. † Quod limita.niſi ele
69 cta i nduſtria perſonæ.l. inter artifices. ff.de
ſol. & l. nemo.ff.de duobus reis,quod quo-
modo cognoſcatur, uide Abb. in cap. fina.
de offic.deleg.& Iaſo.in l.a iudice, C.de iu-
dic. Item limita, niſi eſſet facta delegatio
de aliquibus caſibus reſeruatis principi,
quia tunc non ſublegat,ut not. Alexand. in
d.l.1.col.fi.ff.de offic.eius.& Bald.in l.geſta,
70 C.de re iud. † Trigeſimotertio differunt,
quia eximens uocatum in ius coram dele-
gato, non tenetur edicto,ne quis eum, &c.
l.3.§.ſi quis,ff. ne quis eum.& Bald. in rub.
extra,de offi.del.colum.1.Secus ſi coram or
dinario,vt in toto illo ritu. & inſt. de act. §.
pœnales, ibi per Mod. & prædicta pro-

cedunt etiam in delegato principis, ſecun-
71 dum Alex in rub de offi.eius, col.2. † Tri-
geſimoquarto differunt, quia cap. ſede ua-
cante ſuccedit in iuriſdictione ordinaria,
cap.1.de maio & obed.lib.6.& c.2. ne ſede
uac.& no.in c.2.ne præla.vic. ſuas, non ta-
men ſuccedit in iuriſdictione delegata, ſe-
cundum Card.in clem.1.uer. duo, in 8. qui
de hære.& Gem.in d.cap.2 de maio. & obe.
lib.6.& Io.And.in c.cum olim,col.penul.de
maio.& obe. & habetur in c. ad abolendam
72 de hær. † Trigeſimoquinto differunt, quia
delegatus Papæ non poteſt demandare po-
teſtatem, abſoluendi ab excõicatione, nec
prædicandi, nec prouidendi eccleſijs de præ
latis cap.Is cui.de offic,deleg.lib.6.& tamen
ordinarius hæc omnia demãdare poteſt, ut
habetur in c.inter cætera,& fi.de offic.ord.
73 &c.cãm,de elect.& c.fi.de offic.del.† Trige
ſimoſexto differunt, quia ordinarius poteſt
libere inſtituere præſentatum in eccleſia per
patronos, cap. ex frequentibus, de inſt. ſe-
cus in delegato quando coram eo uertitur.
q.inter patronos de iure præſentandi & ipſe
fuit delegatus a Papa, ut ordinet eccleſiam
& prouideat de rectore, quia poteſt tantum
iudicare quis ſit inſtituendus, & epiſcopus
diœceſanus habebit ponere ipſum in eccle-
ſia, & inſtituere, ſed ipſe delegatus in-
ſtituere non poſſet, cap.ſuper eo.& ibi Ab.
74 de offic. deleg. † Trigeſimoſeptimo diffe-
runt, quia ordinarius poteſt imponere ma-
iores mulctas, l.eos. C. de modo mulcta. &
Alexand.in rub.ff.de offic.eius, capit.2.in
fin. Delegatus uerò licet poſſit mulctas im-
ponere, cap. paſtoralis, & cap. de cauſis, de
offic dele. non tamen poteſt excedere ſum-
mam ſex aureorum, ſi eſt de perſonis illu-
ſtribus, ſpectabilibus, uel clariſſimis. Si ue-
rò eſt de minoribus non poteſt excedere
tres aureos, l.2.de ſportu. & Hoſt. in d.cap.
de cauſis, & proceditur hoc etiam in delega
to Principis, ut ibidem dicit Alexand. Scias
tamen, quod hodie diſpoſitio d.l.eos, C. de
modo mulcta. non eſt in vſu, & iudices de
facto eam non ſeruant, ſed imponunt mul-
ctas ad eorum arbitrium, ita dixit Specu. in
titu.de ſent.prola §.ſpecies, uer. ſed nũquid
iudex, &c.& Alexan.in conſil.25.in 2.uol.
col.peu.& Iaſ.in l.3.§.quid prætor.in fin.ne
75 quis eum † Trigeſimooctauo differunt, qa
ſi delegans excõicetur, non per hoc ſuſpen-
ditur iuriſd.delegati, ſecundum gl. & Inno.
in ca.licet, de offi.del.& Spec in titu. de iud.
del.§.reſtat.uerſ.quid ſuper duobus,& c. ſe-
cus eſt in uicario, qui habet iuriſdictionem
ordinariam, ut ſupra dixi, & tamen excõica
to epiſcopo ſuſpenditur iuriſdictio vicarij
cap.Romana, de offic.uic.lib. 6. unde tamen
Abb.in d.cap.licet.qui non tenet indiſtinctè
illud, quod dixi de delegãte excõmunicato,
nam diſtinguit prout in delegante mortuo.
ſ.aut fuit excõmunicatus reintegra, aut non.
Illud tamen quod dixi de uicario, non
intelligas, procedere in quolibet ordinario.
ut per Abb.in d.ca.licet, colum.fi. quia iuriſ-
dictio ordinarij non finitur morte conſti-
tuentis, multo minus finitur excommunica-
76 tione.† Trigeſimonono differũt, quia ordi
h narius poteſt delegare cãm h cũ clauſula, ap
pellatione remota, quod intellige de tali
ordinario, qui habeat ſupremam poteſtatẽ,
prout eſt Princeps, quia ſolus Princeps uti
tur iſta clauſula in delegationibus, ut eſt
gl.in c. ſuper queſtionum, in princ. in uerſ.
prouocationis.de offi.deleg & glo.in cap.q
tranſlationem, in glo.mag.in fi.de offi.dele.
& text.in l.1.in fi.ff.a quibus appell.non li-
cet, & Spec.in tit.de legato §.nunc oſtenden
dum.uerſicu,14.ſed delegatus Principis non
poteſt cauſam ſubdelegare, appellatione re-
mota, tex.eſt in d.c.ſuper qõnum §.nos aut,
de offi.deleg.& Abb.in d.cap.ſuper quæſtio-
num.§.ſi uero, in 2. no. Scias tamen, quod
iſta clauſula non operatur in præiudicium
tertij, quia non impedit tertium appellare,
tex.eſt, & ibi Abb.in c.ſuper eo.de off. dele.
77 † Quadrageſimo differunt, quia quando cõ
mittitur ordinario per ſuperiorem aliqua
cauſa, quæ ſpectabat ad eius iuriſdictionẽ
cenſetur eius iuriſdictio excitata, adeo q
non per hoc efficitur delegatus, ſed rema-
net ordinarius etiã in illa cauſa, & illa com-
miſſio appellatur iuſſus & non delegatio.
tex.eſt in Auth.ut nulli iud.§.& hoc uero iu-
bemus. propter quem ita tenent Barto,& Do
cto.in l.more, ff. de iu. om. iud. & Fely. ple-
nè in cap.licet de offi.ord.ſecus eſt, quando
fit commiſſio alicui, qui non erat ordina-
rius in illa cauſa, quia ille cenſetur mere
delegatus, ut in toto tit.de offic. deleg. illud
autem, quod dixi in ordinario, limita, niſi
in commiſſione eſſet in aliquo alterata eius
iuriſdictio. quia cenſetur tunc delegatus,
& non



& non dicitur tunc iuriſdictio excitata, ſe-
cundum Felyn. in d.cap. licet. ubi plene de
hoc.Rob.de Venuſ.V.I.D.

ADDITIONES.

a Ordinarius.Veſtri.in praxi Ro.Curt.lib.3.
cap.3.nume.2. Vant.in tracta. de nullit. tit.
de nullit, ex defectu iuriſd. & unde, & qui-
bus.nume.14. & 31, Capic.deciſ.130.num.
26.cum ſeq.

b Delegatus. Nicol. Bello.lib.1, ſupput. iur.
cap.11.Cagno, in libello exercitationis poſi
to inter lecturas poſt l. 2. ff. de orig. iur. in
princip.

c Vicarius. Et an ſit aliqua differentia inter
delegatum, & Vicegerentem, ſiue Vica-
rium, uide Bello, d. libro 1. ſupput.iur. ca-
pitul.12.

d Iuriſdictionem. Nicol.Bello.lib.1.ſupput.
iur.cap.11.nume.3, Coraſ.lib.3.miſcell.cap.
19.nume.12, Couar.lib.3.reſolut. cap. fina.
nume.4.

e Epiſcopus. Couarru.lib.3.uariar.reſol.cap.
fin. numer.4. dicit quod æquiparantur Pro-
conſulibus, qui olim mittebantur a Senutu
Romano.

f Delegatus. Couarru.lib.1. pract.qq.cap.4.
nu.7.col.4.uerſi.quando autẽ committitur.

g Appellaretur, Cum magna tñ cauſa, ut per
Tiraq.in præfatione tracta.de pen.nu.34.

h Ad Epiſcopum. Poteſt bene Epiſcopus re-
ſtituere in integrum, aduerſus ſententiam
ſui Vicarij, Felyn.in capit. dilecti in 9.quæ-
ſtione de appell.

i Ego. Contra per Curt. iun. in d. rub. ff. de
offic.eius. Couarru.lib.3. reſolut, cap.fin.nu.
4.col.2.

k Expedire. Quid de modica coertione cor-
poris, & an poſſit delegari Bar.in l.imperiũ.
nu,11. & Dec.num.50.ff.de iuriſd. om.iud.
Bellon lib.4. ſupp.iur.cap.13. Vacon.lib. 3.
declarat.iur.ciu declarat.220.

l Delegatus.Deci.cap.3.colum,3,extra de of
fic. deleg. Præpoſ. in cap. per uenerabilem.
§.quod autem. extr.qui fil.ſint legit.colum,
37.contra per Couarru.d.lib.3.reſolut.cap.
fin nu.10.

m Subdelegatus.Felyn. in c.ſuper quæſtione,
nume.16. de offi.deleg, Iaſ.in l.a iudice nu.
8.C.de iudi.contra per Deci. in c. cum cau-
ſam, de appell. & Purp.in l, more, nume.98.
ff.de iuriſd,omn.iud.

n Appellatur, Couar.lib.1.pract.qq.c.4.nu.7.
uerſic.quarta concluſio, ubi latè.

o Non tenetur. Nec in praxi obſeruetur, ſed
obſeruandum eſt quid moribus & conſue-
tudine eſt receptum Couarr. d.lib.1. pract.
qq.cap.4.nu.8.uerſi.ſed & Carol.col.2.

p Fauorabilem. Et firmiorem Bello.lib.3.ſup
put iur.cap.18.nu.2.

q Delegatis. Limita, ut per Soci.in tracta.fal-
len.reg 355 ſententia.

r Differunt. Rip.in l naturaliter §.nihil com
mune, nume.105.ff.de acquir poſſ.

s Odioſa.Gloſ in uer. uel contentionis in fi.
c.diſpendia, & gloſſ.in c.1.in uer. proceſſus
in fi.de reſcrip.in 6.Dec.in c.ad hæc, il 1.nu
mer.3.de appel. Staphil. de liter. grat.& iu-
ſtit.in præiudi. nu.16. Deci.conſi.224.

t Adiunctus. Alex. conſi.12.col.1.lib.6, Co-
uarru.lib.1.pract.qq.cap.26.& per totum in
materia recuſationis.

u Diſponit. Coral.in leg. 15. ff. de iuriſdict.
omn.iud.

x Executioni. Et illam exequi debet, etiam
ſi eſſet iniuſta, Anchar.conſil.382. col. pen.
Couarr.lib.1.uaria. reſolut.c.1.nu.4. & 10.

y Poteſt. Et eſt communis opinio. Caſſado.
deciſ.13.num.4.tit. de reſcript.Franc.Mar.
q.delfin.284.

z Perſonis. Duenas. lib.1.reg.utr.iur.reg.83.
cauſæ. Bellam. deciſ.126. Quid in executio-
nibus gratiarum, an eis perſonis ſint com-
mittendæ, Franc.Marc.delfin.1093.

& Iterum. And.de Alfer.quæſt.1.nu.169.in 2.
par.princ.q.1. incipien. Antonius ciuis Flo-
rentinus

a Principe. Eſt communis, de qua per Bello.
lib.3.ſupp.iur. cap.18.num.2.ipſe tamen cõ
trarium tenet ibi.

b Vterque. De communi per Iaſo. in l. quod
iuſſit, nume.46 ff. de re iudic. Rot.deciſio.
445.in antiq.Veſtri.in pract.Rom Cur.lib.
7.cap.1.num.16.ubi addi.Grauat. litera M.
nu.33.limitantis tribus modis.

c Non iudicem. Secus ſi pronuntiauit ſe iu-
dicem, quia reuocare non poteſt, & eſt com-
munis, de qua per Iaſ.in d.l.quod iuſſit nu.
9.ff.de re iud. Grauat. in addit.ad pract.Ve-
ſtri lib.3.cap.10.nu.6.

d Inſerto tenore.Lap. alleg.55. Guido. Pap.
deciſio 445. Alexand.lib.7.& conſil.200. in
fi.lib.2. Deci.conſ.214. Amplia habere lo-

eum etiam in Ordinario. Grauat. in addit. ad pract. Octa. Veſtr. cap. vlt. lib. 7. num. 39. & 40. Rot. deciſ. 355. ſi executor de ſenten. & re iudi. in antiq.

e Expenſas. De expenſis, & earum condemnatione, uideas Couar. lib. 11. pract. qq. cap. 27. per totum.

f In Principe. Guid. Pap. deciſ. 624. clarum, nu. 1. Soc. conſi. 44. lib. 2.

g De iure canonico. Late examinat hunc articulum Couarru. libr 3. reſolut. cap. 20. per totum, Deci. in l. 1. nu. 28. ubi Cur. iun. num. 26. ff. de offic. eius, Guid. Pap. d. deciſ. 624. nume. 2.

h Clauſula. De iſta clauſula, appellatione remota, uide Rip. reſpon. 1. titu. de conſtit. & ſtatu. Alexan. conſi. 225. nume. 13. & ſeq. lib. 6. & conſil. 139. nume. 1. lib. 7. Couar. lib. 1. pract. qq. capitu. 15. nume. 5. col. 2. uerſi. quãdo ſi. infra, in 6. par. prin. par. 2. actu, nu. 338.
Ludouicus Alferius.

## Iudiciorum VI. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud conuentionale, & aliud recõuentionale.*

2 *Compenſatio locum habet, ubi debitum eſt liquidum: non aliter. Item ceſſat, ubi debetur ſpecies.*

3 *Compenſatio fit de liquido ad illiquidum, quãdo per confeſſionem facta eſt liquidatio, & nmue. 27.*

4 *Compenſatio an ſimilitudinem aliquam habeat cum reconuentione.*

5 *Reconuentio ante litis conteſta. fieri debet, uel incontinenti poſt alias pari paſſu cum conuẽtione non ambulat. Intellectus ad cap. diſpendia. §. reus, de reſcrip. lib. 6.*

6 *Reconuentio facta poſt litem conteſtatam an habeat effectum iuriſdiſtionis prorogatiuum.*

7 *Reconuentio pari paſſu ambulat cum conuentione, & fit proceſſus ſimultaneus, ſed debet prius reus actori reſpondere & poſtea econtra.*

8 *Reconuentionis, & conuentionis cauſa, quãdo ſimultaneo proceſſu non terminantur.*

9 *Actor non reſpondente reconuentioni, denegatur audientia ſuper ſua conuentione.*

10 *Cauſa reconuentionis debet una & eodẽ ſententia terminari, niſi primo liqueret de una cauſa, quia poteſt unam tantum diffinire iudex.*

11 *Appellatio a ſententia lata in cauſa conuentionis, non impedit iudicium procedere in cauſa reconuentionis, de qua tam cito liquere non potuit.*

12 *Proceſſus ualet, licet iudex cauſam reconuentionis pari paſſu non expediat, ſed male facit, & debet appellari.*

13 *Reconuentio an coram fiat delegato, & num. 29 & 60.*

14 *Reconuentio an fiat coram diuerſis iudicibus, & nume. 19.*

15 *Reconuenire poteſt reus non ſolum ſuper actione orta ante reſcriptum, ſed etiam poſt.*

16 *Reconuentio an fiat coram iudice, aduerſus quem reus nonnulla oppoſuit.*

17 *Actor ſi vult deſiſtere a conuentione, ne reconueniretur non poteſt.*

18 *Actor poteſt reconuenire reum, ſuper re non comprehenſa in reſcripto.*

20 *Reconuentio an coram arbitro locum habeat.*

21 *Actoris laudatio, an habeat locum coram arbitris iuris.*

22 *Arbitri iuris, an habeant ordinariam, uel delegatum poteſtatem, & ad quem appelletur ab illis.*

23 *Reconuentio an fiat coram iudice prorogato.*

24 *Coram iudice appellationis an reconuentio fiat, & nu. 17. & 18.*

25 *Appellatio reducit cauſam ad illum ſtatum, in quo erat cauſa principalis poſt litem conteſtatam.*

26 *Appellatio ab interlocutoria, deuoluit causã principalem coram iudice appellationis, quãdo pronunciando bene appellatum, interlocutoriam retractauit.*

27 *Appellatio extraiudicialis, in quibus differt a iudiciali.*

28 *Reconuentio an locum habeat coram iudicib. particularibus an certa negotia, uel perſonas deputatis.*

29 *Prorogari non poteſt iuriſdictio delegati.*

30 *Prorogatio iuriſdictionis, quædam eſt uoluntaria, & quædam neceſſaria.*

31 *Delegata cauſa principali, cenſetur etiam delegata cauſa acceſſoria, & connexa.*

32 *Reconuentio an fiat coram iudice cauſarum certæ ſpeciei de cauſa alia ſpeciei diuerſa.*

33 *Intellectus ad l. ſi idem cum eodem. §. quòd ſi inuitus. ff. de iur om iud.*

34 *Iudex habens limitatam iuriſdictionem acceſſoriæ, & incidenter, de cauſa diuerſæ ſpeciei cognoſcere poteſt.*



35 *Iuriſdictione ordinaria conceſſa, id conceſſum cenſetur, ſine quo illa explicari non poteſt.*

36 *Reconuentio an fieri poſſit, quando iudicis officium imploratur.*

37 *Reconuentio non fit, ubi per uiam extra iudicialis iuriſdictionis proceditur.*

38 *Reconuentio an locum habeat in cauſis ſummarij.*

39 *In cauſis executiuis, an fiat reconuentio.*

40 *Recõuentio non fit, ubi præſentatur inſtrumẽtũ ſecundum formam ritus, nec quando creditor petit familiã, ut ingrediatur poſſeſſionem uigore pacti executiui.*

41 *Recõuentio an, & quando locũ habeat in cauſa poſſeſſorij, & num. 33. cum plur. ſeq.*

42 *Spoliatus agens non teneatur aduerſario ſuo reſpondere niſi prius reſtituatur. Quod limita, num. 44. 47. & 48.*

43 *Priuilegiatus non utitur priuilegiato ſuo contra pariter priuilegiatum.*

44 *Poſſeſſoria remedia an dicãtur ita priuilegiata contra tertios non ſpoliantes, ſicut contra ipſos ſpoliatores.*

45 *Poſſeſſorium retinendæ datur ei, qui moleſtatur extra iudicium, ſecus ſi in iudicio.*

46 *Cauſa quælibet poſſeſſoria, eſt ſummariæ.*

49 *Reconuentio an fiat de poſſeſſorio, ubi agitur petitorio.*

50 *Spolium an deducatur in iudicio per uiam actionis uel exceptionis, & quæ ſit differentia.*

51 *Poſſeſſorium recuperandæ intentatum, an ſuſpendatur per exceptionem ſpolij alterius rei, oppoſitam reo.*

52 *Spoliatus citatus per ſpoliantem in alia cauſa, poteſt contra citationem opponere, & non tenetur comparere, nec reſpondere.*

53 *Clericus reconueniri põt coram iudice laico.*

54 *Clericus ſuccumbẽs coram iudice laico, poteſt per eum condemnari ad expenſas.*

55 *Reconuentus an poſſit renunciare ſuæ conuentioni, ad impediendum reconuentionem.*

56 *Reconuentio an, & quando locum habeat in criminalibus cum nume. ſeq. & num. 61.*

57 *Accuſator non admittitur in regno, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, & numero ſequent.*

58 *Diſpoſitio l. prima. C. qui accuſ. non poſſ. eſt hodie correcta in regno per conſtitutionem, ſi ciuiliter agens.*

59 *Nomen rei, quando receptum dicatur inter reos.*

60 *Reconuentio non fit in criminalibus coram iudice incompetẽti, reſpectu reconuenti, & nu. 67. 68.*

62 *Reconuentio in regno hodie in criminalib. nõ procedit, per ritus magnæ curiæ p quos multæ leges iuris communis ſunt correcta, & cõſtitutio, ſi ciuiliter agens, &c.*

63 *Nouum delictum quod dicitur.*

64 *Diſpoſitio l. neganda C. qui accuſ. non poſſ. eſt hodie correcta.*

65 *Reconuentio an habet locum, ubi per inquiſitionem proceditur.*

66 *Reconuentio de cauſa ciuili, an fiat per accuſatum criminaliter, & è contra.*

SExta diſtinctio principalis iudiciorum
1 eſt, quia. † Iudicium aliud dicitur con
uentionale, & aliud reconuentionale.
a Iudicium *a* conuentionale, eſt illud,
in quo prima conuentio deducitur. Iudiciũ
reconuentionale, eſt in quo deducitur ſecunda cõuentio, quę fit ex aduerſo per reũ contra actorem, de quo loquitur, l. cũ Pap. & auth. & conſequẽter. C. de ſen. & totus ti. extra de mut. peti. Eſt igitur ſciendum, quo ad prędictam huius iudicij reconuentionalis, quod rętus conuentus in iudicio, ſi debet aliquid conſequi ab actore hẽt duplex reme-
2 diũ repulſandi actorẽ. † Primum eſt, per viã
compenſationis, quam poteſt ſibi opponere, etiam ſi eſſet debitor naturaliter tantũ, l. quod in diem, §. etiam. ff. de comp. Verum, quia non ſemper datur ſibi hoc remedium, quia ita demum habet locum compenſatio, ſi debitum eſt utraque parte, liquidum. Secus ſi ex una parte tantum ſit liquidum, uel ſi ex una parte debetur ſpecies, & ex alia quã
b titas, tunc enim non admittitur *b* com-
penſatio tex. eſt, & ibi Bald. planè in l. fin. C. de comp.

ADDITIO. Liquidi ad non liquidum (ut inquit auctor) compenſationem minime fieri, quod ſanè intelligendũ eſt, vt procedat quando id pro quo cõpenſatio fieri vult, liquidari nõ põt infra breuẽ terminũ iudicis arbitrio ſtatuendum, ſed prolixam indaginem requireret, at ſecus ſi breui termino liquidari poſſet quod totum iudicis arbitrio committetur vt voluit Bal. in d. l. finali. C. de compen.
Petrus Follerius. V. I. D.

3 † Illud autem, quod dixi de debito liquido ad illiquidum, ut non fiat compenſatio limitatur niſi debitum actoris eſſet liquidatum per confeſſionem rei, quia tunc admittitur compenſatio de debito rei illiquido, quod uenit liquidandum in proceſſu, ſecũdum Bal.in d.l.fin.colum.2. & Abb.in cap. cum Ioan. in 3.no.de fid. inſtru. & ratio eſt illa quæ ſumitur ex l.cum, qui.ff.de iureiu. In illis ergo caſibus, in quibus ceſſat remedium compenſationis, neceſſe eſt, reo recurrere ad ſecundum remedium. ſ.reconuentionis, per quod plenius ſibi cõſulitur.

4 † An autem compenſatio habeat aliquam ſimilitudinem cum recõuentione, uide Bal. in d.l.cum Papin.in fin.C.de ſent.

ADDITIO. Debiti per confeſſionem rei liquidati ad debitum illiquidum admitti compenſationem (ut uides) receptum eſt, quod quidem procedere ſcias, ut non ita indiſtincte procedat, ſed totum iudicis arbitrio committitur, ſicut quando liquidatio foret facta per probationem teſtium, uel inſtrumentorum (ut ſupra dixi) ut ſi infra breuem terminum moderandum poſſet liquidari admittatur, alias ſecus, & ita loquitur Bald.in d.l.fin.ſi recte inſpiciatur, & ita uoluit Cyn. ibidem ut refert, & ſequitur dom.Abb.in cap.2.extra de dep. licet in eo caſu uoluerint Cyn. & Abb. maiorem dilationem debere dari per iudicem ad liquidandum, quam daretur in alio caſu quando non eſſet liquidatum per confeſſionem, ſed per alias probationes, & ita etiam fir-
5 mat Tind.in tra.de comp.in ar.8. num.38.
c Pet.Foller. † Super hoc iudicio *c* reconuentionali pro aliquali introductione ad practicam, proponam diſcutiendas tres q. Prima erit, quæ ſit natura reconuentionis a principio iudicij, uſque ad fin. Secunda, coram quibus iudicibus poſſit opponi reconuentio. Tertia, de quibus cauſis opponi poteſt.

*Quæſtio prima principalis.*

REDEO ad primam q. ſuper qua puto conſiderandam eſſe eius naturam, quo ad tria. Primo, quo ad tempus ſuę propoſitionis. Secundo, quo ad telam ſuæ proſecutionis. Tertio, quo ad finem ſuæ determinationis. Quo ad primam conſiderationem: dico, ꝙ natura reconuentionis eſt, ut proponatur in principio litis ante litẽ conteſtatam in cauſa conuentionis. Tunc enim dicitur uera reconuentio, & pari paſſu procedit cum ipſa conuentione, & iſta eſt communis opinio omnium docto. & probatur per glo.in cl.ſępe.§.uerum in uerb. exordio de uerb.ſign.& per Philip.Dec.in conſi.ult. quod eſt in numer.200.col.2. & Fel.in c.1. de mut.pet.quidquid teneat Spec. in tit. de recon.§.ſequitur.ubi dicit, ꝙ uſque ad concluſionem in cauſa poteſt fieri recõuentio, tamen eius opinio non eſt uera.ſ.quod ad hoc, ut pari paſſu ambulet cum conuentione. Nam uerum eſt, quòd poteſt fieri poſt litem conteſtatam, & in quacunque parte iudicij. tamen tunc non dicitur uera reconuentio, quia non ambulat pari paſſu nec per eam retardatur cauſa conuentionis, ſecundum Phil.Dec.in d.conſ.ult.col.2.& ita intelligitur text. in c.diſpenſa.§.reus de reſcrip.lib.6.& ita etiam declarat Lanfr.in cl. ſæpe, col.8.in fi.uerſic.ſequitur tex.in uerb. exordio, &c.de uerb.ſign. Poteſt etiam fieri reconuentio poſt litem conteſtatam, dummodo fiat incontinenti ante, quam iuretur de calumnia, ita tenet Bald.in c.cum ueniſſet. de iud. & Iaſ.in l. non ſolum. §. morte, col.6.ff.de op.no.nun.

ADDITIO. Reconuentione etiam poſt litem conteſtatam fieri poſſe (ut uides) conſtitutum eſt, differt tamen ab ea quę fit ante litem conteſtatam, quia non fit in ea
6 ſimultaneus proceſſus. † Sed utrum dicta reconuentio habeat ſaltim effectum iuriſdictionis prorogatiuum (ut.ſ.poſt litem cõteſta. ex interuallo poſſit fieri reconuentio coram iudice, quia alias non ſit iudex actoris) in quo quidem uarij uaria dixere, ut refert late Mar.Soc. in cap. ex literis extra de mut.pet.nu.97.in 6. princ. arti.qui tandem relatis omnibus opinionibus dicit poſſe cõcludi, quod aut quæritur utrum ante litem conteſtatam quandocunq; poſſit reconuentio fieri, & dicit quod ſic, ita tamen ſi non obſiſtat qualitas cauſæ, uel iudicis, uel quid ſimile, aut quæritur an in ipſa litis conteſtatione fieri poſſit? & idem tenendum eſt, & in hoc dicit quod omnes concordant, aut dicit (ipſe) quæritur ſi poteſt litem conteſtatam fieri, & incontinenti, & ubique fieri poſſe dicunt doctores, aut quæritur, an, & ipſa reconuentio fieri poſſit poſt litem cõteſtatam? & in hoc dicit uarias re-

periri



periri opiniones quas arbitratur poſſe reduci ad concordiam hoc modo uidelicet, ꝙ reconuentio fieri non poſſit inuito actorem, nam per uiam proprię reconuentionis fieri non põt cum ſimul tractari no poſſint. nec etiã per uiã improprię reconuentionis, reſpectu duntaxat priuilegij prorogationis niſi ex uoluntate actoris, Vnde dicendum eſſe (inquit) ꝙ ſi reus conuenit actorem poſt 9
lit.conteſt. ex interuallo, & auctor cõtradicit, ꝙ non ſit facta debito tpe, & ꝙ nõ uult rñdere niſi corã ſuo iudice, & hoc caſu non procedit reconuentio, etiã reſpectu prorogationis, quia ad ipſam exigitur conſenſus prorogationis, ꝙ arbitratur uerũ eſſe, niſi caſu eſſet tpe peritura, uel eſſet talis cauſa, quę indigeret celeritate, aut actor non cõ- 10
tradicit, & procedit reconuentio, ſaltẽ per uiam prorogatiuã, & ita concludit Pet.Fol.

7 † Quo ad ſecundã conſiderationem.ſ.circa proſecutionẽ ipſius recõuentionis. Natura eius eſt, ut pari paſſu ambulet cũ cõuentio-
d ne, & ſic fiat *d* ſimultaneus proceſſus. uidelicet, quia eodem tpe quo lis conteſtatur in una, debet cõteſtari in alia, & ſic in datione termini probatorij, in publicatione, concluſione, & alijs actis cauſę. Verũ prius rñdebitur, & fiet actus ſuper cõuentione, & poſtea ſuper reconuentione, immediate. ita declarat Bar.in d.auth.& cõſequenter, col.2.uer. Tertio eſt uidendũ, &c. C.de ſent.per regulam traditã in l. qui prior.ff.de iudi. & uide Bald. in d.l.qui prior ubi pulchre declarat hanc materiã. Et addit etiã, ꝙ prius debet allegare aduocatus actoris, & poſtea aduocatus rei & iſte ordo adhibeẽ, ẽt in diſputationib. ẽm Bald.in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.

ADDITIO. Simultaneo proceſſu cau- 11
ſa conuentionis, & reconuentionis termi-
8 nari debet. † Quod uerum eſt niſi eſſet cauſa quæ celeritatem deſideraret, & immineret periculum animarum, quia tunc prius decideretur ſuper eam, ſi de ea conſtet, per c.ex conquęſtione, el 1.de reſt.ſpol. uel niſi petito actoris exigeret altiores dilationes, & intrincationes, quia tũc diceret differri, & reconuentio antea expedire, & ſi reconuentio exigeret, lõgiores dilationes poſſet expediri cõuentio per l.qui prior.ff de iud. de quo ad ſaturitatem per Mar.Soc.in cap. prudentiam extra de mut.pet.num.17. ubi arbitrabatur id maxime procedere quando illa cauſa quæ poſſet facilius expediri, eſſet pauperis arg.no. per gl.2.q.1. in primis, & ultra dicit, quod tunc ſimultaneo proceſſu 1
debet cauſa expediri conuentionis, & recõuentionis, quando detur poſſibilitas expediendi utranq; cauſam, at ſecus ſi eſſet aliquid iuſtũ impedimentũ quo nõ poſſet ꝓcedi ad expeditionem talẽ. Pet.Fol.V.I.D.

9 † Si autem actor nollet reſpondere ſuper reconuentione, patitur iſtam pœnam, quia minime proceditur in cauſa conuentionis, & denegatur ſibi audientia, donec reſpondeat ſuper reconuentione, ita dicit Spec.in tit.de recon.§.fi.ubi plures allegat, & habeẽ in c.1.& 2.de mut.pet.& Spe.in tit.de recõ. §.uidendum uer. ſed nunquid ſi actor, &c.

10 † Quo ad tertiam conſiderationẽ.ſ.quo ad finẽ reconuentionis. Breuiter natura recõuẽtionis eſt, ꝙ debet eadẽ ſnĩa determinari cum cauſa conuentionis, quia iudex debet utranq; cauſam inſerere in una & eadẽ ſnĩa ẽm Barto.in d.auth.& conſequenter, col.2. uerſi.item dictę cauſę, &c. & licet dicat ibi Bar.ꝙ primo debet ferri una ſnĩa, & poſtea alia, nõ per hoc contrariatur, quia eius ſenſus eſt, ꝙ ambę cauſę debẽt poni in una ſnĩa ſcripta in eadem charta. Verũ primo ſcribi debet c.conuentionis, & poſtea reconuentionis, ẽm ordinem ipſarum cauſarum. Sed unum poſt aliud immediate legi, & proferri debet, uñ quo ad iuris diſpoſitionem duę dicuntur ſententię, quia duo ſunt capitula, l.etiã.ff.de min. & l.quędam mulier.ff.fam. herciſc.ſed quo ad unicam ſcripturã, & unicam prolationẽ, dicit una ſnĩa, & ita debet intelligi hęc materia, ut declarat Abba. in c.1.col.4.de mut.pet. & Spec.in tit.de recõ.
11 §.uidendum, col.2. † Iſtud tñ, ꝙ dicitur de una ſentẽtia, limita procedere, qñ de utraq; cauſa pariter liqueret, ſecus autem ſi prius, liquet de una quã de alia, quia iudex poteſt, pronunciare ſolum de ea cauſa, de qua liquet, & ſuperſedere in alia, nec per hoc facit litẽ ſuã, quia lege ꝑmittente id facit. Ita tenet Abb.in d.c.1.col.3.de mut.pet.& Spe. in d.§.uidendũ uer.& ſi iudex. Hinc eſt, ꝙ ſi appellareẽ ab illa prima ſentẽtia lata, puta in cauſa conuentionis, poteſt nihilominus iudex procedere ad ſententiam in cauſa reconuentionis, & illa appellatio non ligat &
manus iudicis in cauſa recõuentionis, quia quo ad hoc, cenſentur diuerſę cauſę, & non

 una

una ita tenet Spec. in d.§. uidendum, circa
fi.uer.ſed pone,& habetur per doc.minime
Phil in fin.col.in cap. ſuper eo.el 1. de app.
12 † Quid autẽ ſi iudex nollet procedere pari
paſſu in utraque cauſa, ſed ſolum in una
procedit prius, uel in una tantum pronun-
ciat,& non in utraque, an ualeat eius ꝓceſ
ſus ſnĩa?uel dẽat ab eo appellari? Dic,quod
uera concluſio eſt,ꝙ nõ per hoc ſnĩa eſt nul
la, nec proceſſus eſt nullus, ſed iudex male
agit,unde debet appellati tex.eſt in l.1.§.fi.
ff.quæ ſen. ſine app.reſc. per quam ita tenet
Spec.in titu.de recon.§.uidendum uerſi. &
ſi iudex,& Abb.in d.cap.1.colum.3.in fi.de
mut.pet.Rob.Mar.Ven. V.I.D.

ADDITIO. Adde plene dicta per
do.Mar.Soc.in d.c.prudentiam,vbi vltra di
cit prædicta procedere, qñ eſſent tales mu-
tuę petitiones, in quibus data liquidatione
admitteretur adinuicem cõpenſatio, ut qa
ambæ conſiſterent in quantitate, ita ꝙ una
impediret executionem alterius rõne com-
penſationis,et l.neque, C. de compenſ. ubi
autem in petitionibus eſſent talia deducta,
in quibus non admitteretur compenſatio,
& in quibus non uideretur procedere,tunc
nõ impediretur alterius executio per no.in
l.neque & in l.ſi cõſtat,& ĩ l.ſi.C.de cõ.P.F.

13 Secũda qõ principalis, eſt † corã quibus
e *e* iudicibus habet locum reconuentio.Et ſu-
per hoc ſunt proponendæ aliquę q.Sed pro
rñſione,dicas,ꝙ regulariter corã omni iudi
ce locũ hẽt.niſi expreſſe reperiatur prohibi
ta,per reg.c.cuius agendo 3.q.8.& l.cũ Pa-
pin.in fi.C.de ſent.Primo igitur quæro, an
f coram iudice delegato habeat locum *f* re-
conuentio. Dic quod ſic, nam in hoc non
differt delegatus ab ordinario,cap.1.& ibi
Abb.in 1.col.de mut.pet.& Spec.in titu.de
rec.§.1.uerſic.1.& Bar.in 1.authen.& conſe
quenter,col.pen.uerſic.quæro, utrũ iſta au
then.&c. & Bar.in l.fi.ff. quod quiſque iur.
& Bal.in l.neque in fi.C.de comp.Quod in
tellige, qñ delegatus fuit impetratus ad in-
ſtantiam unius partis tantum puta actoris,
quia tunc uiget rõ tradita in d.l. cum Papi.
in fi.ſ. quod ipſe actor, qui impetrauit iu-
dicẽ pro ſe,non debet dedignari hr̃e eundẽ
iudicẽ contra ſe ſecus,eſt qñ delegatus fuiſ
ſet electus de conſenſu utriuſq; partis,quia
g coram eo non habet *g* locum reconuentio.
quia ceſſat dicta rõ,ita tenet Barto.in d.au
then.'& conſequenter in fi.uerbis, & Abb.
in d.c.1.col.1.in fi.col.pe.de mut.pet. Item
fallit, qñ fuit electus motu proprio princi-
pis, quia ſimiliter ceſſat tunc reconuentio
ita tenet Iaſ.in l.3.in princ.col.fi.ff.qđ quiſ
que iur.Et ad materiam huius quęſtio.uide
unũ dubium,quod tangã, infra in 5. quæſt.

14 ADDITIO. Adeo.n.uera ſunt ea quę
hic dominus actor inquit,ꝙ procedunt nõ
ſolũ per uiã proprię reconuentionis, ſed ẽt
per uiam impropriæ reconuentionis,(ut ſi
actor uellet reum pluribus actionibus per-
ſonalibus conuenire)non poteſt impetrare
literas ad diuerſos indices delegatos ca.di-
ſpendia,in princ.de reſcr.lib.6.item proce-
dũt ut ſi uoluerit reus durante iudicio cõ-
tra actorẽ impetrare literas tã ſuper conuẽ
tione,quam reconuentione, non põt impe-
trare ad alios iudices, ſed ad eoſdem bene
poteſt,corã quibus p̃ lr̃as actoris fuit conuẽ
tus,iuxta tex.in c. diſpendia,§.reus, de reſ.
lib 6.ꝙ quidem adeo procedit vt ſi impetra
ret literas delegatorias ad alios iudices,quã
electos per actorem,ſi ſunt impetratę ſuper
reconuentione fienda finita lite incepta cõ
tra eum,per actorem,non ualet impetratio
ipſa, ſed ſi fuerint impetratæ ſuper conuen
tione ut finita lite incepta contra eum poſ
ſint exequi,bene ualet impetratio Secundũ
veram opinionem ſecundum Mar.Socin.in
15 c.ex literis in 4.part.n.18.de mut.pet.†Itẽ
adeo (ut dixi) dicta procedunt ut nõ ſolum
reus recõuenire poſſit actorem ſuper actio
ne orta ante impetratum,reſcriptum,ſed ẽt
orta poſt reſcripti impetrationem ab acto-
re factam,ut dicit,& firmatã reliquit eodẽ
quo ſupra loco Marian.Soci.nu.19.Itẽ non
ſolum reus poteſt reconuenire actorẽ corã
iudice impetrato etiã per literas apoſtoli-
cas ſi ſit actor ipſe infra unam dietam, ſeu
duas a fine diœceſis rei.per ſtatutum de re-
ſcr.in 6.ſed etiã ſi longius diſtaret,forte per
quinque,decẽ, uel plures dietas, ſecundum
Spec.in ti.de recon.§.1.uerſi.quid ſi aliquis
16 tex.iñ 3.q.8.cuius in agendo. † Item proce
dunt, ut & ſi reus nonnulla opponi fuiſſet
contra reſcriptũ impetratũ per actorem,&
ſuccubuiſſet, nihilominus recõuentio corã
eo fieri poſſet,ſecũdũ Bart.Briſſic.in q. ue-
neral.31.ſed Spec.in titu.de recon.§.1.in fi.
poſt Barto. Bri. diſtinguit. quòd ſi reus iu-
ſto errore ductus dixit reſcriptum falſum,
uel



uel oppoſuit talia aut ſimilia, hoc non ob-
ſtante poterit reconuenire act.2.q.3.c.pau
lum,& in c.ſtatuimus de elect.li.6. alias nõ
poterit recõuenire,de quo per Mar.ubi ſu-
17 pra nu.21. † Itẽ procedũt adeo ut ſi actor
uellet deſiſtere a cõuentione per eum facta i
corã delegato non poſſet in præiudicium
rei uolentis reconuenire, & hoc uerum eſt
poſt recõuentionẽ factam,quia ante factam
reconuentionem poteſt actor deſiſtere in
totũ,ut non reconueniatur,ſecundum Ma
18 rian.Soc.in loco de quo ſupra nu. 22 † Itẽ
procedunt ut ſi actor reconuentus coram
iudice delegato uoluerit reconuenire ſu-
per re non comprehenſa in reſcripto eun-
dẽ reum quia põt ſm ibidem nu. 22. Item
procedunt, & habent locũ ſiue iudex ſit im
petratus per actorem tantum ſiue de cõi cõ
ſenſu actoris,& rei,ſm Ioã.de imo. & Mar.
Soci. ubi ſupra limitantur tñ prædicta, ut
non procedunt quando eſſet talis,cã ſuper
qua reus actorem uoluerit reconuenire de
qua iudex delegatus nõ poſſet cognoſcere
abſque ſpeciali mandato Papę, quia tunc
non poſſet fieri reconuentio ipſa 6.q.4.c.ſi
epiſcopus,& de confi.vtil.c.1.& 2.& c.pen.
19 de reſt.in integ.& habetur ut ſupra. †Secũ
do limitantur prædicta, ꝙ reus conuentus
coram delegato tenetur reconuenire, uel
literas impetrare ad eundem iudicem, ſi
uellet reconuenire actorem coram ordi-
nario, quia actorem coram quocunque or
dinario poſſet reconuenire,ſed de ueritate
uideatur Maria.Soci.in loco de quo ſupra,
Pet Foll. V.I.D.

20 †Secundo principaliter quęro,an coram
h *h* arbitro habeat locum reconuentio. Dic,
ꝙ cõis concluſio eſt,ꝙ non quia ex quo eli-
gitur de conſenſu utriuſque partis, ceſſat
coram eo, rõ d.l. cum Papin.in fi. tex.eſt in
cap.cum dilectus de arb.per quam ita tenet
Bar.in d.auth. & cõſequẽter, in fi. & Spec.
in tit.de recon.§.1.in prin.& Abb. in d.c.1.
col.1.& pen.de mut.pet.& in d.c.cum dile-
ctas. Quod tñ intellige de arbitro uolunta
rio, electo de cõi uoluntate partium ſecus
in arbitro iuri, electo ex neceſſitate ſtatuti
ad totã cauſam,quia coram eos hẽt locũ re
conuentio,ſm Abb.in d.cap. cum dilectus,
col.3. unde ſtante diſpoſitione regiæ prag-
maticæ in regno,quæ incipit,odia,qđ cau-
ſæ inter cõiunctos compromittantur,tales
arbitri dicuntur iuris, & coram eius habet
locũ reconuentio ſm Abb. ibi. licet cõtra-
rium uideatur tenere Abb.in d.c.1.col. pe.
de mut.pet.referendo Spec.in titu.de recu-
§.effectu,col.5.uer.ſed nunquid.Sed prima
opin. *i* uerior eſt,& dictum Spec. procedit
in arbitrio iuris, deputato ad certum arti-
culum, puta ad cognoſcendum de ſuſpicio
ne iudicis,quia uerum eſt, ꝙ coram eo non
habet locum reconuentio.ſecus,ſi eſt depu
tatus ad totam cauſam ut in exemplo præ-
poſito.ita etiam tenet.Fel.in c.fi.col.pen,in
fi.de re iud.Et ratio patet ad ſenſum, quia
ibi arbitri eliguntur ex neceſſitate iuris, &
habent iuriſdictionem,a lege, nam ita ne-
ceſſitatur actor litigare coram eis ſicut co-
ram iudice ut not.Abb.in cap.ſuſ.de off.de
leg.quidquid dicat Iaſ.in l.eſt receptum,co
lu.fi ff.de iuriſ.om.iu.

ADDITIO. Idem ampliſſime ſequitur
Ioann.Baptiſt.in tract.de arbit.in c.10.no-
ni libri,& eſt cõis,& uera opinio,& quãtus
auctor,inquit, hãc cõem opinionẽ minime
procedere in arbitris iuris qñ ſunt electi ad
totã cãm,at ſecus ſi incerto articulo cauſę,
id expreſſe, & latius firmatum reliquit d.
Mar.So.in d.c.ex literis de mut.pet.nu.26.
21 in fine.† Sed q̃d dicemus an corã arbitris
iuris habeat locum laudatio in auctorem
quę habet locum in iudiciis ordinarijs?hũc
caſum Salerni habui in facto,& non potui
in ſpecie reperire, ſed dicebam quod non
per rationes de quibus in reconuentione,
& per rationem quia compromiſſum non
egreditur perſonam, ſeu rem in compro-
miſſo comprehenſam, leg. non diſtingue-
mus.§.de offi. ff. de recept.arbit. nam quo-
modo poſſent arbitri condemnare aucto-
rem laudatum qui non cõpromiſit, & hæc
de plano procederent in arbitris ſimplici-
bus, ex quo per compromiſſum liberatur
auctor laudatus, ut l. ſi dictum fuerit, §. ſi
compromiſero, ff. de euicto. quando ma-
gis dicendum eſt quod nõ habet locum lau
datio in auctorem, ſed dubium eſt de arbi-
tris iuris electis ſecundum formam, regiæ
pragmaticæ,& tamẽ idem dixi, & obtinui,
ſed cogitandum relinquo.Vide quæ late di
xi infra in quinto mẽbro iudicij in princ.
Petr. Foll. V.I.D.

22 † Quam autem iuriſdictionem habeant
iſti arbitri iuris.ſ. ordinariam, uel delega-
tam?

tam? Dic, ꝙ ueritas eſt, ꝙ nec ordinariam ueram,& nec delegatam habent, ſed quam tertiam ſpeciem iuriſdictionis, ſimilem, & equiparatam delegatæ iuriſdictioni potius quam ordinariæ.ita tenet Bal.in conſil.90. & conſil.460.in 1.uolum.& Pet.Phi.Cor.in conſil.54.colum.2.in litera M. in 2.colum. & Bal.in l.apertiſſimi,col.fin.uerſi.4.quęro, & in l.fi.in 4.not.C.de iud.& ibi etiam Bar. & Ang. & tangit Fel.in c.fi.col.pen.in fi.de re iud. & probatur in cap.ab arbitris, & ibi no.de off.de lib.6. ubi probatur etiam ꝙ ab
k iſtis arbitris iuris debet k appellari,ad principem, & ſic ad legem animatam ex quo a lege habent iuriſdictionem, & de materia illius pragmaticæ. odia uide quod plene dicam infra,in 6.parte huius tract. in 2.parte
23 iud.in uerbo, cõpromiſſum.† Tertio principaliter quęro, an coram iudice prorogato habeat locum reconuentio.gl.Bar.& cõmuniter doct. in leg.eſt receptum.ff.de iur. om.iud.tenent,quod ſic,per illum tex. Ego tamen ita diſtinguerem. Quædam eſt prorogatio, quæ fit per ſubmiſſionem unius ex litigantibus,ut quomodo maior,uel æqualis ſponte ſe ſubmittit iuriſdictioni alicuius iudicis, conueniendo aduerſarium ſuũ coram eo, & tunc habet locum reconuentio. Ita procedat d.le.eſt receptum, cum ibi no. & ratio patet, quia tunc procedit ratio d. leg.cum Pap.nam actor ſubmittendo,ſe eligit illum iudicem pro ſe, non debet de dignari habere eundẽ iudicem cõtra ſe. Quædam uero ex prorogatio,quæ fit de communi conſenſu partium, iuxta.l.ſi conuenerit. ff.de iur.om.iud.& l.1. & 2.ff.de iud. & l.1. C.de iur.om.iud.& cap.ſignificaſti.ibi Abb. de for.comp. & coram tali iudice prorogato,dico, quòd non habet locum reconuentio, & licet non inuenerim de hoc deciſionem in terminis, tamen per bona ſimilia poteſt decidi iſte caſus. Primo, quia ceſſat ratio d.l.cum Papi. nam talis iudex prorogatus non fuit electus ab actore ſolum, ſed ab utroque. Secundo, per ea, quæ dicimus in delegato electo de cõmuni conſenſu coram quo nõ habet locum reconuentio, per ea, quæ dixi ſupra in 1.q. huius diſ. Tertio per ea, quæ dicimus de arbitro,coram quo ceſſat reconuentio,eo quia de communi cõſenſu partium eligitur,ſecundum Bar.in d. auth. & conſequenter,in fin. & per ea, quæ no.Abb.in cap.cum dilectus,de arb. & cum iſta diſtinctione intelligo ea quæ notantur in d.l.eſt receptum, maxime per Iaſ. ibi in fin.colum.

ADDITIO. De hoc legito Mar. Soc. in c.ex literis de mut.pet.num.13. P. F.

24 † Quarto quęro,an coram iudice appellationis habeat locum reconuentio. Communis concluſio eſt, quòd non, ſecundum Bart.in d.auth.& conſequenter, col.fi.& ibi etiam Bald.colum.3.uer.quęro nunquid in cauſa,&c.intelligendo,ſcilicet qñ iudex appellationis, aditur ex neceſſitate propter iniuriam quam putat appellans ſibi eſſe factam. idem tenet Inno.in cap.1.de mut.pet. & Bald.in l.per hanc,col.fin.C.de tem.app. & domini de Rom. in deciſ.61.in antiquis, & Bald.in l.2.§.ei quoque.ff.de iud. & Spec. in tit.de recon.§.nunc dicamus,uerſicu. ſed nunquid coram iudice,& mouẽtur per tex. in d.l.2.§.ei quoque,& l.ad cogn.ff.ex quib. cau.in poſſ.eat.& l.1.ff.eũ, qui app.in prou. de feu. Quod confirmo urgenti ratione.
25 † Appellatio reducit cauſam ad illum priſtinum ſtatum, in quo erat cauſa principalis poſt litem conteſt.tex. eſt & ibi Barto. & Bal.& communiter doct.in l.ita demum.C. de proc.ſed poſt litem conteſt.non habet locum recõuentio ſecundum communẽ opi. ut ſupra fuit dictum ergo ſequitur,quod coram iudice appellationis non poteſt habere locum, ſcilicet ut ſortiatur priuilegium, & naturam reconuentionis. Minime poteſt habere locum ſine dicto priuilegio,quia iudex ſecundarum cauſarum, cenſetur incõpetens quo ad primam cauſam,quę non eſt ſibi deuoluta parte inuita, ut tenet Bald.in d.l.per hanc colum.fin.& in d.auth.& conſequenter,colum.5. Limita tamen iſtam cõmunem concluſionem procedere, quando appellatur poſt litem conteſtatam puta a diffinitiua ſententia, quia tunc urget ratio prædicta. Secus eſſet,ſi appellaretur ab aliqua interlocutoria ante litem conteſt. nam tunc diſtingui debet. Aut iudex appellationis confirmauit primam interlocutoriam, & tunc ex quo cauſa remittitur iudici, quo non habet locorum reconuentio coram iudice ad quem, ex quo minime eam conuentionis coram eo remanet. Aut iudex appellationis retractauit interlocutoriã pronunciando bene appellatum,& male iudicatũ.

ADDI-



ADDITIO. Adde dicta per Innoc.& Ang.in leg.2.§.leg.ff.de iud.& Inno.in cap. cum nobis de elec.& Alex.in auth.& conſequenter.C.de ſent.& interl.om.iud.& Car. in cl.ſæpe.§.1.q.10.de uerb.ſign.& pleniſſime legito Mar.Soc. in d.c.ex literis, nu.95. ubi aliter diſtinguit,& tenet quam do.auct. hic Pet. Fol. V. I. D.

26 † Et tunc ex quo etiam cauſa principalis deuoluitur,ad iudicem appellationis:ut eſt tex.in c.ut debitus, & ibi Abb.col.pen.& fi. de appe.& ibi etiam Phil. plene in pen. car. & fi.eſt tex. & ibi per doct. in c.cordi.§.poſt hoc & in c. cum appellationibus de appel. lib.6.& Bart.in l.eius in fin.ff.de app. recip. dicendum eſt tunc habere locum reconuentionem, ex quo ſumus ante litem conteſtatam,& ſumus in cauſa principali. Ita ſubtiliter conſiderando tenuit Io.And.in c.1.de mut.pet.quem ibi ſequitur Abb. in antepe.
27 colum.uerſi.3.quęro,&c. † Secundo limita prædictam concluſionem procedere in appellatione iudiciali.Secus eſt quando appellatur extraiudicialiter, quia ex quo ille iudex tunc principaliter aditur,habebit corã eo locorum reconuentio, ita tenet Spec. in tit.de recon.§.nunc dicamus,uerſi.ſed nunquid coram, in fi. quem ſequitur Abb.in d. c.1.de mut.pet.in pen.col.in prin.Et de materia huius appellationis extraiudicialis,& in quibus differat a iudiciali,vide plene per Abb.in c.bonæ memoriæ, colum.1. & 2. de app.& ibi etiam Phil. & in c.cum ſit eo.tit.
28 † Quinto quæro, utrum coram iudicibus particularibus ad certa negocia, uel perſonas deputatis per legem, uel ſtatutũ habeat l locum reconuentio. Exemplum poteſt poni in iudicibus mercatorum,uel alterius artis,ſeu negocij,de quibus loquitur.l.fi.C.de iur.om.iud. Similiter poteſt poni exemplũ in iudicibus ſcholarium,qui habent tres iudices ſpeciales, ut in auth.habita. C. ne fil. propa. ſuper iſta q.Ant. de But. in cap.1. de mut.pet.tenet, ꝙ non habet locum reconuentio,ſed Abb.ibi.in pen.& fin.col.melius loquitur. Nam quoad iſtos iudices mercatorum, & alios ſimiles deputatos certo collegio, tenet indiſtincte, quod habet locum reconuentio,quando talis iudex, & igitur per actorem, & eſt ratio quia eorum iuriſdictio eſt prorogabilis, ut ſentit Bar.in l.1. ff.de iud. unde tanto facilius prorogatᷣ per reconuentionem,ſecundum eũ. Ergo iſtud confirmo bona ſimilitudine. Nam delegatus ad unam cauſam ſpecialem, extẽdit ſuã iuriſdictionem ad aliam cauſam per uiam reconuentionis, ut dixi ſupra,in 1.quæſtio. huius diſ. Ergo eodem modo & iſti iudices ſpeciales dato,ꝙ ſint deputati ad certã ſpeciem cauſarum,debet eorum iuriſdictio extendi ad alias cauſas, per uiã reconuentionis. Quo uero ad iudices ſcholarium tenet d.c.1.col.fin. ꝙ ſi quis conuenit ſcholarem coram rectore, & ſcholaris patiatur ibi cõuentiori poterit reconuenire actorẽ corã eo. Si uero ſcholaris non patitur ibi conueniri, ſed declinat forum, & petit ſe remitti ad epiſcopum: tunc coram epiſcopo nõ poterit actorem recõuenire, ex quo ille iudex non fuit electus per actorem,ſed per ipſum ſcholarem conuentũ. unde ceſſat ratio d.l. cum Pap.in fin.C de ſent.Et hanc opi.in effectu tenet Bald.in d.auth.habita.colum.8. uer.5.quęritur,&c.licet.Idem Bal.uideatur tenere contrarium in d.auth. & conſequenter.in fi.tamen opi. Abb.magis placet,cum fundetur per bonam rationem,ſ.cuius in
29 agendo,&c.per d.l.cum Papin.† Ad unum tamen uolo,quòd aduertant hi,qui habent ſubtile ingenium,inquantum modo in hac quæſtio. & plenius ſupra in 1.quæſt. huius diſt.dixi,coram iudice delegato ad unã cauſam particularem habet locum recõuentio. hic inſurgit difficile contrarium delegatus habet iuriſdictionem limitatam,& non extendibilem niſi ad perſonas,& cauſas in delegationes contentas,adeo quod eius iuriſdictio nõ poteſt per illos l prorogari, nec quo ad alias cauſas, quia quo ad alias cauſas,& perſonas remanet priuatus tex.eſt,& ibi Abb.in c. P. & G. de offi.dele. ſed per reconuentionem prorogatur iuriſdictio iudicis,ſecundum Cald.in auth.& cõſequenter, col.2.in princ.C.de ſen.quia per eam fit cõpetens,qui nõ erat ut no.Spec.in tit.de iud. del.§.ſequitur uerſi. item ad eius, & in titu. de comp.iud.adi.§.1.uer.nouus, & patet ad ſenſum per ea maxime, quæ dicimus in clerico reconuento coram iudice laico, ut infra dicam.Ergo coram delegato nõ dicitur etiam habere locum reconuentio,quia eius
30 iuriſdictio prorogari non poteſt. † Puto ad hoc contrarium poſſe reſponderi. Primo, quòd prorogatio iuriſdictionis poteſt

con-

conſiderari duplici modo. Quædam enim
eſt prorogatio uoluntaria, & iſta nõ poteſt
fieri coram delegato. Ita loquitur dictum
c. P. & G. quędam eſt prorogatio neceſſa-
ria,quę fit contra inuitum ex neceſſitate le-
gis, prout eſt illa quæ fit per reconuentio-
nem,& iſta poteſt fieri,nam reconuentio in
ducit quandam neceſſitatem reconuento,
ut reſpondeat coram iudice non ſuo, & ſic
reconuentus prorogat iuriſdictionem non
ſponte, ſed ex neceſſitate. Secundo modo
poteſt reſponderi,quia cauſa reconuentio-
nis dicitur eſſe connexa cum cauſa conuē-
tionis,quod patet, quia non poteſt corã di-
uerſis iudicibus uentilari, ut eſt text. in d.
auth.& conſequenter,& l.ſi idem cum eod.
§.quod ſi mutuę.ff.de iur.om.iud. unde ra-
tione iſtius connexitatis, poteſt delegatus
de ea cognoſcere: maxime, quia agitur in-
ter eadem perſonas, & cauſa reconuentio-
nis uenit conſecutiue ad cauſam conuen-
tionis, & acceſſorie ita expreſſe tenet Abb.
in d.c.1.col.6.uerſi.item iuriſdictio proro-
31 gata,&c.de mut.pet. † Sed quando delega
tur alicui aliqua cauſa principalis cenſetur
ſibi delegata omnis cauſa, quę uenit acceſ-
ſorie, & conſecutiue ad illam cauſam dele-
gata,ut no.Abb.in c.ut debitus, col.9.in fi.
uerſi. in glo.pen. & c.de appel. & ibi etiam
Phil.in ult.car.uerſic.ſed dubitatur &c. per
tex.in cap.prudentiam,in fin.de offi.deleg.
32 † Sexto quęro, utrum coram iudice depu-
tato ad certam ſpeciem cauſarũ, habeat lo-
cum reconuentio de alia cauſa diuerſę ſpe-
ciei. Exemplũ in iudice cauſarũ criminaliũ
an poſſit fieri reconuentio de cauſa ciuili,
& econtra. Coram iudice cauſarum ciuiliũ
an poſſit fieri reconuentio de cauſa crimi-
nali,uel liberali, uel de cauſa maioris ſum-
mę quam poterat cognoſcere,gl.in d.auth.
& conſequenter,in gl.2.tenet,ꝙ ſic quã ibi
ſequitur Bal.per l.quoties.C.de iud.& uide
tur probari in l. ſi idem cum eod.§. quod ſi
mutuæ.ff.de iur.om.iud. contrarium tenet
Spec.in tit.de recon.§.1.uer.quid ſi coram,
& § nunc dicamus,uer.& trad. Et hanc con m
trariam partẽ tenent Inno.Hoſt.Ioan.And.
& Canoniſtæ in d.c.1.de mut.pet. pro qui-
bus facit ratio, quia prorogare iuriſdictio-
nem,eſt extendere eam, adeo quod eadem
dicitur iuriſdictio ꝓrogata,quę prior erat.
l.ſed ſi manente. ff.de proc. & not.Alex. in

l.4.in princ.ff.de dam.infect. & ſic quando
tractamus de prorogatione iuriſdictionis
eſt neceſſe quod præſupponamus iuriſdi-
ctionem eſſe talem ille iudex prorogatus
habebat alias in ſuos ſubditos,in ſimilibus
cauſis, alias prorogatio non ualet de tali
cauſa, quam in ſuos ſubditos non poterat
expedire,quia quo ad illam, caret omni iu-
riſdictione,& ſic iuriſdictio,quę non eſt,nõ
poteſt prorogari, ita tenet Alex. in l.teſta-
menta omnia.C.de teſtam.& Abb.in c.P.&
G.col.antep.uerſic.uenio ad ſextam,&c.de
offi.dele.& Bar.l.1.uer.uenio ad tertiã,&c.
ff.de iud. ubi exemplificant in iudice male-
ficiorum, cuius iuriſdictio non põt proro-
gari, quo ad cauſas ciuiles, quia ſunt cauſæ
diuerſæ ſpeciei,& talem iuriſdictionem nõ
habet in ſuos ſubditos.Et iſtam partẽ tenet
Ang.in conſi.162.col.2.uerſi.in cauſis,&c.
Quid ergo erit tenendum? Bart.in d.auth.
& conſequenter,col 2.circa fin.facit unam
diſtinctionem inter cauſas, de quibus pote-
rat fieri prorogatio partibus uolentibus,&
de ipſum nota,ut ibi per eum. Et ipſum de
uerbo ad uerbum ſequitur Abb. in d.cap.1.
col.13.uerſi.quęro ſecundo,&c. de mut.&
ante eum iſta fuit originalis opin. Iac. But.

Ego autem reaſſumo plenius ueritatem
huius quęſtio. per unam ampliorem diſtin-
ctionem per quam habebuntur omnes ue-
ræ concluſiones,quę poſſent cadere in hac
materia, & dico ſic. Aut iudex non poteſt
cognoſcere de aliqua cauſa propter priui-
legium perſonæ litigantis,aut propter pri-
uilegium ipſius cauſæ, ut quia iuriſdictio
eſt limitata iudici,quo ad certas cauſas tm̃
certe ſpeciei,uel ſummę, ita ꝙ ad alias cau-
ſas diuerſę ſpeciei uel maioris ſummę ſe nõ
extendat.Primo caſu,uera cõcluſio eſt,quo
procedit reconuentio ex quo perſona pri-
uilegiata elegit illum iudicem pro ſe: debe
bit eundem habere contra ſe non obſtante
eius priuilegio, quia naturæ cauſę id patiť,
hoc probatur in l.eſt receptum,iuncta glo.
& ibi per Doct.ff.de iuriſ.om.iud.Probatur
etiam per id quod dicimus *m* de clerico, nã
iudex laicus non cognoſcit de cauſa clerici
conueniri propter priuilegium perſonæ.c.
ſi diligenti de for.comp.& tamen per uiam
reconuentionis bene cognoſcit ſecundum
magis communem opi. quam infra tenebo.
33 † Secundo caſu principali ſcilicet quando
obſtat



obſtat priuilegium cauſæ, diſtinguo aliter
quàm dicit Bar.nam diſtinctio Bar.& Abb.
implicat obſcuritatem dum dicit, aut talis
cauſa eſt, de qua poſſet iudex cognoſcere
partibus uolentibus, aut non, quia ahuc re-
manet dubium, quæ eſt illa cauſa,& Bar.nõ
clarè declarat huiuſmodi cauſas, unde ego
clarius diſtinguo ſic. Aut cauſa de qua fit
reconuentio,eſt de ſpecie cauſarum de qui-
bus poteſt cognoſcere iudex, differt tamen
ab illis in ſola quantitate, & ſic per plus, &
minus, & tunc habet locum reconuentio,
ita loquitur tex.in d.l.ſi idem cum eod.§.ꝙ
ſi mutuę.nam iudex: pedaneus infimus.non
cognoſcit de cauſis ciuilibus & trecentis au
reis ſupra,ut in §.& iud.in Auth.de def.ciu.
& tamen per uiam reconuentionis poteſt
de illis cognoſcere, ut d.§. quod ſi mutuæ,
quia dato, quòd ſit maior cauſa, tamen eſt
de ſpecie cauſarum ciuilium, de quibus co-
gnoſcit, quia eſt cauſa pecuniaria, & de re
ad rem, ſeu de quantitate ad quantitatem,
n poteſt fieri *n* prorogatio iuriſdictionis,ſe-
cundum Abb.in d.c.P. & G.colum.4.uer.ue
nio ad ſecũdum,&c.de of.dele. & eſt tex.ex
preſſus in d.leg. de quare.§ 1.ff. de iud. tunc
enim bene extenditur iuriſdictio de ſimili
cauſa ad ſimilem. Aut cauſa, de qua fit re-
conuentio eſt de ſpecie aliarum cauſarum
penitus ſeparata ab illis, de quibus poteſt
cognoſcere. Exemplum,ſi coram iudice cau
ſarum criminalium fit reconuentio de cau-
ſa ciuili,uel coram iudice ſeculari ſit recon
uentio de cauſa ſpirituali, vel coram iudice
pedaneo ſit reconuentio de cauſa meri, uel
miſti imperij.uel de cã liberali,de quib.cau-
ſis non poſſet principaliter oognoſcere. l.ſo
lemus. §. latrunculator. ff.de iu. & l.2.C. de
ped.iud.& tunc reconuentio locum non ha-
bet. Ita procedat opi.Canoniſta,in d.c.1.&
hoc uoluit in effectu Bar.in d.auth.& conſe
quenter, & ratio eſt illa, quam ſupra tetigi
per not.per Alexã.in d.l. teſtamenta omnia,
C.de teſtam.& Alb.in d.c.P.& G.col.antep.
ver.venio ad ſextam, quia cum in ſimilibus
cauſis non habeat iuriſdictionẽ in ſuos ſub
ditos, & non põt iuriſdõ,quæ non eſt,proro
gari ſeu extendi, & ex conſequenti minime
per recõuentionem extenditur quæ eſt ſpe-
cies prorogationis, ut dicit Bald. in d.auth.
& conſequenter. colum. 2.in prin.eſt etiam,
& alia ratio, qa huiuſmodi cauſæ ſunt præ-

iudiciales, & una facit alij præiudicium,qa
in unam proceditur, & in alia ſuperſedetur.
ergo non põt hr̃e locum reconuentio, cuius
natura eſt? ut in utraque cã æqualiter proce
datur, & hanc rationem ponderat Bart.ibi,
& Abb.in d.c.1.colũ. antep.in prin.de mut.
pet. † Sed contra prædicta poſſet inſtari,nã
iudex habens limitatã iuriſdõnem, non põt
34 cognoſcere de cauſa diuerſę ſpeciei,verũ eſt
principaliter, ſed acceſſoriè,& incidẽter be-
ne põt,ut d.l.quoties.C.de iud.& not.Bal.&
Pau.de Caſt.in d.l.ſolemus.§. latrunculator.
ff.de iud.& Bar.in l.interdum.§. qui furem,
ff.de furt. Sed cã reconuentionis uenit inci-
denter & acceſſoriè ad cauſã conuentionis,
ut dicit Abb.in d.cap.1. colum.6.uerſi.item
iuriſdictio,&c.de mut.pet.Ergo in omnibus
prædictis exemplis deberet habere locum
reconuentio, ea ratione attenta, quia uenit
acceſſoriè,illud uidetur difficile contrariũ,
cui non reperio dari aliquod reſponſum per
aliquem Doc.puto tamen poſſe ſit reſponde
ri. † Quando conceditur alicui iuriſdictio
ordinaria, cenſetur conceſſum omne, id, ſi-
33 ne quo iuriſdictio illa explicari non poteſt,
etiam ſi illud ſit maius conceſſo dummodo
de eadem ſit ſpecie, ita tenet Bar.in l.2.col.
1.circa fi.ff.de iur.om.iud.unde ſi coram iu-
dice infimo uentiletur quæſtio de hæredi-
tate,& ex aduerſo non per uiam reconuen-
tionis,ſed per exceptionem opponatur quæ-
ſtio ſtatus, ille iudex cognoſcit de ea, quia
alijs non poſſet decidere quæſtionem hære-
ditatis, niſi prius cognoſceret de cauſa ſta-
tus,& ſic cognoſcit, ſed non pronunciat ſu-
per cauſa ſtatus,ſed ſuper hæreditate,l.1.C.
de ord.iu.unde de iſto incidenti, & acceſſo-
rio cognoſcit ex poteſtate ſibi data a lege,
quia alias ſuam iuriſdictionem in cauſa pe-
cuniaria explicare non poſſet, per d.le.2.&
hoc eſt quòd uoluit innuere Spec. in titu.de
recon. §. nunc dicamus, uerſi.& trado dum
reſpondet ad d.l. quoties, & ita procedit,d.
l.quoties, quia illud eſt quoddam acceſſo-
rium, ſeu incidens neceſſariũ, ſine quo non
poſſet decidi cauſa principalis, unde intrat
iuriſdictionem iudicis infimi, dato qd᷑ ſit
maius, quàm ſit ſua iuriſdictio ordinaria,
ex quo eſt eiuſdẽ ſpeciei. intelligo quo ad
hoc ſcilicet, quia eſt ſimplicis iuriſdictionis
ſicut aliæ cauſæ pecuniariæ,ſecundum Bar.
in l.imperium, colum.fin.ff. de iuriſ.om.iu.
poteſt

poteſt tamen diuerſæ ſpeciei, quia non eſt cauſa pecuniaria, ſed liberalis, & priuilegiata, ut l.3.in fi.C.de pet.iud. Et ita declaro id quod dixi ſupra, dum appellaui hanc cauſam eſſe diuerſæ ſpeciei, ne uidear contrariari dictis Bar.in d.le.2.ff.de iur.omn.iud. Sed ſi per uiam reconuentionis uellet aliquis obijcere quæſtionem ſtatus coram iudice pedaneo, non ad effectum excipiendi, hoc non poteſt fieri, quia non poteſt iſta reconuentio ire pari paſſu cum cauſa pecuniaria, ex quo eſt præiudicialis. Item, tunc ſine ea poſſet iudex decidere cauſam conuentionis, quia non uiget illa neceſſitas, de qua ſupra, & hæc ſit prima concluſio, per quam eſt datum reſponſum ad d.l.quoties.

Pono ſecundã concluſionem pro reſponſione ad alia contraria, quãdo incidens oritur ex eodem facto, ex quo oritur principale, tunc iudex incidenter cognoſcit de eo, dato quòd ſit diuerſę ſpeciei, ita loquitur dictum Bal.& Pau.de Caſt.in d.l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iud. & Inn.in c.cum oporteat, de accuſ.ſcilicet, quòd iudex maleficiorum incidenter condemnat ad rei reſtitutionem, nam illud ciuile oritur ex eodem crimine, & ſic iudex, qui cognoſcit principaliter, de crimine, poteſt cognoſcere de hoc incidẽti ciuili, quòd habet originem ex eodem fonte, ſed reconuentio non habet originem ex eodem fonte, quia uenit ex parte cõtraria, unde ſi tu accuſas me de furto coram iudice maleficiorum, ego reconuenio, te ad decem ex cauſa mutui, uel ad aliud ciuile, iſtud habet originem ex diuerſo fonte, meritò iuriſdictio non ſe extendit, cum ſit quid ſeparatum a cauſa principali conuentionis, & ideo ceſſat reconuentio, quia etiã prorogatio ceſſat, ſecundum Alex.in d.§.latrunculator, in add. ad Bart. ultra quod uiget alia ratio ſcilicet præiudicij, propter qđ non poſſent ambæ cauſæ ſimul decidi. Illud ergo quod dicitur, ꝙ iudex cognoſcit incidẽter de cauſa, de qua principaliter cognoſcere non poteſt, intelligò, qñ illud incidens erat tale, ſine quo cauſa principalis non poſſet expediri, uel quando oriebatur ex eodem facto, ex quo oritur principale, per pdicta.

*Queſtio tertia principalis.*

Venio ad tertiam q.principalem, quæ eſt, de quibus cauſis poteſt opponi, ſeu fieri reconuentio. Et bř dico, quòd regulariter de omnibus cauſis fieri poteſt, niſi quantus reperiatur expreſsè prohibita, l.nec non.§. ꝙ eis.ff. ex quibus cau. maior. unde expediam hanc materiam per aliquas dubitabiles q.

36 † Primò igitur quæro, utrum quando imploratur officium iudicis, poſſit implorans coram eodem iudice reconueniri, glo. in l. ſed ſi reſtituatur. ff.de iud.tenet, quòd non habet locum reconuentio, & illam ſequitur Lud.Ro.ibi.& Iaſ.in d.l.nec quidquam, ubi decretum, colum.pen.ff.de off.proconſu. In contrarium tamen eſt ueritas, & hanc contrariam partem tenet Bar. in d.l. ſed ſi reſtituatur, & Bar.in auth.& conſequenter, col. fi. C, de ſent.& Abb.in c.1. colum.pen.uerſi. 4.quæro.de mut.pet.ger tex.in l.1.in fi.ff.de uar.& extraor.cog.& Spec.in tit.de recon.§. nunc dicamus. uerſi. ſed nunquid habet locum, &c. Quod intellige uerum, quando officium iudicis imploratur principaliter, ex quo tũc ſuccedit in locum actionis, l.Quintus, ff.de annu.leg. & c.fi. de offi.iud. Secus, ſi incidenter imploratur, quia tunc non habet locum reconuentio. Ita communiter tenent Doc.in locis præalleg.& Iaſ.in l.1.col. 7.in prin.ff. de iur.om.iud. Item limita, niſi officium iudicis imploraretur ſuper eo, ꝙ requirit celeritatem, quia tunc ſuſpenditur reconuentio, & expeditur cauſa requirens celeritatem, ita dicit Bal.in rub.extra de offic.iud.colũ.fin. Non tamen intelligas, quòd reconuentio tollatur in totum, quia imo procedit etiam in cauſis requirentibus celeritatem, & in cauſis ſummarijs, quo ad prorogandum iudicem, non tamen ut eadem ſententia terminetur, quando una cauſa eſt ordinaria, & alia ſummaria, text. eſt, & ibi Bald.in l.ſed hæ.§. non ſolum.ff. de procur. & not.Bar.in d.auth. & conſequenter, colũ. pen.in fin. & Abb.in dict.cap.1.colum.7.de mut.per.

ADDITIO. Adde dictis hic per dom. auctorem, & infra ea, quæ cõgerit Mar.Soc. in d.cap. ex literis de mut.pen.nume.44.ubi facit regulam, & demum dat infinitas limitationes, ex quibus dictis habes ueritatem omnium dictorum per d.auctorem tam hic
o quam in omnibus o infra dictis. Pet.Folle.V.I.D.

37 † Item limita notabiliter non procedere,

quan-



quando officium iudicis imploratur, non in formam iudicij, ſed per modum actus extra iudicialis, quia tunc non habet locum reconuentio. Exemplum, ſi petitur teſtamentum aperire, vel donationem inſinuari, vel ſi aliquis petit a iudice familiam, ut poſſit tute acquirere, & manutenere ſibi poſſeſſionem, uel aliud ſimile. ita tenet Bald. in d.c. 1.colum.fi.de contr.feu.apud pares. & Soc. in conſil.169 colum.fin.uerſic. 2. concludo &c.in 3.uolum.

Ex hoc inferro ad nouam practicam in regno; quod ſi quis ſpoliatus ab aliqua perſona eccleſiaſtica, intentaret remedium traditum per capitulum regni, quod incipit, omnis prædatio, & aliud ad regale faſtigium, & aliud, finis præcepti, charitas adeundo, ſcilicet iudicem ſecularem, vt defendat ipſum à tali uiolentia, & poſſeſſionem reſtituat, in tali caſu non haberet locum ex quo iudex aditur non per uiam ordinariam nec iudicialem, ſed per uiam defenſionis extraiudicialis, ut plenè traditur in deci.2.& deci.23. conſ.Neap. Et hanc limitationem repete ad ſequentem quæſt.

38 † Secundò, iuxta hoc quæro, an in cauſis ſummarijs habeat locum reconuentio, ueritas dependet ac his, quæ modo dixi in q. præced & breuiter dic, quòd ſic, ſed quo ad proſecutionem fit hæc diſtinctio, uidelicet Aut ambæ cauſæ ſunt ſummariæ, & ſine dubio procedit reconuentio. Aut una eſt ſummariã, alia plenaria, & tunc ualet reconuentio, quo ad iudicem prorogandum, non tamen quo ad hoc, ut ambæ cauſæ eadem ſententia terminent, niſi parte uolente. Ad hoc allego omnes deciſiones ſupra modo allegatas in præcedenti q.ante fi. maxime Bal. in l.ſed, & hæ.§ non ſolum.ff.de proc.& ita debet intelligi, quod no.Spec. in tit. de recon. §.nunc dicamus, uerſi.ſed nec habet, & Bar. in l.1.§.fi.ff.de uar.& extra.cog.& Bald.in l. & ſiue, uerſi.& ideo dicit lex, &c.C.ad Treb.

29 † Tertiò ſucceſſiuè quæro, an in cauſis executiuis habeat locum recõuentio. Breuiter dico, quòd non, ſecundum Bald.in d.auth.& conſequenter, colum.3.in fin. uerſi. quæro, nunquid, &c. ubi dicit, quòd ſi petitur executio inſtrumenti confeſſionati, non habet locum reconuentio, & Spec.in tit.de recon. §.nunc dicamus.uerſi. ſed quid ſi agebam, &c.ubi idem dicit, quando agitur ex depoſito. Adde Bald.in l.3.in 1.no. C. qui ad lib. procl.non lic, ubi dicit, quòd ille, qui confitetur debitum, non poteſt actorem reconuenire, & eſt ratio, quia in confeſſum partes iudicis non ſunt in alio, niſi in præcipiendo, ut ſoluat, habetur enim pro condemnato, l.unica C.de conf.& quod dixi ſupra, qñ agitur ex depoſito, non habet locum reconuentio. Adde, quod idem tenuit Bart. in d. auth.& conſequenter, colum.4.in prin, uer. quæro utrum liceat actori, &c. & ratio eſt, quia inſtrumentum depoſiti, habet executionem paratam, l.ſi quis, C.dep.ſed contrarium uidetur tenere Bal.in d. l. ſi quis uerſi. ulterius no.&c.ubi dicit, quod quando agitur ex depoſito, non habet locum compenſatio, ſed reconuentio ſic, non tamen differtur liquidum propter non liquidum, ſed reſeruatur id, quod probandum eſt: Puto tamen poſſe concordari hanc cõtrarietatem; ſcilicet ut non habeat locum reconuentio in depoſito, ut pari paſſu ambulet, quia non debet ſuperſederi liquidum propter nõ liquidum, bene tamen poteſt fieri reconuentio, quo ad effectum prorogationis, ut poſtea procedatur in ea, & ita loquitur.opi.Bald.
40 prout dixi ſupra in præſenti q. † Et per prædicta infero, quòd quando præſentaretur in regno inſtrumentum criminaliter uia extraordinaria ſecundum formam, & ritus magnæ curiæ, non haberet locũ reconuentio, cum illa ſit uia executiua, & extraordinaria, per prædicta. Secundo infero, quòd quando creditor uigore, inſtrumenti continentis pactum de capiendo, uellet propria auctoritate capere poſſeſſionem debitoris pro debito, & peteret familiam a iudice pro habenda poſſeſſione, ex quo iſte eſt actus executiuus, & extraiudicialis, non haberet locum reconuentio, per ea, quæ no. Bald.in cap.1.col.fi.de contr.feud.apud.par. & Soc. in conſil.165.colum.fin.uerſic.2.concludo, &c.in 2.uolum. & dixi ſupra in præcedenti
41 q. † Quarto quęro, an in cauſa p poſſeſſorij, habeat locum reconuentio. Reaſſume veras concluſiones, & dicas ſic. Aut actor agit poſſeſſorio recuperandæ, & reus vult eum reconuenire, & tunc aut reconuentio eſt de poſſeſſorio, aut de petitorio primo caſu nõ admittitur reconuentio, niſi de poſſeſſorio pariter priuilegiato, ut quia reus reconuenit actorem de alio poſſeſſorio recuperandæ, &

dæ, &

dæ,& ſic de ſpolio pariter priuilegiato alte-
rius rei, non eiuſdem tunc procedit recon-
uētio c.ſuper ſpoliatione de ord. cog. & ibi
Abb.in 1.no & in 4.col.circa fi. Si uerò re
cōuenit de alio poſſeſſorio, puta adipiſcen-
dæ, uel retinendæ, non procedit reconuen-
tio, quia non eſt ita priuilegiatum, ut ibi
habetur. Secundo caſu,quando reconuen-
tio ſit de petitorio, dicas diſtinctè, ꝙ non
procedit,per tex.in d.c.ſuper ſpoliatione,&
not.Abb.in c.1.col.7.de mut. pet. & Specu.
in tit.de recon,§.nunc dicamus uerſi. Item
excepta.& uerſi.ſeq.Et ita debet intelligi,&
declarari,quod dicit Bart. in d.auth.& con-
ſequenter,col. pen. in prin. ubi dicit ſimpli-
citer,quòd agens ex ſpoliatione, non poteſt
reconueniri, niſi prius reſtituatur,per leg. ſi
42 quis ad ſe fundum,C.ad l.Iul.de vi.† Et præ
dictorū ratio eſt,quia agens ex ſpolio, non
tenetur in aliquo reſpōdere aduerſario ſuo,
niſi prius reſtituatur.c.frequēs. de reſt.ſpol.
lib.6.& c.cum dilectus de ord.cog.& d.cap.
ſuper.ſpoliatione, & ibi Abb.& d. le.ſi quis
ad ſe fundum, & proptera non proceditur
ſuper reconuentione ante reſtitutionem.
Sed quando reconuentio eſt de alio ſpolio,
43 tunc ideo procedit,†quia priuilegiatus non
utitur priuilegio ſuo contra pariter priui-
legiatum, ſecundum Abb. in d.c. ſuper ſpo-
liatione,colum.1.uerſic.ex hoc &c. ubi plus
dicit in 3.no. quòd non ſolùm debet ſpolia-
tus reſtitui ad rem,qua fuit ſpoliatus, uerū
etiam debet plenariè reſtitui ad fructus, &
expenſas litis,ante quam teneatur reſponde
dere,& idem tenet Abb.per illum tex.in ca.
accedens,el 2.uerſi.no.ſpoliatum,& c.extra,
ut lite non conte. Quod nota, quia eſt quo-
44 tidianum in practica.† Limita tamen præ-
dictam concluſionem procedere, quando
reconuentio opponitur per ipſum ſpoliato-
rem, qui immediatè ſpoliauit, uel ſpoliari
mandauit contra ſpoliatum, quia tunc ue-
rum eſt, quod non tenetur, reſpondere niſi
prius reſtituitur, ſecus eſt quando ageretur
contra eum,qui nō ſpoliauit, ſed eſt tertius
poſſeſſor illius rei, qua fuit quis ſpoliatus,
& conuenitur poſſeſſorio recuperandæ, pu-
ta remedio d.c.reintegranda, uel alio ſimili
iuxta c.ſæpe de reſt. ſpol.quia tunc procede
ret omnis reconuentio, & tenetur actor re-
ſpondere ante quam reſtituatur, quia iſta
remedia poſſeſſoria contra tertios non ſpo-
liantes,non ſunt ita priuilegiata, ſicut con
tra ipſos ſpoliātes. Ita ī terminis tenet Abb.
in d.c.cum dilectus, colum.3.de ord. cogn.
per multas rationes ibi adductas per eum,
ſed contrarium uidetur tenere Bart. in l. ſi
coloni. C. de agr.& cenſi.libr.11.& Alex.in
conſil.77.conſil.1. uerſic. & ſicut, & colum.
fin.in ſi.3.volum.ubi dicit,quòd poſſeſſoriū
recuperandæ, eſt priuilegiatum, ſiue inter-
uenerit uiolentia,ſiue non, & loquitur pro-
prie de remedio dicti c.reintegranda, Pro
prima opi.Abb.ponderatur text.in d. c. ſup
ſpoliatione, in uer. ſpoliatoribus & ibi Abb.
in 2. no. ubi dicit, quòd ſpoliatoribus non
tenetur reſpondere,ergo alijs poſſeſſoribus,
qui non ſpoliauerunt, tenetur. Verum, ad
hoc poſſet reſponderi per id,quod dicit Bal.
in l.ſi.de proprietate,colum.3.circa fin. uer.
& no.&c. C.ſi a non compet. iud. ubi dicit
quod probatur quis ſpoliatus ſaltem re ip-
ſa,eo ipſo,quod probat ſe antiquiorem poſ
ſeſſorem, & poſſeſſionem eſſe modo penes
aduerſarium. Tamen quia ſumus in odio-
ſis,& contra regulas iuris communis, puto
quòd ille terminus, ſpoliator, debet intelli-
gi in principali, & proprio ſignificatu ſci-
licet de eo,qui ſpoliauit,uerò, prout ponde-
rat Abb.in d.c.cum dilectus,colum.3. unde
puto opi.Abb.eſſe ſuſtentabilem,& uetam
per iura,& rationes ſuas. Nec obſtat dictam
Bart.in d.l.ſi coloni,& Alex.in d. conſi. 78.
in 3.uolum.quia fateor, quòd omne poſſeſ-
ſorium recuperandæ eſt priuilegiatum, quo
ad hoc,ut ſi conuentus obijciat quæſtionem
dominij, teneatur reſtituere ante quam de
dominio cognoſcatur, ſiue interueniat uio-
lentia,ſiue non,l.ſi quis conductionis.,C.lo-
ca.& d.l.ſi coloni.& ita procedit contrariū,
ſed nos loquimur in reconuentione, quæ
regulariter eſt permiſſa. Reperitur tamen
ſpecialiter prohibita a ſpoliatore, per d. ca.
ſuper ſpoliatione, ergo quando non eſt ſpo-
liator,ſed talis tertius poſſeſſor, ſtamus iu-
ri cōmuni,ſcilicet,ut fiat reconuentio, quia
tunc ceſſat illud odium ſpoliatoris, quod
iura multum in hoc conſiderant, ut eſt tex.
in cle.unica.de cauſ. poſſ. & proprie, & no.
Abb.in d.cap.cum dilectus, colum. 3. Nunc
in propoſito quæſtio dominij, quæ non po-
teſt obijci. cadit in eadē re & ideo non obij
citur propter priuilegium poſſeſſorij. Ita lo
quuntur deciſiones,& iura contraria,ſed re-
conuen-



conuentio conſideratur in diuerſa re,& non
in eadem.Quod patet ad ſenſum, quia peti-
torio non poteſt reconueniri pro eadem re,
quia ſi conuentus poſſidet, non poteſt pro
illa re agere rei vendicatione, vel hypothe-
caria,quia iſtæ actiones prçſupponunt poſ-
ſeſſionem eſſe debere penes aduerſarium,
& non penes agentem, eundemque re-
conuenientem poſſeſſorio recuperandæ,
uel adipiſcendæ minime poteſt reconue-
niri, eadem ratione, quia ipſe poſſidet, &
quia ſuper eadem reprohibetur reconuen-
tio,ſecundum Abb.in d. capit. ſuper ſpolia-
tione,colum.1. circa fin. ubi aſſignat ratio-
nem. Solum remanet dubium de poſſeſſo-
rio retinendæ circa eandem rem, quod vi-
detur poſſe concurrere,vt ſi tu cōuenis me-
poſſeſſorio recuperandæ; ego reconuenio
te interdicto uti poſſidetis, quia turbas me
in poſſeſſione eiuſdem rei ſuper quo dico,
quod per ſpoliationem non poteſt contra
ſpoliatum fieri talis reconuentio, quia poſ-
ſidet ab eo ui, & interdictum uti poſſidetis
non fauet ei,qui posſidet ab aduerſario ui,
clam.uel precario,ſecundum Abb.in cap.ve
niens, colum.pen.de præſcri.& tex.in l.1.in
prin.ff.uti poſſeſ item propter priuilegium
ſpolij,& odium ſpoliatoris, pro ut ſupra di-
xi,quia non tenetur ſpoliatus reſpondere,
niſi prius reſtituatur,ut d.c.cum dilectis, &
cap. fi.de ord.cogn.ſi uerò reconuentio fie-
ret per tertium poſſeſſorem, qui non ſpo-
liauit, qui conuenitur poſſeſſorio recupe-
randæ.puta remedio c.reintegranda,ut d. l.
ſi coloni,& tunc procederet reconuentio in
eadem re,per ea,quæ dicit Abb.in d.c. cum
45 dilectus, colum.3. † Iſtud tamen intellige,
quando poſſeſſorem retinendæ proponitur
ex alia moleſtatione extraiudiciali, non ex
ſola conuentione iudiciali ſuper poſſeſſo-
rio recuperandæ, quia ex ſola moleſtatio-
ne iudiciali non datur interdictum uti poſ-
ſidetis, quia qui utitur iure ſuo nemini fa-
cit iniuriam,ita tenet Abb. in capi. audita,
col.3.cir.fi.de reſt.ſpol. Quod confirmo qa
econtra eſt deciſum in d.cap. ueniens,& ibi
Abb.in 4.no.de præſc. ubi patet ꝙ conuen-
tus poſſeſſorio retinendæ, poteſt conueni-
re actorem poſſeſſorio recuperandæ pro ea-
dē re,& ſic admittitur iſtę concurſus in iſtis
duobus poſſeſſoris, uerùm qualiter ſit pro-
nunciandum in eis, declarat plene Abb. in
26 d.c.veniens,colu.antep.& pe. † Hanc opin.
confirmo alia ratione, ſcilicet, quia utraq;
cauſa eſt ſummaria,cum ſit poſſeſſorio,nam
quælibet cauſa poſſeſſoria,eſt ſummaria,ſe
cundum Alex. in conſil.66.colum.1.in 5.uo
lu,& ſic poteſt admitti reconuentio, ut ſu-
pra dixi in 2.q.huius partis Et ſi tu diceres,
quare in ſpolio non admittitur recouuentio
de poſſe.retinēdç,cum ſit cauſa ſummaria?
Dico,ꝙ ibi eſt alia ratio prohibitiua .ſ. pri-
uilegiū cauſæ,& odium ſpoliatoris, ut ſu-
pra plaries fuit dctum, unde non admitti-
tur reconuentio, niſi de alio ſpolio pariter
priuilegiato alterius rei, ſed contra eum,
qui non ſpoliauit, ceſſat dictum odium: Ex
prçdictis ergo colligo & firmo iſtam con-
cluſionem,ꝙ ſpoliatus agens contra ſpoliā
tem remedio recuperandæ, non poteſt con-
ueniri nec petitorio nec poſſeſſorio, niſi ſo
la cauſa ſpolij alterius rei pariter priuile-
giatę,& non eiuſdem rei,ſecundum Abb.in
d.c.ſuper ſpoliatione,colum.4. cir. fi. de or-
di. ccog. Si uerò agit contra non ſpoliātem,
ſed contra tertium poſſeſſorem,poteſt recō-
ueniri tam petitorio,quam poſſeſſorio alte-
rius rei,ſed pro eadem re,nec petitorio, nec
poſſeſſorio recuperandæ,uel adipiſcēdç,ſed
poſſeſſorio retinēdæ ſic per prædicta.Fateor
tamen,quòd cauſa conuentionis,ex quo re-
quirit celeritatem,citiùs expedietur,per ea,
quæ dixi ſupra in 1.& 2. quæſt.iſtius partis.
47 † Vnde ſequitur, quòd illud priuilegium,
quòd ſpoliatus ante omnia reſtituatur, &
non teneatur reſpondere, procedit,quando
opponitur quæſtio ſuper eadem re, & non
ſuper diuerſa, & tunc eſt generale in quo-
libet poſſeſſorio recuperandæ. Fallit in re-
conuentione de poſſeſſorio retinendæ,
quod poteſt cadere in eadem re, quando
non agitur contra ſpoliatorem, ut ſupra di-
xi. Item procedit indiſtinctæ, quando agi-
tur contra ſpoliatorem, ſiue ſuper eadem
re,ſiue ſuper diuerſa, in odium ipſius ſpo-
liatoris. Fallit, quando fit quæſtio de alio
ſpolio alterius rei, per d. c. ſuper ſpoliatio-
ne, & ita cum iſta declaratione pertranſeo
48 ſuper iſta difficultate.† Prædictam opi & li
mitationem Abb.confirmo per unam opti-
mam deciſionem, quam faciunt dñi de Ro-
ta in deciſ.149. in nouis quæ incipit, ſi in-
ter,ubi habetur,ꝙ ſi duo litiganti ſuper poſ-
ſeſſorio recuperandæ, poteſt tertius ſe o-

bijcere pro ſuo intereſſe,& agere petitorio ,
dummodo ipſe non ſit ſpoliator , & tenetur
agens poſſeſſorio illi reſpondere ante reſti-
tutionem, ex quo reſpectu illius tertij , ceſ-
ſat odium ſpoliantis,allegat d. capi. de ord.
cogn. & pœna debet ſequi ſuos auctores , &
illud dictum ſequitur & declarat notabili-
ter Abb.in cap.in literis,colum. fin. de reſt.
ſpo.& idem Abb.in dic.capi. fin.in 2. no. &
Alexand.in l naturaliter,§ nihil commune.
colum 11 in 16 ſallentia,ff.de acq.poſſeſ &
Fel.in cap.cum ſuper colum.pen.verſic. ſcias
etiam,&c.de re iud.Et hæc quo ad poſſeſſo-
rium recuperandæ . Si vero actor agit poſ-
ſeſſorio adipiſcendæ,& reus vult eum recon
uenire,& tunc ſi reconuentio eſt reſpectu di
uerſæ rei,procedit indiſtinctè,ſiue fiat de pe
titorio,ſiue de poſſeſſorio,ſed reſpectu eiuſ-
dem rei , non procedit ſi fiat de petitorio,
quia is , qui agit remedio adipiſcendæ , ne-
gat ſe poſſidere , unde non conuenitur pe
titorio,l.fi.ff. de rei vend. ita hæc omnia te-
net Bart.in d.l.naturaliter.§ nihil commu-
ne,colum.7.in 5 combinatione.Si uero fiat
de poſſeſſorio eiuſdem rei recuperandæ, vel
adipiſcendæ, non procedit eadem ratione ,
quia agens non poſſidet , ſed de poſſeſſorio
retinendæ , bene procedit reconuentio pro
eadem re, quia concurrere poſſunt ambo ,
per ea , quæ habentur in d.c.veniens , & ibi
Abb.de preſcr. Nam pro ſola moleſtia com-
perit interdictum vti poſſideris,c.addita, &
ibi Abb.in 3.not de reſt.ſpol. Quod ſemper
intelligas de moleſtia extraiudiciali,non de
iudiciali ſecundum Abb. in d. c. audita. col.
3.in fin & fuit dictum ſupra . Si uerò actor
agit poſſeſſorio retinendæ,tunc reſpectu di-
uerſæ rei procedit indiſtinctæ reconuentio,
tam de petitorio , quam de poſſeſſorio, ſe-
cundum Bart. in d.§. nihil commune. in 5.
combinatione , & Car. in cle.1. colum.2.in
fin.de cauſa poſſeſſ. & proprie ſed reſpectu
eiuſdem rei de petitorio non procedit , quia
primo eſt diſcutienda cauſa poſſeſſorij , ſe-
cundum Bart. ubi ſupra, per l. ordinarij, C.
de rei vend.& l. incerti, C. de interdict. ſed
de poſſeſſorio, puto , quòd proceret recon-
uentio , quia ambæ cauſæ eſſent poſſeſſo-
riæ , & pariter priuilegiatæ, ut ſentit Abb.
in d.cap.ſuper ſpoliatione, colum.2. uerſic.
uenio more ſolito,&c. de ord.cogn nam de
poſſeſſorio retinendæ probatur , in leg. ſi-
duo,ff.uti poſſe.& in cap.licet cau. de prob.
de poſſeſſorio recuperandæ probatur in c.
ueniens,& ibi Abb. de præſc. de poſſeſſorio
adipiſcendæ patet ad ſenſum, quia nulla ur-
get contrarietas. Vnum tamen addo prædi-
ctis pro declaratione , ut in omnibus caſi-
bus,in quibus dixi procedere reconuentio-
nem de petitorio , in poſſeſſorio debeat in-
telligi eo modo, quo procedit reconuentio
in cauſa ſummaria , de cauſa non ſumma-
ria,ut declaraui ſupra in 1. quæſt.huius par
49 tis.† Hæc,hactenus dicta ſunt , procedunt
quando actor agit poſſeſſorio , & reus vult
reconuenire. Quid autem econtra , ſi actor
agit petitorio , & reconuentio fit de poſſeſ-
ſorio ? iſte eſt propriè caſus cap. cum dile-
ctus.de ord.cog.& uera concluſio eſt , quòd
reſpectu diuerſæ rei procedit reconuentio ,
ut d.cap.cum dilectus.& no. Abb.in cap. fi.
colum.2.uerſiculo uenio.&c.de ord. cog. &
Card.in cl.1.colum.4. uerſicu.ſi uero unus ,
&c.de cau.poſſeſſ.& proprie,ſed pro eadē re
ſimiliter tenent Doct.quod procedit recon-
uentio,ſecundum Abb.in d.c.fi.colum.2.&
in c.ex conq.colum.3.in prin. de reſt, ſpol.
in hoc puto aduertendum , quòd ſi intelli-
gis de poſſeſſorio retinendæ,clarum eſt, ꝙ
procedit reconuentio , quia iſta ſe compa-
tiuntur,ſed quod ad poſſeſſorium adipiſcen
dæ,& recuperandæ, neſcio quomodo poſſet
concurrere reconuentio in petitorio pro ea-
dem re , nam ſi conuenis me rei uendicatio
ne ad fundum , præſupponis me poſſidere ,
ſi ego volo te reconuenire poſſeſſorio recu-
perandæ,uel adipiſcendæ, non cadit recon-
uentio in eodem fundo,quia ſi poſſideo,non
competunt mihi dicta remedia. In uno ſo-
lo caſu poſſet procedere,ſcilicet in terminis
dicti c. ex conquæſtione. & de prædictis ui
de plene Spec.in tit.de poſſ.& peti.§.1.Sup
hac materia eſt etiam ſciendum , quòd in-
tentato petitorio per actorem , poteſt reus
deducere poſſeſſorium altero de duobus
modis,ſcilicet per uiam actionis , ut per re-
conuentionē, vt modo dixi, & per uiam ex-
ceptionis, & de vtroq; modo loquitur text.
& ibi Abb.in d.c.cum dilectus de ord. cog.
& gl.& Abb.in d.c fin.eo.tit.& ibi dicitur ,
50 quid eſt utiliùs intentare. † Et not. pulchrā
practicam ex d.c.cum dilectus. Nā ſi tu con-
uenis me petitorio , puta actione reali , vel
perſonali ad aliquam rem , ego poſſum te
conue-



conuenire , quòd ſpoliaſti me quadam alia
re,uel poſſum excipere contra te ſpolio alte
rius rei,petendo quòd non audiaris in peti-
torio tuo , niſi prius reſtituas mihi dictam
rem . Et differentia eſt iſta , quia ſi deduco
ſpolium per modum reconuentionis , non
repellitur actor ab agendo , ſed proceditur
ſuper utraque cauſa , tanquā ſuper mutuis
petitionibus, quia ex quo deducitur ſpoliū
per modum actionis, actio non eſt excluſio
alterius actionis,& ideo ſuper utraque pro-
ceditur , ſed ſi deduco ſpolium per modum
exceptionis , ſuſpenditur petitorium acto-
ris , & proceditur ad dationem termini ad
probandam exceptionē ſpolii,qui terminus
eſt quindecim dierum , ut in c. frequens de
reſt.ſpo.lib.6.& no.Abb.in d.c.cū dilectus.
in 5.no. Qua exceptione probata interpo-
nitur decretum,ꝙ actor non audiatur in pe
titorio ſuo,niſi prius reſtituat , non tn̄ con-
demnatur ad reſtituendum , quia exceptio
eſt ſolum actionis excluſio , unde non ope-
ratur reſtitutionem , quia illa uenit per uiā
actionis,iux.text.in d.c.cū dilec.& ibi Abb.
in 6.no. Sed qn̄ uenit ſecundum primū mo-
dum per uiam actionis, tūc venit reſtitutio
ut ibidem,& hæc eſt differentia inter unum
modum,& alium,unde reus poteſt delibera-
re,quod magis ſibi expediat, nam ſi meliùs
eſt incumbere rei actoris aduerſarii, oppo-
nat exceptionem , quia interim non proce-
detur ſuper petitorio,& ipſe detinebit rem
petitam. Si uero magis expedit ei hr̄e reſti-
tutionem ſpolii , agat per uiam reconuen
tionis , quia per eam obtinet reſtitutionem
rei, ita declarat gl.in d.c.fin.de ord.cog. Sed
qn̄ proponitur poſſeſſorium ſuper eadē re,
ſemper eſt utilius illud deducere per uiam
actionis , ſecundum Abb.in d.c.fi.col.2.de
ord.cog.& in c.ex conquæſtione , colu.3.in
51 prin.de reſt.ſpo.†Quid aūt,& ſi actor dedu
cat poſſeſſorium recuperandę ſuper vna re,
& reus excipiat de ſpolio alterius rei,an ſu-
ſpendat poſſeſſorium actoris? Ratio facit,
quòd non,quia ſunt duo pariter priuilegia-
ta,tn̄ ueritas eſt in contrarium, quia proce-
ditur exceptione, quæ eſt fauorabilior , ſu-
ſpenſo primo poſſeſſorio,& nunquā auditur
ea probata, niſi prius actor reſtituat. ita di-
cit gl.in d.c.fi.de ord.cog.& ibi Abb.col.3.
circa fi. Prædicta tn̄ limita procedere qn̄ ex
ceptio ſpolii opponitur contra ipſum ſpolia
torem , quia tunc repellit eum ab agendo.
Secus,ſi contra eum,qui non ſpoliauit , ſed
eſt tertius poſſeſſor ita dicit Abb.in d.cum
dilectus , colu.3.in c.in literis. colu.fin.de
reſt.ſpo.& habetur in deci.19.conſ.Neap.&
in l.ſi te bonis.C.de iure delib. ubi habetur
de intellectu dicti.c.frequēs de reſt.ſpol.lib.
6.ut procedat etiam de iure ciuile , ut not.
Iaſ.& communiter Mod.in d.l.ſi te bonis re
probata ibi opin.Bart.qui aliter dicebat.
52 † Item ex prædictis uerificabitur illud ꝙ
dicit Spec. in titu.de cit.§.1.col.5.verſi.itē
quòd eſt ſpoliatus , quòd is , qui eſt ſpolia-
tus , ſi citatur per ſpoliantem in alia cauſa
poteſt opponere contra citationem, ut non
teneatur reſpondere nec cōparere propter
dictum ſpolium, maxime qn̄ eſt notorium,
53 ſecundum eum . †Quinto principaliter ſu-
per iſta parte q̄ro , an in cauſa clerici poſſit
fieri reconuentio coram iudice laico , ut ſi
clericus agit contra laicum coram iudice
q ſeculari, an poſſit ibidem *q* recōueniri. Iſta,
longa quæſtio, quam plene examināt Abb.
& Fel.in cap.at ſi cler.de iud. Breuiter quid-
quid dicat Abbas ibi , ueritas eſt , & magis
communis opin.quòd poſſit clericus recon-
ueniri.hanc opi.tenet Bar.in d.auth.& con
ſequēter,col.fi.C.de ſen.& gl.ī c.1.de mut,
pet.& Bald.in l.2.§.ſed ſi agant.de iud.ubi
plus dicit , ꝙ iſta eſt prorogatio legalis . Et
hæc opi.eſt hodie expedita in regno per ri-
tum magnæ curiæ uicariæ, in num.135.qui
incipit. Itē, quòd clericus, &c & hr̄ in deci.
173.conſi.Neap.& ita cōmuniter ſeruatur
Et hanc opi.tenet Spe.in ti.de reconuen.§,
nunc dicamus,uerſic.ſed pone,clericus, &c.
ubi limitat hoc non procedere in tribus caſi
bus Primus, ſi reconueniretur de cauſa ſpi-
rituali,cuius eſt incapax iudex laicus. Secū-
dus , ſi reconueniatur de cauſa criminali,
quę infamat. Tertius caſus eſt, ſi laicus data
opera iniuriatur clerico, ad hoc ut conuen-
tus coram iudice laico, ibidē eum reconue-
niat,ſecundū Spec.in eo. tit.§.1,uerſ.quid ſi
laicus, & prædictis adde Bald.in d.auth.&
54 conſequenter. colum.pen. †Quod facit ad
id, quod in ſimili dicimus de clerico agen-
te cōtra laicum coram iudice laico , nam ſi
ſuccumbit cauſa , poteſt eum iudex laicus
condemnare ad expenſas , ut tenet Fely.in
55 c.at ſi clerici.colum.7.in fin.de iud.† Sed ſi
clericus uel alius agens, ſi fuerit reconuen-

tus uel & renunciare iudicio ſuæ conuentio
nis, ad hoc ut non reconueniatur, utrum
poſſit? dic, quòd ſi fuit per reconuentionē
præuentus, non poteſt renunciare, ex quo
ſemel eſt acquiſitum ius aduerſario, ſecus, ſi
res eſſet integra. ita tenet Bald. in d. auth. &
conſequenter, colum. pen. & Spec. in tit. de
recon. §. fi. & habetur in deciſ. 173. conſilio.
Neap. facit text. in l. ſi poſt mortem. §. fin. ff.
de bon. poſſeſſ. contra tab. & quod not. Iaſ.
& Doct. in l. 3. in prin. colum. fi. ff. quod quiſ
que iur. Bald. in l. petendæ. C. de temp. in in
teg. reſt. ubi habetur, quod omnis dilatio,
quæ datur in cauſis, eſt communis reo, &
actori, unde ſi datur reo, eſt communis etiā
actori, & econtra, adeo quòd non poteſt
reus renunciare illi dilationi iam præſtitæ
in præiudicium actoris, cui fuit ſemel ius
56 quæſitum, ſecundum Bald. ibi. † Sexto quæ
ro, an in cauſis criminalibus habeat locum
reconuentio. Hanc quæſt. plenius, quàm
alius tangit Abb. in cap. 1. colum. 9. cum tri
bus ſequen. de mut. pet. Ego autem de men-
te Abb. & Barr. in d. authen. & conſequen-
ter, & reaſſumendo communem, & ueriorē
opin. Doct. declarabo hanc qu. per quatuor
membra, & in ſingulis membris ponam ue-
ras cōcluſiones cum fallētijs, quoniam iſta
q. eſt ualde ardua, difficilis, & intricata. Vn-
de facio primum membrum principale, ui-
delicet, quādoque accuſatus quis merè cri-
minaliter. & ipſe reus vult reaccuſare accu-
ſatorem de alio crimine, & ſic tam etiam
cauſa conuentionis, quam reconuentionis
eſt criminalis, ſuper quo firmo iſtam con-
cluſionem, uidelicet, Accuſatus criminaliter
poteſt ſuum accuſatorem r reaccuſare cri-
minaliter, & ſic cōcludo, q; in criminalibus
habet locum recōuentio, ſicut in ciuilibus,
ita tenet gl. in d. authen. & conſequenter, &
probatur in l. 1. & leg. neganda. C. qui accuſ.
nō poſſ. Iſtam concluſionem limita primo,
dummodo reaccuſans proſequatur ſuam,
uel ſuorum iniuriam, alias reaccuſare non
poteſt, ut d. l. neganda, & ibi no. & l. is: qui
reus, & ibi gl. in uerſ. accuſ. & Bar. ff. de pub.
iud. & procedit tunc reconuentio indiſtin-
ctè, ſiue ante nomen receptum inter reos,
ſiue poſt, ut colligitur ex diſtinctione Bar.
in d. l. is qui reus, col. 2. in fi. & ſeq. Item, ēt,
ſi uterque proſequatur ſuam iniuriam, pro-
cedit reconuentio, ſecundum Bar. in d. l. is.
qui reus, colum. 3. & Bald. in l. 1. colum. 5. &
57 6. C. qui accuſ. non poſſunt. † Et hoc infer-
tur, quòd ex quo hodie in regno nullus ad
mittitur ad accuſandum, niſi ſuam, uel ſuo-
rum iniuriam proſequatur, ut eſt ritus ma-
gnæ curiæ uicariæ, in nume. 14. qui incipit,
item, quòd nullus laicus, &c. ſequitur quòd
tantò faciliùs in criminalibus habet locum
reconuentio, quod intelligo cum alijs, de-
clarationibus, quas infra ſubijciam. Secun-
do, limita prædictam concluſionem proce-
dere indiſtinctè, ante quàm nomen rei ſit
receptum inter reos, nam tunc poteſt fieri
ſ reaccuſatio, ſiue proſequatur ſuam iniu-
riam, ſiue non, & hoc eſt de mente Abb. in
d. c. 1. colū. 9. de mut. pet. ibi 1. caſu, per d. l.
is, qui reus. & licèt Bar. in d. l. is, qui reus, di-
ſtinguat, aut de maiori crimine, aut de pa-
ri, uel minori, & Bal. in d. l. 1. colum. 6. uerſ.
uenio ad ſecundam, &c. C. qui accuſ. non
poſſ. tamen uidetur uerior opi. Abb. ut pro-
cedat indiſtinctæ, quia ſi recte inſpiciantur
uerba Bar. non uidetur differentia in effe-
ctu, inrer nomen receptum, inter reos, & nō
receptum, & quam differentiam iura face-
re uidentur, ſed opi. Bar. eſt tex. in d. l. negā-
da. poſt uerò nomen receptum inter reos,
fit reaccuſatio de maiori crimine præiudi-
ciali, ut d. l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. non au-
tem de pari uel minori, ſecundum Bar. in d.
l. is, qui reus. & Gand. in tract. male. in tit. de
filiofa. & utrum poſſit accuſare, &c. colum.
2. & 3. quòd intellige ad effectum proſequē
di, poteſt tamen præſentari libellus, & ſuper
ſederi uſque ad ſententiam primę cauſæ, ut
dict. leg. neganda, ſecundum Doct. in locis
præall.
58 † Verùm, ſuper iſtis differentijs non ſatis
inſiſto, quia in regno ſunt nullius utilitatis
propter dictum ritum magnæ curiæ, ſecun
dum quem nullus accuſat, niſi ſuam, uel
ſuorum iniuriā proſequatur, quo caſu ſem-
per habet locum reaccuſatio, ut ſupra dixi.
Similiter in regno eſt correcta diſpoſitio,
d. l. 1. C. qui acc. non poſ. per conſt. quæ inci
pit, ſi ciuiliter agens, ut no ibi gloſſ. & And.
de Iſer. & Matth per quam conſti. eſt noui-
ter inductum, quòd ſiue accuſator reaccu-
ſet de maiori crimine, ſiue non, procedi-
tur indiſtinctè ſuper utraque cauſa, & per
unam non fit præiudicium alteri, & ſic ho-
die in regno per illam conſt. omnia præiudi-





cialia ſunt ſublata in iudicijs, per quàm cor-
rigitur etiam l. fin. C. de ord. iud. adeo, quòd
omnes cauſæ, quarum una ſic ſe habet an
aliam, ut per eam fiat præiudicium alteri, &
de iure communi propter præiudicium fit
impeditio proceſſus, ſunt hodie reductæ ad
æqualitatem, ut pariter procedatur in eis, &
per hoc multę leges iuris communis repe-
riuntur correctę, ut plenè declarat. Matt. de
Afſl in d. conſt. ſi ciuiliter agens, in 6. no.
59 † Quando autem dicatur nomen rei rece-
ptum inter reos? veritas eſt, ut d. Bar. in d. l.
is qui reus, colum. 3 in fi. & ſeq. & Abb. in d.
c. 1. colum. 9. de mut. pet. videlicet, quando
iudex non obſt. exceptionibus dilatorijs
pronunciauit eſſe procedendum ſuper ac-
cuſatione, ſi autem nihil fuit oppoſitum,
adeo quòd non fuit opus tali pronunciatio
ne, tunc per lit. conteſt. dicitur nomen rece-
ptū inter reos. Et declarat hoc plenius Bald.
in d. l. 1. colum. 9. in fi. & ſeq. & Bar. l. adulte
60 rij, C. de adul. & Bal. in l. quamuis, C. ſi pend.
app. mors interue. † Tertio limita dictam
concluſionem procedere, quando iſta recon-
uentio in criminalibus fit coram iudice or-
dinario ipſius reconuenti. Si enim eſſet iu-
dex incompetens reſpectu reconuenti, vel
quia non poterat aliter cognoſcere de cau-
ſa criminali tunc reconuentio de cā crimi-
nali nō procedit, tex. eſt in l. 2. § ſed ſi agant,
ff. de iud. ſecundum Bart. in d. auth. & conſe
quenter, columm. 3. ubi aſſignat rationem,
quia agens criminaliter, agit ex neceſſitate
propter iniuriam ſibi factam, non autem ex
uoluntate ſicut in ciuili. Vnde ceſſet ratio
l. cum Papinianus, in fi, C. de ſent. & ſic non
fit prorogatio iuriſdictionis per reconuen
tionem in cauſa criminali ſicut in ciuili, ſe-
cundum Bar. ibi, & tenet And. de Iſer. in ca.
1. colum. 2. de contro, feud. apud pares, & eſt
de mente Bal in l. 1. circa fi. C. de iuriſ. om-
iud. & Alex. in add. ad Bar. in d. l. is qui reus
61 colum. 2. † Et per hęc inferri pulchre Bald.
in d. l. 1. colum. 3. in 5. oppo C. qui acc non
poſ. quod ſi Papa delegaret alicui delegato
aliquam cauſam criminalem, non poſſet
coram eo habere locum reconuentio de alia
cauſa criminali, quia iuriſdictio delegati ad
eam ſe non extendit, nam in criminalibus
ſecundum eum non dicitur propriè recon-
uentio, ſicut in ciuilibus, quia non proroga-
tur iuriſdictio, & hoc etiam innuit Bald. in
d. auth. & conſequenter, colum. 1, verſicu 2.
quęro &c. ſecus eſſet, qn̄ delegatus impetra
retur per ipſum accuſantē, quia tunc habe
ret locū reconuentio, ſm Bart. in d. auth. &
conſequenter. col. 3. & hoc rōne impetratio
nis, quia vr̄ eligere impetrando, ſm eum.
62 † Adde tn̄ in hac materia, q; in regno habe
mus tres ritus magnę curię, diſponentes de
hac materia. Quorum primus eſt in nu. 69.
& incipit. Item ſi quis, vel ſi qua, &c. per quē
diſponitur, q; accuſatus non pōt accuſantē
reaccuſare, nec eius matrem, aut filios, vel
fratrem, vel nepotes, niſi eadem die, & ex no
uo delicto, & ſic per dictum ritum vr̄ eſſe re
ſtricta poteſtas reaccuſandi ſolū in illa die,
in qua fit accuſatio, & ſolùm in nouo deli-
63 cto. † Quod aūt dicatur nouum delictum,
declarat notabiliter per Bar. in l. is qui reus,
col. 3. uerſ. cōiter ſeruatur, &c. ff. de pub. iu.
ubi quādo plura delicta ſunt facta unico
contextu, in eadem rixa, omnia illa reputan
tur pro uno facto. unde ſi tu accuſas me de
delicto facto in rixa, & ego reaccuſo te de
delicto facto in eadem rixa, illud delictum
non diceretur nouum, ratione connexita-
tis. Sed ſi tu accuſas de delicto commiſſo ho
die, & ego reaccuſo te de delicto commiſſo
heri, illud diceretur nouum, & ita colligitur
ex uerbis, & mente Bar. ibi. Et aduerte, quia
ille ritus loquitur copulatiuè, & dum dicit,
& niſi ex nouo delicto, &c. unde innuit, q;
utrunque copulatiuè interueniat ad hoc,
ut procedat reaccuſatio, ſcilicet quod fiat
eadem die, & ex nouo delicto, & non ali-
ter. leg. ſi is qui ducenda, § utrum, ff. de reb.
dub. & l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit aureos
10, ff. de verb. ob. Secundus ritus magnę cu-
rię eſt in nu. 180. & incipit. Item ſeruat ip-
ſa curia, quòd accuſator &c. quo cauetur,
quòd accuſator non poteſt pendente accu-
ſatione in aliqua curia accuſari, dum tamē
ſit paratus reſpondere in eadem curia, accu
ſatione durante, uel pſtet fideiuſſionem de
reſpondendo in quacunque cura competen
64 ti finita accuſatione. † Tertius ritus eſt in vl
timo tit. in num. 324. & hoc uidetur ius no
uiſſimum in regno, quia cum ſit vltimus,
derogat oībus prioribus, quantus contradi
cerēt, vt in §. poſteriore. inſti. quib. mod. teſt.
infir. & leg. ſi quis in prin. ff. de leg. 3 & leg.
hac cōſultiſſima, §. fi. C. de teſt. & leg. pacta
nouiſſima, C. de pact. & per hunc ultimum

ritum eſt correcta, l.1.qui acc. non poſſ.& ſimiliter eſt correcta illa conſtitutio. ſi ciuiliter agens, quam ſuperius allegaui. Vult.n. ille ritus, quòd accuſator, uel eius coniux, aut filij, parentes, vel fratres vtrinque coniuncti inſimul habitantes, non poſſint aliquomodo reaccuſare de aliquo crimine, etiam maiori, pendente accuſatione per accuſatum, vel eius coniugem, filios, parentes, aut fratres, inſimul habitantes, ſolùm perſona reaccuſata tenetur præſtare fideiuſſoriã cautionem de ſtando iuri, finita prima accuſatione, & procedit illa diſpoſitio, etiam ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, ut ibi expreſſe dicitur, & ſic videtur etiã correcta d.l.neganda, C. qui accuſ. non poſ. Aſſignatur enim ibi ratio, quòd iſta reaccuſatio præſumitur calumnioſè fieri, ex quo non eſt ueriſimile, quòd accuſatus ſi fuiſſet offenſus, voluiſſet tardare ad accuſandum, donec ipſe accuſaretur prius, unde præſumitur fieri iſta reaccuſatio, ut perturbetur accuſans, & ſi calumnioſè ſequitur ergo, quòd hodie in regno ceſſat omnino reconuentio, uel reaccuſatio in criminalibus, etiam ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam quis proſequatur, per diſpoſitionem dicti ultimi ritus, qui in hoc derogauit diſpoſitioni iuris communis, & conſtitutionis regni.

ADDITIO. Nunquid diſpoſitio rituũ procedat in blaſphemia? & uidetur dicendũ quod non, per Doc.& Bar.in l.Lucius.in fi.ff ad Turpil quã ſequitur Marſ.in l.unius §.cogniturum, ff de quæſtio & Anch.in cap. 1. extra de conſt.& adde quòd quando cauſę procedunt ex eodem fonte, poteſt ſuper utraq; procedi, ut habetur per Gram. in deciſ.54. Dum magnificus. Petr.Foll.V.I.D.

65 † An autem cum iudex inquirit cõtra aliquẽ, ad inſtigationem alterius, poſſit inquiſitus petere à iudice, quòd reinquirat contra illum inſtigantem ab alio crimine. uide Spec.in tit.de inqui.§.1.uer. item nunquid, &c ubi tenet, quòd non. Reliqua vero, quo ad hoc primum membrum principale, proſequere de iure communi, ut per Bar.in d. l. is qui reus.& d.auth.& cõſequẽter, col.3. & Bal.in l.1.C.qui accu.non poſ.& Abb. in d.
66 c.1.colu.8.& 10.de mut.peti. † Secundum membrum principale eſt, quando aliquis eſt accuſatus criminaliter, & vult reconuenire ciuiliter ſuum accuſatorem, in quo firmo conclusionem, quòd non poteſt fieri talis reconuentio, & hoc tam de iure communi, per l.fin.C.de ord.iud.& p Abb.in d.c.1.col. 11.uer.2.& c.de mut.pet. quam etiam ex diſpoſitione dicti ritus ultimi, ibi, per quamuis uiam in iudicio euocare, &c. & hoc per rationem, quia accuſator non elegit ſponte iudicem, ſed ex neceſſitate propter iniuriã ſibi factam, ſecundum Abb. ibi. & Bar.iu d. auth.& conſequenter, colum.3.

Tertium membrum eſt econtra, quando conuentus ciuiliter, vult conuenire criminaliter. In quo breuiter dico, quòd hodie procedit reconuentio in regno, nec ſuperſedet in ciuili, propter præiudicium cauſæ criminalis, etiam ſi eſſet crimen læſæ maieſtatis. ita propriè dicit tex. in illa conſtitutio. ſi ciuiliter agens, & ita ſeruatur in regno, quidquid dicat Abb.in d.c.1.colum.11.cir. fi. & Bar.in d.auth, & conſequenter, colum.3.

67 † Quod tamen limita procedere, quãdo talis reconuentio fieret coram iudice competenti ipſius reconuẽti, aliàs ſecus, ſi ceſſet incompetens, quia non prorogatur ad cauſam criminalem, ſecũdum Abb.ibi, & Alex. in additio ad Bar. in l. is qui reus, colum.1. ff.de pub.iud. & dixi ſupra in 1.membro.in tertia limita: Et quod in criminalibus non habeat locũ prorogatio, tenet Bal.in l.ſi qui ex conſenſu, colum.2.in fi.uerſ.reuoco, &c. de epiſ.aud.& Bal.in l.1.in fin.C.ubi de cri.
68 agi oportet.† Quartum membrũ eſt, quando conuentus de crimine ciuiliter, vult reconuenire de alio crimine ciuiliter, quod quomodo, & quando ſit, declaraui plene ſupra in prima diſt.huius partis ſuper quo firmo conclusionem, quòd procedit reconuentio coram iudice competenti, ſcilicet qui eſt iudex reconuenti, & hoc patet ſenſum, quia ſi quando agitur merè criminaliter, procedit reconuentio, ubi reconueniens proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam, ut ſupra fuit concluſum de iure communi. multò fortius, quando agitur ciuiliter, quia magis adhæret naturæ reconuentionis, quæ procedit regulariter in ciuili, per d.l. cum Papinianus, & authen.& conſequenter. Nã tunc ſuum proprium intereſſe quia proſequitur, quando ciuiliter agit, ſed vel & reconuenire actorem coram iudice non ſuo, ut prorogetur iuriſdictio propter reconuentionem, hoc



hoc non poſſet, quia non obſtante, quod ciuiliter agatur, poteſt dici, quod actor agit ex neceſſitate propter delictum ſibi commiſſum, & ſic non ſponte eligit iudicem, unde ceſſat reconuentio, per ea, quæ ſupra dixi, & no Bar. in d.auth.& conſequenter, col. 2.ita tenet Abb. in d.cap.1.colum.12.in fin, extra de mut.pet.Rob.Mar.V.I.D.

ADDITIONES.

a Reconuentio. Reconuentio quid ſit, uide per Deciſ.in c.cum inter, il 5.nume.4.extra de except.

b Compenſatio. Nec etiam de debito iurato ad non iuratum admittitur compenſatio, & eſt communis. Iaſ. in l.eum qui.§. ſi iurauero, num.2.ff.de iuretur. Afflict.deciſ.163. limita alijs modis, ut per Soci.in tracta.fallen. reg. 61 compenſatio, Beninten. deciſ, Bonon.37.numero 22. Hæc etiam admittitur compenſatio in actione iniuriarum, & eſt communis, de qua per Viui.in ſuis commu. opin. in 2.par, opin. 5. actione iniuriarum in fi.

c Reconuentionali. In materia reconuentionis uide quæ ſcripſit Dominus meus Dominus Mar.Mantu.in c.ex literis, per totum extra de mut.petit.

d Simultaneus. Reconuentioni non eſt locus quoad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto, quando una cauſa reperitur ſummaria, altera uero plenaria; Innoc.& omnes in cap.1. extra de mut.petit. Ang.in l.ſed & hę.§.non ſolum.ff.de procurat.& Docto. in authen.& conſequenter. C.de ſenten.

e Iudicibus, Soci.in tracta.fallen.reg.332.Reconuentio lib. 11.l. & ſi mutui.ff. de iuriſd. omni.iudi.ubi Cotas.

f Reconuentio. Reconuentio reconuentionis non habet locum in delegato Mant, in c.cum dilectus nume.2.extra de arbit.

g Locum, Et eſt communis, de qua per Gomeſ.in ca. diſpendia nu.33.de reſcrip. lib.6.

h Arbiter. Mantua.in d.c. cum dilectus.num. 1.extra de arbit.

i Verior. Contra per Mantuã in d.c.dilectus, nume.17.& 18.

K Appellari. Bellenzin. in trac.de clarit.ſubti. quæſtione 53.in ſi. Mantua.d.cap.cum dilectus, nume.43.

l Prorogari. Prorogatio iuriſdictionis corã delegato non fit, Franc. Mar.quæſtione del. fin.13.nume.3.

m Clerico. Clericus non prorogat iuriſdictionem alterius ſine licentia ſui Epiſcopi, Capic.deciſ.9.nume.12.

n Prorogatio. Deci.in c.cæterum.in prin. extra de iudi. Cagno.in l.1.nume.41. ff. de iudi. Grauat.in addi.ad prac.Veſtr. lib.8.cap. 2.nu.14.ubi latè in mat.prorogationis.

o Infra dicendis. Et etiam D.Marc, Mant.in d.c. ex literis nume.22. cum multis ſeq.

p Poſſeſſorij. In hac materia uide quę doctè ſcribit Menochi.in trac, recuper.poſ.remed. primo nume.382.cum ſeq.

q Reconueniri. Si ciuiliter agit, reconueniri poteſt, Cur.iun.in l.2.nume.48.ff, de iuriſd. om.iud. Duenas lib.1.reg. utr. iur.reg.102. Clericus.

r Reaccuſare. Accuſatione pendente non poteſt. Foller, in pract.crimi. cau.in 2.par.iud. in uer.accuſatione porrecta nume.76.

ſ Reaccuſatio. Petr.Duen, lib.1.regu, utr.iur. reg, 39, accuſatus. Ludouicus Alferius.

## Iudiciorum VII. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud petitorium, & aliud poſſeſſorium.*
2 *Poſſeſſoriũ iudiciũ triplex eſt, & quod dicat.*
3 *Poſſeſſio non tranſit ad hæredem, niſi apprehẽdatur, fallit tamen, quando defunctus poſſidebat per colonum.*
4 *Agens interdicto quorum bonorum, quid narrare, & probare debeat.*
5 *Poſſeſſorium adipiſcendæ, non datur hæredi, qui quandoque habuit poſſeſſionem, & ab ea cecidit.*
6 *Hæreditatis petitio, non datur ei, qui quãdoque poſſeſſionem habuit, & cęcidit ab ea.*
7 *Interdictum, quorum bonorum, reperitur utile, & directum, & habet ſimilitudinem cum petitione hęreditatis, & quando locum habeat, nume.8.*
8 *Petitio hæreditatis, non ſolum datur ad uniuerſam hæreditatem, ſed etiam ad rem particularem.*
9 *Interdictum, quorum bonorum, in aliquo eſt utilius, quam hæreditatis petitio.*
10 *Interdictum, quorum legatorum, eſt poſſeſſorium adipiſcendę, quando habeat locum.*
11 *Interdictum Saluianum, eſt poſſeſſorium adipiſcendę, & quando locum habeat.*
12 *Poſſeſſorium adipiſcendę, eſt etiam remedium ſi.C.de edic.diui.Adr toll.*

13 *Poſſeſſorium adipiſcendæ etiam dicitur quãdo beneficiatus implorat iudicis officium, ut mittatur in poſſeſſionem beneficij nouiter acquiſiti.*

14 *Poſſeſſorium retinendæ quod dicatur, & quãdo locum habeat, & nu 15.*

15 *Turbatio poſſeſſionis qualiter probetur.*

16 *Criminaliter an poſſit agi pro ui turbatiua.*

17 *Poſſeſſorium retinendæ, datur ei, qui extraiudicium moleſtatur: ſecus, ſi in iudicio.*

18 *Poſſeſſorium retinendæ non datur contra deiectum turbantem ſuum deiectorem.*

19 *Poſſeſſorium retinendæ duobus litigantibus, ille obtinet, qui de antiquiori poſſeſſione probat, etiam ſi aduerſarius probaret de titulo: uerum debet articulare, quod habẽs titulũ poſſideat clam, reſpectu ſuæ poſſeſſionis.*

20 *Turbare quis, quot modis dicatur.*

21 *Tempus & locus an declarari debeant, in interdicto retinendæ.*

22 *Operarij, an teneantur de turbata poſſeſſione.*

23 *Poſſeſſio de præſenti, an arguat poſſeſſionem de præterito.*

24 *Poſſeſſio antiqua an præſumatur continuata.*

25 *Poſſeſſio antiquior non prodeſt agenti poſſeſſorio retinendæ, quando ab ea cecidit facto ſuo ex propria alienatione.*

26 *Articulus de proprietate an admittatur, quãdo poſſeſſorio retinendæ agitur.*

17 *Poſſeſſorium retinenda datur etiam pro iuribus incorporalibus.*

28 *Poſſeſſorium recuperandæ, quod dicatur, & quando habeat locum, & nu. 22.*

29 *Interdictum unde ui, datur uiolenter expulſo de poſſeſſione rei immobilis.*

30 *Interdictum, unde ui, competit pro iuribus incorporalibus, & annis præſtationibus.*

31 *Interdictum unde ui, an detur ei, qui ſuſpicatur poſſe repelli*

32 *Interdictum, unde ui, datur ſolum intra annum utilem.*

33 *Interdictum unde ui, competit deiecto poſſidẽti tempore ſpolij.*

34 *Locus & tempus ſpolij, requiritur in libello, in quo intentatur interdictum, unde ui.*

35 *Turbationis qualitas, an ſit exprimenda.*

36 *Interdictũ, unde ui, non datur contra ſingularẽ ſucceſſorem: ſed contra uniuerſalẽ ſic, & datur hæredi, & non poſſidenti, & nu. 37.*

18 *Interdictũ, unde ui, datur ſpoliato, quære poſſidebat tẽpore ſpolij: ſecus ſi tãtũ detinebat.*

39 *Conditio triticaria, datur etiam ad poſſeſſionem & eſt remedium recuperandæ, & quando locum habeat.*

40 *Conditio incerti ad recuperandam poſſeſſionẽ dari poteſt.*

41 *Indebita conditio, datur etiam ad poſſeſſionẽ recuperandam.*

42 *Actio in factum, poteſt dari etiam ad recuperandam poſſeſſionem.*

43 *Officium iudicis, competit etiam ad recuperãdam poſſeſſionem.*

44 *Conditio ex l. ſi me & Titium ff ſi cert pet. habet locum pro recuperanda poſſeſſione.*

45 *Cõditio ex l ſi coloni. C. de agr & cenſi datur ad recuperãdam poſſeſſionem, & quæ requirantur ut competat.*

46 *Seruus fugiens facit furtum, ſui ipſius.*

47 *Conditio ex l. auctoritatem. C unde ui, eſt remedium poſſeſſorium recuperandæ, & quando habeat locum. (nu. 48.*

*Item cõditio ex lege, meminerint C. unde ui.*

*Item conditio ex lege, ſi quis conductionis. C. locati, nu. 49.*

*Item conditio l, inuaſor. C. unde ui. nu. 50.*

*Itẽ cõditio l ſi quis in tãta. C unde ui. n 51.*

*Item conditio ex l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. unde ui. nu. 52.*

*Item conditio ex l cum à te. ff. de ui & ui arma. nu 53.*

*Item conditio ex l ſi C. unde ui, nu. 54.*

55 *Conditio ex c. ſæpe. de reſt. ſpol. eſt remedium recuperandæ.*

*Item conditio ex c. freq de reſt. ſpol. lib. 6. nu. 56 & 57 Intellectus d. c frequẽs remiſſiue.*

58 *Cõditio ex canone reintegrand. 1. 3. q. prima, eſt remedium recuperandæ, & eſt plenius ceteris, & quando locum habeat.*

59 *Conditio ex l ſi. C. de acq poſſ. eſt remedium recuperandæ, & quando habeat locum, & quæ utilitas reſultet ex ea.*

60 *Creditor agere põt aſſiſtentia contra tertium poſſeſſorem uigore precarij uſque ad 30. an.*

61 *Poſſeſſoria duo recuperandæ, ſunt nouiter inducta in regno. Vnum per cõſtitutionẽ, circa uiolentias, & aliud per tria capitula regni, & quando hæc habeant locum, & nu. 62.*


SEptima principalis diſtinctio iudiciorum eſt:
1 † quia iudicium aliud petitorium;
a & aliud poſſeſſorium. *a* Petitorium dicitur illud, in quo principaliter agitur de proprietate, ſeu dominio alicuius rei, puta ubi agitur rei uendicatione. l. cum fundum. § fin. & ibi glo. ff. de ui & ui arma. cap. paſtoralis de cauſa poſſ. & proprieta. Idem ſi agatur publiciana, quia dicitur interdictum petitorium, l. eum. qui. § ſed ſi quis. ff. de publ. Item, ſi agatur petitione hæreditatis, ut no. glo. in l. 2. in gl. pe. C. de edic. diu. Adr. tol. Eodẽ modo, ſi agatur ad uſumfructum, uel uſum, uel aliam ſeruitutem, dicitur petitorium, quia agens ad iſta iura incorporalia, cenſetur dominus iſtorum iurĩu, ſecundum Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõmune, col. 2. & 3. circa fi. ff. de acq. poſ & patet ex his, quæ no. Spec. in tit. de cauſa poſ. & proprie. §. ſequitur, & §. nunc dicendum. Item. quãdo agitur actione perſonali ad rẽ, dicitur petitorium, ſecundum Bal. in conſil.
2 449. in 3. uol. & colligitur ex præalleg. † Poſſeſſorium iudicium eſt, ubi agitur de mera poſſeſſione, & iſtud iudicium poſſeſſorium,
b eſt triplex: uidelicet, *b* poſſeſſorium adipiſcendæ, poſſeſſorium retinendæ, & poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis. Poſſeſſoriũ adipiſcendæ, exemplificatur in trib. iudicijs, uidelicet, in interdicto, quorum bonorum, quod competit ei, cui delata eſt hæreditas ex teſtamento, uel ab inteſtato pro acquirenda poſſeſſione rerum hæreditarium, & ipſius hæreditatis. Et ad hoc ut competat hoc interdictum, ſunt conſideranda aliqua ex par-
3 te actoris, & aliqua ex parte rei. † Et præſuppono id, quod habetur in l. cum hæredes. ff. de acquirenda poſſ. ſcilicet quòd hæres non acquirit poſſeſſionem hæreditatis pro ipſo
c iure, ſicut dominium, unde non *c* tranſmittitur poſſeſſio a defuncto ad hæredem ipſo iure, niſi actualiter hæres apprehendat, ut ibi. Quod tamen fallit, quando defunctus poſſidebat aliquam rem per colonum ſuum, quia per medium eiuſdem coloni tranſmittitur poſſeſſio ad hæredem ſine aliqua apprehenſione. Ita notabiliter tenet Alexand. in l. qui uniuerſas, quòd per col. ff de acq. poſ. & habetur in deciſ. 117. conſi. Neap. Si. n. hæres vult acquirere poſſionem rerum hæredi-
d tarium, habet duplex *d* remedium adipiſcẽdæ poſſeſſionis. ſ. unum per iſtud interdictũ, quorum bonorum, & aliud ex l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. de quo aliquid inferius dicam.
4 † Requiritur ergo in hoc interdicto ex parte actoris, quod ei ſit delata hæreditas, & ꝙ eam adiuerit de iure ciuili, uel agnouerit bonorum poſſeſſionem de iure prætorio, ut eſt tex. in l. 1. 2. C. quorum bon. per hoc patet, quòd actor, qui agit tali interdicto, debet in ſuo libello narrare qualiter hæreditatem adiuit, uel bonorum poſſeſſionem ſibi delatam agnouit, & tunc agit ad auocãdam effectualem poſſeſſionem, ut no. Spec. in titu. de teſt. §. nunc dicendum, col. 1. ex parte rei requiritur, ꝙ poſſideat ti. pro hærede, uel pro poſſeſſore, & in hoc æquiparatur petitioni hæreditatis, quæ non datur contra poſſidentẽ alio ti. l. regulariter. ff. de pet. hær. de hoc eſt tex in l. 1. ff. quor. bo. no & in l. 2. C. eod tit.
5 & inſt. de interd. §. ſeq. † Item, ad hoc ut cõpetat, eſt neceſſe, quòd hæres nunquam habuerit poſſeſſionem hæreditatis, uel illius rei, quam petit. Secus eſt, ſi quandoque habuit poſſeſſionem, & deinde ab ea cecidit, quia non competit ſibi ulterius poſſeſſoriũ adipiſcendæ, & ſic hoc interdictum tex. eſt. in §. pro hær. inſt. de interd. unde tunc debet recurrere ad poſſeſſorium recuperandæ, de quo infra dicitur, & hoc eſt generale in omnibus poſſeſſorijs adipiſcendæ, ut eſt glo. in c. 1. in fi. de confeſ. lib. 6. & Iaſ. in l.
6 eius, qui §. fin. col. pen. ff. ſi cert. pet. † Et in hoc habet ſimilitudinem. aliam cum petitione hæreditatis, quia illa ſimiliter non competit hæredi, qui ſemel acquiſiuit poſſeſſionem rerum hæreditariarum, & poſtea ab ea cecidit, ut eſt glo. & ibi Bart in l. fin ff. de fideic. hær. pet. tenet Pet. Phil. Corn. in conſi. 254. colum. fin. in litera H, in 4. uolu. & ratio patet ad ſenſum. quia poſtquam hæreditas eſt ſemel acquiſita, deſinit eſſe hæreditas. & appellatur patrimonia hæredis. unde non competit ei ulterius petitio hæreditatis, quæ non eſt. l. ſed ſi plures, §. filio. ff. de vulg. & pup. & not. Lud. Rom. in conſi. 5. colum. 1. Ex quibus nota pulchram practicam ꝓ reo conuento petitione hæreditatis, uel interdicto, quorum bonorum, ut nitatur probare, quòd actor quandoque fuit in poſſeſſione rei petitæ, & poſtea ab ea cecidit, quia ſic
7 facit actorem ſuccumbere. † Eſt ſciendum etiam, quòd hoc inter dictum reperitur directum & utile, directum datur bonorum poſſeſſori de iure prætorio, ex quo interdictum eſt petitorium. Vtile uerò datur hæredi de iure ciui. ut not. glo. in rub. ff. quor. bon. & in l. in prin. eo. titu. & Bal. in rub. C. eo. tit. Item directũ datur ei, qui agit ad uniuerſam hæreditatem, quia ad hoc principaliter

liter fuit inductum, ut dicit text.in d.l.1. §.
fi.ff.quo.bon. Vtile uero datur ei, qui agit
ad unam rem particularem, ita tenet Soc.in
ti.de teſt.§. nunc dicendum, uerſ.quid ſi res,
8 & no.in d.§.fin.† & in hoc habet ſimilitudi-
nem cum pet. hæred. quæ non ſolum datur
ad uniuerſam hęreditatem, uerum etiam ad
unam rem particularem, l.regulariter, in fi.
& l.licet.ff.de pet.hæred. & no.Spe.in tit.de
tutore.§.fin. uerſ.quid ſi quaſi, & ad prædi-
cta adde Abb.in c.paſtoralis.col.3.cir fin.de
cauſa poſ.& proprie.ubi declarat materiam
huius interdicti. Concluſiue igitur illi com-
petit petitio hęreditatis p̄ter quam in uno
caſu.ſ.quia non datur contra debitorem hæ
reditarium, ſed tantùm contra poſſeſſorem
alicui rei particularis, ut eſt text.in l.2.ff.
quo.bon.ſed petitio hæreditatis datur etiam
contra debitores hęreditarios, ut eſt tex.in l.
etiam. §.fi.ff.de pet.hær.& multas alias dif-
ferentias inter hoc interdictum & petitio-
nem hæreditatis, uide per gl. & Doc.in rub.
9 C.quo bo.† Vnam tñ utilitatem nota tu ad-
uocare, qui uis formare libellum pro hære-
de actore, quia utilius eſt intentare interdi-
ctum, quorum bo.ex quo remedium poſſeſ-
ſorium, & a ſententia lata ſuper eo non ap-
pellatur ad effectum retardādæ executionis,
per ea, q̄ hn̄r in l.1.& ibi Bald.C.ſi de mom.
poſſ.fue.ap & per Car. Alexan.in c.1.col.1.
uerſi.ſi ergo quæris, &c. quid ſi inueſtit. in
e uſib feu. Quod ſecus eſſet in petitione *e* hæ-
reditatis: quia illud remedium petitorium,
& a ſententia lata ſuper eo appellatur, uerū
per petitionem hæreditatis acquiritur pin-
guius ius: quia per eā auocatur proprietas,
10 ſed per hoc interdictum ſola poſſeſſio.† Se-
cundo, poteſt exemplificari poſſeſſoriū adi-
piſcendæ in interdicto, quorum legatorum,
qđ competit hæredi ad reuocandā poſſeſſio
nem legati a legatario, qui occupauit illam
propria auctoritate, nam de iure prohibetur
legatarius accipere poſſeſſionem legati pro-
pria auctoritate, ſed dēt illa capere de ma-
nu hæredis, aliàs cadit a iure ſuo, qñ illā ca-
peret non uacantem, & ſic cū uitio, l.nō eſt
dubium, & ibi Bar.& Do.C.de leg.puta, qñ
hæreditas erat adita, ſed nondum adita hæ-
reditate, ſi legatarius occupat pòſſeſſionem
uacantem, non cadit a iure ſuo, ſed tene-
tur per hoc interdictum reſtituere poſſeſſio
nem hęredi, ut poſſit detrahere falcidiam, &
deinde ipſe dēt hæredem conuenire, l.1.§.
rediguntur. & ibi gl.ff.quorum leg. & Bart.
in d.l. non eſt dubium.& dicit Bart.in d.l.1.
in fin.illius princ.ꝙ non aliter datur hęredi
hæc actio, niſi qñ vult detrahere falcidiā. idē
tenet Pet.Phil.Corn in conſi.37. col.antep.
in 3. uolum. Et ſic nota, ut ſcias libellare in
hoc interdicto, de quo uide Abb. in d. cap.
paſt.colū.4. in prin de cauſa poſ & propriæ,
& Spe.in titu.de teſt.§.nunc dicendum, uer.
uerū quia. & ad hoc ut competat hoc inter-
dictum, eſt neceſſe, ꝙ reus poſſideat in titu.
pro legato, l.1.§. quia autem.ff. quorū lega.
11 †Tertio, poteſt exemplificari poſſeſſorium
adipiſcendæ in Saluiano interdicto, ꝙ hēt
locum qñ conductor intulit bona in prædiū
f collectum, nam illa *f* inuecta & illata cen-
ſetur tacitè obligata pro penſione domus
conductæ, l.item quia. & ibi per Doc. ff. de
pac. & hr̄ plene in §.item ſeruiana, & ibi per
Iaſ.inſt. de act. Sed ſi conductor dicta bona
inde extraheret, pōt conueniri per dn̄m præ
dij conducti, remedio poſſeſſorio.ſ.per Sal-
uianum interdictum, ut reſtituat poſſeſſio-
nem dictorum bonorum ipſi creditori, ut
poſſit incūbere ſuæ hypothecæ, & ſic eſt re
mediū adipiſcendæ poſſeſſionis, & datur ēt
contra tertios poſſeſſores, ut eſt text.in l.1.
ff.de Salui.interdict.& not.Abb.in d.c.paſt.
colum.4. uerſi 3. de cauſa poſ.& proprie. &
Spec.in tit.de loc.§ poſtq̄, col.pen.uerſi. ad
12 hoc. † Quarto, poteſt exemplificari poſſeſ-
ſorium adipiſcendæ in remedio l. fin.C. de
edic.diui Adria.toll.Qđ competit hęredi tā
tùm ſcripto in teſt̄, qui producit teſtamen
tum in forma publica non abolitum, neque
g cancellatū, cuius uigore poteſt *g* petere ſe
mitti in poſſeſſionē hæreditatis, & eſt reme
dium executiuum, quod qualiter, & qñ pro-
cedat, tradit̄ plene per Bar.& Doc in d.l.fi.
13 † Quinto pōt exemplificari poſſeſſorium
adipiſcendæ generaliter in officio iudicis,
quod imploratur per eum, cui facta eſt col-
latio alicuius beneficij, ut mittatur in poſ-
ſeſſionem dicti beneficij, quam nunquā ha-
buit, & hoc procedit, & ſeruatur generali-
ter de iure canonico, ſecundum Abb.in d.c.
paſto. colum.4.uer. & ſcias de cauſa poſſ. &
propriet. & hr̄ in c.accidens. & ibi per Abb.
14 & Doc.de accuſ.† Secundum principale poſ
ſeſſorium eſt, quod appellatur retinēdæ poſ-
ſeſſionis, ꝙ exemplificatur in duob, tantum
interdi-



interdictis, videlicet, interdicto uti poſſide-
tis, & vtrobi quę differunt in hoc, quia in-
terdictum vti poſſidetis, datur pro reb. im-
mobilibus, interdictum, vtrobi, pro rebus
mobilibus, vt declarat glo.& Abb. in d. cap.
paſt.col.4.uerſ.3.de cauſa poſſ.& proprie.&
Specu.in titu.de cauſa poſſ.& proprie. §. 1.
h col.pen.& fi.*h* Cōpetit.n.illud poſſeſſorium
retinendæ ei, qui poſſidet, & turbatur in poſ
ſeſſione per aliquē, nā pōt petere, ꝙ impo-
natur turbanti perpetuum ſilentium, nede
cætero perturbet eum in ſua poſſeſſione, &
quòd teneatur ad intereſſe turbationis fa-
i ctæ.Hæc tria debet *i* cōprehendere libellus
in hoc poſſeſſorio, per quod petitur quis
conſeruari, & manuteneri in poſſeſſ. ut ple-
ne decl.Barto. in l. 1.§.interdum, ff.uti poſ-
ſid.ubi ponit.formam libellandi.

ADDITIO. In poſſeſſorio retinendæ
quando prætextu turbatæ poſſeſſionis agit̄,
13 † Illud ante omnia probandū uenit (uide-
licet turbatio poſſeſſionis) quod probatur
inter alia ſi conuentus reſpondeat accuſa-
tioni & dicat ſe poſſidere, ut uoluit Barto.
in l.ſi prius, in 5. contrario 1. partis, ff. de
nou. ope. nunc. & Bald. in l. ord. C.de rei
uend.& Cy.in l unica, C.ut poſſid.in 4.coll.
& in l.ſi duo in princi. ff.uti poſſid. de quo
perdo.Pet.Phil.Corn. in conſ.110.in cauſa
16 uertente, 2.lib. † Et eſt aduertendum, quòd
pro ui turbatiua, non reperitur perditum re
medium criminale, niſi iudiciū iniuriarum,
prout uolunt Iacob. de Are.in l.hoc iure de
re.iud. & in l.ſereus. §.in omnibus.per illū
text.ff.de actio.& obl.& Barto.in l.extat.ff.
ꝙ me.cau.& Ange.in l.cum filius §.1. ff. de
ver.obl.& per Phil. Cor.in d.conſil. 100. &
per eundem in conſil.130. uiſo libello. in 1.
lib.& in cōſi.94 in 3.lib.ubi pulchrè hr̄, qñ
competat remediū turbatæ poſſeſſionis, &
quęnam debeant probari, & conſi.345.in 1.
lib.& conſi.280.4.lib.ubi multa pulchra ad
hanc materiam. Pet.Foll.V.I.D.
17 † Limita tñ, & declara hanc materiā pro-
cedere, qñ aliquis turbatur iniuſtè. & extra-
iudicialiter, ſecus, ſi aliquis turbaretur iu-
dicialiter, ut quia ſibi moueretur aliqualis
ſuper re, quam poſſidet, quia per hoc nō dat̄
ſibi interdictum, uti poſſidetis ex quo is, qui
utitur iure ſuo per uiā iudiciariā, non facit
ſibi iniuriam. ita notabiliter declarat Abb.
18 in caud.col.3.cir.fin.de reſt.ſpol.† Item li-
mita non procedere in eo, qui fuit deiectus
de poſſeſſione ſua. quia pōt qñcunque tur-
bare deiectorem impunè in dicta poſſeſſio-
ne, & non poteſt conueniri prædicto inter-
dicto, & eſt ſingularis deciſio & menti tenē
da, quia licet aliàs deiectorem poſſit quis
deijcere incontinenti, non autem ex inter-
uallo, l.1.§.eū igitur.& ibi not. ff.de ui, & ui
ar.tñ turbare poteſt qñcunque, etiam ex in-
teruallo.ita tenet Bar.in l.1.§.qđ ait prętor,
col.2.ff.uti poſſid.& Alex.in conſ.36.col.2.
uer.non obſt.ꝙ dicti &c.in 1.uol. Vnde no-
ta bonā practam ad excludendum aliquem
ab iſto, poſſeſſorio, quia poteris obiicere ex-
ceptionem ſpolij pro eadem re per prædi-
cta Poteris etiam reconuenire cū de ſpolio
eiuſdem rei, per tex.in c. ueniens.& ibi Abb.
in 4.notab.de preſcri.& dixi ſupra in præce
19 denti diſtinct.in 4.quæſtio.† Si uerò eſſent
duo, qui litigarent ad inuicē ſuper hoc poſ-
ſeſſorio, & quilibet prætenderet ſe poſſide-
re, tunc obtinet ille, qui probat de antiquio
K ri poſſeſſione, quia poſſeſſio *K* iunior præ-
ſumitur iniuſta, & clandeſtina, text. eſt, &
ibi Abb.in 4. col.in cap. licet. de probat. &
Bar.in l.ſi duo.col.2.ff.uti poſſid.& Alexan.
in conſil.35.col.4.in 4.uol.& in conſil. 110.
in prin. in 1.uol.& Petr.Phil.Corn.in conſ.
130.col.1.in 1.uol.& in conſ.172.in fi.col.
in 3.uol.Quod procedit, etiam ſi habēs poſ-
ſeſſionem iuniorem, probaret de titulo,
quia præfertur habens antiquiorem, ſine ti-
tulo, nam ille titulus præſumitur habitus
ab iniuſto auctore ſtante poſſeſſione antiq.
ita tenet Paul.de Caſtr.in conſ.443.colum.
2.in 2.uol.ubi plus dicit, ꝙ id quod dicitur
in hoc poſſeſſorio obtinere eum, qui pro-
bat de titulo, intelligitur ſtante probatione
æquali in tempore hincinde, ſecus quando
unus probat de antiquiori poſſeſſione, quia
tunc non curamus de ti. Idem tenet Alexā.
in conſ.88.colum.3.& conſ.89.& 130.in 5.
uolum. Verùm in iſto caſu, quando anti-
quior poſſeſſor vult obtinere, debet allega-
re in ſuis articulis, quòd eius aduerſarius
poſſidet clauſula, reſpectu ſuę poſſeſſionis,
iſta fuit ſingularis doctrina Bart. in l.ſi deo.
§.fin.ff.de acqui. poſſ.& ibi ipſum ſequūtur
Alexan.& Ioan.de Imol.in fin.& Alexan.in
pręalleg.conſi.maxime in d.conſi.88. col.4.
in 5.uolum. & idem Alexand. in conſil. 55.
colum. fina. uerſic.fateor, in 3. uolum.alias
ſi hoc

ſi hoc non articularet, ſuccumberet, quia
præfertur his, qui probat de tit.ſecundum
Doc.in locis præallegat.
20 ADDITIO. †Legito Bal.in cõſ.446.
in 3. lib. vbi ponit quot modis dicatur tur-
bare, & an procedat querela contra eos, qui
l dicunt ſe actum feciſſe ad *l* mandatũ domi-
ni, & an qui olim poſſidebat præſumatur
hodie poſſidere, & quid ſi aliquis dixerit co
lono ſuo, quòd non relaxet poſſeſſionem Ti
tio, aliàs proteſtatur de ſuo intereſſe, an ex
hoc videatur turbare dñm in ſua poſſeſſio-
ne, & poſſit accuſari? vide Bal in conſi.447.
in 3.li & de principali quæſtione dñi aucto-
ris vide eundem Bald. in conſil. 448. in 1.
21 parte. † Et an agens interdicto retinendæ
poſſeſſionis teneatur exprimere locũ, tẽpus,
& alias circunſtantias, per eundẽ Bal.in cõſ.
489.in 3.parte, num. 2 & vide de principa-
li q̃one domini auctoris per eundem Bal. in
conſt.488.ſupra allegato, vide Bal in conſil,
22 468.prima parte †Et an teneantur operarij
pœna turbatę poſſeſſionis? per eundem in
conſi.463.3. parte, & de principali quæſtio-
ne vide Beltr.in conſ.292.2.lib.& cõſ. 373.
in 2.lib. & de principali q̃one auctoris vide
Soc.in conſi.166.col.6.ver.2. eadem concl.
24 1.lib. † Et an poſſeſſiò de præſenti arguat
poſſeſſionẽ de præterito, per eundẽ in conſi.
24 89.col.fina.1.libr.† Et an poſſeſſio antiqua
prĉſumat᷑ cõtinuata? per Boer.deciſio.239.
nume.7.in 2.parte, ſed de principali quæſtio
ne dñi auctoris hic pleniſſimè, uideas oĩno
per Boer. in deciſ. ſupra allegata, vbi refert
varias opiniones in hac quæſtio.& vide Aff.
in deciſio.239.& 277.& 323. & tunc iunior
poſſeſſio præſumitur clandeſtina, probata
antiquiori poſſeſſione, quando vitium clan-
deſtinitatis fuit allegatum, vt per Afflict. in
deciſio. 330. & quid debeat probare agens
remedio vti poſſidetis per eundem in deciſ.
393. quid ſit fiendum quando vterque præ-
tendit ſe poſſidere, & nullus eorum vult ſu-
ſtinere actoris partes? vide Capici. in deciſ.
13.in cauſa Illuſtriſſ.Marchion. Petr. Foll.
25 † Quod tamen limita, niſi is, qui probat
de antiquiori poſſeſſione, cecidiſſet ab ea
facto ſuo, puta per propriam alienationem,
quia tunc non prodeſt ei antiquior poſſeſ-
ſio, ita tenet Phil.Deci.in conſi 56.colum.fi.
& ex hoc ſumè bonam practicam articu-
landi contra eum, quem ſuſpicaris proba-
26 turum de antiquiori poſſeſſione. † An au-
m tem in *m* iſto poſſeſſorio retinendæ admit-
tatur articulus de proprietate? Dic, quòd ſic
quia non dicitur impertinens, imo pertinẽs
ad cauſam, ex quo facit obtinere eum, qui
probat de titulo, ſtantibus probationibus
æqualibus, unde non poteſt repelli ita de-
terminat Phil. Deci.in conſil.162. colum.3.
27 in prin.† Cõpetit ẽt hoc interdictũ retinen-
dæ pro iuribus incorporalibus, puta pro ſer
uitutibus, & annuis præſtationibus, in qui-
bus agitur de quaſi poſſeſſione, ſm Bart. in
l.1.in princip.ff.uti poſſidetis, & Bar.in l. fi.
ff.quor.bo.& Spec.in titul.de cauſa poſſ. &
propriet.§.1.uerſi.cæterum.& ver. ſi quæri-
tur, & per Doc. in cap.querelam de elect.&
Bal.in conſi.425.in 3.uolum.& Phil.Dec.in
conſi.136.colum.1.
ADDITIO. Hanc quæſtionem teti-
git Io.Fab.in §.præiudiciales. inſt. de actio.
9. colum. & uidetur concludere, ꝙ ubi præ-
ſtatio annua præſtatur ratione certæ rei, da-
tur poſſeſſorium, ſed quando datur ſimpli-
citer, tunc non poteſt agi poſſeſſorio, ſed in
hoc ſecundum eum Legiſtæ, & Canoniſtæ
contrariantur, quia Canoniſtæ tenent, quòd
poſſeſſorio, at Legiſtæ contra, ſed ſecundũ
eum præualet opi.Canoniſt. in curijs, & ſe-
quitur Caſſa.in conſi. burg. in ti des cenſes
rub.11.§.2.fol.351.nume.27.& habetur ple
nè per deciſ. Cappe. Tholoſ. 59. & Ludo.
Rom.in conſi.311.uide tamen Tiraquel. in
tract.de utroque retract in verbo rectes, §.1
glo.6.nume.11.& 12.& in §.32.in glo. 1. &
unica, nume.79.& per Afflic.in deciſio.395.
ubi refert non omnes Dominus fuiſſe deci-
ſum nemine diſcrepante, quòd licet pro an
nua præſtatione perſonali non ſit dare poſ-
ſeſſorium, tamen eſt dare quædam ſtatum
ad quem poteſt peti, ut fiat reſtitutio, & ita
loquitur d.cap.quærelam, & uide per Guid.
Pap. in deciſio.551. in materia, column. &
Steph.Bertr.in conſi.243.quidquid, in prin.
lib.2.& per eundem in Afflic. in conſt. circa
uiolentiam, col.vlt. Petr.Foll.V.I.D.
28 † Tertium principale poſſeſſorium eſt, ꝙ
n appellatur *n* recuperandæ poſſeſſionis, in
quo duo requiruntur copulatiuè, ad hoc ut
competat. Vnum videlicet, ꝙ actor quando
que poſſederit, & nunc a poſſeſſione cecide-
rit. Secundum, ꝙ poſſeſſio ſit penes aduerſa-
rium, uel ꝙ dolo deſierit poſſidere. Idem, ſi
non



non dolo, q̃n ſumus interdicto unde ui, ſm
Abb.in c.ſępe, colum.3.de reſt.ſpo. Primum
probatur in cap. conſultationib.& ibi Abb.
in 2.not.ff. de offic.deleg. & idem Abb.in c.
cum ad ſedem, colum.7.de reſt.ſpol.& in c.
olim, el 3.in 5.& 6.no.eo.titu. ꝙ tamen intel
lige.ſ. ut poſſideat tempore ſpolij, l.1.§. in-
terdictum autem hoc.& §.hoc interdictum.
ff.de ui, & ui arm.aliàs n n ſufficit probare
olim poſſediſſe, niſi præciſè tempore ſpolij
probetur, ut tenet Spec.in tit. depoſitio §.7.
uerſic.2. conſiderandum. Secundum proba-
tur in l.cum a te.ff. de ui, & ui arm.& per eã
quæ not.Bal.in l.ſi de proprietate, colum.3.
circa fi.C.ſi a non compet.iud. Hoc tñ nunc
ſuccinctè attingo in genere, quia meliùs
declarabo infra, in ſingulis remedijs poſ-
ſeſſionum ea, quæ ſunt ſpecialiter requiſita
in eis. Sciendum eſt igitur, ꝙ in hoc poſſeſ-
ſorio recuperandæ plura fuerunt remedia
a iure introducta. de quibus ſingulis diſpi-
ciamus, quia hic congruentius cadunt.
29 † Primum igitur remedium, fuit interdi-
ctum unde ui, de quo loquitur totus titu.ff.
de ui & ui arm. & C. unde ui. quo remedio
prouidit prætor uiolenter ſpoliatis, ut recu-
perent poſſeſſionem ſuam, in quo interdi-
cto ad hoc, ut competat, plura requiruntur.
Primo.n. requiritur, ꝙ res, pro qua agitur,
ſit immobilis, l.1.§.& generaliter. & §.illud,
ff.de ui, & ui ar.nam pro re mobili non com
petit aliquod interdictum poſſeſſorium re-
cuperandæ, ſed datur actio ui bonorũ rapt.
dantur etiam alia remedia poſſeſſoria, quæ
non ſunt interdicta, de quibus hr̃ per Bart.
Alexã & Doc.in l.rem, quæ nobis.ff.de acq.
poſ.de quibus infra dicetur. Quod tamen
intellige principaliter, ſed acceſſoriè datur
hoc interdictum ad mobilia, quæ erant in
illo loco, unde quis expulſus eſt, l.1.in prin.
& §. ſi fundus. ff.de ui, & ui ar. & not.Alex.
in l.uendicatio. ff.de rei uend. & habetur in
30 l.ſi q̃n.C.unde ui.† Competit etiam hoc in
terdictum pro iuribus incorporalibus, &
annuis præſtationibus ſecundũ Bal.in conſ.
425.in 3.uol. Secundo requiritur, quòd ſit il
lata uiolentia perſonæ pro re, & ſic, quòd
quis ſit uiolenter expulſus de poſſeſſione, l.
1.§.1. & 2.ff.de ui, & ui ar. & Alex.in conſ.
94.col.5.in 5.uol.& l.1.§.quid ſit ui.ff.quod
ui aut clam, & hoc patet, quia interdictum
hoc accipit denominationem a uiolentia,
quia dicitur, unde ui, quis expulſus eſt, reſti-
tuam, &c. unde ubi non interuenit uiolentia
non competit, ſed nũquam dicitur commit
ti uiolentia, niſi contra perſonam. unde eſt
neceſsè, ꝙ perſona ſit præſens, alias non di-
ceretur committi uiolẽtia, ita declarat Pau.
de Caſt.in conſi.205.col.1.in fi, 2.uol.
ADDITIO. Ad materiam iſtam addo
uidendum Affli in deciſ.85.& Aymo.Crau.
in conſ.140.nu.1.1.lib. Pet.Foll. V.I.D.
31 † Sed quid ſi aliquis non fuit ui expulſus,
ſed ſuſpicatur poſſe repelli, quo caſu perdit
poſſeſſionem ciuilem, l clam poſſidere.§.qui
ad nundinas.ff.de acquir.poſſ. Dic, quòd nõ
competit ſibi hoc interdictum, unde ui. ſ.
directum, ſed utile ſic.ſecundum glo.& Bar.
in l.1.§.ſiue autem.ff.de ui, & ui arm.& Ale-
xan.in add. ad Bar.in l.1.§. interdictum. ff.
32 uti poſ. in add. quæ incipit, & ſic.† Tertio
requiritur, quòd intentetur intra annum uti
lem, nam elapſo anno non competit niſi ad
id, quod peruenit ad deiectorem, l.ui pulſos,
& ibi per Doc.C. unde ui.& l.1.in princ.&
§.annus, & ibi glo.ff de ui, & ui ar.quod in-
tellige agendo, ſed excipiendo eſt perpetuũ,
ſecundum glo. in d l. ui pulſos, per tex.in l.
plures §.fin.de doli except.
7 legij conceſſi. † Itẽ facit, quod no. Abb. in c. cum pro cauſa, colũ. fin. de ſent. excom. ubi dicit, ꝙ ſi petatur generali abſolutio a pluribus excõicationibus, & concedatur ſimpliciter, refertur ad omnes. Pro hoc eſt text. in l. ſi defenſor. §. q interrogatus. ff. de interr. act. & § præterea, inſt. de inu. ſtip. Verùm licet iſta opin. in hoc ulti. dicto uideatur ſuſtentabilis, tamen ueritas eſt in contrarium, quòd non uideatur committere ſummariè per illa uerba. Fiat, ut petitur. Ex quo committere cauſam ſummariè, eſt contra ius cõmune, & illa clauſula, fiat, ut petitur, quãdo põt ſe referre ad alia ſupplicata, quæ ſunt ſecundum commune ſ, non refertur ad ea, q̃ ſunt ſecundũ ius commune. Ita in proprijs terminis hunc caſum decidit Phil. Corn. in conſ. 5. col. 3. in litera P. & conſil. 119. col. 5. in prin. in 2. uol. & in conſ. 312. in 3. uo. ubi plenè de hoc. Et de iſto uerbo, fiat appoſito in reſcriptis, quid importet, uide Bald. in l. cum apud. C. de communi ſeruo manu. ubi dicit, quod importat conceſſionem gratiæ ſtatim ipſo facto, ante quam gratia bul-
8 letur. † Quid autem importent illa uerba,
a *a* ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij? Dic quod per ea cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates iuris poſitiui, ſecundum Alexand. in conſilio 6. colum. 2. in prin. in 3. uolum. adeo quod ſolum decidi poteſt cauſa ſecundum merum ius gentium, ſm̃ Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uer. uidebitur. unde pñt tunc iudices cauſas expedire manu regia ꝑut olim tempore iuris gentium, ita tenet Lud. Ro. in conſi. 20. & Pet. Phil. Cor. in conſi. 244. in 4. uolum. & Soc. in conſil. 12. colum. 2. in 1. uolu. & Iaſ. in l. certi conditio. §. fin. nummo. 5. colum. 7. ff. ſi cer. pet. Poteſt enim iudex propter talia uerba expedire cauſas eo ordine, quò poteſt princeps, ſed princeps poteſt ſequi ſolam ueritatem omiſſo ordine iuris ciu. ſecundum Bal. in cap. 1. §. inueſtitura, colum. fin. de noua for. fid. & Bar. in l. Aemilius, colum. fi. ff. de minur. ergo eodem modo iudex propter dictam clauſulam, ex permiſſu principis. pro hoc facit tex. in c. ad pe-
9 titionem. de accuſ. † Non tamen põt tunc
b omitti *b* citatio, quia illa eſt iuris naturalis, ſecundum Soc. in d. conſi. 12. colum. 2.
10 in 1. uol. & habetur in cl. paſ. de re. iu. † Nec poteſt iudex omittere probationes neceſſarias, quia illæ ſunt de iure diuino, quo cauetur, ut in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum, ut habetur Matth. capitu. 18. & in c. nouit, de iud. & hoc eſt expreſsè reſeruatum in regia prag. prima, quæ incipit, Diſpendia. Poſſem hic congruenter quærere ſigillatim de ſingulis uerbis prædictis, quid importent, ſcilicet de uerbo, ſummariè, de uerbo, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu, & ſic de ſingulis, abſolutè, & ſeparatim, tamen quia iſta uerba ſunt plenè declarara per gloſſ. Card. & alios ſcribentes in d. cl. ſæpe, de uerbo. ſignifi. & Card. in cle. diſpendioſam, de iud. & Bart. in d. extrauag. ad reprimendum & Bald. in l. nec quidquam §. de plano. ff. de offic. procon. & Fel in cap. dilecti. de iu. ideo ad dicta per eos me remitto.
11 † Solùm hic nitar declarare duo uerba ex prædictis, quibus utimur in regno in cauſis ciuilibus, ſ. illa uerba, ſine figura iudicij, quibus utitur dicta regia prag. 1. & illa uer-

la uerba, ſola facti ueritatè inſpecta, quibus
utitur capitulum regni, deteſtantes, per quę
duo iura municipalia omnes cauſę ciuiles
ſunt ſummariæ.

Primò igitur quæro, quid important illa
uerba ſine figura iudicij? Dic, quod cen-
ſetur relaxata omnis forma & figura iudi-
cij, & ſic omnis ordo iudiciarius, eſt enim
figura ipſa facies iudicij, prout eſt, quando
ordinariè proceditur, ita declarat Bald. in
l. nec quidquam. §. de plano. col. 2. uerſi. quid
ſi committitur ſine figura, &c. ff. de off. pro.
& Archi. & Do. in c. indemnitatibus. de elec.
lib. 6. & glo. in d. cl. ſæpe. in uer. non exigat,
& gloſſ. in c. fin. de hær. lib. 6 in uerſi. figura,
Vnde iſtud ſolum uerbum, ſine figura iudi-
cij, eſt tantæ importantiæ, ut faciat cauſam
ſummariam in qua procedit poteſt omiſſis
omnibus ſubſtãtialibus iudiciorum, & omiſ
ſo omni ordine iudicij, adeo quod ſola ſo-
lẽnitas iuriſgentium ſeruari debet, & ſic cau
ſa expeditur manu regia, ut ſupra dixi, ſecũ-
dum Lanf. in d. cl. ſæpe in uer. & figura. & in
uerſic. libellus. & Old. in conſil. 115. & Pet.
Phil. Cor. in conſi. 54. col. 2. uer. illam etiam
uerba. &c. in 2. uol. & Bar. in d. extrau. ad re
prim. in uerſi. & fig. & Card. in d. cl. diſpen-
dioſam, colum. fin. in 44. q. de iud. ubi diſtin-
guit inter acta reſpicientia ſolennitatem iu
dicij, ut illa cẽſeantur ſublata per hanc clau
ſulam, & acta reſpicientia factum cauſæ,
prout ſunt probationes per teſtes, uel ſcriptu
ras, uel confeſſiones, & aliæ defenſiones, &
ibi non cenſentur ſublata, & hæc eſt ueritas,
& ita diſponit dicta regia pra. 1. quæ incipit,
12 diſpẽdia. † Importat ergo primò dicta clau
ſula, ſine figura iudicij, ut in cauſa non re-
c quiratur libellus, & ſic eſt ſublata *c* ſolenni
tatis libellorum, ſecundum Bar. in d. uer. &
figura. ver. item an requiratur petit &c. &
eſt tex. in d. cl. ſæpe, poſt prin. & in §. uerum.
& per hoc apparet, ꝙ hodie in regno per di
ctã prag. eſt correcta auth. offeratur. C. de li-
tis conteſt. & c. 1. de lib. obl. & l. 1. ff. de edẽ.
in eo, quod iſta iura requirunt libelli obla-
tionem, uerùm licet non requiratur libellus
formalis in ſcriptis, requiritur tñ talis, qualis
petitio per modum ſimplicis petitionis, quæ
contineat ſolam facti narrationem claram,
ſine alia concluſione, ex qua reus poſſit de-
liberare, an uelit cedere, uel contendere, ſe-
cundum Bart. in d. uerſic. & figura, & Lanf.
in d. cl. ſæpe. in uerſi. libellus, & Par. in tract.
ſyn. in uer. ſententia colum. 4. & Bart. in l. 2.
C. de ſent. ex peri. rec. & Alex. in conſi. 1. col.
3. in 2. uolum. & Pet. Phil. Corn. in conſ. 62.
colum. 1. in 1. uolum. Poteſt enim fieri iſta
petitio ſolo uerbo, & poſtea in actis redigi
per notarium, ut habetur in locis præallega-
tis, & dicit Lanfr. ubi ſupra, quòd talis peti-
tio eſt de iure naturali, ideo nõ poteſt omitti
13 † Item dicta talis qualis petitio poteſt eſſe
etiam generalis, & incerta, & admittitur, ſe
cundum Bar. in d. uerſi. & figura, & per hoc
eſt correctum in regno illud, quod dicit Bar
to. in l. fin. C. de anna. except. ſcilicet, quod
libellus generalis non procedit, donec decla
retur. Quod tamen limita procedere, niſi
parte opponere, quia ſi pars opponit, non
admittitur libellus generalis etiam in ſum-
marijs, ſecundum Alex. in conſi. 82. colum.
3. in 4. uolum. & ibi aſſignat differentiam
inter cauſas ſummarias, quantum ad hoc, il-
lud tamen dictum Alexan. intelligo, quando
eſſet tanta obſcuritas, quod impediret reo
deliberationem, aliàs ſecus, quia procederet
etiam parte opponente, nam ſi aliter dicere-
mus nulla eſſet differentia, inter cauſas ſum
marias, & non ſummarias, cum etiam in
cauſis non ſummarijs procedat libellus ob-
ſcurus, ſi pars non opponit, ut dicit Bar. in l.
edita, col. 2. C. de eden. & eſt text. cum gloſſ.
magna in fin. in d. l. fi. C. de anna. except. &
ſi recte ponderentur uerba Alex. iſtud pro-
priè ſentit in d. conſi. 32.

ADDITIO. Quænam generalitas
tolerari in libellis poſſit, & quæ non, uide
Aff. in conſt. dilationes ubi plenè. Pet. Fol.
V. I. D.

14 † Item dicta talis qualis petitio, etiam in
eptè compoſita procedit, & admittitur, dũ-
modo ex ea poſſit diſcerni, quid actor ue-
lit & reus poſſit deliberare, ita dicit Par. in
tract. ſyn. in d. uerſi. ſententia, colum. 4. & 6.
& Bar. in d. uerſi, & figura, & p hoc eſt cor
rectum in regno illud, quod not. gloſſ. inſt.
de obl. in princip. in uerbo ſecundum in fin.
quæ dicit, quod ſententia lata ſuper libello
d inepto *d* non ualet. & Bald. in l. actori, circa
fin. C. de rebus credit. & Bald. in l. ex hoc iu
re. colum. pen. uerſiculo ſecundo quæritur,
&c. ff. de iuſt. & iur. & Cyn. in le. unica. C. ut
quæ deſunt adhoc. & Alexã. conſilio 136.
colum. 1. in 2. uol. Nam hodie ex quo cauſæ
ciuiles



ciuiles in regno ſunt ſummariæ, admitti-
tur libellus ineptus, ut ſupra, & valeat ſen-
tentia ſuper eodem, ita declarat Alexandr.
in l. uinum, colum. fi. in ſi. ff. ſi cer. pet. & ibi
eſt gl. idem tenet Bald. in l. ſi ſine. in uer. op-
pono, libellus, &c. C. ad Treb per gloſſ. in d.
15 l. vnum. † Plus dicit Lanfr. in d. cl. ſæpe. in
uer. libellus, poſt prin. quòd de iſta tali qua-
li petitione non datur copia reo ſumptibus
actoris, ſed ipſe reus debet illam capere ſuis
ſumptibus, & in hoc differt a libello ordi-
e nario, cuius copia datur, *e* ſumptibus acto-
ris, vt eſt gloſſ. in cl. quamuis. in uer. obla-
tos. de appel. Tamen de illo dicto Lanfr. non
facio cauſam, qui hodie, hoc eſt expeditum
in hoc regno in contrarium, ſcilicet, quòd
etiã talis petitio debet edi ſumptibus acto-
ris, per regiam prag. quæ incipit, Compa-
rente, & ita practicatur. Poſſet autem illud
dictum Lanf. procedere in curia eccleſiaſti-
ca, ubi non ſeruantur regię pragmaticæ, ſi
forte in ea agitaretur aliqua cauſa ſumma-
16 ria. † Item procedit libellus, etiam ſi in eo
petatur primò cogi, & compelli aliquem ad
ſoluendum, & non dicatur condemnari ſe-
cundum Lanfr. in d. l. ſæpe. in ver. libellus
in 4. concl. & Bar. in d. uer. & figura, & per
hoc apparet eſſe correctum illud, quòd di-
cit Bart. in l. 1. C. de exec. rei iud. ubi dicit
non valere talẽ libellum, in quo non petitur
17 condẽnari, ſed cogi, & cõpell. † Itẽ procedit
libellis, in quo intentatur iudicium ex vna
cauſa & poſtea probatur ex alia, nam ſequi-
tur condemnatio ſuper cauſa probata, ma-
xime, qñ procedit ſola facti ueritate inſpe-
cta, ſicut per c. de teſtante. ita tenet Alex. in
l. ſi ita ſtipulatur, §. Chryſogonus. col. 5. in
fi. ff de uer. obl. & Iaſ. in l. certi conditio, §.
ſi nũmos, col. 7. ff. ſi cer. pet. & per hoc pa-
tet eſſe correctam in regno, l. habebat, ff. de
inſt. quæ vult, ꝙ agens ex una cã, & probans
de alia ſuccũbit, ut is, ꝗ agit ex numeratio-
ne, ſi probat de cõfeſſione, ſꝫm Bar. in d. §. ſi
18 nummos. † Secundo operat dicta clauſula
ſine figura iudicij, ꝙ põt procedi in cã ſine
aliquo libello, & ſine petitione, põt & cãm
incipere ab articulis, & articuli hñr loco pe
titionis, ita tenet Old. in conſ. 244. in prin.
19 & Rota in deci. 33. in nouis † Tertiò opera
tur, quòd non eſt neceſſe ſeruari ferias in-
ductas ob honorem hoĩum, ſecundum Bar.
in d. extrauag. ad reprim. in uerſi. & figura
verſic. item an procedi, &c. & eſt text. in d.
cl. ſæpe, & Pet. Phil. Cor. in conſ 102. colum.
fi. in 1. uol. prout ſunt feriæ uindemiarum,
& meſſium, & hoc eſt expeditum in regno
per gloſſ. in conſt. baiulos, quæ expreſſè di-
cit in regno non ſeruari ferias uindemia-
rum, & meſſium, & per hoc apparet in re-
gno eſſe correctam l. 1. C. de ferijs.
20 † Quarto per illam clauſulam cenſetur
ſublata litis conteſtatio, quia non requiri-
tur de neceſſitate, vt eſt tex. in d. cl. ſæpe, &
Bart. in d. uerſi. & figura, & per hoc patet in
regno eſſe correctam l. 1. C. de litis conteſt.
Quo caſu ille actus, qui immediate ſequi
ſolet in cauſis ordinarijs poſt litis conteſta-
tionem, habet vim litis conteſtationis, in
cauſis ſummarijs, & eſt præcluſiuus exce-
ptionum dilatoriarum, & aliorum actuum,
qui non poſſunt fieri poſt litis conteſtatio-
nem, & habet uim litis cõteſtationis, ſecun-
dum Bar. & Bald. in leg. nulla, & in l. nihil,
C. de pro. & Card. in cl. conſtitutionem, §.
fin. in fin. de electio. & Lud. Rom. in conſil.
124. & Abb. in cap. inſinuante in fin. de off.
deleg. & Fel. in cap. olim, de accuſ. & Par. in
tract. ſynd. in verſi ſent. columna quarta.
21 † Quintò operatur circa dilationes, quia
debet iudex breuiare cauſam inquantum
poteſt, & dare breuiores dilationes, & eas
amputare inquantum poteſt, vt eſt text. in
d. cl. ſæpe. Item, non debet admittere exce
ptiones, & appellationes fruſtratorias, ut
22 ibi habetur. † Sextò operatur, ut non requi
f ratur *f* publicatio in cauſis ſummarijs, un-
de valet proceſſus etiam ſine publicatione,
licet magis communis opin. ſit, quod etiã
in cauſis ordinarijs publicatio non eſt de
ſubſtantia proceſſus, unde eius obmiſſio
non uitiat proceſſum, ſecundum Bart. &
Alexand. in le. prolatam, C. de ſent. pro hoc
eſt tex. in cap. cum l. & A. & ibi Abb. in 3.
colum. in fin. de re iud. ubi dicit Abb. quod
publicatio non eſt de ſubiecta, ſed de iuſti-
tia, unde ſi omittitur, eſſet contra ius liti-
gatoris, & non redditur proceſſus nullus
propter hoc, ſed imputatur litiganti, qui
non petit publicationem, & ſi petit, & iu-
dex non vult illam facere, debet appellare
aliàs valet ſententia ſine publicatione, pro-
ceſſus, idem tenet Fel. in d. ca. cum l. & A. in
1. & 2. colum. & Phil. Corn. in conſilio 102.
colum. fin. in literarum in 1. uolum. & Bal.
in

in cap.1.colum.3. ſi de inueſt. inter dom. &
uaſal.lis ori.licet Bar. in dict. uerſiculo & fi-
gu. in 3.column. uideatur uelle, quod pu-
blicatio etiam in ſummarijs ſit neceſſaria,
quia reſpicit defenſionem, tamen eius di-
ctum, ita ſimpliciter intellectum, non eſt ve-
rum, ſed eſt contra communem opin. unde
ut ſaluetur, debet intelligi, quòd eſt neceſ-
ſaria, ſi petatur, ita ut ſi non concedatur
poſſit appellari, non autem ut reddat pro-
ceſſum nullum, ita propriè intelligit Fel. &
ſaluat illud dictum Bart. in dict. capit. cum
23 I.& A. columna ſecunda. † Septimò opera-
g tur, vt non requiratur g concluſio propter
cauſam ſummariam.licet Abb. in dict.cap.
cum I.& A.in 4.colu.teneat,quòd etiam in
cauſis ordinarijs concluſio non eſt de ſub-
ſtantia proceſſus,& idem Abb. in c.cum di
lectus in 3. no. de fide inſt. ubi dicit. quod
eſt de iuſtitia, unde eius obmiſſio non ui-
tiat.Verum dicit ſpeciale eſſe in ſummarijs,
ut non requirantur in eis concluſio,pro hoc
eſt tex.in d.cl.ſæpe,§.ſententiam,dicit tamē
Card.in d.cl. ſæpe § quia,in fin.19.q. quod
in cauſis ordinarijs concluſio eſt de con-
ſuetudine, unde ratione conſuetudinis te-
netur iudex illam facere, ſed in ſummarijs
eſt in electione iudicis,an uelit illam facere,
24 uel non. † Et quòd non requiratur conclu-
ſio in ſummarijs.habetur in dec.172. conſi.
Neapol. & tunc ille primus actus, qui ſolet
fieri poſt concluſionem, habet vim conclu-
ſionis.ita tenet Phil. Cornel. in conſil.135.
25 colum.3.in litera F.in 3.uol.† Octauò ope-
ratur, ut ſi aliquis litigauit per procurato-
rem, poteſt iudex in ſententia condemna-
re dominum, & non procuratorem, & ua-
let ſententia, ſecundum Bart.in d.uer. & fi-
gura.in fin.& per hoc eſt correcta in regno
diſpoſitio l.1.C.de ſent. quæ vult non uale-
re ſententiam, in qua dominus condemna-
tur,& non procurator.
26 † Nonò operatur,ut iudex nō habeat neceſ
ſe pronunciare ſup emergēti ſeu incidenti,
ſed pōt incidens decidere ſimul cū princi-
pali, & non eſt neceſſe, ꝙ ſeparatim ſuper
eo pronunciet,ita dicit Bald.in l.ait prætor,
27 promittitur, ver.item no.ff de min.† Deci-
mò operatur,ut ſi lata fuerit ſnīa pro abſen-
te non citato,ualet ſnīa,& poteſt per abſen
tē,ratificari,ſecundum Bar in d.uer.figura,
in fi.quem in hoc ſequitur Alex. in l. furio-
ſo,col.2.ff.de re iu.& Pet.de Anch.in d.cl.ſæ-
pe,& per hoc eſt correctum in regno illud,
ꝙ tenet glo.in l.ea quæ, C. quomodo,& qñ
iud & gl.in d.l furioſo,& ibi Alex.& Doct.
ubi dicunt, ꝙ non ualet ſnīa lata in fauo-
28 rem abſentis non citati. † Vndecimò ope-
ratur,ut iudex ēt ad inſtantiam partis poſ-
ſit interrogare principalem, & teſtes poſt
cōcluſum in cauſa,gl. eſt ſingularis in d.cl.
ſæpe.in uer.interrogabit Pro ueritate tamē
iſtius dicti,quia eſt ualde notandum, & quo
tidianū,uideamus quid obſeruatur in ordi-
narijs & poſtea quid in ſummarijs. Et pri-
mo in ordinarijs reperio Spec.in tit. de poſi
tio,§.4.uer.quidam tamen dixerunt,& uer.
ſed ſi ante,& ibi Io.And.in add.in uer.inter
rogare,ubi tenet,quòd iudex ex officio, nō
ad inſtantiam partis,poteſt partes interro-
gare ſuper declaratione antiquorum c & ſic
ſuper iā actitatis,non aūt ſuper nouo cap.&
hoc ēt poſt concluſionem in cauſa ubicun-
que ſibi æquū uidebitur, per l. ubicunque,
ff.de interrog.act.idem tenet Lud.R.in con
ſil.20. in fi.ſed ſimpliciter loquitur, non li-
mitando ſe ad declarationem retro actita-
torū.ſed Inno.in c.cū.Ioan.de fi.inſtr.dicit
Idem,quod Spe.ſ. quòd tantum ad declara-
tionem retro actitatorum poteſt iudex ex
officio interrogare, quem in hoc ſequitur
Lu.R.in l.4 §.hoc autē iudiciū,ff.de dam.in
fect.& Bal in l.per hāc.col.2 uer. dicit Spe.
&c.C.de temp & repa.appell. hanc opin.te-
net Fely.in d.c.cum Ioan. col 5.vbi dicit,ꝙ
iſta opin.eſt in practica ſubſtentabilior pro-
pter auctoritatē Inn.& Fel. in c. 1.col. 2.de
iu.Tñ alia opin.ſequens dicit, ꝙ eſt æquior
ſcilicet,ꝙ indiſtinctè poſſit interrogare ſu-
per nouo capitulo ad fundandam intentio-
nem partis ad priuatam utilitatem, & hanc
ſecundam opi. tenet Alex.in d.§.hoc autem
iudiciū,col.4.ſequendo Ant.de But. in cap.
cum cām, de iu.cal.hanc ēt opin. tenet ſim-
pliciter Abb.in d.c.cum Ioan col. 4.uer.no.
& tenementi,&c.& Bal in l.ſi accuſatoribus
col.fi.uer.item pp aliud,&c.C. de accuſ. &
iſta ſecunda opi. vr̄ magis cōis ſ. ut etiā ad
fundandam intentionem actoris poſſit iu-
dex ex officio partes interrogare poſt con-
cluſionem in cauſa indiſtictè, non aūt ad pe
titionem partis, quam opi. tenet Alex. in d.
§.hoc aūt iudicium, colu.4.& Ioan.de Ana.
in c. ad petitionem, col. 3. de acc. & hoc
ubicun-



ubicunque ſibi æquum uiſum fuerit, per d.l.
ubicunque.ff.de interrog.act.
29 † Quod corroboratur ex eo, quòd in ſimili
h dicimus de iuramento h ſuppletorio,quòd
non poteſt deferri ad petitionē partis poſt
concluſum in cauſa, niſi fuerit petitum an
te concluſionem, & tñ iudex ex officio po-
teſt illud differre, & etiam poſt concluſio-
nem, nemine illud petente, ubicunque ſibi
æquum uiſum fuerit, ſecundum Alexan.in
conſi.54.colum. fi.in 1.uolum. & Bald.in d.
l.ſi accuſatoribus. colum.fi uer. item poſſet,
&c.C.de acc.de qua materia vide plene Iaſ.
in l.admonendi.in rep.colum.154.& ſeq.ff.
30 de iureiur. † Prædicta autem procedunt in
cauſis ordinarijs,uerū in ſummarijs,hoc eſt
plus, quia poteſt iudex poſt concluſionem
interrogare partes, & teſtes non ſolum ex
officio, uerum etiam ad partis inſtantiam,
per illam gloſſ.in cl.ſæpe. in uer. interroga-
bit,ita tenet Car in d.cl.ſępe.§.& quia,in 4.
oppo.& Fel.in d.c cum Ioan.colum.5. de fi.
inſt. & ibi etiā Abb.in 4.col.uer.no. & tene
menti,&c.& Fel.in c.cū dilectus,col 3.uerſ.
7.limitat.&c.eod tit.& Lud.R.in conſ.176.
col.5. & Fel.in c.inquiſitionis.§. ad petitio-
nem, colū.5.de accuſ. Vnde quia in regno
cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ ceſſat illa dif
ficultas, utrum iudex poſſit interrogare ad
inſtātiam partis, quia eſt expeditum, quòd
31 ſic per prædicta.†Adde tñ,ꝙ in omnib.caſi
bus,in quibus ſupra dixi iudicē poſſe ex of-
ficio interrogare debet, hoc intelligi ſi vult,
nam non poteſt compelli ad hoc, nec facit
litem ſuam, ſi non interrogat, quia poſſet
dicere, quòd non ſubeſt æquitas. Ita tenet
Barb.in addi.ad Abb.in d.cap. cum Ioan.in
addit. quæ incipit. De hoc uide &c.circa fi.
per l.non quidquid.ff.de iud. & per hæc ha-
bemus expeditam materiam primæ clauſu-
32 le.†Secūdo quæro,quid importat illa clau-
ſula, ſola facti ueritate inſpecta, de qua lo-
quitur capitulum regni, deceſtantes. Dicit
Ant.de But.in c.2.de iura.cal.quòd iſta clau
ſula plus importat, quàm omnes illæ clau-
ſulæ,ſummariæ, ſimpliciter, & de plano,ſi-
ne ſtrepitu,& figura iudicij,&c. Adeo,quòd
cenſetur ſublatæ omnes ſolennitates iuris
poſitiui.idem tenet Fel. in cap.olim.colum.
pen. de accu. in tantū, ꝙ dicit plchrè Fran.
de Are.in c.dilecti,col.3.de iud.ꝙ per iſtam
clauſulam iudex pōt procedere,ut Deus,qui
ſoli ueritati innitr,& illud dicit Ant.de But.
ſequitur Alex. in conſi.6.colum.2.in prin.in
3.uolum. unde ſequitur ex hoc, quòd dicta
clauſula imporat omnia illa, quæ importat
clauſula, ſine figura iudicij, & ſi omnes illi
undecim effectus, quos ſupra retuli, inclu-
duntur ſub iſta clauſula. Idem declarat Iaſ.
33 in l.iuſt.colum. 1.ff.de iuſt.& iur.† Duode-
cimo operatur aliud,quia per dictā clauſulā
pōt ferri ſnīa non conformis libello, & ſic
ſuper alijs quā ſuper petitis, ſm Iaſ. in l.ui-
nū,col.17.ff. ſi cer. pe.licet p alias clauſulas
hoc non eſſet prouiſum, ut probatur in d.
cl.ſæpe.§.uerū.de uerb.ſig.ibi,iuxta petitio-
nis formam,&c, & per hoc patet correctam
eſſe in regno l.ut fundus.§.cōi diuid. & l.ſi.
C.de fideic,li.idem tenet Lanſ.in d.cl.ſępe,
col.antep. quam correctionem intellige ſo-
lum quo ad regulam, quæ ſumitur ex illis le
gibus.ſ.ꝙ ſnīa debet eſſe conformis libello.
34 † Decimotertio operatur, ut iudex poſſit
adhibere fidem teſtibus aſſignantibus cām
ueriſimilem, licet de iure non concludentē,
ſecundum Franc. de Aret. in l.eum qui.§.fi-
lius.in 2.not.ff.de acq.hær. Item pōt admit
tere teſtes infames, & alios de iur ciu.repro
batos,ſecūdum Abb. in c.dilecti. col.2.in fi.
& ibi ēt Fel.de iu.& Bar.in l.ſi.filiusfamilias.
colum.1. ff. de don.ubi idem dicit de teſtib.
35 non iuratis. † Decimoquarto operatur, ꝙ
iudex poteſt ferre ſententiam diffinitiuam
ſtando, & ſi abſque eo,ꝙ ſedeat pro tribu-
nali,quia hoc etiam operatur aliæ clauſulæ,
de quibus ſupra,ut eſt tex. in d.cl.ſæpe §.ſē-
tentiam,ergo a fortiori iſta clauſula,eſt ma-
ioris importantiæ,& per hoc patet in regno
eſſe correctum.§.ſedebunt in Auth. de iu.&
36 c. ſi. in fi. de reg.iu.lib.6.† Decimoquinto
operatur, ꝙ poteſt procedit ad diffinitiuam
ſnīam contra contumacem, lite non conte-
ſtata, ſm Fe.in c.olim.col.pe.de accuſ.& per
hoc eſt correctus in regno §.ſi uero ēt quidā
iurent in Auth. de exh.reis, ibi iudicem ali-
quid facere non ualentem, &c.in eo,ꝙ vult
iudicē non poſſe procedere ad diffinitiuam
ſnīam lite non conteſtata, & hr̄ in l.prope-
randum.§.ſiquidem. & §.ſeq.C.de iud.& in
toto tit.extra ut lite non conteſt.& per Soc.
37 in conſ.47.colū.1.in 4.uol.† An aūt poſſit
ferri ſnīa ſine ſcriptura ī cauſis ſummarijs?
Dic ꝙ non, quia ita requiritur ſcriptura in
ſummarijs, ſicut in ordinarijs ſm Abb.in c.
Alb.

Alb.in 1.op.& ibi etiam Fel.in prin.de teſt.
& in ſpecie dicit Franc.de Aret. in d.c.Alb.
col.2.uerſi.ex quibus patet &c.q̃ ubi ꝓcedi
tur ſine figura iudicij, debet ferri ſententia
in ſcriptis,per ea, quæ habētur in cl.diſpen-
dioſam de iud. Et per ea , quæ dicam infra
38 in ult. parte,in uerſi. ſnīa. † Item in cauſis
quamuis ſummarijs ſemper requiritur legi-
timatio perſonarum , ſicut in ordinarijs ſe-
cundum Lanfr. in d.cle.ſæpe.in uerſi.& ſig.
col.1 circa fi.& Iaſ.in rub.C qui adm.col.1.
39 & Alex. in l. iud. C. de iud † Vnum tamen
eſt ſcribēdum pro complemento huius clau-
ſulæ, ſola facti ueritate inſpecta. Quia in-
telligi debet de ueritate, cui ius patrocinat',
unde uigore iſtius clauſulæ non poſſet iudex
oriri facere actionem ex pacto nudo, licèt
ueritas ſit, quòd pactum fuerit nudum, ita
40 tenet Bal.in l. nemo.C. de ſent.† Item ubi
cunque cauſa principalis eſt ſummaria,om-
nes articuli illius cauſę debent ſummariè ex
pediri, ita dicit Bar.in extraua. ad repr in
uer. ſummariæ, colū.3.& Iaſ.in rub.C. qui
41 adm.col.1 in fi.† Cognoſcitur autem cau-
ſa ſummaria ab ordinaria,quando tractatur
ſine ordine iudiciario, ut quia non interue-
nit libellus,nec litis conteſtatio, uel quia in
cipit à principio de ſoluendo, ſic ut cauſæ
executiuæ,ita declarat Pau. de Caſt.in con-
ſil.48. colum. 1. in 3.uolum. & ſic hucuſque
habemus plenè diſcuſſum primum modum
diſcendi cauſam ſummariam. Secundo
42 † principaliter dicitur cauſa ſummaria quę
libet eccleſiaſtica, ubi agitur de electione,
præbenda, canonicatu,uel alio beneficio ec-
cleſiaſtico, nam in huiuſmodi cauſis proce
ditur ſummariè, & ſine figura iudicij text.
eſt in cl.diſpendioſam. de iud. & ibi Car. in
31.q. Quod tamen intellige,quando agitur
de titulo beneficij, ut quia ſunt duo,qui liti
gant adinuicem de collatione ſibi facta, ſe-
cus,ſi ageretur de proprietate eccleſiæ,ut q̃a
epiſcopus vult uenire aliquam eccleſiam ſuę
diæceſi, aſſerens illam eſſe de ſua diæceſi,
uel dicat ſe habere tale ius in tali eccleſia,
iſta enim non dicitur cauſa de beneficio ec-
cleſiaſtico, ſed de proprietate eccleſiæ, uel
iuris, tunc talis cauſa debet ordinariè tracta
ri,ſecundum Card. in d.cl. diſpendioſam in
8.q. & Bal.in l. cum ſeruum uerſi. item ſi a-
geretur. C.de ſeru.fug. & de iſta differentia
inter titulum, & proprietatem eccleſiæ, uide
gloſſ. in c. eum qui. in uerſ. uitioſus. de co-
mit.in poſſ.lib.6. & glo. in c. contingit, in
glo.magna,uerſ.ſed nunquid de dol.& cont.
& ibi Abb. in 3 colum.in fin. & glo. & Do-
43 cto. in cap.cura de iu.pat.† Tertio dicitur
cauſa ſummaria, quælibet cauſa poſſeſſo-
rij.l. momentaneæ, & ibi Barr. C. unde ui.
nam cauſa poſſeſſorij, dicitur minima, &
ſufficiunt in ea ſemiplenæ probationes, ex
quo præiudicium poteſt reparari in petito-
rio,ita tenet Phil. Dec.in conſi. 28. colum.
2.& in conſi.56. colum.1. & quòd ſit cauſa
ſummaria, tenet Bart. in extrau. ad rep. in
uerſi.ſummariæ colum.2. & Alex. in conſil.
60.colum.1.in 5. uolum. dicit tamen Bart.
in d.uerſ.ſummariæ, quòd imo in poſſeſſo-
rio requiruntur plenæ probationes, quod
quomodo intelligatur, uide Bart. in leg. 1.
colum.fi. C.quorum bo. in eo tamen, quòd
ſupra dicitur,quòd cauſa poſſeſſorij,eſt mi-
nima,& leuis pręiudicij,reperio multas deci
ſiones contrarias, ſcilicet,quòd imo eſt ma-
gni præiudicij, quia magnum eſt commodū
poſſeſſionis,ita dicit Bal. in l.conſentaneū,
in 6.no. C. quomodo & quando iud.& glo.
in §.retinendæ. inſt.de interd. & Abb.in ca.
conſultationibus. §. 1. circa fi.de offi. del.
ubi pulchrè dicit, quòd magnum eſt com-
modum poſſeſſionis, quia releuat ab onere
probandi dominium, quòd eſt difficilis pro-
bationis, & ibi plus dicit Abb. quòd in cau-
ſa poſſeſſori,requiritur ordo iuris,& ipſum
ſequitur ibi Fel. in fin. colum.quæ uerba ui-
dentur contrariari prædictis, quia ſi requiri
tur ordo iuris, non uidetur quòd ſit cauſa
ſummaria, & dicit Bar.in l naturaliter § ni
hil commune, colum.pen.ff.de acq. poſſeſſ.
quòd falſum eſt, quòd cauſa poſſeſſionis
ſit utilis. In iſta uarietate puto concordari
poſſe iſtas opiñ. Nam quædam eſt cauſa poſ
ſeſſorij, quæ eſt modici momenti, quæ po-
teſt de facili reparari in petitorio, & iſta di-
citur cauſa uilis, & modici præiudicij, & in
iſta ſufficerent ſemiplenæ probationes, po-
teſt poni exemplum in poſſeſſione Carbo-
niana, prout declarat Bar. in l.3.§.cauſæ.ff.
de Carb.ædi. Similiter in interdicto,quorū
bonorum, quod eſt modici præiudicij, un-
de ſufficiunt ſemiplenæ probationes,ſecun-
dum Bart. in l.1.colum.fin.C.quorum bon.
Idem in poſſeſſione, quæ datur uentris no-
mine,l.1.§.ſi ea,& ibi Bar.ff.de uen.in poſſ.
mit.



mit.facit.l.3.§.ſciendum, & ibi gloſſ.ff.ad
exh. Quædam eſt cauſa poſſeſſorij, quæ pa-
rat plenum præiudicium, quæ non eſt re-
parabilis per petitorium, vt quia deficit pe-
titorium, vel quia eſt impoſſibilis proba-
tionis, & iſta dicitur cauſa magna, & ma-
gni præiudicij,& in hac requiritur ordo iu-
ris,& plena probatio. ita procedat op. Abb.
& ſequacium,in d.cap.conſultationibus, &
quod habetur in deciſ.364.conſilij.Neapol.
ADDITIO. Domini auctoris dictis
hic addo plenè cumulata per d. Lud. go. In
re. Cance.in reg.de non tolle.iu. quæſito in
5. q. vbi proponit pulchram quæſtionem ſi
regula cancellariæ de nō tollendo iuræ quæ
ſito vendit, vendicet ſibi locum in poſſeſ-
ſione? & relatis pluribus tandem dicit,quòd
ſic, quia id quòd dicitur, quòd poſſeſſio
eſt modici præiudicij habet locum in mo-
mentanea, & inſtrumentali poſſeſſione, at
ſecus in poſſeſſione plena,ſucceſſiua, & effe
ctuali, quia talis poſſeſſio eſt maximi mo-
menti,& illam perdere eſt damnum ſentire
item addo Capici.in deciſ.55. inc. in cauſa
mag. Pauli Brancatij, vbi habetur, quòd
tunc poſſeſſorium eſt modici præiudicij
quando eſt præparatorium ad iudicium
poſſeſſorium ordinarium (ut quando tra-
ctatur quis debeat poſſidere pendente lite)
quòd ſecus eſt quando tractatur de poſſeſ-
ſorio ordinario, quia eſt maximi momen-
ti.Pet.Foll.V.I.D.
44 † Iſtam concordiam opi. confirmo optimo
ſimili,nā licèt alia ſit in iure regula, quòd a
K ſententia lata ſuper poſſeſſorio, non K ap-
pelletur l.1.& ibi Bal.& Doct.C.ſi de mom,
poſſ. fue. app. tamen quando poſſeſſorium
eſſet magni præiudicij, adeo, quòd non eſ-
ſet reparabile per petitorium, tunc bene po-
teſt appellari,ſicut ī petitorio, ita tenet Bar.
in l.2.col.2.verſi.quæro quę eſt ratio,&c.ff.
de appel.recip & Bal.in l.2.colum.fi. uerſic.
vlt. C.de epiſ. aud. intelligitur ergo illud in
poſſeſſorio momentaneo & leuis præiudi-
cij, quia in eo non appellatur, quòd tamen
procedit de iure ciuili,per d.l. 1. ſed de iure
l canonico, l ſecus, quia appellatur ab omni
poſſeſſorio,vt eſt tex,& ibi Car.in 2. col. in
1.oppoſi.in cl.1.de ſeque.poſſ.& fruct,& gl.
in cap. cum ad ſedem.in gloſſ.pen.in fin.de
reſti.ſpol.
ADDITIO. Addo Bal.in conſ.310.in
5.parte,& conſilio 131.in 1.parte,& conſil.
153.1.parte,& conſi.330.1.parte.& q̃ a mix
to poſſeſſorio poſſit appellari? Vide eun-
dem in conſil.230 in 1.parte,& conſ. 331.1.
parte,& conſil 369 1.parte,& conſil.217. in
2.parte,& conſi.366.3.parte,& Soci.in cōſ.
290. colum.2. verſicul primum quali.2. lib.
Petr.Philipp.Corn.conſil.10. nume. 1. in 4.
& uide quæ dixi in pract.cau. crim. in frag.
part. in tit. de violentijs circa poſſeſſ.in fin.
Petr.Foll.V.I.D.
45 † Dicit tamen notanter Ang.in conſi.46.q̃
licet aliàs ab interlocutoria non appellatur
m de iure m ciuili, tamen ab interlocutoria
lata in poſſeſſorio poteſt appellari,licèt non
poſſit appellari a diffinitiua, & eſt ratio,
quia eius grauamen non poteſt reparari per
appellationem a diffinitiua, ex quo a diffi-
46 nitiua non appellatur ſecundum eum. † Se
cundo, iſtam concordiam confirmo per no
tabilem dict. Bart.in l.1.§.fin. columm. 1.ff.
de prçto.ſtip.ubi ponit regulam generalem,
per quam declaratur tota hæc materia,nam
quando aliqua cauſa eſt ſummaria, vt quia
lex mādat procedit in ea ſummatim, diſtin-
guitur. Aut parat plenum præiudicium, &
tunc requiruntur plenę probationes, ſed di
citur ſummaria quo ad aliquas ſolemnita
tes iudiciorum. Si verò non parat plenum
præiudicium, & tunc non requiruntur ple
nę probationes,& ſic eſt ſummaria, quo ad
ſolemnitates,& quo ad probationes. Idem
tenet Bar.& Bald.Alex.& Iaſ.in l iud.C.de
iud.& Bar.in l.4.§.cauſę.in fi.ff.de carb.ędi.
vbi dicit, quòd in primo caſu dicitur cauſa
ſummaria ex eo, quia dantur breuiores di
lationes. Idem tenet Bar.in l.ſi quis a liberis,
§.ſi quis ex his.ff.de lib.agn.& Abb.in c.du
dum el.2.colum.8.verſi. in gloſſ.in ver. irri
tantur,&c.de elect.& Fel.in c.veniens,el.2.
colum.6 de teſt.illud ergo, quòd dicit Abb.
in d.c.conſultationibus circa fi. de offi. del.
quòd in poſſeſſorijs requiritur ordo iuris
poteſt intelligi,quando eſt tale poſſeſſoriū,
in quo ſententia parat plenum præiudiciū,
& ponit ius finale in cauſa,ita tenet Barr.in
extrauag. ad reprimendum in verſic. ſum-
mariè poſt Princ. & cum iſta declaratione
47 poſſunt dictę opiniones concordari,† Vnū
tamen ſcias pro complemento huius mate
riæ, quòd licet cauſa poſſeſſorij ſit ſumma
ria, in qua admittitur libellus generalis, ut
dixi

dixi ſupra in prin.huius diſtinctionis,tamen
quando ſumus in poſſeſſorio retinendæ , in
quo agens narrat in libello ſe fuiſſe turba-
tum , vel ſe turbati , tenerur ad petitionem
rei conuenti , declarare modum turbatio-
nis , aliàs non procedit libellus , ſecundum
Bal.in l.ordinarij,colum.pen. ver. item quæ
ró,nunquid &c.C.de rei vend. & idem Bal.
in ſua diſputatione, quæ incipit. Accuſatus
de vi turbatiua in vlt char. & Bal. in c.licet
cauſam. colum. pen. in fin. verſic. opponit
ille, qui intentat,& c. de probat & Alex. in
48 conſi.71.in 1.colum.in 3.uolum. † Quarto
dicitur ſummaria, qualibet cauſa quæ ven-
tilatur in curia mercatorum , in qua proce-
ditur de mera æquitate obmiſſis ſolennita-
tibus,& apicibus iuris,vt no.Bar.in l.fideiuſ
ſór.§.quædam. & in l. Quintus, ff. man. &
Bald.in le.ſi pro ca. colum. pen.C.mand. &
Iaſ. in l.iuriſgentium, §. ſed cum nulla col.
3.ff.de pact.& Bal.in conſi.400.colum.pen.
& conſi.566.colum.2.in 5.volum. & Soc in
conſi.65.colu.fin.in 4.volum.& in hoc ęqui
paratur curia mercatorum , curiæ eccleſia-
ſticæ , vbi proceditur de æquitate canonica
quòd patet, qa de æquitate canonica ex pa-
cto nudo oritur actio.vt habetur in c 2. de
pac.& no.plenè Iaſ.in d. §. ſed cum nulla &
ſimiliter in curia mercatorū agitur ex pa-
cto nudo,ſecundum Bar. in d. l. Quintus,&
Bal.in d.l.ſi pro ca.hinc dicit Spec.in tit de
49 comp. iud.§. verſi. 38. quòd mercatores di-
cuntur de foro eccleſia. † Et per hanc ſimi-
litudinem poſſet inferri, quòd in curia mer-
catorum confeſſio extraiudicialis facta par-
te abſente,facit plenam probationem, con-
tra communem reguam , & ratio eſt, quia
de æquitate canonica facit plenam proba-
tionem,ſecundum Franc. de Aret. in conſil.
40.incipiente excellentiſſime,&c. colum.1.
& conſi.64.colum.1.& Doct.in c.ſi caut.de
ſi.inſtr. Et prædicta ſunt notanda in iſtis cu-
rijs nundinarum , quia ſunt curiæ mercato-
rum , & in eis proceditur ſummariè , vnde
poteſt dici habere locum id, quod ſupra di-
ctum eſt.

ADDITIO. Quia videro dominum
auctorem incidēter hic aliqua dicere de cu-
ria Nundinarum,quæ eſt curia mercatorū ,
& aliàs compilaueram praxim (quam nun-
dinarum vocabam) in qua de modo, & for-
ma practicandi in curijs mercatorum late
diſſerui , congruum mihi uiſum fuit eam
in hoc opere Do.Rob.addere in locis opor-
tunis,& congruentibus , quare duas primas
partes ipſius nundinariæ praxis hic adden-
das cenſui , cum hic congruere videantur ,
cæteras verò in alijs locis ubi magis conue-
nire uidebuntur addam,ſunt hæ duæ partes
prædictæ,uidelicet,prima quid dicātur mer-
catores? quæ ſunt nundinæ, quæ mercata ?
qualiter differant ? Secunda qui conueniri
poſſint coram iudice mercatorum , & pro
quibus cauſis , & qualiter conueniantur , &
de modo practicandi in curia mercatorum ,
quare Nundinariam praxim edocere pro
uiribus,quàm iuris ueterum,& recentiorum
interpretum , nullus dum in medium attu-
lit ( vt uidere potui ) ad communem legen-
tium utilitatem , & mei ipſius eruditionem
uolentes , primam ipſius in ordine partem
aſſumens perutile conſentaneumue unicui-
que uideri propalam eſſe poterit , ſi eorum
quę principaliter hic pertractanda ueniunt
quidditatem quam primum diſſeramus.
50 † Quo circa illud magnipendendum non
ab re eſſe duximus,nundinas, & mercata ad
imparia a legibus iudicari . Nundinæ enim
illæ proprius dici poſſunt , quæ ſunt affida-
tæ,notabiles,& in priuilegium conceſſæ, &
quæ nullibi propria ſiquidem auctoritate
celebrari queunt,ſed ex Principis permiſſu
tantum. At mercata illa dicuntur , quæ ubi-
que ad libitū,nullo Principis permiſſu præ-
cedente paſſim celebrari uidemus,cōſiſtunt-
que in facto, & per præconem affidata mi-
nime ſunt. De quibus ſi quidem concinit
tex.in auth. ut non ſiant pig. ( ut eſt uidere
de mercato terræ S. Seuerini ſemel in heb-
domada ſingulis ſabbatis ( tali em̄ non ha-
bēt nundinarum priuilegia , hinc enim pro
debitis haud tuta ſunt (ſicut ſunt nundinę,)
quæ ſunt tutæ pro debitis gabellis in acceſ
ſu,& receſſu,pro mora,licet bannitis etiā ſi
iniuſtè banniti extitiſſent, non ſint tutæ, te-
ſte, & auct. Bald.in l.1.C.de nun.& merc.&
ante eum Bart.in l.1.ad l.Iu.ma. & in l.rele
51 gati.de pęn.& ibi Alex.† Nundinæ em̄ a no
no die dictæ ſunt , quaſi nouendinæ , inſti-
tutæ autem eo conſilio prohibentur , vt ru-
ſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die
repeterent urbem ad mercatum, legum ac-
cipiendarum cauſa,& ut ſcita atque conſul-
ta frequētiore populo referentur, & trinun-
dino



dino propoſita , a ſingulis atque uniuerſis
facile nocerentur,unde etiam mos tractus
ut leges trinundino die apud Athen. pro
mulgarētur,Cic.contra Rul.pro l. age.illi
Capuam,nundinus ruſtic.horreum campa
ni agri eſſe uoluerant.Col.lib 21.c.1. uilli-
cus non urbem , non nullas nundinas niſi
vendendæ,aut emendæ rei neceſſariæ cau
ſa frequētauerit,mercatū autem idē quòd
mercādi actus,Pla.in moſ. ædes filius tuus
emitte,ędes Tr. ædes te auge Philolaces
patriſſat, & iam homo in mercatum abor
titur,aliquando etiam pro loco accipitur,
ad quem mercatores emendi uendendique
gratia conueniunt , quem etiam appella-
mus emporium, uel forum. Cic.lib.1.off.
Quo cum tanquam ad mercatum bono-
rum artium ſis profectus,inane reddire tur
piſſimum eſt. Item aliquando mercatum
accipitur pro ipſo tempore,quo negotiato
res ad emendum , & uendendum conue-
52 niunt,hoc eſt pro ipſis nundinis.† Sicque
nundinæ, & mercatum nonnunquam idē
ſunt ( improprie tamen uidemus etenim
nundinas appellari mercatum,& mercatū
nundinas proprias, tñ ad imparia iudican
53 tur(ut ſupra diſſerui.) † Nundinę etiā di-
ctę ſunt,à Nundina Romanorū dea,à no
no die naſcētium dicta,qui, & luſtricus di
citur,erat autē luſtricus dies,quo infantes
luſtrabantur,is aūt erat in maſculis nonus
dies,in puellis uerò octauus,ſm Macr.lib.
54 1.Satur.c.16.†Nec te moueatur id,qđ re
ſcribitur in l.unica C. de nund. ibi in illis
uerbis (qui exercēdorum mercatuum.aut
nundinarum licentiā ) & ſic videtur innue
re,ꝙ mercata,& nundinæ ex principis re-
ſcripto celebratur,& pari ēt priuilegio im
munitatis decorantur , quia & ſi id prima
facie innuatur,non eſt quin non remaneat
differētia,de qua ſupra in genere,& in du
bio,eſt tamē bene verū,ꝙ ſunt aliqua mer
cata,quę licèt non ſint ſolemnia,& notabi
lia,ſunt tñ obtenta,& impetrata veterūin
dulto,& Principis auctoritate,cum immu
nitatibus , & prerogatiuis , & de illis ibi
diſſeritur,& tunc rediguntur ad inſtar nū-
dinarū,vel verba (mercatuum) ibi accipiū-
tur tanq̄ genus, & nundinæ, tanq̄ ſpecies
(vt fieri pluries,abſolet) vt in rub.C.de ſer
55 ui.& aqua,latiùs habetur.† Sunt quoq; &
nundinæ atq; mercata hominibus,& popu
lis admodum utilia atq; neceſſaria,& cōſe
quenter mercatores,quorum opera, & tra
ficu ipſæ nundinæ fiunt perutiles,adeo q-
dem ut Plato ſummæ prudētiæ,& auctori
tatis, cum inſtitueret queādmodū ciuitas
bene ac beate habitari poſſit,in primis ip-
ſos mercatores neceſſarios eſſe dixit,ſic in
quiens. Pluribus agricolis alijs artificibus
ac miniſtris opus eſt , qui importet , & ex-
portent ſingula , ſunt autem mercatores.
Cui concinens Bal.in rub.extra de cl.pere.
merc.inquit eſt amica populis, quia mun-
dus nō pōt ſine mercatore viuere, & ꝑpea
licet leges(ut ille ſubdit) nulla illis conce-
dant priuilegia in corpore iuris clauſula ,
Principes tñ ſęppiſſime plures eis tribuūt
56 immunitates atq; exēptiones.†Hinc non
extra rē incidere eſt in illam q.an merc.ſit
ars ſordida an honeſta, & an nobilitati de
roget? in qua prima ſiquidē facie non ab-
ſurdū eſſe uidebitur dicere,nō ſordidā,ſed
honeſtā,& a nobilitate haud deuiam repu
tandā fore,cui quidā opinioni adſtipulatur
ſnīa Caliſtr.in l.eos,ff.de dec.(inqt enim)
mercatores non prohiberi decurionatum,
uel aliquem honorem ſua patria exercere.
nec enim infames ſunt, neq; eos ut ſubdit
tanq̄ uiles perſonas oportet negligi, hinc,
Salut. qui & ſapiens vnus fuit ex ſeptem ,
& legum ſcriptor ſolus ex ſeptem,cum eſ-
ſet admodum iuuenis, & eius pater ad be-
neficentiam propenſus, patrimonium im-
minuiſſet,ad mercaturam ſe contulit,non
tam lucri cupiditate impulſus,quàm peri-
clitandi,uidendique , ſicuti retulit Plut. in
vita illius,q & illud ſubdit ex Heſio di ſen
tentia,temporibus illis nullum opus igno-
miniæ fuiſſe , nec ullum artium delectum
atque deſcrimen. Mercatura verò ad barba
rorum neceſſitudines comparandaſque re
gum amicitias plurimum valere putaba-
tur ex eaque homines multarum,& maxi-
marum urbium extitiſſe, ut maſſalias pri-
mus,qui a Celtis iuxta Heridanum ( lege
Rhodanum ) maxime obſeruatur Thale-
tem quoque mathematicum,& Hipp.exer
cuiſſe mercaturam aſſerit . Platoni etiam
olei in Aegypto exportationem non pere-
grinationis uiaticū ſuppetiſſe,hinc ēt ſi ue
rum ſcribit Suet. Veſp. Imperator non ſo
lum ante imperium ad mangonicos quæ-
ſtus ſubſtinendæ dignitatis cauſa deſcen-

dit, ſed, & adepto imperio negociationes
alias pro palam exercuit, quędam tamen
emendo, ut pluris diſtraheret pertinax. Itē
aliter Romanorum Imperator mercaturas
exercere per homines ſuos nō aliter quàm
priuatus ſolebat, vt ſcrip. Iulius Cap. ante
hos longo interuallo Tarquinus ille Pri-
ſcus, non ſolùm mercator genitus erat, &
mercator ipſe extiterat, multaſque pecu-
nias è mercatura congeſſerat, vt ſcriptum
reliquit Dion. lib. 3. pleroſque etiam alios,
& Imperatores, & Reges, & ſummæ ſapien
tiæ viros legitur mercaturas exercuiſſe,
quo non abſurdè inferri poterit concluſio
de qua ſupra, ſed ne à noſtratibus legibus
deuiemus legito quæ reſcripſerunt Imper.
Theod. & Hono. ad Theod. perfecto pręto
rio in l. nobiliores, C. de con. & mer. vbi in
ter cętera ſtatuerunt nobiles Natalibus, &
honorum Luce conſpicuos, mercimonia
exercere minime poſſe, notatque ibi Bald.
quòd qui exercet artes mechanicas (tan-
quam mercatura ars ſit mechanica) non
poteſt eſſe nobilis, accedat prædictis tex. in
l. ne quis, C. de dign. lib. 12. quod negocia
tores, alijque huiuſcemodi dignitatem aſ-
ſequi non poſſunt, & à iam adepta repel-
luntur. Vbi & Lu. de pen. hos dicit eſſe ſor
didos, eſt etiam tex. in l. humilem, C. de in-
ceſt. nup. qui inter humiles, & abiectas per
ſonas eam annumerat, quæ mercimonijs
publicè præfuit. Quæ quidem ita demum
procedere ſcito, niſi mos regionis, qui haud
dubie ſeruandus eſt, induceret aliud, uti
apud Venetos, & Ianuenſes nobiles, qui
mercatorum exercent citra uituperium
& nobilitatis detrimentum, ſicuti retulit
Pogius, in ſuo lib. de nobilitate, & è no-
ſtris Cęp. in materia nobilitatis in 18. opi.
Item mercatura tunc nobilitati derogat,
quando per ſe quis eam exercet, ſecus ſi
per alios, de quo quidem art. latè diſſeruit
Tiraquel. in trac. nobili. cap. 33. per totum.
57 † Nec inconueniens eſſe puto, & illud ſub
nectere, quis nam dicatur mercator? in
quo ille uerax iuris antiſtes Bartol. a Saxo
Fer. in l. leg. ſeruis, ff de leg. 3. quem, & alij
ibi ſequuntur, inquit, illos dici mercatores
qui quæſtuariam negociationem faciunt,
intelligendo tamen de illis, qui non unicū
actum mercandi exercent, ſed aſſiduè mer
cantur, & nundinantur (quia cum iſta no-
mina verbalia uidelicet mercator, & ne-
gociator, quæ ſunt ſignificatiua alicuius
officij, quod quis aſſeruit propria auctori-
tate, non uerificentur ex vnico actu, ſed re
quirant aſſiduitatem, vt eſt tex. in leg. 1. §.
1. ff. de trib.) haud dici poteſt ex vnico actu
mercandi dicatur mercator ſecundum eun
dem Bart. in l. mariti. §. 1. ff. de adul. & in 1.
conſt. ſtorum, & in d. l. legatis, & in rub. C.
de conſt. pec. & ibi Bald. in fi. & in tract. de
merc. & in conſil. 495. in 1. lib. num. 2. alibi
etiam in c. eijciens, 88. diſt. fertur mercato
rum eum eſſe, qui rem comparat, vt inte-
gram, & immutatam uendendo lucretur.
Et nouiſſime uide in hoc Benue. ſtra. in
tract. de merc. in prin. qui multa verba ef
fudit, & poſt multa diffiniendo quis dica-
tur mercator, longam ponit diffōnem fe-
rè totam materiā mercatorū complecten-
tem, quod quidem proculdubio neceſſa-
rium minime videbatur, hac etenim ratio
ne improbata fuit diffinitio Iac. de Are. in
l. 1. ff. de acq. poſſ. (Dum quid ſit poſſeſſio-
diffiniret) cum nec expediens videretur vt
diffinitio. omnia comprehenderet, ſicque
totam materiam diffiniti declarare, vt re-
fert Herc. in l. 1. ff. de acq. poſſ. nu. 34. in fi.
Nec neceſſarium videri poterit id, quod in
ea ſua diffinitione adiecit, mercatorem eū
dici, qui licitè mercaturam, quæſtus vege-
rit, quia diffinitū & eius verba ſemp intel
ligenda ſunt de habili. arg. l. ut gradatim,
§. ſed ſi lege, ff. de mu. & ho & l. 1. iūcta gl.
C. de ſacr. ſan. eccl. & voluit Hercul. in loco
ſupra citato, nume. 51. & ſi rectè Bar. iuris
antiſtes perpendatur diffinitio, ſub paucis
uerbis omnia comprehendi pro palam vi-
58 deri poterit. † Sed licèt ſupra dixerim mer
catorem non cenſendum eum, qui unicum
tantum mercādi actum exercuiſſe cōſtite-
rit, nō tū procedere ſcias, ſi præcedit profeſ
ſio, uel matriculatio, tunc. n. ex unico actu
dr̄ quis mercator, non ea ratione, quia uni
cum actum mercandi exercuit, ſed ea rōne
quia fecit profeſſionem, vel eſt deſcriptus
in matricula, ut bene declarant Doc. ſupra
59 alleg. † Nec te lateat, ꝙ & ſi uolumus in
tueri, quæ ſcripta reliquit Bartol. ille Caſſ.
doct. Gal. in com. conſuet. Burg. in titu. des
droictr. & appar. agens mariem. §. 1. rub. 4.
in tex. ibi. felle. n. eſt marchāde, fol. 131. &
ut quis dicatur mercator quinque copu-
latiuè





latiuè requiri, primo quòd ſit deſcriptus in
matricula mercatorum ſecūdo quòd exer-
ceat artē, non enim ſufficit quòd ſit in ma
tricula deſcriptus, niſi artem exerceat, citat
text. in l. qui ſub prætextu. C. de ſac. ſan. ec
cle. & l. ſcrinearios, & ibi Bar. & Bal. C. de
teſt. mil. cur quidam aduerſatur id, quod
proximo ſuperiori loco dixerā, cum ſi uera
hæc eſſent patunt, aut nihil proficeret de-
ſcriptio in matricula, ſed ne æquiuocè hęc
ſcripta intelligas, ſcito eum mercatorem
cenſeri, & mercatorum priuilegijs gaude
re cuius matriculatio, uel profeſſio proce-
dit, etiam ſi non conſtiterit artem exerce-
re, ita tamen ſi ex aduerſo nō probetur ar-
tem deſeruiſſe, uel poſt deſcriptionem non
exercuiſſe, eo etenim caſu procedunt, quæ
ſupra pro me retuli, ita. n. ſentire uidetur
Alex. in addit. ad Bar. in l. ſemper. §. negot.
ff. de iur. imm. ex ſnīa Iac. But. in proœ. ſſo
rum. & uideas Ben. ſtra. in trac. de merc. in
1. par. nu. 65. in fi. q & id intrepidè firmare
60 uidetur. † Tertio dicit requiri, ꝙ maiorem
partem fortunarum habeat quis in nego-
tiatione, ut rectè dici poſſit mercator, qđ
& ante eum uoluit Bar. in l. ſemper. §. nego
tiatio. ff. de iur. immu. & in rubr. C. de na-
uic. lib. 11. & Alexan. in conſi 108. in 4. lib.
Pau. de Caſt. conſi. 78. 3. col, 1. lib. & Fel. in
proœ. decr. 15. colū. & Fran. Aret. conſi. 20.
& Gem. in c. 1. de vi. & ho. cl. in 6. in quo q
dem è recētioribus noſtr. ſubtilis Phi. Dec.
in l. ſcrinearios. C. de teſt. mil. nume. 16. ab
ſurdum putat, & procul a ratione dictum
Bar. non enim congruere æquitati, & iure
videtur, ꝙ & is, qui longo tpe in mercātijs
uerſatus fuerit, & matriculatus extiterit
priuilegijs mercatorum non deberet gaude
re, ea ſola ratione, ꝙ plus in bonis immobi
libus haberet, quàm in mercantijs, Item ſi
uerum eſt, mercatorem dici quem ex ſola
matriculatione, à fortiori aūt ſi longo tpe
in mercantijs ſe exercuit, vnde conſonum
non eſt dicere, non dici mercatorē, qui ma
iorē partem ſuarū fortunarū in mercātijs
non habuerit, quare dicit procedere dictū
Bart. in eo, qui diuerſas habet qualitates, q̄
aliquo reſpectu repugnarent, tunc enim at
tenditur illa qualitas, quæ in eo uerſatur
plùs, arg. l. quęritur. ff. de ſta. ho. uel. intelli-
gi debet, quando eſſet prę ſumptio fraudis,
ut quia quis fingeret ſe mercatorem, cum
nō eſſet. Idem & antea dixit in c. 1. de iud.
in ult. lect. in fi. qu d & repetit in l. rogaſti,
ff. ſi cer. pet. nec credo ab hoc diſſentijſſet
Bar. & utique ſi toruo oculo non inſpiciat
tex. in d. l. ſemper in. §. negociatores. & in §.
D. Hadr. in uer. erāt, & alli. & in §. negocia
tio. ff. de iur. immu. non abſimilis intentio-
nis Caliſtratum fore reperietur, cum po-
ſtea quam immunitatem negociatoribus,
ꝙ nauicularijs tribuendam eſſe conſtitue-
rat, id procedere, ita tamen dixit, ut artem
nauiculariorum quis exerceat, & naues ha
beat, & ampliorem partem ſubſtantiæ in
nauigationibus, & in negociationibus ha-
buerit, adeo ut illud ſemper excutiendum
erit nunquid effugiendorū munerum cau-
ſa imaginem nauicularij induat, (vt ipſius
Caliſtrati uerbis utar) ſicque uides intelle-
ctum ad uerba Bar. datum p Dec. non ab-
60 eſſe ab ipſius Caliſtrati ſnīa. † Nec p̄dictis
& illud abſimile uideri poterit, ꝙ & ſcho-
lares non gaudent priuilegijs ſcholarium
ſi ſtudio minime uacauerint, ſm Bart. p
illū tex. in l. qui ſub prętextu. C. de ſac. ſan.
eccl cum ſimilibus, ut tradunt Alex. & Mo
der. in l ſcrinearios, C. de teſt. mili. Pro quo
facit tex. in c. cum ex eo, ff de elec. in 6. (ibi
literarum ſtudio inſiſtentes) idemque not.
Ang. in l. ex eo. ff. de teſt. mil. quod & not.
Pan. in c. 1. de iud. unde latius exordiendo
mentem Doctorum in hoc ſic puto diſtin-
guēdum, aut quis plures qualitates habue-
rit, quibus aduerſatur mercatura, licet, & is
mercaturam exercuerit, non poteſt, nec de-
bet mercatorē dici, ut gaudeat priuilegijs
conceſſis mercatoribus quo ad omnia, ac
& prout alij mercatores gaudere debent, q
ſoli mercaturæ uacant bene tamen putarē
mercatorē dici, ut gaudeat priuilegijs mer
catorum, quo ad illam mercaturam tātum
quam gerit, quæ conceſſa forent ratione
ordinis, motus ex ijs quæ no. Dom. ī proœ.
6. in rub. proœ. in fi. & in ſimili no. Bald. in
d. l. q ſub prætextu, & Bar. in l. maximarū,
C. uacat. mu. lib. 10. dum inferunt, ꝙ ſcho-
lares non ſtudentes, licet non gaudeāt pri-
uilegijs ſcholarium conceſſis, gaudent ta-
men priuilegio ordini conceſſo, & dignita
ti, dummodo ſint matriculati, ſic ergo dica
mus in hoc caſu, cum ratio diuerſitatis red
di minime poterit. Sed ſi magis uerſaretur
in mercatura, quàm in alijs qualitatibus, li

cet aduerſãtibus iudicabitur, ut mercator,
ut potiatur priuilegijs mercatoribus con-
ceſſis quo ad omnia, aut quis eſt matricula
tus ut mercator, & gerit ſe pro mercatore,
ſed in fraudem & fictè, & tunc nec merca-
tor cenſendus eſt, nec dici debet eum poti-
ri debere priuilegijs mercatoribus conceſ-
ſis, ſic itaque cõcludendum eſſe puto, & ui-
de Benu. Strac. in tract. de merca. in prima
part. nume. 60. ubi multa uerba effudit, tan
dem dicit eſſe tenendum eum dici merca-
torem, qui ampliorem ſubiectæ partem in
mercantijs minime habuerit, & pariter po-
tiri debere omnibus priuilegijs à lege mu-
nicipali mercatoribus conceſſis, ſed quid-
quid ipſe dicat non diſſentio ab iis qui ſu-
periori proximo loco retuli, cum & parum
concludant intellectus per eum dati ad l. ſẽ
per. in §. negociatores, & §. negociatio, ꝙ
intelligantur de negociatoribus ad publicã
utilitatem deſtinatis, & qñ certa forma im-
munitatis tributa eſſet, non autem de alijs
mercatoribus, & negociatorib. cum & hoc
ſit diuinare, lexq́; gñaliter loquitur, & ip-
ſius rõ deciſionis non plus in ijs negociato
ribus quã in alijs uerſatur, & rõ indetermi
natè & generalis comprehendit omnem de
terminationem, quæ põt adaptari ad eam,
l. metum aũt. §. animaduertẽdũ, & ibi Bar.
in 1. no ff. ꝙ. met. cau. quis ergo ſani capitis
dicet rõnis eſſe eum dici mercatorem, ut
gendo tamen, quando partes non expreſsè
declarauerunt ſe uelle procedere ordina-
riè , ſed tantum incœperunt ita ordinariè
procedere ex quo proceſſu poteſt reſultare
tacitus conſenſus non autem expreſſus, ꝗa
iſte tacitus conſenſus non debet ita inter-
pretari , ut partes uoluerunt facere actum
inutilem , & iudicium fruſtratorium. arg.l.
quoties.la 2.ff.de reb.dub.& l.quoties.ff.de
207 uerbo.obli.†Nemo enim uidetur elegiſſe
uiam, per quam actus, & uoluntas ſua im-
pugnetur,ut d.l.3.ff. de mil.teſt.& Alex. in
l.hac conſultiſſima,§.per nuncupationem,
C de teſt.& Soc.in conſ.142.colum.3.in 1.
208 uolum. † Hanc ſecundam partem, quam
teneo,confirmo per id, quod dicit Alex.in
l.uinum. colum.fin.& ibi glo.ſingularis, in
gl.fi. in fi.ff ſi certum pet.ubi dicitur,quòd
in cauſis,in quibus non requiritur libellus ,
ſi interueniat,& ineptus,non uitiat proceſ-
ſum,ſic etiam poſſumus dicere in quolibet
actu ſubſtantiali iudicij , ut ſi interueniat,
& ineptus , uel ſi penitus obmittatur , non
habeat uitiare , ex quo nō requirebatur de
neceſſitate. Si enim eſſet uera prima opin.
nunquam poſſet uerificari illud dictum
gloſſ.& Alex.in d.l.uinum,quòd communi
ter approbatur , quia ſemper quando quis
præſentat libellum , uidetur eligere uiam
ordinariam & ſic eſſemus in diſpoſitione
iuris communis , ſecundum quam libellus
ineptus uitiaret, quod eſſet contra illud di-
209 ctum. † Ad quòd facit, quod no. Bald.in
leg. qui teſtamento.§.per contrarium.ff,de
teſt.ubi dicit, quòd ualet informatio capta
per teſtes inhabiles in caſibus, in quibus te
ſtes non requirebantur, facit etiam tex.iun
cta gloſſ.in §. ſerui.inſt. de liber. & ibi glo.
210 in uerſ. tranſitu. quę probat, ꝙ, † quan-
do actus poterat expediri ſine interuentu
alicuius perſonæ, ſi illa interueniat, & inu-
tilis,non uitiat actum. Pro hoc eſt tex.in l.
1.in



1.in prin. C.de rei uxo.act. Sic etiam dico
in queſ.noſtra,quia cauſa poterat expediri
ſummariè,& ſine ſolennitate iuris,ſi inter-
uenerunt dictæ ſolennitates, & inutiliter ,
non debet per hoc uitiari proceſſus. Præte-
rea quòd iſta pars ſit uerior in regno maxi-
me ubi uiget diſpoſitio dicti c.deteſtantes,
nō eſt opus ire per mendicata ſuffragia,ꝗa
patet euidenter per d.c.deteſtantes ubi mā
datur , quòd quando in proceſſu liquet de
ſola ſubſtantia ueritatis , non poſſit oppo-
ni aliqua exceptio nullitatis ex defectu ob
miſſæ ſolennitatis iudicij , & illud manda-
tum dirigitur iudicium, ut patet ibi ex ſu-
praſcriptione unde non eſt curandum in
regno , quomodocunque partes procedant
in cauſa, ſiue ordinariè, ſiue ſummariè,ꝗa
dummodo liqueat de ueritate , ſemper iu-
dex poterit proferre ſententiam ualidam,
etiam ſi aliqua ſubſtātialia obmittant, ꝗa
de his nō eſt curandum.Et per d.c.deteſtan
tes, apparet reſponſio ad omnes deciſiones
contrarias adductas pro 1. parte, quia om-
nes ceſſant in regno , ubi habemus ius mu-
nicipale expreſſum in contrarium.Et ultra
pars,quod hæc ſola reſponſio ſufficeret,po
teſt etiam de iure communi ſuſtentari iſta
211 2.pars,& reſponderi ad cōtraria.†Et pri-
mo non obſtat glo. in d.l.proinda.§.notan-
dum.in fi.ff. ad l. Aquil.quia iſta glo.loqui
tur in caſu in quo non requirebatur ſen-
tentia,ut quia ſumus in confeſſo,in quo ſo
lum fit præceptum, ut ſoluat. l.unica. C.de
confeſ. Verum eſt,ꝙ ſi actor uigore confeſ
ſionis rei uoluerit formare libellum ſolen-
niter, & petere id quod confeſſus eſt, tunc
requiritur ſententia. ex quo cauſa eſt ini-
tiata in forma iudicij, & ſententia dēt eſſe
conformis libello, & hoc dicit illa gl.Non
tamen ibi fit aliquod uerbum , quod ſi in
terueniret libellus ineptus , uitiaretur pro-
ceſſus , uel ſi aliter proceſſus fuit non rite
factus,ſed ſolùm ſentit,ꝙ ſi fuit fabricatus
proceſſus ordine iuris , ubi non requireba-
tur talis proceſſus eſt , ſolenniter per ſen-
tentiam determinandus. quod ex quodam
neceſſitate, quia omnis proceſſus maxime
ordinariè factus,expectat diffinitiuam ſen
tentiam. Non obſtat dictum Bal in d.l.dif-
famari.quia nihil facit ad propoſitum. Di-
cit enim, quòd partes poſſunt ꝑcedere or-
dinariè, ubi poterant ſummariè,& ualet ꝓ-
ceſſus ordinarius iſtud eſt clarum, & expe-
ditum.per tex.in cl.ſæpe.§.fi. de uerb.ſigr.
quia tunc res reuertitur ad naturam ſuā ,
& ſic ad ius commune,unde de facili fit,vt
no.in d §.fi.Non tamen dicitur,quòd ſi in
aliquo obmitteretur aliud ſubſtantiale,ui-
tietur proceſſus,& ita etiam reſpondeo ad
id, quod dicit Bal in d.l.quod facere.C.de
212 legi. & in l.nulla.ff.eodem tit.† Non ob-
ſtat , quod dicimus de teſtamento in ſcri-
ptis , quia illud procedit , quando teſtator
expreſsè declamaret , quòd uolebat inſcri-
ptis teſtari,tunc ſi non ualet ut teſtamentū
inſcriptis, minime ualet ut nūcupatiuum,
ut quia interuenerunt requiſita in nuncu-
patiuo , ualebit ut nuncupatiuum, Secus,
quando hoc expreſsè non appareret, quia
tunc poteſt ualere ut nuncupatiuū, ita ſen
tit Bar.in d.l.fi. de iure eod. & Cyn. Alex.
& Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupa
tionē.C.de teſt.& Ang.& Imo.in l.1.§.ſin.
autē.ff.de hæred.inſt.& Alex.in conſ.176.
colum.2.in 5.uolum. & in conſi 113.in 3.
uolum. & Paul.de Caſt. in conſi.415.in 2.
uolum. & Soc.in conſi.142.in 1.uolum. &
habetur aliquid in deciſ.69.conſi.Neap.&
eodem modo reſpondeo ad l.contractus ,
& ibi Bald.C. de fid.inſtr.ſcilicet,quod lo
quitur quando expreſſe apparet,quod par-
tes uoluerunt contrahere inſcriptis. Et per
hoc dico, quod quādo expreſsè partes con
uenirent , quod procedatur ordinariè co-
ram iudice, & renuntiarēt illic.deteſtantes
tunc propter expreſſum conſenſum dice-
rem , quod non ualeret iudicium, ſi aliqua
ſolennitas obmitteretur,per prædicta.
213 † Quid autem econtra,an poſſint partes
facere , quod in cauſa ordinaria procedat
ſummariè ? Spec.in titu. de libel.concep.§.
nunc dicendum uerſicu.9. tenet. quod ſic.
Contrarium tenet Car. in cl.ſæpe.in prin.
in 12.quæſt. & Alex. in addi.ad Bar.in l.ſi
ſocietatem. §. arbitrorum. ff.pro ſocio in
2.colum.in addi.quæ incipit.Adde ad hoc,
&c.Et ratio eſt,quia quòd ordinariè proce
datur,eſt iuris publici,& partes nō poſſunt
iuri publico renunciare, l.ius publicum.ff,
de pact. & idem tenet Luc.de Pen.in le.de
ſubmerſis.col. pen.in fi.& ſeq. C.de naufr.
lib. 11. per eandem rationem dicunt tamē
Gard.in d.12.q.& Luc. ubi ſupra, quòd ſi
partes uellent , quòd iudex procedat tan-
quam

quam arbitrer, poſſunt hoc facere, & ſi per hunc modum poſſunt facere cauſam ſummariam. Et ex prædictis remanet expedita 1.q. prin. huius 9 diſt. iud. Secunda quæſtio principalis eſt, quæ ſpecialitatis habet iudicium ſummarium, in quibus differat ordinario, ſuper qua non inſiſto. quia ex ſupradictis in 1. q. omnia hæc bene perpenduntur, ex quo nimium me dilataui ſuper 1. quæſt. in qua comprehenſa ſunt omnia, quæ eſſent dicenda ſuper utraque, Vnde tranſeamus ad 10. diſtin. iudiciorum. Rob. Mar. V.I.D.

## ADDITIONES.

a Summariè. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad pract. Octa. Veſtr. lib. 5. c. 1. num. 7. litera B.

b Citatio. Fely. in cap. dilecti. extra de iudi.

c Solennitas. Octau. Veſtri. in practi Rom. Cur. lib. 5. cap. 2. ubi annot. Grauat. nu. 10. Alfer. conſi. 43. nu. 1.

d Non ualet. Limita, ut per Soci. fallen. trac. reg. 368. Rip. in rub. ff. ſolut. matri. nu. 48. Alfer. conſi. 12. nu. 10. intellige in fauorem libellantis, Alfer. conſi. 13. nu. 23.

e Sumptibus actoris. Amode. in tract. ſindi. numero 228. Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 5. limit. 3.

f Publicatio. Quid in criminalibus Folle. in pract. crimi. laic. in 2. par. 2. par. in uerſiculo fiat publicatio proceſſus.

g Cõcluſio. Infra in 6. par. in 15. actu. in uer. concluſio in cauſa.

h Suppletorio. Dominus Marcus Ant. Eugenius præceptor meus latè tractat de iuramento ſuppletorio, in repet. l. admonendi. ff. de iur. iur. quæ repetitio apud me manuſcripta reperitur.

i Poſſeſſorij. Menoch. in prelud. ad tract. de recup. poſſ. nume. 24. & ſeq. vbi latè Couar. lib. pract. qq. cap. 13. per totum.

K Non appelletur. Auth. infr. in 6. par. prin. in uerſ. appellatione, nu. 365. limita, ut per Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 44. appell. Socci. in tracta. fallen. reg. 18. & 264. Cotta in memor. in uer. appellari il primo. Beninten. deciſ. Bonon. 17. per totam, Dec conſi. 28. Grat. conſi. 16. 110. & conſi. fin. lib. 2. Balb. deciſ. 445. & 447. de communi Pariſ. conſi. 208. nu. 20. lib. 1.

l Secus. Tract. Papien. in for. libelli in cauſa ſpolij poſſ. uerſi. per ueſtram, fol. mihi 217. ubi de communi Afflict. deciſ. 269. Beninten. deciſ. Bonon. 79. nu. 1. & per totum Fede. de ſen. conſil. 77. Menoch. in tract. a recup. poſſe. in 15. remed. nu. 641.

m Ciuili. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad prac. Octa. Veſtr. lib. 3. cap. 10. nu. 6. litera a. ubi plures limitationes adſunt.

n Vacauerint. Contra idem Bart. in l. 1. C. de Tironibus lib. 11. nu. 1. Gemin. in proœ. ſexti, in ult. col. ubi dicit quod ita fuit iudicatum pro concordia: Vide Rip. in c. 1. num. 94. extra de iudi. Duen. pro, & contra in li. 1. reg. utr. iur. reg. 213. dominus poteſt. in 2. limit. uſque ad fi. reg.

o Florentini. De hoc ſtatuto uideas not. per Viui. in Tract. commu. opin in prima par. opin. 299. ſtatutum Florentinum, vbi de interpretatione.

p Publico. Rip. in l. 1 nu. 15 ff. ſolu. matri.

q Statutum. Tale ſtatutum ualet, Viui. in d. tract. commu. opin. in 1. par. opin. 309. ſententia iubens.

r Secus. Quid in legato Cagn. in l. 1. nume. 25. ff. de reg. iur. & latiſſime Arius Pinel. in 2. par. rub. C. de bon. mater. nume. 38 39. & ſequen.

ſ Inuecta. Limita etiam, ut per Soc. in tract. fallen. reg. 192. ſupra in 7. diſtinctio 4. par. princi.

t Statutum. Deci. conſi. 359 Crauet. conſi. 3. nume. 25, & conſi. 131. colum. 3. in fi. De materia & interpretatione uideas Viui. in d. tracta. commun. opin. in 1. par. opin. 299. ſtatutum Florentinum.

u Mercatorum. Duen. lib. 1. regu. utr. iur. reg. 235. Fideiuſſor regulariter, in 3. limit.

x Differentia. Duaren. lib. 2. diſput. anniuer. iur. ciuil. cap. 18.

y Feriata. Catelli. Cotta in memor. in uer. Alimentorum.

z Ad perpetuam. Capic. deciſ. 123. num. 6. & 7. Ari. pinell. in repetit. l. 1. in 3. par. nu. 78. col. 3. C. de bon. mater.

& Miſerabilium. Afflict. deciſ. 257. nu. 1. Et quæ dicãtur miſerabiles perſonæ relinquitur arbitrio iudicis, Rip. in l. ſi conſtante, nu. 30. & ſeq. ff. ſolut. matri.

a Trahere. Couar. late in lib. 1. prac. qq. cap. 6 in prin. & cap. 7.

b Vnum reſtat. Vide Autho. infra in diſput. 4. per totum. Ludocuius Alferius.

Iudicio.



## Iudiciorum X. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud ordinariũ, & aliud extraordinarium.*

2 *Iudicium extraordinarium, dicitur, ubicunque non eſt prodita actio ad aliquid exequendum: ſed prætor ex poteſtate ſua illud* 3
*exequitur.*

3 *Iudicium eſt extraordinarium quando generaliter ſuper cauſa imploratur iudicis officium in locum deficientis actionis.*

4 *Pœna extraordinaria, ſeu arbitraria irrogatur ubi a lege, uel ſtatuto non eſt impoſita certa, & determinata pœna.*

5 *Iudicium dicitur extraordinarium, ubi agitur per uiam inquiſitionis ſine accuſatore. Et proceſſus inquiſitionis extraordinarius dicitur.*

6 *Damnatus per uiam inquiſitionis, non punitur pœna ordinaria a lege inducta, ſed mitiori, & arbitraria, niſi conſtet de crimine per confeſſionem.*

7 *Iudicium dicitur extraordinariũ in regno, quando præſentatur inſtrumentum, ſecundum formam ritus.*

8 *Iudicium omne criminale, extraordinarium dicitur.*

9 *Iudex attenta qualitate perſonæ, & cauſa, alterat pœnam in criminalibus.*

DEcima principalis diſtinctio iudi-
ciorum eſt, † quia iudicium aliud eſt
ordinariũ, & aliud extraordinarium.
Iudicium ordinarium, dr̃ illud in quo agi-
tur aliqua cauſa ciuilis, uel criminalis intẽ
tata per uiam competentis actionis, uel ac-
cuſationis, & in quam uenit irroganda pœ 5
na ordinaria a lege, uel ſtatuto expreſſe in
ducta. Oĩa iſta uerba pono ad dr̃iam iudi-
cij extraordinarij, ut infra patebit. Iudiciũ
uero extraordinarium, põt multipliciter in
telligi, ut infra dicam. Et primo põt dici iu
dicium extraordinarium, oẽ iudicium ſum
marium, uel executiuum, in quo non ſerua
tur ordo iuris, ut ideo dicatur extraordina 6
rium, quia fit extra iuris ordinem, ut not.
Spe. in ti. de offi. om iud. §. poſtremo. uer. 4.
2 loco, &c. † Secũdo dicitur extraordinariũ
iudicium, ubicũque non eſt prodita aliqua
actio ad aliquid exequendum, ſed prætor
ex ſua poteſtate, & officio illud exequitur
ſiue manu militari, ſiue captis pignoribus,
ſiue multa indicta, uel alijs remedijs præ-
torijs: hoc probatur in l. ſi quis ſepulchrũ.
ff de relig. & in l. ſi quis miſſus ff ne uis fiat
ei, & in l. qui reſtit. ff de rei uen. & l. 1. §. qđ
ergo. ff. de uen. inſpi. & Spe. in ti. de off. om.
iu. § poſtr. colum. 3. in fi. uer. ſm genus, &c.
† Tertio dr̃ extraordinarium iudicium,
ubicunque generaliter ſuper aliqua cauſa
imploratur officium iudicis in locum defi
cientis actionis. Exemplum in le. Quintus.
ff. de ann. leg & ĩ l. 1 fi. de uariis, & extraor
di cog. nam qñ imploratur officium iudi-
cis, dr̃ cauſa extraordinaria, & qñ lex dicit
ſubueniri extra ordinem, & ibi cenſetur cõ
cedere officium iudicis ſm Bar. in l. ſi cui
leg. ff. de condit. & dem. & Franc. de Aret.
in l. cum filius. ff. ſi cer. pe.
4 † Quarto, dr̃ iudicium extraordinariũ in
quo agitur de tali crimine, in quo uenit ir
roganda pœna arbitraria, ſeu extraordina
ria, ut hr̃ in ti. de extraord. crim. ff. p totũ.
Et tunc imponitur pœna arbitraria, qñ a
lege, uel ſtatuto non eſt impoſita certa, &
determinata pœna l. 1. §. expilatores. & ibi
Bar. ff de effi. & l. ſãc. legũ.. ffde pę. & Bal.
in rub. C. de ſin. inſtr col. 8. in prin. ũer. q̃ro
dixi ſuperius &c. & Alex. in l. hodie. ff. de
pœ. & in l. ſi quis id, quod ff. de iur. om. iu.
& Bal. ĩ l. 1. C. ne. ex del. def. Item gñaliter,
ubi lex prohibet aliquid fieri, & ultra non
procedit adijciendo pœnam, ſi contra fa-
ctum fuerit, tunc ſemper imponitur pœna
extraord. glo. eſt notab. in l. nemo marty-
res. C. de ſac. ſan. eccl. Idẽ dicimus in crimi
na iniuriarum, ubi imponitur pœna extra-
ord. l. fi. ff. de iniu. & no. Abb. in c. cum te.
col. 2. & 7. de re iu. † Quinto dicitur iudi-
cium extraordinarium, ubi agit per uiam
inquiſitionis, ſine accuſatore, unde proceſ-
ſus inquiſitionis, dicitur extraordinarius
ſm Bal. in l etiam. C. de fur. & Bal. in l. 1. C.
de li. & eorum li. & Bald in l. 1. C. quorum
appel. nõ rec & Cal. in cõſ. 1. col. 1. in ti. de
acc. & in conſ. 6. in ti. de pœn. Intantum, q
† ille qui damnatur per uiam inquiſitio-
nis, non punitur pœna ordinaria inducta
a lege pro illo crimine, ſed mitiori pœna
& ſic pœna arbitraria, ſm Abb. in conſil.
25. 2. uerſi nunc uenio, &c. in 1. uolum. &
Pet. Phil. Corn. in conſ. 19. colũ. 2. in litera
E. in 3. uol. & Abb. in c. per inquiſitionem,
in fine de elect pro hoc eſt tex. in c. inqui-
ſitionis,

ſitionis, & ibi per Doct. & in c.qualiter & qñ, el ſecundo de accuſ. limitat tñ Abb. in d.c.per inquiſitionem, in fi.niſi de crimine conſtaret per confeſſionem, quia tunc punitur eadem pœna ordinaria ac ſi fuiſſet conuictus per accuſationem. De hac materia dixi aliqua ſupra in prima diſt. iudiciorũ.
7 † Sexto dicitur iudicium extraordinariũ in hoc regno, qñ præſentatur inſtrumentũ ſm formam ritus, nã ex quo illa cauſa eſt executiua, quia debitor ſtatim carceratur, per hoc dr̃ hęc cauſa extraordinaria, ita dr̃ in ritu magnæ curiæ, in nu.63. qui incipit,
8 Item nota, ꝙ aſſignans, &c. † Septimo generaliter põt dici iudicium extraordinariũ oẽ iudicium criminale, ut probatur in l.1. §.fi.ff. de pœn. & in l.ordo, cum ibi no.ff. de publ.iud.tum quia nõ ſeruatur in eo an-
9 tiquæ ſolẽnitates iur.d.l.ordo tñ ẽt, † quia iudex ſemper põt attẽta qualitate pſonæ, & cauſæ alterare pœnam in criminalibus, ut plene hr̃ per Bar.in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his.qui not.inf.& Bal.& Sal. & Doct.in l.& ſi ſenior.C.ex quibus cauſis inf.irrog.Rob.Mar.Venuſ.

## Iudiciorum XI. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud ſeculare: aliud eccleſiaſticũ.*
2 *Clericus tam in ciuili, quam in criminali, & tã in actione reali, quã perſonali debet conueniri corã eccleſiaſtico iudice, & trahens ipſum corã iudice laico, a ſuo iure cadit: corã quo etiam ſponte conueniri non poteſt.*
3 *Clericorum appellatione, qui ueniant, quo ad forum,*
4 *Famuli, & ſeruientes clericorum, coram iudice eccleſiaſtico conueniri debent.*
5 *Clerici cõiugati an gaudeant priuilegio fori.*
6 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit contra laicum detentatorẽ alicuius rei eccleſiæ uel clerici. Item pro legatis pijs contra laicum.*
7 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit contra laicum tenentem feudum ab eccleſia.*
8 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis ſpiritualibus, etiam contra laicos.*
9 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum.*
10 *Iudex eccleſiaſticus punit laicum de blaſphemia Dei.*
11 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos, quando iudex ſecularis negligit iuſtitiam facere.*
12 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit, quãdo laicus detinet alienum debitum cum peccato.*
13 *Iudex eccleſiaſticus dat curatorem ad litem minor laico litiganti coram ſe.*
14 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos, ratione iuramenti.*
15 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de pace fracta.*
16 *Iudex eccleſiaſticus reſtituit eccleſiam, quæ contraxit cum laico & cognoſcit de nullitate contractus eccleſiæ contra laicum.*
17 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de ualiditate iuramenti, an liget uel non.*
18 *Iudex eccleſiaſticus aditur, ubi petitur reductio a compromiſſo facto in laicum, & clericum.*
19 *Iudex eccleſiaſticus compellit laicum executorem teſtamenti, adiunctum cum cletico.*
20 *Appellatur ad iudicem eccleſiaſticum, quando Iudæis laicus ſimul cum clerico pronunciat.*
21 *Hæredes duo, quorũ alter eſt clericus, & alter laicus ambo conueniri debent corã Epiſcopo: etiã ſi plures ſint laici, quam clerici.*
22 *Delinquentes quando plures ſunt, quorum unus ſit clericus, omnes poſſunt declinare forũ iudicis ſecularis, & hoc quando conueniuntur ut ſinguli, ſecus ſi ut uniuerſi, quia tunc maior pars attenditur. nu.23.*
23 *Collegia, in quibus ſunt clerici, & laici, coram quo iudice conueniantur.*
24 *Laicus debitor ſimul cum clerico non conuenitur coram epiſcopo, quando eſt diuidua.*
25 *Iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicũ perſeuerantem in excommunicatione.*
26 *Iudex eccleſiaſticus procedit contra ſpoliantem eccleſiam, uel prçlatum.*
27 *Iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos, in omnibus concernentibu, animam.*
28 *Iudex eccleſiaſticus punire põt aromatarium laicum miſcentem farinam fabarum in cera, & illam uendentem, & ſimpliciter oẽs uendentes utenſilia, & illa falſificantes.*
29 *Fraus quid ſit.* (31.& 32.
30 *Fraus quotupliciter committatur, & nume.*
33 *Pœna qua puniatur ille qui tenet aurum, & argentum uitioſum.*
34 *Pœna quænam imponenda ſit, committenti fraudem in ſubſtantia.*
35 *Candelarij facientes candelas cum miſtura qualiter puniantur.*

*Vendens*



36 *Vendens pannos fracidos pro bonis qualiter puniatur.*
37 *Vendens libros corruptos ad quid teneatur.*
38 *Qualitas uerum quæ uenduntur, debet declarari.*
49 *Tabernarij uendẽtes uinum limphatum pro puro, qualiter puniantur.*
40 *Fraus committitur addendo aliquid inutile mercibus.*
41 *Fraus committitur ponendo merces bonas ſupra ſaccum, & malas ſubtus.*
42 *Fraus committitur, ſi demonſtrantur bonæ merces, & deinde raduntur malæ.*
43 *Vendens unum pro alio, an puniatur & reſcindatur uenditio.*
44 *Venditor carnium tenens maiora põdera an debeat puniri?*
45 *Menſura & pondere læſus, infra quantum tempus debet conqueri, & ad quid agere poteſt & nume 46.*
47 *Fraus in quantitate quando committatur.*
48 *Fraus in qualitate quando committatur.*
49 *Pretia rebus imponentes, ut alij plus emãt, qualiter puniantur.*
50 *Aromatarij facientes fraudem in arte, qualiter puniantur.*
51 Diffamãs *merces mercatoris, an uilius emat qualiter puniatur.*
52 Fraus *committitur per eum qui ſurripit ſignum de ſacco ut non ſciatur pondus.*
53 *Aſſerentes rem eſſe alterius qualitatis, quã ſit, qualiter teneantur?*
54 *Iudex eccleſiaſticus poteſt excommunicare teſtes laicos uolentes deponere coram iudice ſeculari.*
55 *Iudex eccleſiaſticus inhibere põt iudici ſeculari ne procedat ſuper incidenti ſpirituali*
56 *Iudex eccleſiaſticus compellit laicũ litigantẽ in foro ſuo, ad obſeruãtiam iuris canonici.*
57 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit in regno de cauſæ ſuſpicionis iudicis ſecularis.*
58 *Iudex eccleſiaſticus ſequeſtrat corpus mortuum uſurarij, donec hæres caueat de reſtituendis uſuris.*
56 *Iudex ſecularis in quibus caſibus poteſt ſuã iuriſdictionem exercere contra clericos.*
60 *Iudex laicus condemnat clericum in expenſis quando litigauit coram eo contra locũ, & ſuccubuit.*
61 *Clericus citatur coram iudice laico, ſi ſua putauerit intereſſe.*
62 *Clericus ſequeſter electus per iudicẽ laicum poteſt per eum compelli ut ſequeſtrum reſtituat.*
63 *Iudex laicus ſe intromittit contra clericum ſpoliantem laicum ſua poſſeſſione.*
64 *Curatorem ad litem dat iudex laicus clerico minori litiganti coram ſe.*
65 *Clericus tutor an poſſit dari per iudicẽ laicũ.*
66 *Iudex laicus compellit creditorem laicum ad remittendum iuramentum turpiter receptum a debitore.*
67 *Iudex laicus cognoſcit de cauſa, ſpirituali inter Iudæos.*
68 *Abſolutione a iuramento conceſſa per iudicem eccleſiaſticum, poteſt iudex laicus de eius nullitate cognoſcere.*
69 *Clericus non incedens in habitu, & tonſura captus per familiam iudicis laici non remittitur ad epiſcopum.*
70 *Verberans clericum in habitu laicali eſt excommunicatus.*
71 *Clericus degradatus poteſt puniri per iudicem ſecularem.*
72 *Degradatio clericorum, qualiter fiat, & ſupra & nume.45.*
73 *Clericus degradatus an celebrando conficiat corpus domini noſtri Ieſu Chriſti.*
74 *Iudex laicus non poteſt etiam de mandato epiſcopi torquere, uel uerberare clericum.*
75 *Clericus rationẽ feudi, quod teneat a laico ſortitur forum iudicis ſecularis. Idem quãdo eſt auctor laudatus.*
76 *Clericus puniri poteſt per iudicem ſecularẽ de aſſaſſinio.*
77 *Clericus pro poſſeſſorio retinenda, poteſt corã laico conueniri.*
78 *Clericus auctor laudatus, conuenitur coram ſeculari.*
79 *Inſtantia inchoata cum laico defuncto, trãſit in clericum rei ſuccedentem.*
80 *Clericus negociator tenetur ad gabellas.*

VNdecima diſtinctio iudiciorum eſt,
1 † quia iudicio aliud ſeculare, aliud eccleſiaſticum. Iudiciũ ſeculare, eſt illud quod uentilatur coram iudice ſeculari. Iudicium eccleſiaſticum eſt illud, quod uentilatur coram iudice eccleſiaſtico. Et quia iſtud dictum eſt ſatis uulgatum, & planum. Ideo ad hoc ut ex iſta diſtinctio. aliqua habeatur utilitas, uideamus de quibus cognoſcit iudex eccleſiaſticus, & circa quæ poteſt ſe intromittere, ad hoc ut ſcia-

mus

mus aliquas particularitates iudicij eccle-
ſiaſtici, & idem uideamus ſucceſſiuè de iu-
dicio ſeculari.

2 † In primis igitur cognoſcit iudex eccle
ſiaſticus de omnibus cauſis clericorum, ſi-
ue ciuilibus, ſiue criminalibus. Intelligen-
do ſanè, quando clerici conueniuntur, non
autem quando ſunt actores, ſiue accuſato-
res, quia tunc actor ſequitur forum rei, c.
cum ſit generale, de foro compe. & l. 2. C.
de iuriſd.om. iud. iſtud principale dictum
probatur in auth. ſtatuimus. C. de epiſ &
cle.& c.ſi diligenti, de fo.comp licet aliquę
leges ciuiles dicant, quòd in cauſa crimi-
nali clericus conuenitur coram iudice ſe-
culari, ut eſt tex. in auth.ut cle. apud. pro.
epiſ.per totum ti.in auth. de ſan epiſ.§.fin.
quis autem pro pec. & in auth. clericus. C.
de epi & cler. tamen omnes iſtæ leges ſunt
correctæ per d. auth. ſtatuimus. intantum.
ut ille, qui trahit clericum coram iudice
ſeculari, priuatur iure ſuo tam in ciuili, quã
in criminali cã, ut d.auth. ſtatuimus. Dici-
tur autem trahere clericum per ſolam cita-
tionem ſm Abb. in c. ſignificantibus. in 2.
not. de lib.obla. Item in tantum eſt uerum,
ꝙ clericus ẽt ſponte non põt conueniri co
ram iudice laico, ẽt ſi iuriſdictionem pro-
rogaret cum iuramento, ut d c. ſi diligen-
ti: immo ẽt cum conſenſu ſui epiſcopi, non
põt prorogare iuriſdictionem iudicis laici,
ut no.glo. & ibi Abb in fin.col. in c.ſignifi-
caſti, de fo.compe. Item procedit hoc non
ſolùm quando clericus conuenitur ſuper
actione pſonali, uerum ẽt in actione reali
ſm Abb. in c.eccleſiæ S. Mariæ, col. antepe.
d. conſt.& Abb. in c. qualiter, & quando,
3 de iu. pro hoc eſt tex. in c ſi. de iu & in c.ſi
clericus laicum. de foro comp. † Qui autem
ueniant appellatione clericorum, in iſto ca-
ſu? Dic, ꝙ omnes, qui in eccleſia ſeruiũt,
ẽt illi, qui ſunt pſalmiſtæ, & de prima ton-
ſura, ut in c.cleros. 21. diſt.& glo. in uer. qđ
in clericum, in c.ſi quis ſuadente. 17. q. 4. &
Spe. in ti. de inſt.ed §. nunc uero aliqua. co
4 lum. 33. uer. quod de præpoſitis, & Card. in
a clem. 1. in prin. de off.ord. † Sed iuxta hoc
cadit dubiũ, certum eſt, ꝙ a famuli & ſer-
uientes clericorum gaudet priuilegio fori,
ſicut ipſi clerici, quia conueniuntur coram
iudice eccleſiaſtico, etiam ſi ſunt laici, ut
no. glo. in c. eos. 32. diſtin. & glo. in c. iudi-
catum. 89. diſt.& gl. in c.clericum, el 1. 11.
q. 1. & gl. in c.eccleſiarum ſeruos. 12. q 2. &
Bal. in l. 2. C. de epiſc.& cler. Pone modo, ꝙ
aliquis trahit huiuſmodi famulos coram
iudice ſeculari, an cadat a iure ſuo, ſicut
ſi traxiſſet clericum? Dicerem, quod non,
quia hoc non reperitur iure cautum, & pœ
na priuationis iuris nunquam irrogatur,
niſi quantus expreſsè reperitur iure cautũ
tex eſt in §. cum igitur. in Auth. de nõ elig.
ſecundo nubẽ. & tenet Alex. in l etiam. §.
1. ff. ſol.matrim. & Alb. in c.ſi. de iu. patri.
& Iaſ. plenè in l. diuortio. §. ſi fundum. ff.
ſol matr.

ADDITIO. Familiares clericorum eo-
rondem fori priuilegio gaudere (inquit)
dominus auctor hic, tu legito deciſ.c. 2. in
cauſa Hurgonij. Pet. Foll.

5 † Quid autem de clericis cõiugatis? Dic
quod gaudent ſimiliter eodem priuilegio
fori dummodo incedant in habitu, & ton-
ſura clericali, & dummodo duxerint uxo-
rem unicam, & uirginem. Si autem nõ in-
cedant in habitu & tonſura, uel ſi ſunt bi-
gami, ut quia duas habuerunt uxores, uel
unam uiduam, uel alteram corruptam om-
ne priuilegium clericale amittuntur, text.
eſt in c. 1. de cler.coniug li. 6. & Socin con
ſi. 12. colũ. 7. in 1. uolu. & inquantum ſupra
dixi, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit
de cauſa clerici, ita demum ſ. quando cle-
ricus eſt reus, ſecus ſi eſt actor limita, ut in-
fra prox. uer.

ADDITIO. De ueritate uide quæ di-
xi in prac. cauſa cri. in uerbo audiat excu-
ſatores. Pet. Foll.

6 † Secundo principaliter cognoſcit iudex
eccleſiaſticus de cauſa clerici etiam acto-
ris contra laicum in caſibus infraſcriptis,
uidelicet, quando laicus eſt detentator ali-
cuius rei eccleſiæ, uel rei alicuius clerici,
ut quia ſpoliauit clericum, uel eccleſiam
poſſeſſione alicuius rei: nam pro tali re
poteſt coram iudice eccleſiaſtico conue-
niri, tex. eſt & ibi Abb. & Fel. in cap. ſi cleri-
cus laicum, de foro compe. & Abb. in c. re-
latum, de iu. patro. Iſtud, nõ dicitur crimen
quaſi ſacrilegij, ut ibi habetur. Item, quan-
do agitur pro legatis pijs conſequendis a
laico poteſt laicus conueniri coram iudi-
ce eccleſiaſtico, puta quando ſunt legata
facta eccleſijs, uel pauperibus, uel aliter pro
anima, gl. eſt in c.relatum, el 1. & ibi Abb.
in fi. de teſt. & Bal. in l. nulli. colum. fi. C. de
epiſ.& cler.

ADDITIO. Laicum de tempore rei ec-
cleſiæ poſſe coram iudice eccleſiaſtico con-
ueniri, ſcriptum reliquit dominus auctor
hic, de cuius ueritate uide Steph. in tract.
de pote.eccl. ſuper laicum, num. 31. ubi di-
cit id, de conſuetudine non ſeruari, & idem
dicit in tract. de pote. ſec. contra eccl. in 4.
regula in 5. fallen.

Itẽ in eo, quod dicit poſſe laicum ſimpli-
citer conueniri corã iudice eccleſiaſtico ꝓ
legatis pijs, intellige ſi defunctus in appa-
renti contritione deceſſerit, ſecundum Si-
cul. in c. a nobis. el 2. de ſent.exc. & Sal. in l.
1. 7. colũ. C. ne ex del.def. de quo per Zab.
& Sicul. in c.ſi. de ſepul. P.F.V.I.D.

7 † Tertio, cognoſcit iudex eccleſiaſt. con-
tra laicum, de cã feudali, ubicunque aliquis
laicus tenet feudum ab eccleſia, tex. eſt in
c.uerum, de for.comp & ibi p Abb. & Doc.

8 † Quarto, cognoſcit iudex eccleſiaſticus
de oĩbus cauſis ſpiritualib. & eccleſiaſticis
ad eccleſiam ſpectantibus ẽt ſi inter laicos
agitenť prout eſt cã uſurarum, cã matrimo
nialis, & legitimationis filiorum, & ſic de
alijs ſimili. cauſis, ſiue cã ſit principalis ſiue
emergens ut eſt tex. in c. tuã. de ord.cog. &
ibi per Abb. & in c.lator. qui filij ſint leg.
& in l. omni nouatione. C. de ſacroſan.ec-
cle. & no. Bar. in l. Titia. ff. ſol, ma. & Bar. l.
quoties. C. de iud. & in l. 2. ff. de iur.om.iu.
idem tenet Angel. in §. ſi quis autem pro
pec. in Auth. de ſanc.epiſ. reprobata gl. ibi,
quæ aliter ſentiebat. Idem in cauſis ſpiri
tualibus annexis, ut habetur in c. quanto,
de iud. prout eſt ius patronatus.

ADDITIO. Procedit indiſtinctè au
ctoris concluſio, qñ qõ eſt iuris, ſed ubi qõ
eſſet meri facti uterque iudex, & ſecularis,
& eccleſiaſticus recognoſcet. vt uoluit Bar.
in l. titia. ff. ſol. ma. & in l. 2. ff. de iuriſ. om.
iu. quod, & repetit in ſexcentis locis, & Ar-
ch. in c. quid dicam. 14. q 4. & Ant. de But.
& Card. in c. cum ſit generale extra de for.
comp. & ibi do. Abb. qui teſtatur hanc eſſe
communẽ opin. & hanc opinionem ſequũ-
tur Ioan. de Imo. & Lud. R. in d. l. Titia. ff.
ſol. mat. & hanc opinionem in iſto regno
Neap. approbauit noſtra conſ. regni, inci.
ſtatuimus poſita ſub titu. de uſuris, quam
ita intelligit Affl. ibi, ſed uidetur huic con-
cluſioni per me citatæ obſtare c. regni inci.
Itẽ ſtatuimus ꝙ officiales, quo cauetur qđ
nullus ſecularis iudex debet ſe intromit-
tere ad cognoſcendum de crimine eccle-
ſiaſtico, ſed ei reſpondet Affl. in d.conſ. ſta-
tuimus in 2. not. ut intelligatur ſecundum
prædicta. Item uĩ obſtare tex. in c. item ſta-
tuimus ꝙ officiales, committentes, &c. quo
ſimpliciter cauetur ut nullus ſecularis iu-
dex poſſit ſe intromittere ut cognoſcat de
cauſis ſpiritualib. niſi ex priuilegio uel rõ-
ne iuris par aliquib. competat, & ſic tex. il
le non diſtinguit, ſed ego intelligerem il-
lud c. ut ſupra, quia illa eſt cõis opin. oĩum
Doct. de quo etiã late habetur per Affl &
Bart. d.c. in conſt. Maieſtati noſtræ. Pe. Fo.

9 † Quinto, cognoſcit iudex eccleſiaſticus
de omnibus cauſis miſerabilium perſona-
rum ẽt laicorum, puta de cauſis pupillorũ,
uiduarum, & aliorum pauperum, nã tales
perſonæ poſſunt laicos coram iudice eccle
ſiaſtico conuenire, ut hr̃ per Abb. & Doct.
in c ſignificantibus. de off. deleg. & Abb. in
c. licet ex ſuſcepto. co. 2. de fo.comp. & Bal.
in auth. ad hæc col. 2. uer. quæro nunquid.
C. de vſur. Quod intellige procedere in pu-
pillo, uel uidua paupere. Secus ſi ſit diues,
quia tunc non dicitur perſona miſerabilis,
ſecundum Abb. in d. ca. ſignificantibus, in
1. notab. & ibi etiam Io. de Imo. & Fel. &
Alex. in conſ. 121. col. fi. in 1. uol.

ADDITIO. Forte non procederet
in regno hæc concluſio, cum plura ſint iu
ramenta municipalia in regno ſtatuta in
fauorem miſerabilium perſonarum, & da-
ta eſt electio ipſis adeundi quemcunque
iudicem uoluerint (ut præſides prouincia-
rum, & magiſtratum iuſtitiarum, & ſic
magnam curiam Vicariæ alioſq; ſuperio-
res,) ut in conſt. ſtatuimus, & in cap. de uio-
lentijs, & ſic cum ipſe miſerabiles perſonæ
habent plures iudices ſeculares, & habent
electionem eligendi quem uoluerint, fru-
ſtra adirent eccleſiaſticum iudicem, & ita
tenet And. Barb. in add. Abb. in c. ex ſuſce
pto, de for.comp. Pet. Foll.

10 † Sexto, cognoſcit iudex eccleſiaſticus, &
punit laicum de blaſphemia Dei tex. eſt &
ibi Abb. in c ſtatuimus, & ibi etiam Io. de
Ana. de maled. & hoc eſt, quia dicitur cri-
men eccleſiaſticum. unde idem eſſet in

omni crimine eccleſiaſtico, per ea, quæ habentur in d.c tuam de ord. cogn.

ADDITIO. Intellige quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcit de blaſphemia, ſi coram eo fuerit expoſita denuncia, & ad pœnam canonicã infligendam, & ſic uterque iudex concurrit ad puniendum, ut dicit Abb. in d.c. ſtatuimus. Per. Foll. V.I.D.

11 † Septimo, generaliter cognoſcit iudex eccleſiaſticus, qñ in cauſa inter laicos, ubicunque iudex ſecularis non uult iuſtitiam facere, uel negligit, uel eſt abſens, & ſic in defectum iuſtitiæ efficitur competens iudex eccleſ. tex. eſt in capi. tranſmiſſa. & c. licet ex ſuſcep. & c. ex tenore, de for. comp. & Fel. in c. ſignificauerunt. colum. 3. de iud. & Bal. in l. contractib. §. in omni. C de non nu. pecu. Pro hoc eſt tex. in auth. ut differ. iu. per totum. & ibi Ang. & in auth ut cle. apud pro epiſ. & Bal. in auth. ad hæc colu. 2 circa fi. de uſu.

ADDITIO. Intellige ſanè ut procedant hæc dicta, data negligentia iudicis non habentis ſuperiorem (ut ſunt ciuitates liberæ, at ſecus ſi plures eſſẽt iudices inferiores, & ſuperiores, quia ſi iudex inferior eſſet negligens, adeundus erit iudex ſuus ſuperior, & non eccleſiaſt. exemplum in regno) ubi ſtatutum eſt in ſpecie quis iudex adeundus erit, in caſu negligentiæ iudicis inferioris, ut habetur in ca. regis Roberti incip. quorundam expoſitio quærula, & ſic intelligit hanc concluſionem do. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. com. nu. 9. de quo etiam per Pet. de Anc. in cõſ. 147. aliàs 196. & ſic in regno hæc concluſio non procederet. Per. Fol.

12 † Octauo, cognoſcit iudex eccleſiaſticus inter laicos, ubicunque aliquis detinet debitum alienum cũ peccato, uel rem alienã, & eſt tale debitum, ad quod nulla competit actio, & ſic non põt aliquo remedio recuperari in curia ſeculari: nam tunc ratione peccati poteſt adiri iudex eccleſiaſti-
b cus per uiã *b* denũciationis Euangelicæ, q̃ denunciatio eſt tantæ efficaciæ, ꝙ põt iudex eccleſiaſticus ratione peccati compellere illũ detentatorẽ ad pſentiam, & conſequenter quia non poſſet facere pœnitentiam, niſi reſtituat, põt eũ compellere, & ẽt ad rei reſtitutionem per excõicationẽ, & ẽt mittendo denunciantem in poſſeſſionẽ bonorum ſuorum, ita ualde notabiliter tenet Bal. in auth. ad hæc, col. 3. in prin. C. de uſur quẽ refert, & ſequit' Fel. in c. nouit. col. fi. de iud. Et nota perpetuo pulchrum modum recuperandi aliquam rem, ad quam non cõpetit actio de iure ciuili, & ſemper inſpicias, an illa res poſſit detineri ſine peccato, quia eccleſia ſuper peccato ſe fundat principaliter, & inter alia uide unum exemplum, ꝙ ponit Abb. in c. 1. circa fi. de conc. præb. ubi dicit, quòd ſi quis obtinuit aliquid per ſententiã iniuſtam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, põt contra eum agi ad recuperationem per uiam denunciationis euangelicæ, de qua materia uide aliqua per Abb. in conſ. 40. in 2. uol. & uide Abb. in c. ad noſtra, el 2. de iureiuran..

ADDITIO. Contrarium eius, quòd hic dicit auctor in exemplo dato per Abb. tenuit Barto. in extrau. ad reprimendum, in uerbo denunciationem uerſ. quid de tuto. & ibi abſolutè concludit, quòd ſuper ſententiato per iudicem proprium non habet locum hæc denunciatio, quia nõ poteſt amplius cognoſci de peccato obſtante exceptione rei iudicatæ, nam ſpeciale eſt in cauſa criminali, ut quandocunque poſſit cognoſci, ad hoc allegat text. in l. diu. ff. de pœn. Idem uidetur tenere Bal. in c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. contro. collo. 10. unde Abb. in c extra. de iud. dicit, quòd iſti Doctores nõ faciunt mentionem de dicto Hoſt. quod eſt in cõtrarium, & ſic pro concordia, inquit, eſſe dicendum, ꝙ aut uictor in cauſa confiteretur ſententiam pro ſe latam iniuſtam fore, & debet denunciatio admitti, quia talis ſententia eſt reuocanda, & idem dicit ubi notoriè conſtaret ſententiam eſſe iniuſtam, ſed ſibi ceſſat confeſſio uictoris ſeu notorietas, dicit quòd magis dubium, ſed putat eſſe dicendum quod aut iſta denunciatio poteſt probari p clara inditia, quòd uictor peccat, quia ſcit ſententiam iniuſtam, & tũc debet admitti denũciatio, aut non probatur per clara inditia, & non admittitur denũciatio, ſed in hac ultima parte And. Barba. in additio. ad dom. Abb. contrarium uidetur ſentire, uide ibi. & ibi plene de materia denunciationis euangelicæ. Petr. Foll.

13 † Nono, iudex eccleſiaſticus poteſt dare curatorem liti, qñ minor laicus litigat coram eo, quia talis curator ſemper datur per illum iudicem, coram quo lis uertitur, ſecundum Bal. in l. fi. poſt prin. C. de admi. tut. & eſt tex. in c. fi. de iud. lib. 6. ſicut dicimus econtra, quia iudex laicus dat curatorem minori clerico coram eo litiganti, ut
14 eſt deciſ. Rotę 207. in antiquis. † Decimo, cognoſcit iudex eccleſiaſticus inter laicos ratione iuramenti, ut quando debitor eſt obligatus per inſtrumentum iuratum, nam poteſt tunc conueniri coram iudice eccleſiaſtico pro obſeruantia iuramenti, ut eſt tex. in c. fin. de for. comp. lib 6. tunc eſt, qđ ſi aliquis petit abſolutionem à iuramento coram iudice eccleſiaſtico, poteſt coram eodem iudice de tota cauſa litigare, quia
c is, qui fuit *c* iudex cauſæ præparantis, & ſic abſolutionis iuramento, erit etiam iudex cauſæ præparatæ, ita dicit Bald. in l. ordinarij. colum. 1. C. de rei uend, & Iaſ. in l. nã, & poſtea. §. ſi minor. col. 3. ff. de iureiur. Et ſi lis eſt initiata coram iudice ſeculari ſuper debito iurato, poteſt interim creditor lite pendente adire iudicem eccleſiaſticũ, ut moneat iudicem ſecularem, ut acceleret cauſam, & cogat debitorem ad obſeruantiam iuramenti, nec poteſt ſibi obijci exceptio litis pendentiæ, ſecundum Bal, in l. 1. colum. fi. C. de rebus cred.

ADDITIO. Apud antiquos quæſtio eſt, an iuramẽtum laici faciat mutare forum, an uero accumulet? Io. monach. & Archi. in d.c. fi. de for. comp. in 6. tenuerunt ꝙ faciat mutare forum, in tãtum, ut iudex laici de hoc cognoſcere non poſſet, & Io. And. ibidem prout refert do. de ſan. Gem. qui dicebat, qđ aut agitur de uinculo iuramenti in foro pœnitentiali, & tunc planum eſt, quod eſt crimen eccleſiaſticum, & ſic loquitur (ſecundum eum) 22. q. 1. prædicandum, & eſt ratio quia laicus non habet poteſtatem clauium, ut poſſit abſoluere, uel ligare in foro pœnitentiali, ut not. glo. de offi. ord. c. paſtoralis, aut agitur de iuramento in foro contentioſo quando uerſat' alterius intereſſe, & tunc diſtingue, quia aut agitur ex iuramento ut ſeruetur, aut accipitur ex illo ſi agitur tunc uterque poteſt eſſe iudex competens, qñ non reuocatur in dubium an iuramentum ſit lici-
d tũ ita uel ne, de iudice *d* ſeculari, quod poſſit eſſe iudex, probat tex. in c. licet extra de iureiur. & quod eccleſiaſticus etiã cognoſcere poſſit, probatur per tex. in cap. fin. de for. comp. in 6. ſi aũt excipiatur coram iudice laico, ẽt de illo cognoſcet, & diffiniet ſecularis, ſeruando tñ ius canonicũ, ſi aũt uerſatur in dubium probabile, an iuramẽtum ſit licitum uel non, tunc debet remitti ad eccleſiaſticum, & ſic tenendum putat do. de S. Gem. ibi, & de ueritate uide Fel, in c. extra. de iureiu. nu. 2. & 27. ubi qualiter procedat id, quod iudex cauſæ proprietatis debet eſſe iudex cauſæ præparatæ, & per eundem in c. cum ſit generalis. de for, comp. Pet. Foll. V.I.D.

15 † Vndecimo, cognoſcit iudex eccleſiaſticus de pace fracta enim contra laicos. gl. eſt ſingularis, & ibi Abb. in c. ſuper quibuſdã. in fi. de uer. ſig. aſſignat ibi Abb. rationem, quia qui frangit pacem oppugnat charitatem, & ſic Ieſum Chriſtum, qui reliquit pacem in terris.

ADDITIO. Hanc etiam opinionem ſequitur idem Sicul. in c. cum ſit generalis, de for. comp. Petr. Foll.

16 † Duodecimo, cognoſcit iudex eccleſiaſticus ubicunque eccleſia, quæ contraxit cum laico, fuit læſa, & uult petere reſtitutionem in integrum, nam talem reſtitutionem poteſt petere, etiam coram iudice eccleſiaſtico ita decidit Abb. in c. ad noſtram in 1. notab. de rebus eccleſ. non alie. & Innoc. in c. cum ſit generale. de for. comp. Idẽ, quando eccleſia uellet dicere de nullitate contractus ad ipſum reuocandum, quia poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, ſecundum Abb. in d.c. ad noſtram, col. 2. uer. nota tamẽ, &c. & ſic eſt caſus ſpecialis in quo actor non ſequitur forum rei.

ADDITIO. Adde huic dicto Sicul. in c. cum ſit generale. de for. compe. num. 10. & in c. de reſt. in inte. & Lap. alleg. 65. & uide cap. ſi clericus laicum. & quæ ibi no. extra eod. tit. Petr. Folle.

17 † Decimotertio, cognoſcit iudex eccleſiaſticus, quando coram iudice ſeculari uertitur dubium ſuper ualiditate iuramenti, uidelicet utrum liget, uel non. Nam tunc iudex ſecularis non põt de hoc cognoſcere, ſed debet remittere ad iud. eccleſiaſticum, ita ſingulariter tenet Abb. in ca. cum contingat. colu. 12. uerſi. unum tñ non ob
18 mitto, &c. de iureiur. † Quartodecimo, ſi

eſſet factum cōpromiſſum in clericum, & laicum, & opus eſt petere reductionem ad arbitrium boni uiri, talis reductio debet peti coram iudice eccleſiaſtico & ipſe de ea cognoſcit, non obſtante, ꝙ litigantes ſint laici, & ſi alter arbiter eſt laicus, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ita tenet Bal. in l. præcipimus. in fin. C. de appe. item, quod ſupra dixi de reductione ad arbitrium boni uiri, tenet Lud. Rom. in cōſi. 245. Iaſ. in l. imperium, colū. 4. uer. 7. ff. de
19 iuriſc. om. iud. † Item dicimus, qn̄ clericus, & laicus eſſent executores teſtamenti, nam iudex eccleſiaſticus compellit laicum, ratione clerici adiuncti, ita tenet Barb. in rub. de off. delg. col. 2. quem ſequitur Iaſ. in l. ſi emā
20 cipari, col. 4. in princ. C. de coll. † Quintodecimo, idem dicimus in duobus iudicibus quorum alter eſt clericus, & alter laicus, nā ſi eſt appellandum ab eorum ſententia debet appellari ad ſuperiorem eccleſiaſticū, & ſic iudex eccleſiaſticus cognoſcit de huiuſmodi appellatione. ita tenet Bar. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, col. 3. uerſic. quæro, pone, &c. ff. de appe. & Lud. Ro. in d. conſ. 265. & Iaſ. in d. l. imperiū. col. 3. in fi. uer. 4.
21 † Decimoſexto, quando ſunt duo debitores eiuſdem rei, puta duo hæredes, quorum alter eſt clericus, & alter laicus, ambo conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, per regulam prædictam, quod maius dignum, &c. ita tenet Bar. in l. præcipimus. §. eodē obſeruando. C. de appel. in tantum, ꝙ dicit Bar. in l. ſolēt. ff. de alim. & cib. lega. & Bal. in l. fi. in 6. q. C. de ædi. di. Andr. toll. quòd quando ſunt duo hæredes, qui conueniuntur, unus laicus, & alter clericus, iudex laicus compellit laicum ad prorogandam iuriſdictionē iudicis eccleſiaſtici tamen iſtud dictum impugnat Fel. & bene. in c. 1. col. 4. circa fi. uer. non credo, &c. de præſc. ſ. quòd non ſit neceſſe quòd iudex compellat laicū ad prorogandum, quia ipſo iure laicus ex perſona clerici cohæredis ſortitur forum iudicis eccleſiaſtici, cuius opin. confirmat dictum noſtrum precedens, ſcilicet dictum Bar. in d. §. eodem obſeruando, Quod amplia procedere, etiam ſi eſſent plures laici, quàm clerici, puta ſunt quatuor hæredes? unus clericus, & tres laici, non omnes ſortiuntur forum eccleſiaſticum, ita pulchrè tenet Soc. in conſi. 12. col. 6. in 1. uol. adde
22 prædictis Abb. in c. 1. col. 2. de loca. † Et per prædicta infertur ad unum pulcherrimū, & ſingulare dictum, quod fuit originaliter Antonij de Prato. Ver. in l. 1. in fin ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. quem refert, & ſequit Fel. in d. c. 1. colū. 4. de præſcr. ubi multum exclamat tale dictum. ſ. quòd ſi ſint plures homines reperti in eodem crimine, inter
e quos eſt unus *e* clericus, & alij laici, & omnes inquirerentur per iudicem ſecularem, & clericus declinaret forum, poſsēt omnes alij laici ſimiliter petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum, contemplatione illius clerici, ne cauſa continentia diuidatur, & illud dictum multum commendat Mar. Soc. in c. 2. col. 3. in 8. fall. de mut. pet. quod eſt perpetuo notandum, quia quotidie euenit.

ADDITIO. Legito quę dixi in practi. mea cau. crim. in uerbo audiantur excuſatores. Petrus Folle.

23 † Limita tn̄ principale dictum præcedens ut procedat, qn̄ plures conueniuntur, ut ſinguli, ſecus ſi ut uniuerſi, unde ſi eſſet aliqua uniuerſitas uel collegium, in qua uel quo eſſent clerici, & laici, ſi eſſet cōueniendum dictum collegium, debet diſtingui, an ſint plures clerici, uel laici, quia ſi ſunt plures clerici, tota uniuerſitas conuenietur coram iudice eccleſiaſtico, ſi uero ſunt plures laici, tunc tota uniuerſitas conuenietur coram iudice ſeculari, quia collegium accipit denominationem a maiori parte, ita tenet Bar. in l. fi. col. 3. ff. de colle. illic, & Fel in c. 1. col. 4. de præſc. & Soc. in
24 d. conſ. 12. col. 6. in 1. uol. † Secūdo, limita procedere, qn̄ cauſa eſſet indiuidua, ſecus ſi diuidua, quia tunc clericus eſſet conueniendus in foro ſuo, & laicus in foro ſuo ſecundum Soci. in d. conſi. 12. colum. 6. in
25 1. uolum. † Decimoſeptimo, cognoſcit iudex eccleſiaſticus contra laicum perſeuerantem in excōicatione, nam poteſt ipſum mulctari, & temporaliter punire, ſecundū
26 Abb. in c. grauem, de pœnis. † Decimooctauo, ſi aliquis laicus ſpoliaret eccleſiam uel prælatum aliquibus bonis uel reditibus eccleſiaſticis, poteſt ipſe prælatus ferre ſententiam excommunicationis, uel interdicti contra dictum laicum, non obſtante ꝙ uideatur uindicare propriam iniuriam tex. eſt in cap. dilecto, de ſent. excommu. lib. 6.

Decimo-



27 † Decimonono, habet iudex eccleſiaſticus iuriſdictionem in laicos, in omnibus concernentibus animam, & maxime, ut ſaltem ſemel in anno confiteantur eorum peccata, & ſummāt Eucharistiam, aliàs poteſt eos arcere ab eccleſia, & eis morientibus denegare eccleſiaſticam ſepulturam, ut eſt tex. & ibi Abb. in c. omnibus utriuſque ſe-
28 xus. de pœn. & remiſſ. † Vigeſimo, poteſt iudex eccleſiaſticus punire aromatarium laicum, miſcentem farinā fabarū in cera, & illam uendentem, nam poteſt ipſum punire pęna pecuniaria, uel arbitraria propter peccatum, ita tenet Abb. antiquus in cap. 2. de emp. & uend. & Fel. in c. irrefragabili §. certum. colum. 2. in prin. de off. ord. Quod poteſt extendere contra omnes facientes ſimiles miſturas, & fálſificantes ea, q̄ uendunt, maxime utenſilia, ſicut faciunt iſti uenditores croci, qui ſolent miſcere carnes bouinas in croco, & iſti qui uendunt candelas, uel uinum, in quo miſcent aquam, & etiam in melle ſolent miſcere farinam, qui etiam per iudices ſeculares debent atrociùs puniri. f

ADDITIO. Hodie autē cognoſcit de iſtis fraudibus magna curia Sicle, & quia ſæpe contigit hæſitari de iſtis fraudibus idcirco aliqua dicam, & primo inue-
29 ſtigandum illud puto. † Quid ſit fraus, & ſecundum grammaticos fraus nihil aliud eſt quam deceptio, circunuentio, uel impoſtura. Cic. 1. Off. ut aut fraude (inquit) fit iniuria, fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur utrunque ab homine alieniſſimū, ſed fraus odio digna maiore. Plaut. in mil. atque adeo, ut ne legi fraudem faciam talariæ accuſatoriæ, ut ſine talis domi agitem conuiuium, accipitur qn̄que pro periculo. Virg. lib. 5. quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra egit? Ter. in heatontu. in eadem fraudem ex hac re, atque illa incides uſurparunt ēt ueteres non raro fraudem pro crimine. Vnde capitalē admittere, teſte Vlp. de ædi. edic. eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit quid deliquit. Liuius belli pun. qui capitalem fraudem anſi, quique pecunię indicatæ in uinculis eſſent inde fraudi eſſe. ueteres dixerunt pro crimine datæ culpæ aſcribi, aut uitio uerti. Ci. 5. Phil. Cenſeoq; ut ijs, qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante cal. Februarius ab eo diſceſſerint. Liu lib. 1. ab ur. cond. fecialis regere interrogauit Rex facis ne me tu regium nuncium, populiq; R. quiritū, uaſa comiteſque quiritum fiat, facio hoc eſt quæ res ſine meo damno, crimine, aut decore fiat, è noſtratibus autē Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. in 2. col. uerſ. præmitte dicit fraudem propriè dici contra fidem, & ob hac differt a dolo, qui non ſolū eſt cōtra fidē, ſed ēt extra cōmittitur, & ideo tanquam genus de pluribus iudicat, ut ff. de pact. l. iuregentium. §. ſed ſi fraudandi. dolus enim ſm eundem eſt duplex uelatus. ſ. qui committitur ſine ui ſimulando, & diſſimulando, l. ea quæ. §. ſi de contrah emp. item faciendo clam. ut in furto, non manifeſto. Item retinendo quod non debet retineri, ut de re inſt. l. ſi quis mancipijs. §. proculus, alius eſt dolus apertus, & committitur cum ui, ut ff. ꝙ me. cau. l. ſi mulier. §. ſi dos. Item dicit idem Bal. in ti. ſi de feu. fue. con. inter do. & agna. §. beneficium. in princ. *f* ꝙ fraus propriè dicit, qn̄ promiſſum eſt ſimulatum, & re uera prohibitum agitur, allegat Io. mon. in c. auaritiæ. de elec. in 6. & facit tex. in l. fraus. ff. de legi. nā fraudem dicitur cōmittere ille, qui ad deceptionem alterius, & ad ſui commodum, aut uerum tacet, aut falſum exprimit ſecundum Abb. in conſ. 68. inci. primo uidet dictum magiſtrum. col. 1. lib. 1. allegat no. in d. l. iuriſgentium. §. dolo malo & §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. de quibus audi, quod dicit Ioan. Chryſ. in Ioan. c. 10. in hom. 39. in litera R, in hæc uerba, Quid dicis latrones, & fures carcerem habitare? dic queſo in ciuitate omnes iuſti ſunt? nōne multi peiores, & impudentius rapiente? illi. n. & ſi nihil aliud deſerta ſaltem, & tenebras petunt, & clam deprehēdātur, hi aut omni obiecta perſona, aperta fronte uiolant, rapiunt, uim inferunt, difficilis eſt purū hominem inuenire, ꝙ ſi non aurum rapimus, ſi non innumera terræ iugera occupamus quadam tamen fallentiā, & furtū in minoribus, & quæ poſſumus exercemus, nam commercijs & emendis rebus debitū nō reddere, aut aliquid ſubtrahere contēdimus, nonne latrociniū, furtum, rapinam facimus? Neque te excuſaueris, quod domū, aut ſeruum non auferes. Non

enim ablatorum copia, ſed rapientium uo-
luntate iniuſtitia metiẽda eſt iuſtũ nanq;
& iniuſtum, in magis, & paruis rebus ean-
dem uim habent, & ita furem appello, qui
aurum ſurripuit, quã qui in emendis rebus
iuſto precio uendentem defraudat, & cete-
ra, & alibi in lib. 1. de ſacer. ult. col. in lite-
ra B, idẽ, inquit, in hæc uerba proinde ue-
ri illuſoris, deceptoriſque nomine dignus
fuerit quiſquis re ipſa iniquo ac nocendi
animo abutitur alio, qui ſæpenumero pro-
fuit decepiſſe, & ac potiſſimum arte in ma-
ximis rebus alteri opem ſubſidiumq; tu-
liſſe. Ceterum qui recto ſemper calle ingre
ditur de eo nunquam deflectens, ſæpe fit
ut ei ẽt cui non actum aliquem ſtruxerũt,
malorum incõmodorumq; q̃ plurimorum
auctor ſit. Ibique infinitas enumerat frau-
des in bonã partem factas, & ex quibus nõ
30 modica orta fuit utilitas. † Committitur
aũt fraus dupliciter, ex propoſito. ſ. & intẽ-
tione, & re ipſa, ut l. ait prætor. §. ita demũ.
ff. de his quem in frau. cred. & l. 2. C. de ſer.
pi da ma. & probatur in l. fraudis interpre-
tatio ff. de reg. iur. & ibi Phil. Dec. & aliqñ
actus dicitur fieri in fraudem legis, aliqñ
uerò in fraudem hominis, ut notabiliter
declarat Bald. in l. hæc ædictali. §. omni. C.
de ſecun. nup. ubi dicit, quòd quãdo actus
gerit' inter perſonas non prohibitas, ſed fit
in præiudicium tertij, tunc dicitur fieri a-
ctum in fraudem hominis. l. 1. C. ſi quid in
frau. patr. Item qñ actus fit ad excludendã
legis prouidentiã, uel legis prouidentiam,
uel legis ſtatutum, actus dicitur geſtus in
fraudem legis, ut dicit ibi Bal. & eſt de me-
te iuriſconſulti in l. ſi libertus. in princi. in
31 uerbo diuerſitatis. ff. de iur. patr. † Pluri-
bus quidem caſib. cõmitti fraudẽ conſtitu
tum eſt, nam qñque fit fraus de re ad rem
puta de pecunia ad frumentũ, l. ſed Iulia.
§. mutui. ff. ad Mace. & ex hoc infert Bald.
in l. non dubium. C. de le. 3. col. fin. in fi. ꝙ
ſi ſtatutũ prohibet extrahi frumentũ non
poterit extrahi farina, quia fieret fraus le-
gi de re ad rem, licet farina, & frumentum
non ſint idẽ: imo diuerſa, l. quæſitum. §. il-
lud fortaſſis. ff. de leg. 3. licet idem Bal. in l.
ꝙ non ratione. ff. de leg. dicat, ꝙ põt extra
hi farina ſtante dicto ſtatuto, quia eſt ca-
ſus obmiſſus, & ibi ẽt dicit, ꝙ ſi prohibet'
extrahi uinum poſſunt extrahi vuæ, quia
aliud eſt materia, & aliud materiatum li-
cet poſtea dicat hæc procedere, dũ tñ hæc
nõ fiant in fraudem ſtatuti. Secũdo modo
fit fraus legi de perſona ad perſonã, ut in l.
ſi ſponſus in princ. ff. de don. inter uir. &
uxo. Itẽ fit fraus de cõtractu ad cõtractũ,
l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de don. inter uir. &
ux. & alijs quoq; modis, & exẽplis late cu-
mulatis per Bal. ubi ſupra, & Guliel. Myn.
in l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. ſo-
lùm autem intendendo hic ponere fraudes
q̃ committunt' ad deceptionem, ut ſic quæ
dixero conſona ſint dictis hic p do. aucto-
rẽ, & non extra rem. † Iccirco ſciendũ eſt,
32 & Ioã. de Nider. in trac. de contr. merc. tra
dendo regulam generalẽ, quot modis com-
mittat' fraus in mercimonijs, inquit frau-
des committi per mercatores in ſubiecta,
in quantitate, & in qualitate. Cõmittitur
n. fraus in ſubiecta uendendo auricalcũ in
locũ auri, uel aquã pro uinũ, uel uinũ mi-
ſtũ cum aqua contra quos inuehit Yſa. in
c. argentũ tuum uerſum eſt in ſcoriam, ui-
nũ tuum permiſtum eſt aqua, quod. n. per-
miſtum eſt patitur de defectu, quantum ad
ſpeciẽ, & ſic non ſine cauſa, inquit dom. au
ctor, ꝙ cõmittit' fraus p mercatorem uen-
dendo ceram miſtam cũ farina fabarum.
Cõmittitur ẽt fraus in quantitate, quę per
menſurã cognoſcitur, utendo ſcienter defi-
cienti menſura per modum per uirgam, &
pondus, & ſimilia deficiente menſurando
contra quos habetur Deuter. c. 25. non ha-
bebis in ſacculo diuerſa pondera, maius,
& minus, nec erit in domo tua modius
maior, neque minor, abhominabitur enim
Deus eũ, qui hæc facit, & aduerſatur oẽm
iniuſtitiã. Tertio caſu committit' fraus in
qualitate, puta ſi quis ſcienter uendat ani
mali infirmũ, uel uinum corruptũ dat, ubi
alter vult uinum ſanum, ſeu purum, ſeu ꝙ
dat falſam monetã ſcienter pro bona. Põt
ẽt committi fraus tribus alijs modis ſe-
cundum eundem) Primo ſi omni inexper-
to circa rem, ſeu merces ſuperuendat rem
ſcienter. Secundo ſi uidit emptorem arcta
tum neceſſitate, uel inordinata affectione
impulſum, & ob hoc g ſuperuendat. Ter-
g tio, qñ uẽditor uerbis, & allicia mentis rẽ
quæ uix ualet uno denario exhibet, & uen
dit pro quatuor, cõtra quos inuehit Hoſt.
in ſumma de pœn. in tit. 8. dũ dicat, ꝙ ho-
die



die mercatores uix ſine fraude, & menda-
cio uendere poſſunt, & lucrari, & ideo (in-
quiunt) tenentur ad reſtitutionẽ. & ſic ani-
33 ma eorũ eſt in maximo periculo. † Punit'
ideo in regno ille, qui pœnes ſe tenet au-
rũ, & argentum uitioſum uel falſum, & uẽ
dit uel non uendit pro prima uice pœna
unius libræ auri, pro ſecunda uice manus
mutilatione punietur, habet' in text. conſt.
ſi quis campſor, & ibi declarat Affl. quid
erat de iure communi? vide Bar in l. lege
34 Corn ff. de fal. † Et ſi quis commiſerit etiã
fraudem in ſubſtantia (ut quia uendit pi-
cturas deauratas, & argẽteas cum nõ ſint)
punitur pro prima uice pœna unius libræ
auri, & ſi non poterit ſoluere, debet fuſti-
gari, & pro ſecunda uice debet pœna ma-
nus plecti, & pro tertia uice furcis ſuſpen-
di debet, ut habetur in cõſti magiſtros me-
chanicarum artium ſub titu. de fi. mer. in
uend. mer. debet. n. qui talia facit certiora
re emptorem, utrum picturæ argento uel
35 auro ſuppoſitæ ſint. † Simili quoque pœ-
na plectuntur candelarij facientes cande-
las cum miſtura adipis, & non de bono ſe-
uo, ſeu de bona cera, & cum bono litigno
de bona bombice ſine alia miſtura. Cũ &
ſi hoc fecerint debẽt notificare emptorib,
alias ſi uendant pro perfectis, & bonis pu-
36 niuntur. † Itẽ committit' fraus in ſubſtan-
tia p eum, qui uendit pannos fracidos pro
bonis, nã iſto caſu habet locũ actio redhi-
bitoria, i. ut uendẽs ad ſe recipiat pannos,
& reſtituat pecuniat, ut dicit Bal. in l. ob
quæ uic. §. ſed ſi uitium. ff. de ædi. edic.
37 † Itẽ cõmittitur fraus in ſubſtãtia per eũ
qui uendit libros corruptos, & inutiles, nã
habebit locum redhibitoria? ut uenditor
ad ſe recipiat libros, & reſtituat pretiũ? ſe
38 cundum Bal. in d. §. ſi uitium. † Vnuſquiſ-
que enim debet manifeſtare qualitatem
rei, aliàs eſſet in dolo, ut eſt text, in l. fin. &
39 ubi Bal. C. de litig. † Item cõmittitur fraus
in ſubſtantia p caupones uendentes uinum
limphatũ pro puro (ut ſupra dixi) puniun-
tur. n. per conſt. regni, Magiſtros mechani-
40 carum, ut dictum eſt in candelarijs. † Item
committitur fraus in ſubiecta per eos mer
catores qui in eorum mercatura addunt
aliquid inutile (ut calcem in uino puluerẽ,
& arenam in blado, & gõma, ſeu aliquid ſi-
mile in cera, & cãmarantes ſpẽ tenendo in
loco humido gingibrem, piperem, crocũ,
& ſic de ſingulis) qui tenentur pœna falſi,
ut ff de fal. l. lege Corn. in prin & ff. de ex-
traor. cri. l. ſaccularij. in prin. & l. ſi ſeruus
ſeruum. §. item ſi quis frum. ff. ad l. Aq. &
tales falſæ merces non debent permittere
iudices, ut uendantur, ſed potius eas con-
cremari facere debẽt, ut §. illud autem. in
pœ. ſtorum. & §. ſciturũ. arg. l. mathemati-
cos. C. de epiſc. aud. & l. damnatos. C. de hæ-
ret. & l. quicũque. circa ñ. eo. tit. & l. nullus.
C. de iud. & firmat do. Iac. de Belu. in ſua
prax. cri. in tit. de iniu. §. falſariũ inſerẽdæ.
41 † Itẽ commit' fraus in ſubſtantia per eos
mercatores, qui portant merces ad uenden-
dum, & ſupra ſaccum ponunt bonas mer-
ces, & ſubtus malas, nam iſti tales ſunt pu-
niendi plusquã fures, ut eſt tex. in l. ſaccul.
ff. de extraord. cri. ſm ultimum intellectũ
42 glo. quod eſt notandum. † Item committi-
tur fraus per eos mercatores, qui tempore
uenditionis demonſtrent emptoribus bo-
nas merces, & tempore traditionis tradunt
malas, nam iſti tenentur crimine ſtelliona-
tus, ut l. 3. ff. de cri. ſtell. & generaliter con-
cludendo ſemper dicitur cõmitti fraus in
ſubſtantia, & punitur ſaltim crimine ſtel-
lionatus, quando alia pœna non eſt deter-
minata, iuxta tex. in leg. 1 ff. de crim. ſtell.
43 † Sed illud pulchrum eſt, an ſi uendatur
unũ pro alio reſcindat' venditio, & puniat'
uenditor? & vr̃ poſſe dici, ꝙ nõ reſcindatur
venditio, licet fieri debeat defalcatio p̃tij,
arg. tex. in l. domum. ff. de cõtrah. empt. ubi
uendita domo, q̃ pro parte erat cõbuſta in
ſcijs cõtrahentibus, nihilominus tenet uen
ditio, licet fiat defalcatio pretij, ut ibi & l.
Iulianus. §. ſi uenditor. uer. per contrariũ.
ff. de actio. emptio. ubi uendita hæredita-
te ex qua ſubtractæ erant plures res, tenet
nihilominus uenditio, facit l. 2. & l. tenetur,
in prin. ff. de actio. emptio. ubi ſi menſura
dicta non inueniatur in fundo uendito
nihilominus tenent uenditio, licet pro par
te deficiẽte habeatur rõ, idem dixit Bal. in
l. 2. C. de contr. empt. ad idẽ facit l. ſi poſt,
ff. de pari. & com. rei uend. ubi dicitur, ꝙ ſi
poſt inſpectum fundum, quem emere uole-
bã, arbores ui uentorum euulſa fuerint, ni-
hilominus tenet uenditio de fundo poſtea
facta, abſque eo quod arbores uenditæ in-
telliguntur, cum non ſint pars fundi licet ſi

emptor ignoraſſet, & uenditor ſciuiſſet,&
non dixerit debeat haberi ratio intereſſe
arborũ,l.ſed ſi cõis.ff.eod.tit. ſed prædicta
non procedunt, qñ dolus emptoris,ſeu uẽ-
ditoris dediſſet cauſam contractui , quia
tunc non tenet uenditio, l.ſi dolo.C.de re-
ſcin. uend. Præterea prædicta non proce-
dunt, qñ contemplatione eius,quod ex di
minutione abeſt facta fuiſſet uenditio ,
quaſi aliàs non fuiſſet quis rem empturus,
quia ex toto tunc diſpoſitio cũ deficiat , ẽt
in eo quod remanet conſenſus, l.arboribus
ff.de contrah empt. qui tex.uult hoc pro-
cedere, quãuis uterque diminutionẽ igno-
raſſet , ( ut quia arbores in fundo exiſten-
tes uẽto uulſæ uel ignæ combuſtæ eſſent,
quarum contemplatione quis fundum e-
merat ) quod inducitur per Bald.in l 2.C
de contrahen. empt. ut ſi quis emiſſet ho-
die piſcationem alicuius lacus , cuius pi-
ſces heri fuiſſent deuaſtati me ignorante ,
quod non tenet uenditio,propter defectum
conſenſus , & hoc modo intelligit gl.in l.ſi
duos ff.eo tit.præter ea nõ præcedunt præ-
dicta.qñ quis aſſeueraſſet partem,uel qua-
litatem,quę deeſt tempore emptionis licet
ambo ignoraſſent abeſſe rei præſentiam ha
bentes ( ut quia quis menſem lineam , uel
æneam argento coopertam uenderet mihi
ignoranti pro ſolida argentea,credens eam
ex toto argenteam)quia nulla eſt venditio,
l. cum ab eo. in ſi. ff. de contrah. emp. cui
fortiter obſtat tex.in l.qui tamen,ff.eo.tit.
dum dr̃, ꝙ uendita re deaurata. quam am-
bo credebãt ſolidum aurum tenet emptio,
quos tex.dicit Bal. in d.l.cum ab eo.§.ſi.nõ
poſſe à contrarietate bene defendi , ſed eſt
aduertendum ꝙ in d.l.cum ab eo.in ſi.uen-
ditor q̃ credebat purum argentum licet fal
ſo,& impudenter uendebat menſam argen
to coopertam pro ſolido argento , & tunc
non mirum ſi nulla eſt emptio,prout etiam
in d.l.quid tamen.in ſi.cum æs pro auro uẽ
ditor in d.l. quid tñ uenditor uendens rem
deauratam non dicebat,quod uenderet il-
lam pro ſolido auro, licet ita crederet quo
caſu , ut dixi nulla fuiſſet emptio ut etiam
uult d. l. quid tñ. in ultimis uerbis.ſed rem
ſimpliciter uendebat,eſt bene uerum,quod
qñ quis rem deauratam pro auro uendit ,
licet non teneat in illo corpore emptio, ta-
men tenetur tantum auri præſtare , quam
uis fuerit ignorans,l.Labeo lib.poſteriorũ,
ff.eo.tit.Ideo caueãt, qui non habent rerũ
peritiã in talibus qño aſſeuerant , & tutè
facient rem ſimpliciter uendere Ita prædi-
cta procedunt, qñ diminutio talis eſt,de to
to uel de maiori parte.l.& ſi conſenſum.in
prin.& l.domum.ff. de cõtrah.emp. quæ l.
domum dicit , quod ſi domus uendita erat
tempore uenditionis exuſta in totum , ita
ꝙ ad aream redacta eſt,nõ tenet uenditio,
ſiue ambo ignoraſſent,ſiue emptor ſciuerit,
& non uenditor, ſiue uenditor, & non em-
ptor,eo quia cum deficiat ſubiecta rei,quæ
uenditor,non tenet uenditio,quia defectus
corporis ſubiectæ magis impedit uenditio
nem quàm rei uitium, l. in uenditionibus.
in prin. & ꝑ totam l.& l.alioquin, & l.ſeq.
& ſi conſenſum in pri. iuncta, l,Labeo.lib.
Poſteriorum eo.tit. quia defectus corporis
inducit defectum conſenſus d l.& ſi conſẽ
ſum.in prin.ubi autem aliquid de domo re
manſit dimidia pars.ſ. uel pluſquam dimi-
dia,& tenet uenditio, ſiue ambo ignoraue
rint diminutionem, & deteriorationem,li-
cet fiat defalcatio ualoris partis exuſtæ , ſi-
ue uenditor tantum ſciuerit,quo caſu tene-
tur præſtare non tantum ſimpliciter ualo-
rem partis deficientis,ſed quanto emptoris
intereſt,ut ibi.& d.l.Labeo,ſiue emptor tã-
tum ſciuerit , uel ambo, quo caſu nulla fit
præiudicij falcatio,d l.domum cum uolen-
ti,& ſcienti non fiat iniuria,& fraus,etiam
re ipſa,l.1. de act. emp. quod ſi pluſquam
dimidia pars ſit exuſta, & diminuta,ſi am-
bo ignoraſſent non tenet uenditio,& ueri-
ſimiliter defectu conſenſus emptoris , &
quia ſubiecta in maiori parte deficit,ut di-
cit ibi tex.quod ſi uenditor tantum ſciuerit
in eius odium tenet uenditio, ut teneatur
quanti intereſt emptoris domum integram
eſſe,& exuſtam non eſſe, vt ibi,& d.l.labeo.
quod ſi emptor tantum ſciuerit,tenet uen-
ditio, ut dicit ibi text.& idem ſi ambo ſci-
uiſſent, ut, ſ.pro parte quæ ſupereſt teneat
emptio,ſm glo.pen. & in reliquo non, ſed
dolus cum dolo in ea parte compenſetur,
licèt innuat tex.venditionem ex toto nullã,
quod etiam ibi Fulg. uoluit in ultimis uer-
44 bis. † Nunquid uenditores carnium tenen
tes maiora pondera debeant puniri ? uide
Bald.in conſi.155.in 1.lib. & adde quod iu
dex ſciens, & patiens ponderibus, & men-
ſuris



ſuris illicitis,& non puniens tenetur,& pu-
nitur,quia de ſuo emendabit & etiam utẽs
illius punit̃ pęna falſi,& reddit qđ extorſit.
45 l.ſi.C. de ſuſce.& arca lib.10. † Et eſt ta-
men aduertendum, quod ille,qui grauatur
in menſura, uel extimatione perperam fa-
cta,poteſt, &debet infra annum de hoc cõ
queri, ut.C. decem cenſito,l. qui grauatos.
lib.11. poſt annum uero conqueri non po-
teſt exceptis minoribus,& abſentibus,ſecũ
dum Bald.in conſi.387.inc p. ille qui gra-
46 uatur 3. lib, † Et ad quid agere poteſt de-
ceptus ex falſis ponderibus,uel menſuris ?
Dicas quod ſi vult agere crimine extraor-
dinario , cuius pœna eſt extraordinaria, ut
in l.annonam.de extraord cri. poteſt. Sed
de iure regni aliter cauetur quo ad pœnã,
nam Imperator Feder ſtatuit in cõſt.incip.
ad legitima pondera , quod quicunque fal-
ſitatem , ſeu fraudem commiſerit in men-
ſuris,& ponderibus,& pannos tirauerit,de
bet per ſententiam puniri pœna unius li-
bræ auri,quam ſi non poterit ſoluere debet
fuſtigari per totam ciuitatem , & appendi
in collo illud pondus falſificatum, uel men
ſura , & ſi ſecunda uice ſimilem fraudem ,
uel falſitatem commiſerit amputabitur ei
manus, & ſi tertio reiterauerit ſuſpẽdatur,
& mortis periculum ſubeat, ſi uero uoluerit
agere ciuiliter, & tunc agitur ad intereſſe,
ff. de act.emp.l.rem.aut uult contra ſecum
contrahentem agere, & tunc aut eſt uendi
tor,qui deceptus eſt , & tunc aut uendebat
res in genere aut in quantitate in ſpecie(pu
ta uendebat fundum, tamen uolebat ſcire
quot iugera contineret , quot ardenta in
falſo mẽſuraſti quia dixiſti quod non erãt
ibi niſi 10. cum eſſet 20.iugera)& tunc po
teſt peti intereſſe in quo deceptus , ut l.ni-
hil,§.per contrarium.ff.de act.empt.aut in
genere uel quantitate uendebat ( ut puta
decem modios bladi,uel decem amphoras
uini ) & tunc aut uendebat in genere gene-
raliſſimo ( ut uendo tibi decem lagenas ui-
ni)nec agebam quod tu haberes totum ui-
num pro decem lagenis menſuraſti,& ſunt
15.tunc repetam, quod plus habuiſti,ſic in
telligitur d. §. de eo. aut tibi uendebam in
genere ſpeciali,ita tñ quod totam rem illã
uolui)quod haberet ut uendidi tibi dolum,
& quamlibet lagenam pro 10. tamen ibi
erant 30. & dicis quod non ſunt niſi 20. &
menſuraſti pro 20. ) & tunc non repetam
quod eſt ultra 20. de 10. lagenis precium
petam , ut l 1.§ ſi duobus. & §.2.ff.ſi agri-
men ſ.l. mo. di. aut emptor deceptus eſt ,
& eſt dicendum idem,& proſequere ad lon
gum ut per do. Ioan. Rogn.in ſuo paruu-
47 lo opuſculo de menſuris , in 8. q. † Item
committitur fraus in quantitate rei per
mercatores , qui menſurant pannos quos
uendunt, & tirant ipſos pannos , quia non
debet tirare, ſed debent uendere eos in ta-
bula plana cum canna abſque tiractione ,
ut dicit tex.in conſt.mercatores,& ibi not.
Affl.3.no.& quid de pannis lini,uide Bald.
in l.leg.C. de leg. uide Benuen. ſtrach. in
48 tract.de merc 2.parte,num.8.† Item ut re
deamus ad propoſitum noſtrum)committi
tur fraus in qualitate uendendo merces, &
occultando defectus,& uitia,uertùm oſten-
dendo apparentias , quæ non ſunt in eis ,
ut inquit Affl. in conſtit.magiſtros , nam
uenditor tenetur ſpecialiter certiorare em
ptorem , de qualitatibus rei uenditæ , pro-
pter quas emptor eſſet minor empturus,l.
quæro in uerbo ſpec.ff.de actio.emp.& ubi
cunque uenditor ſcienter non certioraſſet
emptorẽ de qualitate rei, propter quam eſ
ſet uendita minori, & tunc emptori igno-
ranti tenetur ad oẽ intereſſe,l.1.§.1.& l.Iu
lianus poſt prin. & l.quæro.ff.de act.empt.
& ſi uẽditor ignorauit tenetur quãti mino
ris emptor fuiſſet empturus ſi ſciuiſſet, l.
quot.de ſer.l.Lab.ff. de cõtr.empt.& plene
49 per Alexan.in conſi.95.in 5.lib.† Item ma
gna eſt fraus eorum , qui uadunt per pla-
team , & imponunt precio rebus plus de-
bito , ut alij ſic emerent in alterius detri-
mento, nam puniuntur crimine ſtelliona-
tus, ut dicit Barto. per illum texr.in l.3. §.
item ſi quis impoſturam , ff.de cri. ſtell.
50 † Et qua pœna puniantur aromatarij fa-
cientes eam fraudem,de qua per do.aucto
rem ? & in hoc proditæ ſunt duæ conſt.
in regno,altera incipit , in terra qualibet,
& altera.Quia nunquã,quibus cauetur pœ
na publicationis omnium bonorum mobi-
liũ, & ſi protomedicus conſenſerit punitur
ut ibi,& uide Angel in l.ex facto.ff.de neg.
51 geſt.† Item committitur fraus per eũ,qui
ut emat merces uilius, quas quis tenet ue-
nales, & ut non reperiatur alius emptor
præter ipſum diffamandi uadit , quod dñs
illarum

illarum merciũ eſt ipſius debitor, & quod
dictæ merces ſunt eidẽ obligatæ, uel quod
ſunt litigioſæ, uel aliter, propter quod em-
ptores abſtrahuntur a propoſito emẽdi di-
ctas merces, nã tenetur actione iniuriarũ,
& ad intereſſe, arg. text. in l. item apud La-
beo. §. ſi quis non debitorem. ff. de iniur.
cum. §. præced. & not. per Iaſ. in l. dedi. §.
q̃ q. ff. de cond. cau. da. cau. non ſeruat cum
ſimilibus, de quo uide glo. in l. ſi duo. §. alij
in 10. in ult. glo. ff. uti poſ. & Bal. in conſi.
52 249. incip. quidam mercator in 3. lib. † Itẽ
committitur fraus per eum, qui ſurripuit
ſignum de ſacro frumenti, ut nõ poſſit ſciri
pondus ipſius, & ut non poſſit percipi quã-
tum plus debito acceperit quis de molitu-
ra, & tenetur pęna falſi. ſecundum Marſ. in
53 l. qui rationibus. ff. ad l. Corn. de ſicca. † Itẽ
committitur fraus per illos mercatores, qui
uendunt pannos, & ut pluris precij uen-
dant aſſerunt doloſè pannos eſſe Venetia-
nos, ſeu Norcinos, & non ſunt, nam iſto ca
ſu tenetur uenditor emptori præſtare quã-
ti pluris pannos emiſſet, ſi ita eſſent, & nihi
lominus punitur tanq̃ uendens unum pro
alio, ꝓ ut de primo eſt tex. in d. l. Iul. li. 15.
§. uenditor, & de 2. eſt text. in l. ſi quis in pi-
gnore. ff. de pig. act. & hæc ſufficiant ad ma
teriam fraudi. Pet. Fol. V.I.D.
54 † Vigeſimoprimo, poteſt iudex eccleſiaſti-
cus excommunicare teſtes laicos nolentes
deponere in curia ſeculari, quia tacere ue
ritatem eſt peccatum, & poteſt facere pro-
clama, ſub pœna excommunicationis: ut
quicunque ſcit ueritatem, ſuper tali nego-
cio, compareat in iudicio ad deponẽdum,
ita tenet Abb. in cap. ad noſtra n, el 2. col. 1.
de iureiurando.

ADDITIO. Adde ꝙ text. illius c. ad no-
ſtram. extra de iureiu, el 2. eſt ſatis notabi-
lis ad practicam hodiernam, quam in ali
quibus partibus (& præciſe Salerni) uidi
ſeruari, ꝙ per uiam excõicationis etiam
in criminalibus poſſunt moneri omnes ſciẽ
tes ueritatem de aliquo delicto, ut eam de-
ponere habent nam tenentur teſtes eam re
uelare coram iudice eccleſiaſtico, licet alias
ſatis impugnaſſem. Pet. Foller.

† Vigeſimoſecundo poteſt iudex eccleſia-
55 ſticus, quando coram ſe eſt deductum ali-
quod incidens ſpirituale, inhibere iudice
ſeculari, ꝙ in cauſa principali non proce-
dat, durante dicto incidenti. Verum in hac
inhibitione debet adhibere cauſæ cogni-
tionẽ, & citare partem aduerſam. ita tenet
Alex. in l. 4. §. condem. col. 4 ff. de regu. iur.
& Abb. in c. tuam. in vlt no. de ordine co-
gnationum, & ibidem Abb. in 4. col. uerſic.
56 quæro nunquid, &c. † Vigeſimotertio, iu-
dex eccleſiaſticus poteſt compellere laicum
litigantem in foro ſuo, ad obſeruantiam
iuris canonici. Ita tenet Card. per illum
text. in cl. 1. in 8. not. de pœn. & remiſ. per
hoc eſt text. in c. licet de iureiu. lib. 6. & in
cap. decernimus. de ſent. excom. lib. 6. & in
57 c. cum quidam de excep. † Vigeſimoquar-
to, cognoſcit iudex eccleſiaſticus hodie in
regno de cauſa ſuſpicionis iudicis ſecula-
ris, nam quãdo iudex allegatur ſuſpectus,
non auditur allegans, niſi proponat, & pro-
bet inſtas cauſas ſuſpicionis coram dioce-
ſano illius loci, ubi cauſa uentilatur, & ſic
iudex eccleſiaſticus cognoſcet an ſit ſuſpe-
ctus uel non, ita de hoc eſt regia pragmati-
ca, quæ incipit, Item, ſi contingat, & eſt po
ſita in 1. char. ritus magnæ curiæ uicarię, &
ita hodie ſeruatur.

ADDITIO. Adde dictis hic per do.
auctorem, quòd regia prag. allegata, per
eum, non dicit ſimpliciter cauſa ſuſpitio-
nis iudicis ordinarij proponendam forę
coram dioceſano, ſed dicit proponi debere
coram logotheta regni, uel prothonotario,
licet in fine ſubdat, ꝙ in aliquibus partib,
regni proponitur coram dioceſano loci,
quare puto, quòd coram iuſtitiarijs regio-
num debent ſimpliciter cauſæ ſuſpicionum
proponi, & ita tempore meo uidi emana-
tam eſſe regiam prouiſionem iuſtitia, &
præſidi huius prouinciæ principatus citata
quæ hodie ibi eſt regiſtrata, & legi, & uidi.
Petrus Follerius.
58 † Vigeſimoquinto, poteſt iudex eccleſia-
ſticus ſequeſtrare corpus mortuum alicu-
ius uſurarij, & facere, quòd non ſepeliatur,
donec eius hæres caueat de uſuris reſtituẽ-
dis ita tenet Angel. in authen. ut defun. ſeu
fun. &c. in princ.
59 SVCCESSIVE † ſequitur uidere
h de iudice *h* ſeculari. circa quæ poteſt ſe im
pedire contra clericos, quia contra laicos
non eſt dubium, unde decidamus hic ali-
quos caſus dubitabiles pro utilitate huius
diſtinctionis. Primo igitur, iudex laicus im
pedit



pedit ſe contra clericos per uiam reconuẽ-
tionis, quia ſi clericus agit contra laicum
in foro ſeculari, poteſt ibidem reconue-
niri, ſecundum magis communem opin.
quam tenui ſupra in 6. diſtinctio. 5. quæſt.
tertiæ par.

ADDITIO. Glo. in c. clericum nullum,
uidetur, tenere contrarium, ſed pro opinio
ne dñi auct bene facit gloſ. in c. at ſi clerici
de iud. & ſequuntur Inn. in c. 2. de for. cõp.
& Hoſt. in ſumma eod. titu. §. quibus uerſ.
licet. 9. col. & Io. And in a'le. c. at ſi clerici,
dicens ita de conſuetud ne ſeruari, & eſt cõ
munis opinio, quam limita niſi clericus in
fraudem conueniſſet laicum coram ſecu-
lari, ut ibi reconueniatur, nam tali fraude
detecta non reconueniretur ibi, ſecundum
Angel in l. 2. §. ſed ſi agat. ff. de iud. de quo
per Afflictis decif. 173. Secundo limita niſi lai
cus in fraudem procuraſſet conueniri a cle
rico, ad hoc ut ipſum potuiſſet ibi reconue
nire, pro quo uidetur bonus tex. in cap. re
latum. iũcta gl in uer. ſeculari, de iure pat.
& tenet Ant. de But. in cap. eccleſia S. Ma
riæ, de conſt. Tertio limita niſi clericus cõ
ueniret laicum ſuper actione famoſa, uel
pro iniuria ſibi facta, ſecundum Bal. & Sal.
in auth. conſequenter. de iud. Quarto, limi
ta niſi reconuentio tangeret cauſam ſpiri-
tualem uel illi annexam, tunc enim nullo
modo fieri poſſet coram laico, ſecundum
Innoc. & communiter Doct. in c. 1. de mut.
pet. & Bal. & Sal. in d auth. & conſequẽter.
Quinto limita niſi reconuentio eſſet de cri
mine, quia ſiue ueniret imponenda pœna
pecuniaria, ſiue infamiæ, ſiue agatur de cri
mine criminaliter, ſiue ciuiliter non poteſt
clericus reconueniri coram laico, ſecundũ
Sicul. in c. at ſi cler. extra de iud. & ibi Ioã.
And. & in c. 1. de mut. pet. & Bald. in c. 1. de
contr. feudi apud par. termi. Sexto limita
niſi ageretur de diſtringendo perſonã cleri
ci uirtute reconuentionis, quia illa ſemper
eſt interdicenda iudici ſeculari, licet ei per
mittatur cognitio cauſæ reconuentionis,
ſecundum Arch. in c. unico. de cler. coniug.
lib. 6. & adde ꝙ ſi clericus reconuentus ap-
pellabit ſi grauetur ad ſuperiorem iudicis
ſecularis, ſecundum Arch. in c. non ita. 2.
q. 5. & Imo. in cap. ſignificantib. de offi. del.
60 † Secundo, iudex laicus condemnat cleri
cum in expenſis, quando litigauit corã eo,
contra laicum, & ſuccubuit, ſecundũ Imo.
in c. at ſi clerici. & ibi etiam Fely. col. 1. in
61 fi. de iud. in 6. † Tertio, poteſt iudex laicus
citare clericum coram ſe, ſi ſua putauerit
intreſſe, & ſic in actu uoluntario, & ualet
citatio ſecũdum Bal. Pau. de Caſt. & Alex.
in l. teſtamenta oĩa C. de teſt. & Ange. in l.
2. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquam per l. fal.
62 † Quarto, quando eſſet factum ſequeſtrũ,
ſeu depoſitum penes clericum per iudicem
ſecularem, poteſt idẽ iudex præcipere cleri
co, ꝙ reſtituat, ſecũdum Bal. in l. ſi fideiuſ.
§. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & Bal. in l. acceptam,
col. 2. C. de uſur. ſequitur Iaſo. in d. §. fi. per
text. in l. fin. §. penul. C. de bon. aut. in poſ.
93 † Quinto, intromittit ſe iudex laicus con
tra clericum ſpoliantem laicum ſua poſſeſ
ſione in reſtituendo laicum ſpoliatum in
poſſeſſione, per uiam cuiuſdam defenſio-
nis extraiudicialis, citando generaliter om
nes, qui ſua putauerint intereſſe, & iſta eſt
noua prouiſio inducta per capitula regni,
uidelicet, per c. omnis pręlatio & c. ad rega
le faſtigium. & cap. finis pręceptis charitas,
& cæt. de qua materia habetur in deciſ. 2.
24. conſi. Neap. Et dixi ſupra in 7. diſt. iudi
64 ciorum, circa fin. † Sexto iudex laicus dat
curatorẽ ad litem clerico minori litiganti
coram ſe, ut eſt deciſ. Rotæ, 207. in antiqs.
Nam ſemper talis curator datur per illum
iudicem coram quo lis uertitur, ſecundum
Bald. in l. fi. C. de admi. tut. pro hoc tex. in
c. fi. de iud.

ADDITIO. Adde Old. in conſi. 59. &
65 Gem. in cap. ſi annum de iud. lib. 6. † Imo,
ꝙ plus eſt, ſecundũ poteſt per iudicem lai-
cum dari ſacerdos in tutorem ſecundum
Ang. Are. inſt. de Attili. tut. §. ſed hoc iure.
allegat auth. presbyteri. C. de epiſ. & cle. nã
ut ait iudex ſecularis eſt iudex competens
cuiuſcunque etiam clerici petentis tute-
lã, ut 11. q. 1. c. experientiæ, & c. ſi clericus,
& cap. cum ſit de for. comp. adijcit etiam
quod præſes, ſeu alius ſecularis iudex po-
teſt presbyterum dare in tutorem, ꝙ uide-
tur probari in l. neque. C. qui da. tu. uel cu.
poſ. & gloſſ. in auth. presbyteros. C. de epiſ.
& cler. generaliter. C. de epiſ. & cle. uoluit
ꝙ exorciſtæ: & alij clerici inferiores com
pelluntur per iudicem ſecularem ſuſcipere
tutelam legitimam, quia dati ſunt in lege,
ſed presbyteri & alij in ſacris uolentes poſ
ſunt

ſunt eſſe tutores legitimi, non autem teſta-
mentarij, uel datiui pro quo text.& gl.in c.
peruenit. 86. diſt. non tamen coguntur ut
in auth.p̃sbyteros C.de epiſc.& cle.ſed ad
tutelam miſerabilium perſonarum omnes
presbyteri,& monachi tenẽtur, ut 88.diſt.
cap.1.& cap. epiſcopus gubernationem, &
Spec.in titu.de tut.§. generaliter uerſ.Item
opponitur contra tutorem, & in uerſ.illud
autèm dicit tamen ibi quòd forte non co-
gentur. Petrus Follerius.
66 † Septimo, iudex laicus poteſt compellere
creditorẽ laicum ad remittendum iuramẽ
tum turpiter receptum a debitore, ita te-
net Fely.in c.1.col.7. in fin. de iureiu.iſtud
tamen putarem uerum ante quam debitor
incidat in periurium pro non ſolutione, pu
ta ante diem ſolutionis, quia poſtquã uenit
dies ſolutionis, & debitor in periurium in-
cidit, non poteſt illud periurium per partẽ
remitri, unde illa coactio iudicis, nihil ope
raretur, ita tenet Bald.in authẽ.ꝙ eis.C.de
nup.& habetur in deciſio.35. conſil. Neap.
67 † Octauo iudex laicus cognoſcit de cauſa
ſpirituali incidente inter Iudæos, uel infide
les: quia ex quo ipſi ſunt extra eccleſiam,
ideo eccleſia non impedit ſe de eis. ita te-
nent Alex. in l.Titia, col.3. uerſ.uel ſecun-
do,&c.ff.ſol.matri.& Petr.de Anch.in c.ea
68 quæ, in 5.q.de reg.iur.lib.6.†Nono, poteſt
iudex ſecularis cognoſcere de nullitate ab-
ſolutionis a iuramento conceſſæ per iudi-
cem eccleſiaſticum, ſecundum Felyn.in 1.
colum.5.in fin.uerſ.poſſet etiam ſecularis,
&c.de iureiu. allegat Petr.de Ancharan.in
conſi.382.incip.retento ordine, &c. col.4.
69 † Decimo, poteſt iudex laicus, uel eius fa-
milia capere clericum delinquentem depre
henſum in crimine uel rixa, non tamen ut
ipſum detineat, ſed debet eum præſentare
iudici eccleſiaſtico, ita tenet Bal.in l.ſi qua
per calumnia, colum.2.in fin. uerſ.ſed quæ i
ro.C.de epiſ.& cler. De qua materia habe-
tur plenè per Abb.Fel.& communiter Doc.
in c.cum non ab homine, de iud.& Bart.in
l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur.& Io.de Ana.
in cap.ſuper eo.col.2.de cri.falſi. Qđ pro-
cedit, quando clericus incedebat in habitu
& tonſura, aliàs ſecus, quia non tenetur iu-
dex laicus ipſum dimittere ad iudicem ec-
cleſiaſticum, niſi prius conſtet ſibi de cleri-
catu, ſecundum Bal.in d.l.ſi qua p calum.
uerſ.ſed ponamus, &c.Verum de iſto inci-
denti.ſ.ſuper probatione clericatus, nõ po-
teſt cognoſcere ſecularis, ſed epiſcopus co-
gnoſcet.tex.in cap.ſi iudex laicus.de ſen.ex
70 com.lib.6.† Sic dicimus in ſimili, ꝙ percu
tiens clericum non incedentem in habitu
& tonſura eſt excommunicatus ſecundum
Barto. in l.item apud Labeonem. §. ſi quis
uirgines, & de iureiu. & Bald in d.l. ſi qua
per calumniam, colum.1. uerſic.deinde ue-
nio,&c.& habetur in ca.4. de ſent.excom.
Adde prædictis Bald.in d l.ſi quis curialis,
C.de epiſc.& cler.& Soci.in conſi.122.co
lum. pen. in princ.in 1. uolum.& Alex. in
conſi.8.in 1.uol.

ADDITIO. Adde hoc in regno non
procedere, quia clericatus probatio fieri de
bet coram iudice ſeculari, coram quo peti-
tur remiſſio, ut dictat ritus magnæ curiæ
vicariæ inci. Item ſeruat ipſa curia, quod
nullus clericus. Pet.Foll.

71 † Vndecimo, iudex laicus poteſt punire cle
ricum prius delegatum per epiſcopũ, nam
quando clericus delinquit taliter, ꝙ mere-
tur mortem, debet ꝓceſſari per epiſcopũ,
& poſtea degradatur,& deinde traditur cu
riæ ſeculari puniendus, ut no. Bar.in l.1.ff.
de pœnis,& eſt tex. & ibi Abb.in cap.noui-
mus, de uerb.ſig. & Abb.in cap.cum nõ ab
homine.col.8.& ſeq.& in ca.at ſi clerici.de
iud.in §.de adulterijs,& uide plenè p Spe.
in tit.de acc.§.2.loco. ubi tractat hanc ma
teriam, uidelicet, quando clericus deponi-
tur, & quando ſuſpenditur, & quando de-
gradat̃,& qualiter fiat degradatio.De quo
etiã eſt tex. in c.degradatio. & ibi p Gem.
de pœnis.lib.6.Et circa materiam degrada
tionis hæc datur regula, ꝙ quando agitur
de degradando epiſcopum, requiruntur
duodecim epiſcopi una cum metropolita-
no. Si uerò eſt degradandus ſacerdos con-
ſtitutus in ſacris requiruntur ſex i epiſco-
pi, in degradatione uerò diaconi, uel ſub-
diaconi requiruntur tres epiſcopi, in cleri-
co uerò in minoribus conſtituto ſufficit
ſolus epiſcopus proprius, ita hæc omnia
declarat Abb. in c.non poteſt, & ibi etiam
glo.de re iud.& gl. in cap.1.in uer.canoni-
bus.de hær.lib.6.& glo.in d.c.de degrada-
tio.& habetur in ſumma 15.q.7.& in c.fę-
lix,& c.ſi autem.eadem cauſa,& q.Fallit in
crimine hæreſis, in quo non requiretur nu-
merus



merus tot epiſcoporum, ſed ſolus ep̃s pro-
prius poteſt degradare cõuocatis prælatis,
abbatibus, religioſis,& alijs literatis de ſua
diœceſi.tex.eſt in c.1.de hęr.lib.6.& Ioan.
72 de Ana.in cap.pen.in 1.no. de hær.†Item
dictus numerus epiſcoporum requiritur in
uerbali degradatione, ſed in reali,& actua
li non requiritur ſecundum Fel. in d. cap.
nõ põt.col.4.in prin.& col.pe.& ibi etiam
Abb. Item, quando aliquis eſt degradatus
uerbaliter, adhuc retinet priuilegium cleri
cale, quia nondum efficitur de foro ſecula-
ri, ſecus ſi poſtquam eſt actualiter degra-
datus, ſecundum Io. de Ana.in c ad abolẽ-
dam.col.6.in fi.de hęr. Poſtquam igitur eſt
actualiter degradatus traditur curiæ ſecu-
lari puniendus. Verum debet iudex eccle-
ſiaſticus rogare iudicẽ ſecularem, ut proce-
dat contra eum, citra pœnam ſanguinis, ut
73 eſt tex.in d.c.nouimus, de uerb. ſig. † An
autem clericus degradatus ſi de ſacro cele-
brat, conficiat corpus Chriſti, uide gloſſ.&
Abb. in c.2. de cle.excom. ubi tenet, ꝙ ſic
idẽ tenet Ioan. de Ana in d.c.ad abolendã,
col.6.in fi.& ſeq.de hęr. Pro quibus autem
criminib.põt clericus deponi, uel degrada-
ri, uide Fel. in c.at ſi clerici in princip.col.
74 pen & fi.de iud † Vnum tñ ſcias hic, ꝙ li-
cet iudex laicus poſſit de mandato epiſco-
pi capere clericum; non tñ põt ipſum tor-
quere, uel uerberare, ẽt de mandato epiſco
pi, alias incideret in excõicationem.ita te-
net Ioan, de Ana. in cap.ſuper eo.colum.2.
in fi.de cri.falſi.& Petr.de Anc.& Abb.in c.
uniuerſitatis, col.1.de ſent.excom.& Arch.
& Gem.in ſum.45 diſt. De materia autem
degradationis ſupra dicta uide plenè Fir-
mianum in ſuo trac.de epiſcopo in ultima
75 parte. † Duodecimo, iudex ſecularis exer-
cet iuriſdictionem in clericum, ratione
feudi, quod tenet clericus ab eo.c.cæterum.
de iud.& cap.ex tranſmiſſa.&c uerum. de
for.comp. & in c.1.§. item ſi clericus.& ibi
And.de Iſer.in 2.col. de cap.Corra.& Soc.
in conſi. 12.col.8. in princip.in 1.uol.Item
quando eſt auctor laudatus per l.ueditor,
& ibi p Doc. de iud.& Abb, in c.fi.de emp.
& uend.

ADDITIO. Intellige ſanè hæc conclu
ſio ſm Inno.in c.uerũ. extra de for.com.&
procedat quando ageret de cauſa feudali ci
uili, ſecus ſi ageret̃ cõtra clericum uaſſallũ
ad amiſſionem feudi criminaliter aut ciui-
liter pp crimen, quia tunc ſm eundẽ Inn.
Sicu.& Io. And.in d.c.uerũ remittenda eſt
cognitio ad prælatum ſuũ, ẽt ſi feudum ſit
paternum, dicit tñ.Innoc. ꝙ ſi per prælatũ
ſuum de proditione uel alio crimine pp ꝙ
debeat feudum amittere fuerit condemna
tus, tunc dñs auferret feudũ pro uelle ſuo,
& ſi fuerit abſolutus, tunc ulterius non po
terit dñs ei propter crimen auferre & ultra
dicit, ꝙ cum quilibet dñs feudi ſit iudex or
dinarius ſuas ſñias exequetur ẽt laicus con
tra clericos uaſſallos nec incidit in excõi-
cationem, ſi eos reſiſtentes compellat, arg.
c.olim.de reſt.ſpo.ſed cõiter doc.in hoc cõ
tradicunt uolentes, ꝙ dñs feudi prætextu
huiuſmodi cognitionis in clericum uaſſal-
lum non habet diſtrictionẽ perſonalem,&
expreſſe tenet Io.And. & Sicu.in alle.c.ue-
rũ.& in c.unico, de cle cõiug.li.6 Pet.Foll.
76 †Decimotertio, iudex ſecularis põt punire
clericum de aſſaſſino, qa pp criminis enor
mitatem ipſo iure cenſetur degradatus in
caſu iſto.ita tenet Lapus in c.ꝓ humani.de
hom.lib 6. & Pariſ.in tract.ſynd.in uer.In-
quiſitio, col.7.in fi.Rob. Mar.Ven.V.I.D.

ADDITIO. Vide ad hæc Ant. Cap. in
deciſ.112.nu.1.& deciſ.155.nu.26.†Item
77 ultra do.auct. hic aliquos caſus applicãdos
cenſeo utiliores cæteris, quare illud ſcire
non redeat, quod clericus, cum agitur pro
poſſeſſorio retinendæ, poteſt coram iudice
ſeculari trahi & conueniri etiam ab altero
clerico, de quo late per Ioan. Fab.inſt. de
inter.§. retinendæ & per Barto. in l.1.ff.de
inter. & pro hoc uidetur facere c.cauſam,
qui fi ſint le.ibi (non attendentes ꝙ ad re-
gem, & non ad eccleſiam pertinet de talib.
poſſeſſionibus iudicare) propter quod Ant.
in c. cum dilectus. de ord.co. dicit, quod ſi
agatur ſuper poſſeſſorio beneficij, cauſa
propterea non dicitur eſſe ſpiritualis, &
idem tenet Nic.Mill.in uerbo beneficium,
& expreſsè tenet Vinc.in c.fi. de iud. & de
iure ſpirituali poteſt agi poſſeſſorio corã
iudice ſeculari quod etiam uidetur ſentire
gl.in c. cum dilectus de elec.in uer.iuramẽ
to, dicens, quod quando agitur poſſeſſorio
de iure ſpirituali non agitur ſpiritualiter,
& ideo non eſt tractanda tanq̃ ſpiritualis.
Idem uolunt glo. in cap.literas. de iur.cal.
& ſentit Inn.& allegat c.cum dilect.Arch,
& Io.

& Io.And.in c.frequens. de reſt.ſpol.lib.6.
dicen., ꝙ cauſa non eſt mere ſpiritualis cũ
igitur de poſſeſſorio de re ſpirituali, de quo
plenè per Guid.Pap. in deciſ.207.& 87,&
Boer.deciſ.69.pri.lib. & Gram.deciſ.88.
78 † Item poteſt clericus corã ſeculari iudice
citari,& conueniri, ut auctor laudatus pro
euictione, & defenſione rei uenditæ, nam
ex perſona defenſoris uenientes ad cauſam
non debet mutari forus, l.1. C. ubi in rem
actio. & vr̃ caſus in l.uenditor.de iud.& ita
uidetur tenere Bal.in d.l.1.& Ang.in l.non
ſolum.§. quod uulgo. ff. de uſuc. & tenet
Petr.de Anchar. in regula iuris ea quæ 17.
q. Bal.in auth.clericus C.de epiſc.& cler.&
idẽ habetur p do.Ant. Cap.in dec.197.nu.
7.ſed uide do.Th.Gram.in deciſ 21.ubi re-
fert contrarium ſeruari in ſacro Regio con
ſilio Neap. & contrarium in pluribus cau-
79 ſis fuiſſe deciſum. † Item ſi contigerit cle-
ricum ſuccedere laico iam conuento co-
ram iudice ſeculari ſuper aliqua cauſa,
nam talis inſtantia inchoata cum laico de-
functo tranſit in clericum ei ſuccedẽtem,
ſecundum Imo. in l.ſi eum hominem.ff.de
fideiuſ.& Pau. Caſt.in l.hæres abſens.ff.de
iud.& Lud.& Paul.Caſt.in l.ſi conſtante.§.
fin ſolut.matrimo. licet contrarium tenue-
rint Bald.in l.1.C.ſi pen.app.mors, inter.&
Angel. in l. tam ex contractibus. ff.de iud.
& Bald. in cap. in præſentia. extra de pro.
80 † Item ſi clericus negociatur tenetur ad
gabellas in cõcernentibus negociationem
ſecundum Feder. de Sen.in conſil. 3,incip.
quæſtio talis eſt, vlt.col.per tex.glo.in c.pręſenti. de cenſ.pro quo facit c.2.de cler uel
mon. & ſequuntur Matth.Pau. Stef.Zab.&
Imol. in clem. præſenti.& bene facit c.re-
colentes. de ſtat. mon. pro quo facit ad id
quod dicit Petr. de Anch.in conſil.104. in-
cip.contra fratres, & de ijs hactenus. Petr.
Foller.V.I.D.

ADDITIONES.

a Famuli. Duen.lib.1. reg.utr. iur.reg. 305. famuli, ampliat etiam in famulis ſcholarium, Amplia etiam habere locum in colonis,& ruſticis Eccleſiæ. Alfer.conſi.44.ego dico.num.2.lib.1.

b Denunciationis. Pariformiter agi poteſt per uiam denunciationis Euangelicæ, ages ad dotem contra promiſſorem, ſi 40.anni ſint decurſi, ita docet D.Andr. Alfer.conſ. 64.nume.3.& ſeq.infra in 6.par.princip.in uer denunciatione.

c Iudex.Catelli. Cotta in memor.in uer.Iudex cauſæ, Couarru.l b.1.uaria.reſol.ca,4. nume.8.

d Seculari. Poteſt etiam ſecularis iudicare, & remittere illo iuramentum, quando iurauit ſe ordine non interfuturum, Couar. in relect.cap. quamuis, in 6.par §.3.nume.12. colum.4. & ſeq.de pact.in 6. Contra p Iaſ. in l.fin. in fi ff.qui ſatiſd.cogan. Cagno.in l.ſi quis maior.nume.56.C.de tranſac.Ferrat caut.20.nu.4.

e Clericus. In hoc articulo uideas Dida.Couar.in lib 1.pract.qq.cap.34.per totum infra in 6.par.3.par.2.actu nu.304.

f Fraus. Fraus ſignificat etiam damnum, Tiraquel.in præfat. tract. de utroque retract. in 1.nu.69.

g Superuendat Et peccat Couar lib,3.uaria; reſolut.cap.14 nu.5.

h Seculari. Videas Couarru.pract. qq. cap. 31.32.& ſeq.

i Epiſcopi. Hodie per ſacrum Concil. Tridentin. eſt ordinatum, quod toti Domini Abbates uſu mitræ habentes, adhibeantur, in ſeſſi,15.cap 4 de reform.generali.

Ludouicus Alfer.

## Iudiciorum XII. diſtinctio.

1 *Iudicium aliud ordinarium, & aliud prorogatum.*
2 *Prorogatio, in iure multipliciter accipitur.*
3 *Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri de perſona ad perſonam: de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*
4 *Prorogatio iuriſdictionis de loco ad locum, an requirat expreſſum cõſenſum partium.*
5 *Prorogatio iuriſdictionis fit etiam de caſu ad caſum.*
6 *Prorogatio de tempore ad tempus, qualiter fiat.*
7 *Prorogatio de re ad rem, qualiter fieri debet.*
8 *Iuriſdictio propagata non extenditur, niſi in ipſas partes prorogantes.*
9 *Iuriſdictio prorogata in aliquem iudicem, an mortuo illo iudice poſſit per ſucceſſorem exerceri.*
10 *Iuriſdictio iudicis habentis illam de iure ſpeciali, prorogari non poteſt.*



11 *Prorogatio iuriſd. tacitè & expreſsè poteſt fieri.*
12 *Prorogatio iuriſdictionis, inducitur per exceptionẽ dilatoriam oppoſitam, non autem per petitionem copiæ libelli, neque per confeſſionem, nu.13.*
14 *Prorogatio tacita, non poteſt fieri in cauſa criminali, nec etiam expreſſa.*
15 *Prorogatio de loco ad locum, tacite fieri non poteſt, ſed expreſsè ſic.*
16 *Iuriſdictio per cõtumaciam non prorogatur.*
17 *Prorogatio per reconuentionem duplici modo inducitur.*
18 *Iuriſdictio limitata ad certam ſpeciem cauſarum, non poteſt prorogari.*
19 *Iudex prorogatus non poteſt ſententiam ſuã exequi.*
20 *Iuriſdictio delegati, prorogari non poteſt.*
21 *Prorogatio, an & quando impediatur per errorem.*
22 *Prorogatio non poteſt fieri in cauſa appellationis, & quæ ſit ratio.*
23 *Prorogari non poteſt iuriſdictio a Deo conceſſa, prout eſt poteſtas excommunicandi, uel abſoluendi.*
24 *Clericus iuriſdictionem alterius epiſcopi ſine conſenſu ſui epiſcopi prorogare non poteſt.*
25 *Prorogari an poſſit iuriſdictio alterius iudicis per laicos ſubditos baronibus, ſine conſenſu ipſorum baronum.*
26 *Barones regni, habent iuriſdictionem a Rege, reſeruatam cum priuilegio primarum, & ſecundarum cauſarum, & ideo reuocãt prorogationes factas per eorum uaſallos in alios iudices.*

DVodecima principalis diſtinctio iu-
1 diciorum eſt. † Quia iudicium aliud
ordinarium, & aliud prorogatum.
Iudicium ordinarium, eſt illud, quòd agitatur coram iudice ordinario competenti, uel delegato a ſuperiore inter certas perſonas, uel limitato in certo territorio, quando agitatur per ſubditos ſuę iuriſdictionis. Iudicium uerò prorogatum, eſt illud, quod uentilatur inter partes coram iudice non ſuo principaliter tamen adito de conſenſu partium, de qua materia tractatur plene in l.1.& 2.ff.de iud. & in l.ſi conuenerit.ff.
de iur.om.iud. & in cap.ſignificaſti.de for.
2 comp.& in c.P. & G.de offic.deleg. † Super
hanc materiam eſt ſciendum, quod iſte terminus prorogationis accipitur in iure multipliciter. Quandoquę enim refertur ad terminos & dilationes, & tunc prorogatio nihil aliud eſt, niſi dilationi labentis nõdum lapſæ extenſio, ſm Bald.in rep. l Aemilius col.6.in prin. uerſ.not.quinto &c.de mino. Exemplũ datur dilatio alicui, & in medio uel in fine ipſius dilationis nondũ elapſę, prolongatur ulterius, & tunc dr̃ eadem dilatio cum prima, l.ſed ſi manente.ff. de pecca.& Bal.in d.l. Aemilius, & Alex.in l.4.in prin. ff.de dam.inf.ubi facit dr̃iam inter prorogationẽ, & reuocationẽ, & infert ad q.ſi finita dilatione fuerit dictum, ꝙ dilatio fuit prorogata an ualeat prorogatio, ſaltem ad uim nouæ dilationis uide per eum. De qua materia hr̃ ẽt in l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo.ff.de uerb.obl. Qñque iſte terminus prorogatio. refertur ad compromiſſa & eſt materia de qua in l.diem proferre.ff.
a de arb. & iſta *a* prorogatio poteſt fieri per
arbitrum, qñ eſt eis data poteſtas p partes & poteſt fieri ẽt partibus abſentibus, ut d. l.diem proferre. in prin. Verũ debet poſtea prorogatio notificari partibus, & alias non aſtringit; ita tenet Alex. in conſi.34.col.fi. in 1.uol.& Bal.in l.1.C.de ſent.ex breui.reci.& Fel in c.cum olim.colum.9.uer.no.3.
3 &c de re iud. † Qñque iſte terminus proro-
gatio. refertur ad iuriſdictionem, & iſta eſt
materia noſtra. ſuper qua dic, ꝙ proroga-
b tio iuriſdictio. fit *b* quatuor modis, uideli-
cet, quãdoque de perſona ad perſonam, qñque de re ad rem, qñq; de tempore ad tp̃s, qñque de loco ad locũ, ut no.gl. & Bar.in l.2 §.ſed ſi iudex.ff.de iud.& Bal.in lege 1. uerſ.3.quæro.C.de iuriſ.om.iud.& per Bal. in l.ſi qui ex conſenſu.C,de ep.aud. Exemplum primæ prorogationis. ſ.qñ fit dę perſona ad perſonã ponit̃ in l.1.& 2.ff.de iud. & l.ſi conuenerit.ff. de iu.om.iud.ut qñ iudex habet limitatam iuriſdictionem in una ciuitate, uel territorio, nam ſi alij de aliena iuriſdictione uolũt conſentire, ꝙ cauſa eorũ iudicetur per illũ iudicem, cui non ſunt ſubditi, poſſunt hoc facere. Et ſic illa iuriſdictio, quæ erat limitata inter illas perſonas illius territorij tantum, modo per conſenſum partium extenditur ad alias perſonas ſibi non ſubditas, & iſta dicitur prorogatio. Exemplum de ſecunda prorogatione. ſ. de re ad rem, puta ſi unus iudex habet

limitatam iuriſdict.ut non poſſit cognoſce
re, niſi de cauſis a centum aureis infra,iux
ta,l.ſi idem cum eodem,& l.cum quædã,§.
quoties.ff.de iu.om.iu.& in Authen.de de-
ſen.ciu.§.& iudicare.poſſunt facere partes
habentes cauſam maioris ſummæ,quòd il-
le iudex cognoſcat de tali cauſa, & ſic ex-
tenditur iuriſdic. de ſumma min.ad maio. 4
& ſic de re ad rem,tex.eſt in l.de qua re.§.
1.ff.de iud.& Bal.in d.l.ſi qui ex conſenſu,
colum.3.C.de epiſ.au.Exemplum de tertia
prorogatione.ſ.de tempore ad tempus,pu-
ta iudex habet limitatam iuriſdict. finien-
dam certo tempore puta per annum, prout
communiter ſolent creari officiales in re-
gno, poſſunt facere partes,quòd ultra illud
tempus iudex cognoſcat & iudicet, & ſic
extenditur iuriſdõ de uno tẽpore ad aliud,
tex.eſt in l.2.§.ſed ſi iudex, ff.de iu. quod
procedit in iudice delegato, ſed in ordina-
rio non procedit prorogatio in tempus ſuc
ceſſoris. Ita pulchre declarat Bald.in d.l.ſi
qui ex cõſenſu.colum.3.uer.2. ſpecies,&c.
C.de epiſc.aud.& uide Bald.in titu.de pace
Conſt.col.14.in prin.ſuper uer.conſenſum.
ubi tenet, ꝙ de conſenſu partium poſſunt
prorogari tẽpore appellationis.Exemplum
de quarta prorogatione.ſ. de loco ad locũ,
de qua tenẽt Doc. ꝙ nõ poteſt fieri,& ſunt
aliqui, prout eſt Bald.in d.l.1.uerſi.3.quæ-
ro,&c.C.de iu.om.iud.& in d.l.ſi qs ex cõ-
ſenſu col.pen.& fi.referẽdo Iac.Butr.tamẽ
Bar.in l.quæro.ff. de ſol.tenet contrariũ. ſ.
quòd valeat prorogatio,& hanc opin.tenet
Alex. quẽ cõiter ſequuntur ibi Mod in l.ſi.
ff.de iur.om.iud.cum limitatione tñ.ſ.dum
modo iudex illius territorij cõſentiat huic
prorogationi.Exemplum poteſt poni dupli
citer, ſm Bal.in d.l. ſi qui ex conſenſu,col.
pen.uerſ.quartam ſpeciem,&c. Primo mo-
do,quando iudex ex forma ſtatuti,uel con-
ſuetudinis deberet ſedere pro tribunali in
tali loco,puta in palatio, nam poſſunt face
re partes, quòd ſedeat in alio loco eiuſdem
ciuitatis,puta in platea, & ualet talis proro
gatio ſine dubio, quia ſumus in loco eiuſ-
dem iuriſdictionis. Secundo modo poteſt
poni exemplũ extra locum iuriſdictionis,
ut ſi partes conueniunt, ꝙ iudex Peruſinus
cognoſcat, & ꝓnunciet in territorio Bon.
& iſta prorogatio eſt magis dubia, quam
dicit Bald. ubi ſupra, fieri non poſſe. Sed
dic, ꝙ magis communis opi. eſt quod ua-
leat, interueniente conſenſu iudicis illius
loci.puta Bononienſis, ſecũdum Alex.in d.
l.ſi. arguendo de loco ad tempus, iuxta l.ui
nũ.ff.ſi cer.pe.& hãc opi tenet Abb.in c.no
uit.col.2.&c excommunicatis.colum.ſi.de
offic.deleg.

ADDITIO. † Vt uides (præſtantiſ-
ſime lector) quatuor eſſe ſpecies prorogatio
nis (ſcriptũ reliquit Dom.auctor) & illam
inter alias connumerare uiſum fuit (quæ
fit de loco ad locũ) quam dupliciter intelli
gendã fore diſſeruit, ſed quo ad ſm exem-
plum (ut iudex unius territorij iudicet in
territorio alterius iudicis) non aperit ſi in
tali prorogatione iuriſdictionis de loco ad
locũ requiratur expreſſus conſenſus partiũ
litigantium an ſufficiat tacitus, & in hoc
Ang.in l.quæro.ff.de ſol.dicit ꝙ requiritur
expreſſus conſenſus,& ad hoc citat.text.in
c.ſtatutum.§.in nullo.extra de reſcr.in 6.&
idem tenet Pau. de Caſt.in l.ſi. de iur. om.
iud.& Doct.in d.§. in nullo, & uoluit Ang.
conſi. 85.& idem firmat in d. §. in nullo
Phil.Franc ubi refert ita tenere Rotam in
deciſ.380.quæ incipit. Itẽ ſi iudex,ſed con
trarium tenuerunt (ſm Alex.in d.l.ſi.ff. de
iur.omn.iud.) Arch.& Io.Andr. in c.ut liti-
gantes.de offic.ord.in 6.& Imo.in d.l.quæ
ro, inquiunt n. prædicti, ꝙ ſufficit tacitus
conſenſus, ſicut regulariter ſufficit in pro-
rogatione,l.& ſi ſuſciperit. in princip.ff.de
iud.nec (ſecundum eos) obſtat text.in d.§.
in nullo, quia procedit in iuriſdictione de
legata, quæ eſt odioſa,& reſtringenda, ut
no.in c.1.de offi del.in 6.& cum hac opinio
ne uidetur tranſire Alex.in d.l.ſi. Sed ꝓ pri
ma opi. põt allegari text. in l.ſi. C.ſi a non
comp. iu. ubi ſententia eſt ipſo iure nulla,
& tñ ualeret ſi ſufficeret tacita prorogatio.
& hanc ego tenerem,& utcunque ſit requi
ritur conſenſus illius iudicis, in cuius ter-
ritorio alter iudex cognoſcere uoluerit ſe-
cundum gl. in c.ut litigantes.de offi.ord.in
6. & ita tenuit Io.Andr.in nouella, ſed ſm
Alex.in d.l.ſi. de iu.omn.iu.contrarium te-
nuerunt Petr. & Cyn.in l.qui ex conſenſu.
C.de epiſc.aud.& in d.l.fin.& Arch. in d.c.
ut litigantes, & Paul. de Caſt.in l.3.§.ſi.ff.
de cond.ob cau.uolentes, quòd nõ requira-
tur conſenſus iudicis territorij,ſed ſatis eſt
quòd non prohibeat, ſed ad concordandũ
opinio-



opiniones (dicit Alex.) ꝙ aut iudex terri-
torij ſcit, & non contradicit, & procedit
opi.Cy.quia uidetur conſentire,ex quo pro
hibere poterat, & non prohibet, aut igno-
rat,& tunc procedit prima opinio, ſed ſi iu
riſdictio competeret de iure ſpeciali etiam
accedente conſenſu partium, & iudicis nõ
poſſet prorogari,ſecundum Ro.in ſing.49.
5 † Adde etiam quintã reperiri ſpeciem pro-
rogationis,quæ fit de caſu ad caſum,exem-
plum ſi aliquis eſt iudex cui ſub condictio-
ne eſt tributa poteſtas, & iuriſdictio, puta
appellaui ab interlocutoria iudicis ad ſu-
periorem, quo caſu ipſe ſuperior nõ poteſt
cognoſcere de negocio principali, niſi pro
nunciet prius bene appellatum ab interlo-
cutoria, ſed ſi pronunciet male appellatũ
a grauamine, tunc totum negocium prin-
cipale reuertitur ad primum iudicem (ut
debitus honor extra de appella.) nunquid
ergo pendente diſcuſſione articuli appella-
tionis poterit ipſe ſuperior de cõſenſu par-
tium cognoſcere de negocio principali, &
tunc licet,quidam ſimpliciter concludant,
ꝙ non, eo quia pendente conditione nõ ha
bet iuriſdictionem in habitu nec in actu,
concludendum tamen eſt, ꝙ aut ille ſupe-
rior ad quem fuit appellatum eſt talis, qui
poterat adiri per uiam querelę ut Papa, uel
Princeps ſecularis,& tunc ille ſuperior po-
terit de conſenſu partium de negocio prin
cipali cognoſcere c.cordi.§.1.ibi (partium
uoluntate) extra de appella.lib.6.imo plus
dicit do.Panor.in c.ut debitus honor extra
de appel.ꝙ hoc caſu ſufficeret conſenſus ſo
lius appellari ſi autem eſſet talis ſuperior,
qui non poterat adiri per uiam querelę,tũc
obmiſſo articulo appellationis non poſſet
cognoſcere de negocio principali, & ita
ſpecifice concludit dom. Iac.de S.Georg.in
6 l.2.§.ſi iudex.ff.de iud.nu.8.& 9. † Et quã-
tus auctor concludit poſſe fieri prorogatio
nem de tempore ad tempus, & exemplum
dat in eo iudice cuius iuriſdictio anno du-
rat: dicas procedere dicta ipſius exemplum
datum,quando iuriſdictio per lapſum anni
non finiebatur ipſo iure, alias ſi finiretur
elapſo anno,totaliter, & ipſo iure, & tunc
nõ poterit eius iuriſdictio prorogari, quia
fieret iniuria ſucceſſori hæc ſunt de mente
Bald.in l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſc.aud.
ſequitur Paul.de Caſt. in d.l.2.§.ſi iudex.ff.
de iud.ut refert Iac.de S.Georg. ibidem, &
ſi non poſſet prorogari iuriſdictio magiſtri
nundinarum cum elapſis nundinis totali-
7 ter eius iuriſdictio finit. † Ex quo ad proro
gationem de re ad rem,adde, ꝙ eſt neceſſe,
xand. & Doct. in d. §. ſin autem utraque, &
Ioan. de Imol. in d. cap. ex inſinuatione de
appella. & Phil. in c. ex ratione. colum. 9. &
10. eo. tit. & Fel. in d. c. uenerabilis, colum.
2. & 3. Bart. & Bald. in auth. item ſi in ap-
pellatione. C. de temp. appel & Soc. in con-
ſil. 31. colum. 4. in 1. uolum. Luc. de Pen. in
l. 2. colum. antep. & pe. C. de nauf. lib. 11. in
quibus locis magis communiter conclu-
ditur, quòd currat inſtantia non obſtan-
te impedimento. Bonum tamen eſt ſæ-
pius proteſtari, ut ſaltem obtineri poſſit re
ſtitutio in integrum aduerſus lapſum in-
ſtantiæ, & licet Docto. in locis præallegatis
hoc firment in inſtantia appellationis, in
qua facilius datur reſtitutio propter ma-
ius præiudicium tamen in inſtantia cauſæ
principalis aliter dicunt, ut no. Bar. in d. au
then. Item ſi in appellatione, in fi. licet Bal.
ibi teneat dari reſtitutionem præcedenti-
bus proteſtationibus, tamen hoc dubium
eſt hodie clarificatum in regno per regiã
prag. quæ incipit. Inſtantia quam cauetur,
quòd quando ſtetit per iudicem, reſtituitur
ipſo iure tempus inſtantiæ. Tunc autem
dicitur ſtetiſſe per iudicem, quando pro-
ceſſus fuit concluſus per duos menſes an-
te triennium cum petitione, & proteſta-
tione & ad expeditionem cauſæ, tũc enim
reſtituitur inſtantia ipſo iure, abſque refe-
ctione expenſarum, ſi tamen currit inſtan-
tia per negligentiam partis, tunc non reſti-
tuitur niſi refectis expenſis, ut dicitur in d.
prag. in prin. & ex hoc inoleuit practica in
32 regno, † quòd quando inſtantia eſt perem
pta, ſolet actor adire regem, uel ſacrum re-
gium conſilium, ut auctoritate regia inſuf
flet ſpiritum uitæ illi inſtantiæ, & ſic tex.
inſufflat ſpiritum, & facit inſtantiam reui-
uiſcere, perinde ac ſi perempta non eſſet,
& iſta reſtitutio in regno appellatur inſuf-
flatio, ut no. Paris in trac. ſynd. in uerſ. ſen-
tentia, in cap. reſtat unum, &c. colum. 1. cir
ca fi. & ſeq. & ibi ponit iuſtas cauſas, ex q̃-
bus tex. concedit iſtam ſuſcitationem in-
ſtantiæ abſque refectione expenſarum, pu-
ta quando ſtetit per iudicem, uel ob infir-
mitatem, uel neceſſariam abſentiam, uel
ob aliam ſimilem cauſam iuſtam, ut quia
propter multitudinem cauſarum fuit iu-
dex impeditus, ſecundum Alex. in l. prope
randum. §. ſin autem utraque & in l. Sena-
tus. ff. de offic. præſ. Sed quando allegatur
aliqua cauſa colorata, ex qua perpenditur
aliqua negligentia partis in proſequendo,
uel in proteſtando, tunc conceditur inſuf-
flatio cum refectione expenſarum, ut ibi-
dem dicit Paris, & de hac inſufflatione fa-
cit mentionem Matt de Afflict. in conſt. ſæ
pe cõtingit circa fin. ubi ponit unum aliud
impedimentum reſtitutorium inſtantiæ ſi-
ne refectione expenſarum, uidelicet, quan
do plures erant iudices ſuper cognitione
unius cauſæ, & quia non potuerunt ſe in
unum congregare, uel concordare, fuit lap-
ſa inſtantia, quia ex quo non poteſt impu-
tari parti, reſtituitur inſtantia, & non tene
tur ad expenſas.

ADDI-

ADDITIO. Vide ca.in deciſ.11. & in
deciſ.206.Petr.Foll,V.I.D.
33 † Duodecima limitatio colligitur ex præ-
dictis,ſcilicet, ut non procedat regula, qñ
princeps inſufflauit inſtantiam, quia tunc
etiam poſt triennium poteſt ferri ſenten-
tia,& perinde habetur,ac ſi inſtantia,perē-
pta non eſſet, quod qualiter procedat ui-
de quæ proxime dixi. Ex quibus poteris fa-
cere concluſionem, quod ſi forte ſacrum
concilium inſufflaret nulla facta mentio-
ne de expenſis, poteſt pars aduerſa oppo-
nere, quòd nō audiatur actor, niſi refectis
expenſis, quando ex proceſſu argueretur
eius negligentia, per dictam regiam prag.
quæ incipit, Inſtantia in princ.quia reſtitu
tio & priuilegium principis debet intelli-
gi ſine præiudicio tertij, l.2.§. merito.& §.
ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publ.
ſecus ſi ex proceſſu uel aliter legitime ap-
pareret de aliqua iuſta cauſa, quibus adde
deciſ.70.conſi. Neap.
ADDITIO. Et an ſemel reſuſcitata ite
rum poſſit reſuſcitari, uide ca.in dec.165.
per totam. Petr.Foll,V.I.D.
34 † Item per dictam regiam prag.potes in
ferre, quod quando inſtantia eſt lapſa fa-
cto iudicis, cum proteſtatione, de qua ibi.
non eſt neceſſe adire regem, nec ſacrū con
ſiliū pro inſufflatione,quia tex.illius prag.
uult quòd ipſo iure cenſeatur inſtantia re-
ſtituta, unde inſtautia reuiuiſcit ex diſpo-
ſitione legis, p ropter illud uerbum, ipſo
iure,&c. & ſine facto hominis: ut no,gl.in
l.iubemus.x.œconomus.C. de ſac.ſan.eccl.
& in ca.1.in prin.de reſcr.lib.6.& l.in cri,
C.de iuriſd.om. iud.in quibus locis tangi-
h tur ſignificatio huius uerbi, *h* ipſo iure,un
de ſine alia inſufflatione regia poteſt tunc
iudex procedere ad ſententiam, etiam poſt
triennium.
35 † Decimotertio limita non procedere in
perſonis, quibus iura, & regni conſtitutio-
nes concedunt beneficia reſtitutionis in
integrum: prout ſunt mulieres, minores,
& eccleſia: quia iſtis conceditur reſtitutio
in integrum aduerſus inſtantiam abſque
inſufflatione & reſtitutione expenſatum:
ita deciditur in dicta regia prag. quæ inci-
pit, inſtantia. in fi. & licet ibi non dicatur
expreſsè de expenſis, nec de inſufflatione:
bene tamen colligitur ex litera ibi, quia
in principio ſui dixerat, quòd quando pe-
tit inſtantia per negligentiam, debent re-
fici expenſæ,& poſtea in fine facit illam ex
ceptionem, ergo non debent in exceptio-
ne refici expenſæ, quia alias exceptio non
eſſet de regula. iuxta no.p Bar. in l.in his,
ff.de leg. & Fel.in c. quoniam frequenter,
colum.4. & 3,ut lite non conteſt. Item qa
dicta prag. reſeruat beneficium reſtitutio-
nis in integrum aduerſus inſtantiam illis
perſonis, quibus aliàs de iure competit,ſe-
quitur quòd dictum beneficium poteſt pe-
ti coram eodem iudice, & non eſt neceſ-
36 ſe adire principem: † quia quilibet *i* iu-
i dex,ſiue ordinarius, ſiue delegatus, poteſt
de reſt.in integr. cognoſcere, & illam con-
cedere,maxime incidenter in cauſis,l.fi.C.
ubi,& apud quem,
ADDITIO. Ego tamen uidi ſemper tem-
pore meo,etiam iſtis perſonis,quibus con-
ceduntur beneficia, concedi reſtitutionem
in integrum aduerſus inſtātiam decurſam
per ſacrum regium conſilium abſque ta-
men ſolutione expenſarum.Pet.Foll.
37 † Decimoquarto limita non procedere,
quando aliquis litigator poſt cęptā inſtan-
tiam fuit effectus familiaris, alicuius offi-
cialis, qui præeſt illi tribunali, in quo illa
cauſa uentilari debebat, quia durante offi-
cio dictus officialis non poteſt de illa cau-
ſa cognoſcere,& interim non currit inſtan
tia uſque ad aduentum ſucceſſoris, de hoc
eſt tex.in conſt.regni, quæ incipit,Iuſtitia-
rij per prouincias,& ibi hoc no.Matth.in
6.no.unde etiam poſt triēnium poteſt ſuc-
38 ceſſor illam cauſam decidere, ut ibi habe-
tur. † Decimoquinto limita procedere in
cauſa, quæ debet principi conſultari, quia
donec expectatur reſponſio à principe, nō
currit interim inſtantia, ita ſentit Luc. de
pen.in l.1.colum.8.C.de nau.lib.11 & hoc
tenet expreſſe Mat.in conſt.ac.l.in 3.no.&
39 in conſt. accuſatorem, in 2. not. & probat
ꝓpriè, quando coram iudice ſeculari eue
nit aliquod emergens, cuius cauſa fuit ſi-
bi inhibitum per ſuperiorem, uel per iudi-
cem eccleſiaſticum, puta quando orta eſ-
ſet quæſtio uſurarum, uel alia ſimilis, iux-
ta ea, quæ habentur in cap.tuam. de ord.
cogn. nam tunc pro tempore, quo durauit
inhibitio,non currit inſtantia. & ſic poteſt
in hoc caſu ferri ſententia poſt triennium
ita



ita tenet Abb. in d.c.uenerabilis, colū.4.in
fin.uerſicu.ex hoc arguo, &c. de iud. pro-
hoc uidetur text. in leg. intra utile. ff. de
minor.
40 † Decimoſeptimo limita non procedere
in caſibus, in quibus aliquis impeditur age
re impedimento iuris, ut quia reus conuen
tus eſt interim affectus priuilgiatus, adeò
quòd denegatur auctori audientia, ut non
poſſit reum cōuenire,nec litem cœptam co
ram eo proſequi,nam interim durāte dicto
priuilegio,& iuris impedimento, non cur-
rit inſtantia ita tenet Frā.Are.in cōſi.100.
in princ.& Bald.in leg.quoties.C.de preci-
41 bus imp. † Decimooctauo limita non pro
cedere, quando cauſa, & proceſſus con-
cluſus eſt tranſmiſſus ad conſilium ſapiens
tis, quia interim donec ſtat penes conſul-
torem, non currit inſtantia, ita conſuluit
quidem Franc. Viter. in quodam ſuo conſ.
incipit. Vtrum dies,quibus, &c. Sed ego
ſatis dubito de iſta deciſione, nam nos ui-
demus, quòd quando ſtat per ipſum iudi-
cem, uel procedit impedimentum facto
tertij,currit inſtantia,ut tenet docto. com-
muniter in dicta leg.properandum.§.ſin au
tem utraque,multo fortius eſt idem dicen-
dum, quando ſtat per conſultorem, quia
ſaltem poteſt dici tertius. Præterea, conſi-
dero unum dictum Fel.in capit.cum uene-
nerabilis.colum.17.uerſic.fallit tertio,&c.
de excep.quod etiam tangit Paul de Caſtr.
in leg.1.C. de rela.ubi dicit, quòd quando
iudex uidet labi inſtantiam, & non poteſt
habere conſilium à ſapiente infra tempus,
poteſt facere ſententiam, dicens, pronun-
cio, prout continebitur in conſilio feren-
do per talem conſultorem. Si enim eſſet ue-
rum, quòd inſtantia non curreret interim,
non eſſet opus ita ſententiare, quia poſſet
expectari conſilium abſque lapſu inſtātiæ,
ergo illud dictum probat, quòd inſtantia
currit.unde cōcludo uerius eſſet,quòd in ca
ſu iſto currat inſtantia per prædicta, ſed eſ-
ſet iuſta cauſa obtinēdi reſtitutionem abſ-
que refectione expenſarum,per ea quæ di-
42 xi ſupra in 11.& 12.limita. † Decimono-
no limita non procedere in cauſis feudali-
bus, in quibus in regno inſtantia durat tan
tum per annum, ut eſt ritus magnæ curiæ
uicariæ,in nu.5.qui incipit,item ꝙ inſtan-
43 tia,&c. † Vigeſimo limita non procedere
in cauſa criminali alicuius clerici, quæ de-
uoluta eſt ad iudicem ſecularem,ꝑꝑ impedi
mentum epiſcopi,quia talis cauſa debet ex
pediri infra duos menſes, & eatenus durat
inſtantia, & non ſe extendit uſque ad bien-
nium,tex.eſt in auth.ut cle.apud prop.epiſ.
§.ſi tamen de criminalib. & ibi hoc in ter-
minis tenet Ang.in fi.uerbis,dicens per illū
text.eſſe correctam l. properandum in iſto
caſu propoſito.Verum iſtud procedit de iu.
44 ciu. † ſed de iur.can.eſt hoc correctum per
c.ſi diligenti.de for.cōp.quo cauetur, quòd
etiam ꝑꝑ impedimentum epiſcopi non pōt
iudex ſecularis cognoſcere de cauſa clerici
cōuenti coram eo,& hoc tenet Iac. de Bel.
in auth.ut cl.apud pro.epiſ.in 5.oppoſ.Qđ
ius canonicum ſeruatur hodie,ꝑꝑ libertatē
45 eccleſiaſticam. † Vigeſimoprimo limita nō
procedere, quando elapſo triennio, & ſic
perempta inſtantia, partes de communi cō
ſenſu repeterent omnia acta uno contextu,
porrigendo libellum,litem conteſtando ter
minum recipiendo, & ſic de ſingulis acti.
quia per talem repilogationē actorum poſ
ſunt inſtantiā reſtaurare,& habetur poſtea
ac ſi perempta non eſſet,ita tenet Barto.in
d.l.properādum. & ibi etiam Alex.in 4.col.
circa fi.& Bar.in l. Seius,& Augerius.ff.ad
l.Falc.per ea,quę tradit Bart.in l. quæ om-
nia,& in l.mutari, & ibi Bal.ff.de proc,idē
tenet Fel.in c.uenerabilis,col.5.uerſi.4.de-
claratio,&c.de iud.& Ioan. de Imo.in c.de
cauſis.de off dele.& Soc.in conſ.31.colu.5.
in prin.in 1.uol.Et hoc unum ſolum reme
dium conſiderāt Doc. in locis præallegatis
ad faciendum,quod inſtantia per partes re
nouetur. Verum hæc non eſt prorogatio in
ſtātiæ,ſed poteſt potius dici inſtauratio, &
46 renouatio de nouo. † Vltimo pro reaſſum-
ptione prædictorum colligo hic unam con
cluſionem, ſcilicet, quod inſtantia perem-
pta poteſt altero de quatuor modis inſtau-
ri. primo modo per inſufflationem princi-
pis ut dixi ſupra in 11.& 12. limitatione,
& an tunc debeant refici expenſæ, ubi di-
xi.Secundo per beneficium reſtitutionis in
tegrum,ut dixi ſupra in 3.limitatione. Ter
tio, per repilogationem actorum de con-
ſenſu partium,ut modo dixi in 22.limita-
47 tione. † Quarto, per inceptionem cauſæ
de nouo, quia perempta inſtātia non perit
cauſa,neque ius partis, ſed poteſt actor de

nouo cauſam incipere, & nouam inſtantiã
fabricare, ut d.l.Properãdũ.§.fi.& ibi glo.
in uerſ.uigorẽ,& cõiter docto.& Bart.in l.
petendæ.C.de temp.in integ.reſt.& differt
iſte quartus modus ab alijs tribus præce-
dentibus, qui in primis tribus reſtituitur
eadem inſtantia, quæ erat perempta,& illa
acta,quæ erant celebrata,remanent in ſuo
robore & non eſt neceſſe de nouo iſta acta
reficere,ſed poteſt ferri ſentẽtia ex illis pri
mis actis,ſed in iſto quarto modo creat no
ua inſtantia, ſed eſt neceſſe, ꝙ de nouo te-
ſtes producantur, & examinentur, ut dicit
gl.in d.§ fi.in uer. uigorem.& ibi per Doc.
Item in hoc quarto modo,qñ actor uult de
nouo agere, tenetur indiſtinctè ante om-
nia reficere expenſas, ut habetur in deci.7.
conſi.Neap.& probatur ex his,quæ infra di
cam,quia perempta inſtantia,ſemper actor
condemnatur ad expenſas, ut dicit Buld.in
d.l.propetandum.§. illo.in fin. & Lanfr. in
rep. cap. quoniam contra. in fin. de prob.
48 †Limita tamen hoc,ꝙ dixi in hoc quarto
modo,procedere tñ in cauſa ciuili,ſecus in
criminali,quia perempta inſtantia in cauſa
criminali,per lapſum biennij, non auditur
ulterius accuſator ad iterandum,ſm Alex.
in d.l.properandum.§.fin. & ibi etiam Sal.
idem tenet Bal.in l.abolitionẽ.C.de adult.
& probatur in cõſt. regni,quæ incip.Accu-
ſatorẽ.& ibi hoc no. Matth.in 2.not.Ioan.
de Ana.in c.licet.col.fi.de accuſ. & in tan-
tum hoc eſt uerum, ꝙ ẽt ſi offerat ſoluere
expẽſas,non auditur accuſator ad inchoan
dum nouum iudicium: ſecundum Sal. in
l.1.C.ut infra certum tempus,per ea, quæ
habentur in l.ſi is,& l.fi.C.ad Turpil.

ADDITIO.uide omnino Capi.in de
ciſio.206. Petr.Föll.

49 Venio † ad tertiam q̃onem principalem,
& quæro quis ſit effectus peremptionis in-
ſtantiæ, & quid poſſit facere iudex ea pe-
rempta. Super quo præſuppono, quòd in-
ſtantia cauſarum pōt duobus modis euane
ſcere. Primo modo,ſcilicet per lapſum tem
poris,de quo plene dixi in præcedenti q. Se
cundo modo,per ſententiam abſolutoriam
latam ab obſeruatione iudicij, & hoc po-
teſt contingere multis modis. Primo, ut qñ
actor fecit citari reum in cauſa ciuili, uel
criminali, & in ultimo perẽptorio compa-
ret reus,& non actor, tunc reus accuſat cõ
tumaciam actoris, & petit ſe abſolui ab in
ſtantia iudicij, & actorem condemnari in
expẽſis,& ita pronunciat iudex? per quam
pronunciationem non poteſt dici uerè per
empta inſtantia, ex quo incœpta non erat
ante lit.conteſt.ſed potius eſt circunductum
edictum,& ſic eſt perempta citatio. Verum
actor non poteſt iterum agere, niſi ante
omnia reficiat expenſas, ſicut quando in-
ſtantia eſt perempta, ita tener And.de Iſer.
in conſt·ſponte uolentibus.per l.eum quem
temere.ff.de iudi. Et quòd actor poſſit ite-
rum agere eſt tex.in l. & poſt edictum.§.cir
cunductio.ff.de iud.ibi dicitur, quòd eſt
perempta inſtantia, non autem totius cau-
ſæ, niſi eſſet lata ſententia abſolutoria ab
obſeruatione iudicij, ut dicit ibi glo. & ſic
æquiparat hunc caſum peremptioni inſtan
tiæ totius cauſæ, quando fertur abſolutio-
ria, & hęc materia tractatur plenè p Doc.
in l.properãdum.§.& ſi quidem, C.de iud.
50 † Secundo modo fertur abſolutoria ab
obſeruatione in iudicij,quando fuit in iudi
cio præſentatus libellus ineptus, puta ex ca
rentia actionis, iuxta l. ſi pupillis. §. uidea-
mus ff.de neg. geſt. uel ex defectu ſolenni-
tatis ſubſtantialis, uel alio modo ſimili.
De hoc eſt tex.& ibi Bart.in l.libellorum.§.
quòd ſi libelli.ff.de accu. & Specu. in titul.
de offi.om.iud.§.deſeruit.colum.5.uerſicu.
in ſententia,&c. & gloſſ.in l.1.in princ. in
uerſic.ſicut,nec tenere, in fin.ff. ſi men.fal.
mod. dixe. tunc fertur ſententia abſoluto-
ria, & reſeruatur ius agendi ex alia cauſa
apta, ſecundum Bald. in auth: ſed ſi quis,
colum.1.uerſi.item illa,&c.C.de ſec.nup.&
idem Bald.in leg.ſecunda.in 14.quæſtione
C.de reſc.uend.Ex quibus autem cauſis di-
catur libellus ineptus uide Petr.Phil.Corn.
in conſil.121.colum.4.in fi.in litera I.la 2.
in 1.uol.Et procedit hoc tam ante lit. con-
teſt. quàm poſt, quia ſi fabricatus eſt pro-
ceſſus inualidus,ſuper libello inepto,uel ali
ter ꝓceſſus eſt nullus ex aliquo defectu, nõ
poteſt ſuper tali proceſſu ferri ſnĩa ualida,
per ea, quæ no. gl.inſt.de oblig.in princ.in
uerſic.2. in fi. unde iudex tunc pronunciat
proceſſum nullum,& abſoluit reum ab ob-
ſeruatione iudicij, reſeruato actori iure
iterum agendi.tex.eſt in cap.examinata,&
ibi Abb.& Fel.de iud. & Alexand. in Add.
ad Bart.in d.l.1.ff.ſi men.fal.mod.di.Et ex
illos



hoc habes practicam, quòd quando pro-
ceſſus eſt nullus ex aliquo defectu, licet ꝓ
bationes ſint recepta, nõ tamen fertur ſen
tentia diffinitiua,ſed abſolutoria ab obſer
uatione iudicij per dictũ capitulũ exami-
K nata, *k* quæ abſolutoria dicitur interlocu-
toria,ex eo, quia non diffinit totum nego-
cium: cum remaneat facultas iterum agen
di,gloſſ.not. in uerſicu. abſoluetur, quam
ibi ad hoc ponderat Bart.in l. harum.ff.ſi
ſeru.uend.& Bar.in l.Titia.ff. de accuſ.ho
die autem in regno ſaluantur proceſſus à
multis nullitatib. per ca. deteſtantes,& per
regiam prag.primam, quæ incipit.Diſpen
dia. ex quo proceditur ſine figura iudicij,
& ſola facti veritate inſpecta in cauſis ciui
libus: de qua materia uide Par.in tract de
ſyn.in uerſi.ſententia, ubi per plures colũ.
ponit intellectum dicti capi. deteſtantes.
51 †Tertio modo fertur abſolutoria ab ob-
ſeruatione iudicij etiam in cauſa appella-
tionis: ut quando iudex cauſæ principalis
protulit ſententiam diffinitiuam ſuper ꝓ-
ceſſu inualido, à quo fuit appellatum.nam
iudex appellationis uidens ſe ntentiã nul-
lam, ceſſat ipſam: & abſoluit reum ſaluo
iure iterũ agendi,tex.eſt, & ibi gl.& Abb.
in c.cum dilecti.de emp.& uen. & no.Bal.
in l.2.in 24.q.C.de reſc.vend.& Alexan.in
conſ.79.inc.perſpectis uerbis,&c.in 2.uol.
52 Quarto modo, fertur abſolutoria ab ob-
ſeruatione iudicij,quando actor lite conte
ſtata ſe abſentat, & non proſequitur cau-
ſam: nam tũc eſt in poteſtate rei proſequi
cauſam,& producere ſuas exceptiones:vel
inſtare, quòd abſoluatur ab obſeruatione
iudicij actore non proſequente: quo caſu,
ſi reus eligit hanc uiam, ut abſoluatur, iu-
dex citabit actorem,ut ueniat ad proſequẽ
dum: qui ſi non uenerit, poterit reum ab-
ſoluere ab inſtantia iudicij, & actorem ab
ſentem condemnare in expreſſis. Si uero
reus elegerit aliam uiam producendi ſuas
defenſiones, & tunc ſi illis producti liquet
iudici de cauſa, ut pro reo, uel actore
poſſit diffinitiuam proferre, & tunc abſol-
uet reum diffinitiuè. Et ſi liquet pro acto-
re, condemnabit reum diffinitiuè actori
abſenti, & in omnem euentum actor ab-
ſens condemnatur in expenſis, ſiue uincat,
ſiue ſuccumbat. Si uerò de cauſa non li-
quet,ut quia neque actor, neque reus pro-
duxit probationes ſufficientes, & tunc ab-
ſoluet reum ab obſeruatione iudicij. Ita
hæc omnia deciduntur per tex. & ibi Bar.
Bald.Alexand.& communiter Mod.in d.l.
properandum,§.& ſi quidem. C. de iud.Et
utilitas eſt iſta, quia quando reus abſolui-
tur ab inſtantia iudicij, poteſt actor iterũ
agere refectis expenſis, ut habetur in capi.
examinata, de iud.& in l.& poſt edictum,
§.circũducto.ff.de iud.& pater ex his quæ
ſupra dixi. Sed quando abſoluitur diffini-
tiuè, non poteſt ulterius agere actor, quia
obſtat ſibi exceptio rei iudicatæ, ut decla-
rant Alexand.& Iaſ.in quinta,& ſexta co-
lum.in dicto §.& ſi quidem. Illud autem
quod dixi ſupra, quòd tunc dicitur de cau
ſa non liquere, quando probationes non
ſunt productæ. Intellige, quando non fuit
datus auctori terminus probatorius, ut
quia ſe abſentauit ante dationem termini
ad probandum: nam tunc fertur abſoluto
ria ab obſeruatione iudicij. Si autem
datus eſſet terminus, & poſtea actor ſe ab-
ſentaſſet, nunc ſiue fiant probationes ſiue
nõ pōt ferre iudex diffinitiuam ſentẽtiam
pro reo: per l.qui accuſare. C.de eden. ita
declarat Barto. in dicto §. ſi quidem. in 3.
oppo. & ibi etiam Iaſ.in quinta colum.
53 † Hoc tamen ſingulariter limita non pro
cedere, quando actor probaſſet ſemiple-
nè, & reus nihil: quo caſu eſſet deferen-
rendum iuramentum ſuppletorium acto-
ri.quia ex quo propter eius abſentiam nõ
poteſt iuramentum deferri, & reus mini-
mè poteſt condemnari: quia non eſt plenè
probatum abſoluetur reus non diffinitiue:
ſed ab obſeruatione iudicij, propter illam
ſemiplenam probationem.ita tenent Mar.
Sil.& Sal.in dicto §.& ſi quidem.quos ibi
54 ſequitur Alexand.in 3.colum.†Et inquã-
tum ſupra dixi, quòd abſolutoria ab ob-
ſeruatione iudicij, eſt interlocutoria: adde
unum caſum, in quo habet uim diffiniti-
uæ, uidelicet, quando reus ſolueret debi-
tum pendente iudicio, quia tunc non ab-
ſoluitur diffinitiuè, ex quo proceſſus ha-
buit uerum principium, & obligatio fuit
ſublata per ſolutionem poſtea factam, ſed
abſoluitur ab obſeruatione iudicij, quæ
abſolutio habebit uim diffinitiuæ. ſecun-
dum Bar.in l.Titia.ff.de accuſ.& Iaſ.in di-
55 cto.§.& ſi quidem.colum.pen.† Iſtis præ-

ſuppoſitis uenio ad deciſionem huius ter-
tiæ quæ.& dico,quòd quando perit inſtan
tia ſecundum primum modum, ſcilicet p
lapſum temporis, effectus eſt ille, quia pe-
reunt omnia acta iudicij, non autem acta
cauſæ,ſeu litis, ita dicit Abb.in c.uenerabi
lis,colum. 6.uerſi.quæro, quæ acta, & c.de
iud. Declarat iſtam differẽtiam Acta iudi-
cij dicuntur illa, quæ tendunt ad litis ordi
nationem, prout eſt libellus,litis conteſta-
tio,terminus probatorius,ſatiſdatio,& alij
ſimiles actus. Acta cauſæ dicuntur ea,quæ
tendunt ad litis deciſionem prout ſunt de-
poſitiones teſtium, inſtrumenta,confeſſio-
nes,& alia ſimilia acta probatoria. ita de-
clarat gloſſ.cle.ſæpe, in uerſi, defenſiones;
de uerbor. ſignificat. Iſta ergo eſt uera, &
communis concluſio, quòd per lapſum in-
ſtantiæ pereunt omnia acta pendentia ad
litis ordinationem,& omnes ſatiſdationes
receptæ in iudicio, ut dicitur in d.l. prope
randum.§. & ſi quidem. Acta uerò proba-
toria non pereuut. ita tenet Spec. in tit. de
iud.deleg.§. reſtat. uerſi. ſed nunquid om-
uia,& Bald. in l.cum antea, circa fin C,de
arb.& Bar. plene in l. cum lite mortua, ff.
iud.ſol.& Alexan.in conſil.58.in 2.uolu.&
Bart.& Alexand.plene,in l.is, apud quem,
col.antepe. & pen.C. de eden. & Abb.in c.
cãm,quæ de teſt. & habet in dec.148.cõſ.
Neap. unde ſequitur cõcluſio, quòd quan-
do inſtantia incipiunt, & de nouo poſſunt
in uim probationis produci atteſtationes,
& probationes receptæ in prima inſtantia
perempta: facient plenam fidem,ut dicunt
Doct. in l.locis præalleg.& Alex.in cõſilio
61.colum.3.in fi.in ſecundo uolum. Solum
ergo requiritur, quòd lis de nouo ordine-
tur, incipiendo à libelli porrectione,& cita
tione, & proſequendo alios actus uſque ad
finem cauſæ. †Prędicta tamen intellige,&
56 limita, dummodo acta ſint publicata in
prima inſtantia, alias ſi non ſunt publica-
ta,non facient fidem in alia: ut habetur in
l.geſta. C. de re iud.& per Bar.in dict. leg.
cum lite mortua. Alexand. in d.leg.is apud
quem. colum.6. in fin. uerſiculo 6.conclu-
ſio,&c.C.de eden. Sed reſtat dubiũ,an poſ
ſint peti publicari coram iudice ſecundæ
inſtantiæ. In hoc eſt uarietas inter Docto.
quia Bartol.in d.l.cum in litem mortua.te
net quòd ſic, & multi alij Doct, tenent con
trarium, quos refert Alexan. in d.l.is apud
quem,tandem Alexand. ibi concludit ſeq.
opi.Ant.de Butr.in capi.Alb.de teſt.ut di-
ſtinguamus, aut teſtes ſunt uiui adeo quòd
poſſunt iterum produci, & tunc non poſ-
ſunt publicati per iudicem ſecundæ inſtan
tiæ, ſed debent iterum produci, & exami-
nari. Aut ſunt mortui, adeo quod iterum
haberi non poſſunt, & tunc poterunt pu-
blicari, & plenam fidem facient. & hanc
opin.puto eſſe ueram: quam in effectu te-
net expreſsè gloſſ.quæ non fuit ibi ponde-
rata in leg. properandum.§ fin. in uerſicul.
uigorem. C. de iud. & cum hac diſtinctio-
ne pertranſeo.
57 † Prædicta tamen intellige ſolum proce
dere in cauſa ciuili: nam in criminali per
lapſum inſtantiæ pereunt non ſolum acta
ordinaria, ſed etiam probatoria, ita quòd
nullo modo poteſt iterum agi. ita declarat
Matth. in conſt. accuſatorem, in ſecundo
not. & probatur ex his, quæ tradit Sal. &
Alex.in dict. leg.properandum.§.fin. & di-
xi ſupra, in ſecunda quæſtione principali,
in fin. uerſiculo limita tamen hoc, &c. De
alijs autem actis ordinarijs, an pereant in
totum in cauſa ciuili, & an remaneat ali-
quis effectus eorum, uide Alexand. in leg.
is,apud quem. C.de eden.in ſexta, & ſepti-
ma columna & Bart. in l.cum lite mortua.
ff.iud.ſolu.
58 †Alius effectus ſequitur ex per emptio-
ne inſtantiæ, quia ſententia lata poſt eam
l peremptam,eſt ipſo iure nulla,& nullum
hebet effectũ, ſecũdum Alex.in conſ.136.
col.1.in 2.uol. & in cõſi.136. col. 1.eo.uol.
& in cõſ.42.in 3.uol.& Par. in tract.ſynd.
in uerſ.inſtantia,col.2. & gl.Bar.& Docto.
communiter, in d.l. properandum.in prin.
ubi hoc limitant, & maxime Alex.in pen.
col.ut ꝓcedat in inſtãtia biennij,uel trien-
nij inducta à iure communi. & idem in in-
ſtantia ſtatuaria, quando ſimpliciter eſt in
ducta. Secus ſi eſſet adiecta pœna iudici
nõ pronuncianti infra tempus ſtatuti,quia
tũc ſuntentia poſtea lata,ualet, licet iudex
incidat in pęnam,& hoc tenet etiam Paul.
de Caſt.in conſi.16.col.pen.in 1.uol.
59 †Intellige tamen prædicta, quod iudex
non poteſt ferre abſolutoriam, uel con-
demnatoriam in cauſa principali, tamen
ab obſeruatione iudicij poteſt abſoluere





reum,& condemnare actorem in expenſis,
etiam poſt perempta inſtantiam. quia pe-
riculum expenſarum, ſpectat ad actorem,
cuius negligentia petit, ita tenet Alexand.
in conſilio 46. poſt princip. in 5. uolum. &
idem Alexand.in dict.leg.properandum.§.
illo. circa fin & ibi per Bald. & alios Doc.
& Fel.in capitu.de cauſis, colum.5. de offic.
delegat. Et Lanf. in repet. capitu. quoniam
contra.in fin.uerbis,de probat. & Alexand.
in conſilio.136.colu.prima, & conſilio 138.
colum.1.in 1.uolum.

ADDITIO. Hoc probat tex.in l.fin.
C.ſi intra cert.temp. l. ſi præſes quaſi deſer-
tam. & ibi gloſſ. C. quomodo, & quando,
& Innoc. hoc uoluit in capitulo fin. de iu-
reiurand, Alexand. in conſilio 137. & 136.
libro ſecundo, & Roma in ſingula. 788. &
Deciſ.conſilio 34.in fin.libro primo, & te-
net Rot.in deciſio.98.licet in nouis, & hoc
etiam procedit ſi foret iudex delegatus, cũ
hoc ſit quoddam incidens in cauſa, ut te-
net Rot. in deciſio. 153. auditor in nouis,
& Angel. concluſi.22. & conſilio 28. iudex.
Petr. Foll. V. I. D.

60 † Secundo intellige. & limita niſi ex pro
ceſſu appareret confeſſio rei conuenti, quia
ex ui uotorij poteſt iudex ferre ſententiam
contra confeſſum, etiam poſt peremptam
inſtantiam, & ualet ſententia ſiue in ciui-
li, ſiue in criminali, ſecundum Baldum in
dicta leg. properandum, in fine illius prin-
cip. & Abb. in capitulo uenerabilis, colum.
penult. de iud. & Felyn. in dicto capitulo
de cauſis,colum. 5. de offic. delegat. & Ale-
xand in addi, ad Bart.in l.ſi confeſſus,ff. de
cuſt. reo. in additio. quæ incipit, An ex
61 inordinato,& cæt.in fin. †Adde tamen hic,
quando incipitur de nouo cauſa poſt per-
emptionem inſtantiæ, quòd poſſunt in
nouo iudicio opponi omnes exceptiones
dilatoriæ, & declinatoriæ perinde. ac ſi
nunquam ullum iudicium fuiſſet inten-
tatum, ſecundum Angel. in conſilio 288.
in fine.

ADDITIO. Corruptæ allegat Ang.
in conſilio 288. uoluit enim eam allegare
in conſilio 289.in fin.incip.uiſo facto,& ſta
tutis prædictis. Pet. Foll.

62 † Vltimo, ipſo complemento huius ma-
terię poſſet dubitari, quid ſi inſtantia pe-
tit non per lapſum temporis, ſed alio mo-
do, puta per abſolutoriam ab obſeruatio-
ne iudicij, ut quia libellus proceſſus fuit
nullus, quæ acta pereant tunc? Dic ſimi-
liter, quòd pereunt ordinatia litis. Acta
uero probatoria, non pereunt, quia poſ-
ſunt produci in alia inſtantia in uim pro
bationis. Ita tenent Hoſt.& Abb.in fin. uer-
bis in capitulo cauſam, quæ, & ibi etiam
Felyn.in penult.colum.in fin. & ſequæn de
reſt. reprobata quadam opin. Bald. aliter
tenentis,ut ibi refertur. Plus etiam dicit ibi
Felyn. quòd eſt maioris efficacię iſtæ per-
emptio inſtantiæ per abſolutoriam, quia
tunc petit omnino effectus actorum ad li-
tis ordinationem, etiam quo ad interrum
pendam præſcriptionem, & quo ad alios
effectus, in quibus durat, quando petit per
lapſum triennij,ſecundum Alexand.in d.le.
is,apud quem,& Bart.in d.le.cum lite mor-
tua. Rob. Mar. V. I. D.
63 † Sequitur modo uidere, de tertio ter
m mino,qui dicitur, m lis,ut ſequar ordinem
præſuppoſitum in principio huius 5. par-
tis. Qui terminus, lis, eſt magis generalis
nam quandoque ponitur pro inſtantia cau-
ſæ, & ita accipitur in dicta leg. properan-
dum.in princ. & in d. leg. cum lite mortua
ff. iud. ſolut. quandoque ponitur pro ipſa
cauſa deducta in iudicio, ut habetur in l.
nullæ.C.de proc. & in le. litis nomen.ff.de
uerborum ſignificatione, ita declarat Ale-
xand. in leg. poſtquam liti. colum. 1.C. de
pact. & idem Alexand. in conſilio uigeſi-
moſecundo, columna prima, in fin.in pri-
mo uolumine, ubi per hoc infert, quòd is,
qui renunciat liti, cenſetur renunciare in
ſtantiæ,& cauſæ,adde gloſſ.in uerſi. litis,&
ibi Gemin.in capitu. primo,§. licet, de pro-
cur.lib. 6.& deciſ. 220.conſilio Neap.in fin.
64 † Quomodo autem dicatur incipere lis gl.
in le. cauſas,C.de tranſa. & Bald. etiam ibi
dicit,quòd incipit. ante lit.conteſt. Tamen
ueritas eſt in contrarium, & illa gloſſ. in
hoc reprobatur,unde non incipit, niſi à li-
tis conteſtatione. Probatur in capit. ſuper
quæſtio. poſt princip. & ibi glo. in uerſicu.
litis exordium de offic. delegat. & in l.aper-
tiſſimi.in prin.& ibi glo in uerſicu inchoe-
tur. C.de iud. & eſt text. in capitu.ex parte
el 3.de uerbor. ſignifica. & hanc. opin. tan-
quã magis cõmunẽ tenent Cyn. Bar. Ange,
Ale.& Iaſ.in d.l. cauſas. & Fel.in d. c. ſuper

65 qõnum, col.4 in fi.& ſeq.† Quod autem limitat ibi Fel.quatuor modis. Primo, fauore liberationis. Secundo, quo ad inducendum uitium litigioſi, Tertio, quo ad inducendam litis pendentiam, Quarto, quo ad perpetuãdam iuriſdictionem, quia in caſibus incipit lis ante litem conteſtatum, & ſic a ſola citatione, ut ibi per eum.

66 QVARTVS terminis eſt † cauſa, Propriè cauſa dicitur, ipſum ius deductum iudicio, hinc dicimus cauſam ciuilem, uel criminalem, ſecundo quod in iudicio deducitur actio, uel accuſatio, ut declarat Alexand, in dicta leg. poſtquam lit. columna prima per allegata ibi per eum, & in dicto conſilio uigeſimoſecundo, columna prima, in fin. in primo uolumi. & incipit cauſa, etiam ante litem conteſta. & ſic tam ante, quam poſt dicitur cauſa, ſecundum Alexand, & Doct. in dicta leg. cauſas, C.de tranſactio. & Angel, in §. omnem, columna ſecunda. in authenti. de litig. & habetur in capitulo ſolus de uerbor. ſignificatio. & comprehendit tam ciuilem, quam criminalem, ſecundum Card. in cl.1. in 18. queſt, c

67 de offic. uic. † Vnde autem dicatur cauſa, uide Card. in cl. 1. §. ab olim. in 3. oppo. de ſepultu. ubi dicitur, quòd cauſa dicitur: a chaos, quod fuit principium omnium in mundo: ita cauſa poteſt dici principium & materia ipſius iudicij, & ibi ponit in quo d differant cauſa, ratio, & occaſio. quid ſit cauſa, ponit Card. in cle. 1. in 18. quæſt.

68 offi. uic. † Quæ autem ſit differentia inter cauſam, & controuerſiam? Dic, ꝙ cauſa nõ eſt niſi in iudicio ut habetur in d. l. cauſa, C.de trauſac. controuerſia uero poteſt fieri in iudicio, & extra iudicium, & ſic poteſt eſſe ſine lite, ſecundum Bald. in d.l. cau- e ſas, & ibi comuniter Docto. Pro hoc eſt tex in l.Lucius. §. tres hęredes: & ibi Bar. ff. ad Treb. & dicitur fieri controuerſiam non f ſolùm agẽdo, ſed etiam exceptionem opponendo, ut glo. in l, non ſolum, §. ſi ſtatus, & g ibi per Doct, ff. de proc. & dr̄ controuerſia, ſiue fiat de iure, ſiue fiat de facto. ſecundum h Bar, in d. §. tres hęredes, Item fit controuerſia etiam reſiſtendo, ſecundum Bald. in l, 1. i C. de teſtib. ubi idem dicit de hoc nomine qõnis. ſ. quod ſit quæſtio etiam reſiſtendo, & ſimiliter quæſtio dicitur extra iudicium ſecundum Bald, in d, l, cauſas, Item dicitur k controuerſia ẽt ante litem conteſtatam, ſecundum Bald. in l. diuus, in prin. in primo no. ff. de pet.hær. & Abb. in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & Alexand, in l, ſtipulatio iſta, §. ſi quis forte, ff. de uerbo. oblig. & uide aliqua de predictis per Barr. in l. amplius, ff. rẽ ratam hab. & Fel. in c, ſuper quęſtionum in prin. in 4. colum, in fin. & ſeq. de offi. deleg. & in quo differat. cauſa in negocio, ponitur in c. forus. de uerb. ſingn. & declarat Car. in cle. 1. in 5. not. de proc. Nam cauſa non dicitur niſi in iudicio, negocium uerò dicitur in iudicio, & extra. Vnde procurator ad negocia poteſt agere in iudicio, & tractare extraiudicialia, Sed ꝓcurator ad cauſas non poteſt tractare extraiudicialia, ſecundum eum, & uide de prædictis per doctor. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. & hæc de iſta quinta parte dicta ſufficiant. Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.

## ADDITIONES.

c Inſtantia. Octau. Veſtri. in pract. Rom. Cur. lib. 3. cap. 5. num. 1. & 6. ubi addit. Grauat. & ibi., quod de iure canonico ſit perpetua per Concilium ſacrum Tridẽtinum, in ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. generali, diſponitur, quod cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, biennio terminentur.

d Non continuat. Contra per Boer deciſ. 69. no. 32. & Viui, in tract. com. opin. in 2. par. opin. 48. clericus ubi dicit quod hic D. Author ex ſemetipſo atteſtatur de magis communi. De hac re, & de ueritate uideas Couar. lib. 1. prac. qq. cap. 8. per totum Villalobos in tract. com. opin. litera. c. in uerſi. Clericus, nume. 70.

e Excedentem. De ueritate & pro, & contra, per Bencinten. dec. Bononien. 76. mota lite per totam.

f Aduerſarij. Nico. Ant. Grauat. in annot. ad pract. Veſtri. lib. 6. cap. fi. litera P. num. 25,

g Impedimentum. Iaſ. Iud. deciſ. Peruſ. 36. in prima par. totum.

h Ipſo iure. De huius uerbi ſignificatione uideas etiã Bello, lib. 1. ſuppu. iur. c. 10. nu. 2.

i Iudex. Coram quo Iudice reſtitutio in integrum ſit poſtulanda uide Coua. lib. 1. uaria. reſol. cap. 4. per totam infra in 3. par. 6. princ. 2. actu. nu. 113.

k Abſolutoria. Et an ſententia abſolutoria ab ob-



ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua, uel interlocutoria, uideas Couar. lib. 1. reſolu. capit. 1. nume. 8. ubi etiam de materia huius quæſtionis infra in 6. par. prin. 2. par. 1. actu. num. 33.

l Peremptam. Alfe. conſilio 13. numero 12. 34. & 38. infra in 6. parte princip. 3. par. 1. actu. nume 90.

m Lis. Et nomen lis ſignificat etiam omnem actionem, ſiue ſit in rem ſiue in perſonam Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 106. ff. de acq. poſſ. Ludouicus Alferius.

## SEXTA PARS.

Iudicium trifarium partitum. Et cuiuſlibet partis tempus, & uſus. Tum decem membra, ſeu potius gradus ad iudicium, ordine, & loco diſtincti, doctè, & eleganter. In ſumma actuum, qui emergunt in iudicio, ſexdecim numero, inſignis, & compendioſa explicari. Poſtremò, iudicij deciſoria.

1 *Totum iudicium quo ad ſui ordinem, tres partes habet.*
2 *Acta omnia, quæ fiunt a citatione, uſq; ad litis conteſtationem incluſiuè, in principio iudicij fieri dicuntur.*
3 *Iudicium, quæ membra, ſeu acta in ſui prima parte contineat.*
4 *Quibus modis ad iudicij principium perueniatur.*
5 *Inquiſitio, uel accuſatio præcedere debet, ut quis de aliquo crimine puniatur.*
6 *Inquiſitio prohibetur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
7 *Inquiſitio generalis, quæ dicatur, quomodo, & qualiter fiat, & ad quam effectum.*
8 *Copia repertorum non datur hodie, in regno ſed tantum capitulorum, quod procedit in foro ſeculari, ſecus eccleſiaſtico, num. 9. & 10. & ibi ponitur intellectus ad cap. Regni, quod incipit, ſubiungendo.*
11 *Inquiſitio generalis præcedere debet, antequã conueniatur uniuerſitas ad pęnam damni clandeſtini.*
12 *Inquiſitio ſpecialis contra certã perſonã, quæliter, & quot modis fiant.*
13 *Inquiſitio fieri debet per Eccleſiaſticum iudicem de idoneitate perſonæ eligendæ, uel ordẽdinandæ.*
14 *Prælatus uiſitans eccleſia de uita, & morib. clericorum inquirere debet.*
15 *Bona uacantia applicantur fiſco, ſed contradictor comparens auditur, & datur ſibi copia inquiſitionis, ſeu defenſionis.*
16 *Ad ualiditatem inquiſitionis, quot requirantur.*
17 *Inquiſitio ſpecialis non procedit, niſi primo cõſtet delictum eſſe commiſſum.*
18 *Confeſſus occidiſſe hominem, non habetur pro ueridico, niſi primo mittatur ad locum ad inquirendum, an ibi fuerit homo occiſus.*
19 *Fama inquiſitionem præcedere debeat alias inquiſitio non ualet.*
20 *Iudici non creditur de fama, niſi ex actis appareat probata.*
21 *Fama niſi habuerit originem ab honeſtis perſonis & fide dignis nihil operatur.*
22 *Inquiſitio formatur, extantibus indicijs ſine fama.*
23 *Dictum ſocij criminis, non eſt ſufficiens ad inquirendum fama non præcedente.*
24 *Iudex inquirere poteſt ad denunciam officialis non præcedente fama.*
25 *Inquiſitio formata de mandato principis, ualet fama non præcedente.*
26 *Denunciatio criminis a uiro probo facta ſufficiens eſt indicium ad inquirendum de infamia denunciati, quæ inuenta de crimine inquiritur.*
27 *Inquiſitio formata non præcedente infamia, ualet, exiſtente inquiſito præſente, & non cõtradicente.*
28 *Inquiritur contra officialem in ſyndicatu, nõ præcedente fama.*
29 *Inquiſitio generalis formatur, fama non pręcedente.*
30 *Inquiſitio ſpecialis, quam preceſſit inquiſitio generalis, ualet ſine alia famæ probatione.*
31 *Banna, quæ faciunt officiales in principio ſui officij, an ſint ſufficientia, ut iudex inquirere poſſit in caſibus a iure non permiſſis.*
32 *Inquiſitio non ad puniendum, ſed ad corrigẽdum pro animæ ſalute fama non præcedente, ualet.*

33 *Inquiſitio formata ex neceſſitate officij, non præcedente fama, ualet.*

34 *Inquiſitio delictis non commiſſis dolo uel lata culpa ſed per leuem aut leuiſſimam culpã, non ualet.*

34 *Inquiſitio locum, & tempus commiſſi criminis continere debet.*

36 *Inquiſitio ſine ſolennitatibus l. libellorum ff. de accuſ. ualet, quando inquiritur de crimine commiſſo contra diuinam maieſtatem, & de crimine læſæ maieſtatis.*

37 *Inquiſitio omnes delicti ſpeciales circunſtantias continere debet cum loco & tempore.*

38 *Offenſus citari debet ad accuſandum ante, quam iudex inquirat.*

39 *Inquiſitio uigore ſtatuti facta non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem, & remedium ordinarium dicitur.*

40 *Inquiſitio in quibus caſibus permittatur de iure communi, & per capitula Regni.*

41 *Inquiſitio non ceſſat, inquiſitio affectante uel procurante ab aliquo accuſari coram alio iudice, ut impediatur inquiſitio.*

42 *Offenſus, qui iudici dixit nolle accuſare, demum inquiſitione formata uult, non auditur.*

43 *Inquiſitio non impeditur per ſuperuenientem accuſationem, quando ex parte rei nihil fuit oppoſitum.*

44 *Inquiſitio non ſuperſedit, quando accuſans prius denunciat iudici ut procedat ad inquirendum contra aliquem, quem poſtea acuſat.*

45 *Colluſio inter accuſatorem, & accuſatum nõ facit ceſſare inquiſitionem.*

46 *Inquiſitio non tollitur, ſi accuſator fuit cauſa promouente inquiſitionem.*

47 *Probationes receptę in proceſſu inquiſitionis, non pereunt, ſuperueniente accuſatore ſed remanent in ſuo robore.*

48 *Inquiſitio de iure canonico ſemper eſt remedium ordinarium, etiam non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem.*

49 *Inquiſitio fieri non poteſt de crimine, de quo alias quis fuit accuſatus, uel inquiſitus, & legitimè abſolutus.*

50 *Inquiſitio non prohibetur, quando ſententia abſolutoria lata eſt, per colluſionem, & præuaricationem.*

51 *Colluſio qualiter probetur, & contra nume. 45. in fi. & nume. 53.*

52 *Sententia ab obſeruatione iudicij non impedit de eodem crimine inquiri.*

53 *Inimici de iure canonico repelluntur ab accuſando, ſecus de iure ciuili.*

54 *Accuſari poteſt abſolutus a tertio qui ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequitur, & accuſationem ab alio inſtitutam ignorat.*

55 *Tranſactio criminis, facta cum accuſatore, an impediat, quam alius poſſit accuſare, uel iudex inquirere.*

56 *Accuſatore remittente iniuriam pendente accuſatione, an poſſit iudex procedere, ſtante indultu principis præcedente.*

57 *Tranſactio in crimianalibus quid operatur, maxime in caſibus permiſſis, & ſupra, numero 55.*

58 *Iniuria facta uni omnibus eius conſanguineis facta cenſetur, & quamuis paſſus iniuriam remittat poſſunt tamen alij accuſare.*

59 *Crimen publicum in regno hodie non differt à priuato, quo ad accuſationem.*

60 *Conſanguineus accuſare poteſt de iniuria conſanguinei criminaliter tantum, non autem ciuiliter, niſi ſolus pater, & maritus, & numero 65.*

61 *Frater non agit ciuiliter pro iniuria fratris, ſed criminaliter ſit.*

62 *Conſanguinei uſque ad quem gradum admittantur ad accuſandum, & proſequendum ſuorum iniuriam.*

63 *Iniuria, quæ fit diuinæ religionis, uel patriæ ꝓpriæ appellari poteſt, & quilibet poteſt eam proſequi, tanquam propriam.*

64 *Spurij non ueniunt appellatione ſuorum.*

65 *Libellus iniuriarum ciuiliter fieri non poteſt ad æſtimationem iniuriæ, quando coniunctus agit pro iniuria coniuncti.*

66 *Agens pro iniuria illata ſuo conſanguineo, qualiter libellum concipere debeat.*

67 *Pater remittere poteſt iniuriam factam filio, eo inuito, nec alij fratres iniuriati accuſare poſſunt tanquam coniuncti.*

68 *Pater utilis, non poteſt iniuriam factam filio, remittere.*

69 *Pater uilis non poteſt filio pupillariter ſubſtituere.*

70 *Pater dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filij, & tunc filius poteſt agere contra patrem.*

71 *Iniuriam illatam à coniuncta perſona filio, nõ poteſt pater eo inuito remittere.*

72 *Coniunctus ultra ſextum gradum, uolẽs agere de*

re de

*re de iniuria coniuncti, non admittitur.*



73 *Tranſactio in criminalibus, in quibus caſibus eſt hodie permiſſa per Regni conſtitutiones, qualiter in hoc iure commune reſtringatur.*

74 *Tranſigentibus in criminalibus licitum eſt aliquid ab accuſato accipere, pro expenſis, & intereſſe, & pro æſtimatione damnorum,*

75 *Iniuriæ enormes, & atroces, quæ dicantur & quæ leues.*

76 *Tranſactione facta in criminalibus, an, et quãdo iudex procedat.*

77 *Accuſator colludens, ſeu præuaricans cum accuſato qualiter puniatur, & quando præſumatur colluſio.*

78 *Tranſactio in ciuilibus, quando ſit permiſſa per conſtitutiones regni, & qualiter tranſigens puniatur.*

79 *Tranſactio in ciuili cauſa facta per contumacem bannitum, & condemnatum facit illum omnem pœnam euitare ſecus in criminali.*

80 *Accuſator non comparens, uel deſiſtens ante uel poſt litem conteſtam qualiter puniatur.*

81 *Iudex qualiter procedere debeat, quando accuſator ſe abſentat.*

82 *Accuſator deſiſtere poteſt ante quam reus compareat, ubi non uertitur intereſſe fiſci.*

83 *Abolitio criminis, facit accuſatorem euitare omnem pœnam, & qualiter, & quomodo cõcedatur, & quis ſit oblationis effectus.*

84 *Legum correctio non præſumitur niſi expreſsè appareat.*

85 *Inquiri uel accuſari quis poteſt de crimine de quo per uiam exceptionis cognitum fuit.*

86 *Inquiſitio fieri poteſt de crimine de quo primo cognitum fuit per uiam denunciationis euangelicæ.*

87 *Abſolutus in foro animæ poteſt iterum accuſari in foro terreſtri.*

88 *Remittens iniuriam in foro conſcientiæ, poteſt agere ad emendationem damni in foro contentioſo.*

89 *Agi an poſſit criminaliter ex eodem delicto, ex quo prius fuit actum ciuiliter.*

90 *Accuſatus de ſola iniuria criminis homicidij an poſſit iterum accuſari de homicidio ad pœnam legis Corneliæ.*

91 *Iniuriarum actione non poteſt quis agere contra homicidam, ſed homicidam, accuſare cogitur.*

92 *Accuſari non poteſt pluries quis de eodem crimine ab eadem, ſed a tertio ſic, quando non fuit ſufficienter punitus, alias a tertio minime, & num. 93. 94.*

94 *Accuſatus ab uno, an, & quando pendente accuſatione, uel finita, poſſit ab alio de eodem crimine accuſari.*

95 *Iniuriarum actione non poteſt agere conſanguineus offenſi, pendente accuſatione facta per ipſum offenſum.*

96 *Inquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo alias fui actum ciuiliter.*

97 *Pœna irrogata per iudicem Eccleſiaſticum, an poſſit irrogari a iudice ſeculari.*

98 *Accuſatus de crimine, qui fuit contumax, poteſt iterum de eodem crimine accuſari, & opponere non poteſt quod alias fuit de eodem crimine accuſatus.*

99 *Debitor non ſoluens in termino inſtrumenti, cui fuit per creditorem prorogatus terminus poſt accuſationem ſi minime ſoluit in tempore prorogato, & iterum accuſatur an teneatur bis ſoluere pœnam.*

100 *Pœna reiteranda ei, qui non fuit ſufficienter ꝓ crimine punitus, qualiter irrogari debeat.*

101 *Pœna mortis, an, & quando ex cauſa mitigari debeat, quia quis fuit aliter caſtigatus in corpus, uel diu càrceratus pro eodem crimine.*

102 *Inquiſitio ab incompetenti iudice facta non ualet.*

103 *Proceſſus factus coram incompetenti iudice an fidem faciat coram competenti, & quid de confeſſione.*

104 *Coadiutor, qui dari ſolet inquiſitioni, an ſit de ſubſtantia, & ad quem effectum datur.*

105 *Inquiſitio formari debet in caſibus a iure permiſſis, ſed non prohibitis, ad hoc ut ualeat.*

106 *Vſurarius poteſt inquiri per iudicem etiam ad commodum priuati.*

107 *Vſurarius compelli poteſt per iudicem ad uſuras reſtituendas, & poteſt ante receptionem impediri, ne uſuras recipiat.*

108 *Vſuræ permiſſæ ſunt de iure ciuili, ideo iudex ſecularis non poteſt de illis inquirere, de iure communi ſed ſolum iudex eccleſiaſticus.*

109 *Vſurarius punitur per epiſcopum.*

110 *Vſurarius an poſſit hodie inquiri per iudicẽ ſecularem ex officio per conſtitutionem Regni.*

111 *Vſurarius de iure canoni. quas pęnas patiat.*

112 *Iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi uiſa poteſt adiuuare canones addendo nouam pęnam, licet non poſſit totaliter contra canones ſtatuere.*

113 *Pœnam poteſt exacerbari, ut alij accipiant exemplum.*

114 *Vſuræ hodie multum frequentantur, ideo acrius puniri debent.*

115 *Iudex eccleſiaſticus debet, & poteſt pęnam illam irrogare quæ magis timetur cuius timoris ratione cenſendum eſt delinquentem ceſſaturum a delinquendo.*

116 *Vſurarius nulla magis conuenienti pęna puniri poteſt, quàm pecuniaria, propter eius auaritiam, & ideo merito conſtitutio regni induxit pœnam publicationis bonorum.*

117 *Vſura dicitur crimen.*

118 *Crimen dicitur, omnis operatio mala, quæ poteſt in hoc ſeculo puniri.*

119 *Vſura ſpecies eſt rapinæ.*

120 *Maius malum nõ reperitur, quàm ſit vſura.*

121 *Pœna arbitraria puniri debet, qui uenit contra præceptum legis.*

122 *Opinio illa in dubio eſt ſeruanda quæ fauet publicæ vtilitati.*

123 *Vſurarius peccat recipiendo uſuras, etiam à ſponte dante.*

124 *Soluens uſuras, uidetur tibi eruere oculum.*

125 *Intellectus ad c. cum tu. de vſuris.*

126 *Vſurarum crimen eſt publicum, & poteſt in regno iudex ex officio inquirere contra uſurarium, & etiam quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine.*

127 *Tortura an poſſit irrogari in crimine uſurarũ*

128 *Inquiſitio poteſt fieri ex officio iudicis de omni crimine, quod committitur per conſpirationem. ſeu conuenticulam.*

129 *Pœna quæ ſit contra committentes conuenticulam, ſeu conſpirationem.*

130 *Conuenticulæ licitæ, & illicitæ eſſe poſſunt, & in dubio ſemper præſumuntur illicitæ.*

131 *Ancilla uendita ſub pacto, ne proſtituatur, alias ſit libera, emptore pactum non obſeruãte poteſt iudex inquirere, & illam exhiberi facere, ut ad libertatem.*

132 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ex officio procedit.*

133 *Pupillus, & uidua pauperes. inter perſonas miſerabiles numerantur, alias ſecus.*

134 *Iudex poteſt inquirere in his, quæ notoria ſibi linquent exactis, etiam parte non petẽte.*

135 *Iudex tam Eccleſiaſticus quam ſecularis poteſt inquirere ex officio, in omnibus cauſis pijs, & concernentibus animam.*

136 *Iudex Eccleſiaſticus inquirere poteſt, de quolibet matrimonij impedimento, ad faciendũ ipſum ſeparari.*

137 *Iudex ex officio poteſt inquirere de iuribus principis.*

138 *In applicanda pecunia fiſco ſi iudex poteſt ex officio ſuo procedere.*

139 *Iudex poteſt ex officio inquirere ad magnum ſcandalum uitandum.*

140 *Iudex poſt generaliter inquirere contra omnes malefactores in prouincia, uel ciuitate, quam regit, ut ipſam malis purget hominibus publica quiete.*

141 *Iudex ex officio inquirit de omni crimine, & iniuria commiſſa contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & de omni crimine in Eccleſia commiſſo.*

142 *Iniuria illata clerico, eſt crimen publicum, & quilibet poteſt accuſare, & iudex ex officio inquirit.*

143 *Iniuria facta clerico, dicitur facta Deo.*

144 *Inquiſitio fit ex officio iudicis de blaſphemia Dei, & quilibet accuſare poteſt.*

145 *Hæres ſi fecit inuentarium, & creditores dicunt plus eſſe in bonis, quàm ſit in eo conſcriptum, iudex inſtantibus creditoribus inquirit, & accipit probationes de domo hæredis, etiam hæredis ſeruos torquendo.*

146 *Iudex inquirit in cauſa naufragij, & in omnib. cauſis ab eo dependentibus, & contra ſurripientes bona naufragorum, & inquiſitio talis fit leuato uelo.*

147 *Iudex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris, & inuentum ſuſpectum ab officio remouet.*

148 *Iudex inquirit contra producentem falſam ſcripturam uel ſuſpectam in iudicio, & poteſt ipſum ex ſola ſuſpitione punire, niſi probet illam eſſe ueram.*

149 *Suſpitio ſola contra falſam ſcripturam in iudicio productam, habetur pro plena probatione.*

150 *Teſtes uacillantes, ſed falſum deponentes poſſunt inquiri ex officio, & p iudicem puniri.*

151 *Iudex de quolibet delicto commiſſo coram ſe incidenter, inquirere poteſt.*

152 *Iudex poteſt inquirere de iuribus Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico beneficio.*

153 *Iudex per inquiſitionem procedere poteſt in caſibus, in quibus accuſator excuſatur a pręſumpta calumnia.*



154 *Iudex eccleſiaſticus inquirit contra tenentes bona, quæ debent diſtribui pauperibus, uel ad pias cauſas.*

155 *Iudex ex officio inquirit de probitate uitæ, de idoneitate & moribus alicuius eligẽdi, promouendi, uel ordinandi.*

156 *Iudex inquirit de omni crimine, ubi interuenit accuſator, q colludit, ſeu præuaricatur.*

157 *Iudex inquirit contra calumniatorem, etiã nemine accuſante.*

158 *Iudex inquirit, quando incidenter de crimine cognouit.*

159 *Iudex ex officio inquirit de iniuria facta, ſcholari.*

160 *Iudex quando inquirat de delicto commiſſo in officio per ſuum officialem.*

161 *Iudex inquirit contra facientem iniuriam ſuis officialibus, uel famulis, ſi crimen eſt notorium.*

162 *Iudex inquirit de omni notorio crimine.*

163 *Iudex ſpecialiter inquirit de omni crimine, ſup quo primo generalis inquiſitio præceſſit,*

164 *Iudex poteſt cogere ſubditos ad faciendam pacem.*

dicit ibi And.de Iſer.ſ.ꝙ requiritur iudex
illius, loci,ut ipſum citet, & idem And.in
conſt.edictorum.col.2.prin. Et id uidi ſem
per obſeruari.ſ.quādo ciuitates nō ſubſunt
ſub eodem barone in hoc regno ſolet.n.
mitti nuncius ciuitati,ut impetret ueniam
a iudice illius loci cum literis citatis, uel
ſolet ſcribere litteras ad illum iudicem ut
ipſum citet, ſecundum Barto.in d.§.præſi-
des.ubi ponit ad hoc quinque limitationes
41 †Pro hoc facit,qđ in ſimili dicimus,qđ qñ
aliquis uult exercere iuriſdictionem,inter
ſuos ſubditos in alieno territorio, debet
habere licentiam Dñi illius territorū,aliàs
proceſſus non ualet ſm Innoc in cap.at ſi
cl.de iud. Pro hoc eſt tex.ꝙ ibi Bar.in 24.
in cl.1.§ uolumus.de for.comp.Hoc tamen
limita.non procedere in terris dæmanij re
gis, nam officialis alicuius baronis,ſeu ali
quis baro poteſt ius dicere inter ſuos ſub
ditos in terra Aemanij, puta in ciuitate
Neapolis, abſque licentia regis,& ſuorum
officialium ita dicit Matth.in conſtit.de
quæſtionibus in 1.not.ubi ad hoc ponde
rat illam conſt. quam dicit fuiſſe ignora
tam a nonnullis audi oribus regiæ curiæ,
tamen iudicio meo ille conſt.ſi recte pon-
deretur, hoc non probat.& de prædictis ui
de Oldr.in conſil:88.

42 VENIO.†Ad tertium dubium.ſ.per
quem



quem debeat fieri citatio.Dic,ꝙ cōis ob-
ſeruantia eſt,ꝙ citatio fit per nuncios ſeu
43 iuratos & ſeruiens curiatum, † qui ſolēt
eſſe uiles pſonæ,ut d. And.de Iſer.in cōſt.
citationis,col.2.ſolent enim iſti nūcij por
tare aliqua ſigna,ut cognoſcantur,ut no.
Doc.in c.cum parati.& c. ſignificauit, de
pel & Spec.in tit.de cit.§.ſequitur,colum.
2.& ꝙ ſint uile, pſonæ,tenet Fel.in c.pru
44 dētiā,col.5.de off.deleg.† Poteſt tñ iudex
eligere unū alium priuatum,cui poteſt cō
mittere citationem, ēt ſi non ſit publicus
nuncius,ualet citatio,imò poteſt iudex eli
gere famulum ſuū, & ēt famulū alterius
partis,cui poteſt cōmitere citationē,ita te
net Card.Alex.in c.cū ſit Romana,col.fi.
de app.& ibi ēt Abb.in fi.col,in prin. Plus
dico,ꝙ ēt parti principali poteſt iudex cō
mittere citationē,ut citet ſuū aduerſariū,
& ualet citatio,ubi conſtat de cōmiſſione
iudicis,ſecundū Bal.in l.ut perfectius,col.
fi.C.de anna.exe.& Bar. per illū tex.in l. m
eum qui §.ſi epiſtola.ff.de fur.& idē Bart.
in l.iuſte,& ibi ēt Alex.in 8.col.ff.de acq.
poſſ.& Bal.in auth.& oīno.col.pen.uer.ue
nio adminiſtros,&c.ne uxor, pro mari. &
Bar.in extrauag ad reprimedū,in uerſ.per
nunciū,& uerſ.per literas,ubi oīa hæc tra n
ctant̃,& Spe.in tit.de cita.§.ſequitur col.1.
45 † Sicut ēt iudex poteſt dare licentiā parti
quòd capiat poſſeſſionem aduerſarij,cōſti
tuendo eum executorē in cauſa propria,ut
no.Bar.Alex.& cōiter Doc.in d.leg.iuſte,
& Iaſ.in l.inhibere cauere, in 2.et 3.col.
ff.de iur.om.iud.Verum,in hoc.eſt differē
tia,quia qñ quis citat̃ per nuncium publi-
cum tenet̃ illi credere ſolo uerbo, ſine lite
ris iudicis,ſed nūcio priuato, uel famulo.
uel parti nō credit̃ ſine literis iudicis com
mittentis,ita tenet gl.in c. prudentiam, in
uerſ.per certū nunciū,de off. deleg.& ibi
per Doc.idē not. gloſ. in c. cum parati. in
uerſ.nūcius,de app.alias nō tenet quis cre
dere,maxime aduerſario ſuo,qui de facili
poteſt mentiri,ſecundū Spec.in d.§.ſequi
tur,col.1.& Phil.in d.c.cōparati, col.4.in
fi.uerſ.6.q̄rit̃,&c Et dicit notante Bal. in o
l.ſi ut proponis,la 2.C.qño & qñ iu. ꝙ li-
cet iudex poſſit cōmittere citationē parti.
non tñ creditur ſuæ relationi, niſi probet̃,
& illud dictū ſequitur Philip.in d. c.cū pa
46 rati,uer.6,q̄rit̃,&c.† Hoc tñ eſt correctū
in regno in citatione per literas:nam cita
toria litera non committitur, niſi habenti
publicū officium,ut eſt ritus magnę curię
in nu.59.& alius in nu.139.& ambo in ci
47 piunt.Itē,ꝙ citatoria litera,&c. † Poteſt
ēt fieri citatio per magiſtrū actorū, & ſic
per tabellionē, ſi habeat cōmiſſionē iudi-
cis,& ſibi eſt credendum propter publicā fi
dem,quam hēt ita tenet Spec.in d.§.ſequi
tur,poſt prin.& Philip.in d.c. cum parati,
uerſi.6.quæritur &c.per ea, q̄ habentur in
l.ſi quis de curio,C.de ſal.& in c.ad audiē
48 tiā,de præſc. † Poteſt ēt & ipſemet iudex
pro tribunali ſedens,more ſeu citare partē
ut compareat tali die coram ſe,text. eſt &
ibi Bal.in l.ceſſante,col.1.C. quomodo &
qñ iud.& Bal. in l.ut pfectius,col fi. C. de
anna.excep.& Alex.in l.contumacia,uerſi.
7.fallit,&c.de re iud.& no.gl.in c. conſu-
luit,de off.delega. in quibus locis dicitur,
49 ꝙ † iſta m monitio iudicis,eſt maioris ef-
ficaciæ,quam citatio nuncij.quia iſta ſola
monitio hēt uim perēptorij & trinæ mon
tionis,& hoc eſt,quod ſæpius notarij acto
rum ſcribunt penes acta, ꝙ talis fuit iudi-
cialiter monitus, &c. nam iſta monitio
plus quā citatio operatur.& poteſt expedi
ri actus in contumaciam moniti nō n cō-
50 parentis. Venio † ad quartum dubium.ſ.
qualiter ſit faciēda citatio, ſuper quo dic,
ꝙ citationum plures reperiuntur ſpecies.
Quædā.n.eſt citatio realis,ſeu perſonalis.
quæ fit per capturā perſonæ, Secūda,eſt ci
tatio uerbalis,quæ ſit ſolo uerbo. Tertia,
eſt citatio,q̄ ſit p literas.Quarta,eſt citatio
p edictū. Quinta, eſt citatio p proclama.
Sexta, eſt citatio p cāpanā, ſeu per tubā.

ADDITIO.Adde quòd ſemp eſt fa
cienda citatio ſecundum communem ſti-
lum curiatū, alias ſi fieret contra ſtilum
citatus non tenetur comparere, & ex con
ſequenti non poſſet reputari contumax,
ſecundum Marſ.in ſing.118. Petrus Foll.

51 † Præmitto tamen, quod in omni citatio
ne cuiuſcunque ſit generis, tria extrema
conſiderantur. Vnum c.ex parte iudicis,
prout eſt o commiſſio de citando, &
duo ex parte nuncij.ſ.ipſa citatio, ſeu exe
cutio commiſſionis, et relatio citationis
factæ Et hæc tria requiruntur in omni ci
tatione:alias non ualet.ut no.Bal. in l. fin.
C.de ſer,et Fel.in c.gratum,colu.3.de off.
deleg.

deleg. De primo, ſcilicet quòd requirat cō-
miſſio iudicis, tenet Bart.& Bal.in l. nemi
nē, C.de exh.reis, & tradit plene Fel. in c.
1.colum.6 de iud.& Io. And. in c. quoniā
contra de prob.& Bal.in l cum clericis, C.
de epiſ.& cler.Iaſ.in §.quadr.colum. 3.&
4.inſt.de actio.& Bart. in l. 1.§.cura. ff.de
of.præ.ur.& Alex.in d.l.ſciendum, colu.fi.
ff.de uerb.obl.& Alex in add. ad Bart.in l.
52 qui nomine, ff.de fal. † Verum de conſue-
tudine toleratur in quā pluribus locis, ut
quando ſunt nuncij publici, & generales,
credatur eorum relationibus, quòd cita uc
runt de cōmiſſione iudicis, licet aliter cō-
miſſio ex actis non appareat, imò plus poſ
ſunt ad inſtantiam partis citare iſti nuncij
publici in cauſis ciuilibus, etiam ſine com
miſſione iudicis, & hoc toleratur ex gene
rali conſuetudine in ciuilibus, ut teſtatur
Bald.in d.l.neminem, & Iaſ.in d.§. quadru
pli.& ibi etiam Ioan.Fab.& Bal.in l.ſi quā
do, in 12.q.C.de teſt. & Pet. Phil. Corn.
in conſil. 95.colum.2.in fin.in 3.uolum. et
ita communiter ſeruatur in hoc regno ex
53 generali, et antiqua conſuetudine. † De ſe
cūdo extremo, ſcilicet quòd fiat executio
citationis, hoc patet ad ſenſum, quia ad
hunc effectum cōmittitur citatio, ut cum
effectu quis citetur, quo caſu an credatur
nuncio dicenti ſe citaſſe, eſt triat quęſt.in
pluribus locis uentilata, maxime per Bar.
in d.§.cura, & per Abb.in d c.cum parati.
& Iaſ.in d.§.quadrp.colum.3.& 4. in qui-
p bus locis cōmuniter tenetur. quòd *p* nun-
cio pub.creditur, & eius relationi ſtatur,
quo ad citationem. Verum, ſi citatus eſſet
perſona circunſpecta, & fide digna, & iura
ret ſe nunquam citatum fuiſſe, crederetur
ſibi potius, quā nūcio, ut per d.Abb.in d.c.
cum parati.colu.4.in princ. & ibi ꝑ alios
Mod. Et hanc quæſt. tangit plene Spe. in
tit de cita. §. ſequitur, uerſ.ſed nunquid &
ibi plenius Io.And.in add. ubi notabiliter
loquitur, & concludit modo prædicto, &
licet multa uerba inſerat, & ad ibi dicta
me remitto, & habetur per. Sal.in l.tres.C.
quomodo & quando iud.& Fel.in c.inqui
54 ſit.§.fi.colu.9.de accuſ.& Phil.in d.c. cum
parati.colum.6.in fi & 7. de ap. † De ter-
tio extremo. ſ. de relatione nuncij, quòd re
quiratur et debeat apparere, ex quo eſt a-
ctus ſubſtantialis, tenet Bald.in l. fi. C.de
fer.& ibi etiam Saly.dicit, quòd debet re-
latio ſcribi in actis, quia eſt de proceſſu.
55 † In tantum, ꝙ non poteſt fieri relatio in
die feriato ad honorem Dei, & & ipſum
in hoc refert & ſequitur Alex.in l.1.§.nun
ciatio, colum.7.ff.de ope.no.nun, & tradit
Bar.in l.ſi finita.§.Iul.colu.3.ff.de dam.inf.
& eſt glo.in l.pe.ff.ad Treb.& Bal.in l.iudi
ces, in ult.no.C.de fi.inſt.intatum, ꝙ ſi nō
q reperitur *q* deſcripta relatio nūcij in actis
nihil ualet citatio nec ſententia, nec poteſt
aliquis contumax reputari, ita tenet Paul.
de Caſtr.in conſi.81.colum.43. uolum. &
Bar.in l.hæc autem, §. 1.per illam text.ff.
ex qui cau.in poſſ.eat.ubi dicitur, quòd de
bet liquere iudici de contumacia citati, &
non poteſt aliter liquere, niſi appareat re-
56 latio ſcripta ī actis. † Et ꝓpterea ſi iudex
primo pronunciat contra contumacem, &
poſtea recipit relationem nuncij, ſententia
& proceſſus eſt nullus, ſecundum eum, &
eſt notabile uerbum, & menti tenendū, qa
uidi plures iudices erraſſe in hoc, & idem
tenet Bart.in l.multum in fi.ff.de cond. &
dē.& Alex.in l.ſed ſi de ſua, ff. de acq. hęr.
57 † Poteſt autem iſta relatio per nuncium
fieri ſoli notario actorum abſq; pręſentia
iudicis, ſecundum Bar.in d l.ſi finita.§.Iul.
colu.3.uerſ.iuxta prædicta quæro, &c. ff.
de dam.infec.& ibi Imol.& Alex.idem te
net Sal.in l.eos.§.ſuper, C.de app.& in au
thē.q̄ ſupplicatio, C.de preci.Imper.offic.
Hoc etiam de relatione nuncij, eſt hodie
prouiſum in regno ꝑ regiam prag.2. quæ
incipit, quilibet, ubi cauetur de omnibus
his trib.extremis, uidelicet, de commiſſio
ne iudicis præcedente, & de ipſa citatione
effectuali & de relatione, quæ debet cōſta
re ex actis. Et nota quia illa prag.loquitur
de commiſſione præcedente per ablatiuū
abſolutum, qui importat conditionem l.à
teſtatore, ff.de cōd.& demon.per quę uer
ba habemus in regno caſum deciſum, ꝙ
non ualeat citatio nuncij, niſi commiſſio
iudicis præcedat. Poſſumus tamen dicere,
quòd per conſuetudinem ſit derogatū il-
li prag.quantum ad hoc, ut ſupra dixi. Vel
poſſemus illam reſtringere, quādo citatio
fit per literas, ꝓut loqui uidetur d. prag.&
non uerbis, non nego quin ſemper de iure
requiratur commiſſio, ut ſupra dixi, ſed
ſolùm dico reſpectu conſuetudinis, quæ
ſeruan-



ſeruanda eſt, ubi viget, iuxta l. de quibus,
58 ff.de leg. † His præmiſſis, uenio nunc ad ci
tationem realem, quæ importat capturam
perſonæ: ſecundum gloſ. Bar.& Alexan. &
Doct.in l.2.ff.de iur.omn.iu.& in l.conſen
taneum, C.quomodo & quando iud.ſuper
eſt ſciendum, quod in ciuilib. cauſis regula
riter nō fit iſta citatio realis. Fallit primo:
quando reus eſſet contumax, ut d. leg.con
ſentaneum, & ibi Bar.in 2. colum & pro-
batur in §.ſi uero etiam, in Auth.de exhib.
reis. Item, quando fuit per ſententiam con
demnatus, quia poteſt pro exceptione ſen-
tententiæ capi de perſona, l.1 & ibi no.C.
qui bo.ced.poſſ.& not. Bal. in l.per diuer-
ſas, in 15.q.in fi.C.man.l. Quod tñ intelli-
go, ſeruato ordine l a diuo Pio, §.in uend.
ff.de iud.prout ibi not. Alex.in 1.& 4.col.
ſcilicet, ut primo fiat excuſſio in bonis, &
poſtea ſi bona non reperiuntur, tunc ult.lo
co capiatur de perſona. alias non poteſt in
cipi à captura perſonæ, ſecundum gloſſ. &
Bart.in l.3.§.tutor.ff.de ſuſp.tut.& Abb.in
c.quo ad conſultationem, colum. 6.in fin.
ſeq.de re iud.& Bald.in ca.tuæ, ut lite nō
cont.& Bald.in dict.leg.conſent.colum.4.
59 in fi. Fallit etiam, quando *r* debitor eſſet
r ſuſpectus de fuga, quia poteſt fieri iſta ci-
tatio realis, l.ait prætor.§.ſi debitorem. &
ibi Bar.ff.quæ in fra cred & declarant ple
ne Alex.& Iaſ.in d.l.1.ff.de in rem.uer. &
Fely.in c 1.colum 7 de iud & Iaſ.in l ſi ab
arbitrio, ff.qui ſatiſ.cog.& in l.uinum.col.
4.& 5 ff.ſi cert.pet & idem Iaſ.inſt.de act.
in princ.colum.9.& 12.in quibus locis ple
ne cumulantur requiſita ad capiendum de
bitorem ſuſpectum de fuga, quæ breuita-
60 tis cauſa hic obmitto. † Hinc dicit ad pro
poſitum Bald.in l.quòd euitandi, in fi. C.
de cond. ob turp.cauſam, quòd iudex non
debet aliquem capere ante ſummariā fidē
& ſuſpicionem de receſſu, & hoc in ciuili
ſ bus. At in *ſ* criminalibus poteſt ſemper iu-
dex regulariter citare, regulariter capien-
do perſonam, ſecundum Bal.in l.ſi quis cu
rialis, C.de epiſ.& cl.per Doct.in l.plerique
ff.de in ius uoc. Pro hoc eſt text.in l.1.& ꝑ
to.tit.ff.& C.de cuſt.reo.& no.Bald.in d.l.
61 conſent.colum.3.in prin. † Scias tamen,
ꝙ iſta citatio realis nullo modo poteſt fie-
ri, niſi præcedente cōmiſſione iudicis, ut
eſt text.& ibi ꝑ omnes ſcribentes in l.ne-
minem, C.de exhib.reis & not.Bald.in l.ſi
62 quando, in 12.q.C.de teſ.niſi † contra ſu
ſpectū de fuga, qui pōt capi propria aucto
ritate ſine alia cōmiſſione, etiam per pri-
uatum, ut d.§ ſi debitorem, & habetur ple
63 ne in locis prælleg. † Secunda citatio eſt
t *t* uerbalis, ut quando iudex uiua uoce cō-
mittit nuncio, ut aliquem citet ſine literis
ut probatur in c.cum dilecti, ibi, uiua uo-
ce, &c.& ibi Ant. de But. & Abb. de dolo
& cōtu.& eſt etiam conſt.regni, q̄ incipit,
edictorum, ibi etiā ſine ſcriptis, &c. & iſta
citatio uerbalis, & alię ſequētes citationes
de quibus infra dicam, debent continere
ſex requiſita ad hoc, ut ualeant. Primum,
ſcilicet nomen iudicis citantis. Secundum
nomen eius, qui citatur. Tertium nomen
eius, ad cuius inſtantia fit citatio. Quartū,
eſt cauſa, ob quàm citatur. Quintum, eſt
locus, in quo debet cōparere. Sextum eſt
tempus infra quòd debet comparere. Ad-
ditur etiam ſeptimum requiſitum, quādo
citatio fit in ſcriptis. ſ. ut cōtineat uerbum
peremptoriè, hæc omnia probantur in d.
conſt.edictorum.& ponit aliqua Spe.in ti.
de citat, §.iam de citatione, poſt prin.alias
citatio eſſet obſcura, & in certa, & non ua
leret, ut dicitur in d conſt.edictorum, & te
net Bal.in l.hac conſultiſſima, colum.3.C.
qui teſt.fac.poſſ.& in l.eū, quem temere,
per illum tex.ff.de iud.& ibi eſt glo.idem
no. Bal.in l.circa.§.fi. ff. de li.& poſth. &
Card.in cle.2.in 5.no.ut lit.pend. † Inquā
64 tum autem dixi, quòd citatio debet conti
nere locum, procedit ſine dubio in delega-
to citante, ſecus eſt in ordinario, qui habet
certum & deputatum tribunal, quia poteſt
citare ſine expreſſione loci & intelligitur
de loco ſolitæ reſidentiæ. tex.eſt in c. cum
parati, & ibi Doct. de app. & not. Bart.&
Ang.in l.ſi ut proponis, la 2. C. quomodo
& quando iu.& Ang.in l.1.§.hæc ſtip.ff.ſi
pluſquā per l.Fal.& Bal.in l.ut perfectius,
colum.2.uer.4.&c.de anna.excep.

ADDITIO. Et adeo uera ſunt uer
ba Do. Auct. in hoc, quod ſi ſecus fieret
citatio iudicis delegati non arctaret citatū
ad comparendum, ut inquit Alex. in conſ.
71.in cā in prin.lib. 7. & taliter debet lo-
cos deſignari ne reſultēt locorum ęquiuo-
catio, iuxta tex.in c.fi. circa fi. de reſcrip.
In iudice uero ordinario nō requiritur de-
ſignatio

ſignatio loci in citatione, quia intelligitur citatus ad locum ordinarium & conſuetū ubi ſimilia purgantur, in omnibus patet, & ueriſimiliter ignorari non pōt arg, cap. 1. de poſthu. ꝑlator, & c. innotuit, de elect. cum ſimili, ſed ſi eſſet iudex, qui citat præſes, ſeu rectorum prouinciæ, qui non locū certum, ſed totam prouinciam pro tribunali habere dicitur, & per Gem. & Petr de Anch. in c. ſi epiſcopus, de off. delega, & poteſt quemlibet locum ēt in propria camera ad eius dicendum deputare, ſecundum Bal. in fi. ut proponis, in princ. C. quomodo & quando iud. tunc ſi ſemel certum locum pro cauſis audiendis deputauerit, ac deputatio iſta publice omnibus innotuerit, citationes ſimpliciter & abſque loci appoſitione emanatæ, ad locū ſemel deſtinatum relatæ cēſentur, & ſi extra illum locū ſententiam diceret non ualeret, prout eſt caſus in d. leg. ſi ut proponis, ſi uero locum aliquem non deſtinaſſet concludit Sebaſt. Van. in tracta. de nullita. ritu. de nullita. ſent. ex defect. cita. num. 64. quod citatus tenetur cōparere ad eum locum, ubi mora ſi contingerit quocunque uadat, ſiue mouetur, quod dicit uoluiſſe Bald. in l. ut perfectus, colu. 4. uer. 4. de anna. excep. & Spe. in tit. deciſ. §. 1. uerſ. Item, quòd citatus, & Ang. in l. 1. §. hęc ſtipu. colum. 7. ſi cui plus per l. Fal. niſi eſſet de conſuetudine, ut certus locus deſtinetur, prout hodie eſt in regno. Pet. Foll.

65 † Item, inquantum dixi, quòd citatio debet continere certum diem ſeu tempus cōparendi, alias non ualet, hoc tenet Bart. in l. liber. homo. §. decē, ff. de uerb. obl. & Bal. in l. fi. colum. 1. per illum tex. C. de iure domi. Impe. Contrarium tamen tenet Spe in tit. de cit. §. ſequitur. verſic quid ſi non pręfixeris, & Bald in d. l. ut perfectius, colu. 2. uerſi 2. & c. Abb. in d. cap. cum parati. colum. 1. per illum tex. & eſt tex. in c. eos in fi. de ſent. excomm. lib. 6. & Bal. in c. 1. col. 4. de mili uaſ. qui contu. eſt. Et concludunt pręfati Doct. quòd ualet citatio, & dēt cōparere quam primum poteſt, quando non eſt appoſitus dies in citatione, hāc quęſt. plenè attingit Phil. in d. c. cum parati col. 5. & 6. & ibi concordat opin. per bonū diſtinctionem, uidelicet aut quæris, utrum ualeat citatio ſine die, ad effectū, ut ſi citatus non comparet quam primum poteſt poſſit mulctari tanquam inobediens, & dicendum ſit, quod ſic, & ita procedat una opin. Aut quæris, an ualeat citatio, ut ſi citatus non comparet, poſſit procedi ad ſententiam uel ad alios actus in cōtumaciā, & dicēdum eſt, quod non ualet, nec procedi poteſt, & ita loquatur contraria opin. & iſta concordia fuit Ang in d. l. liber homo, § decem tenet Ang. in l. per interuallum ff de iud. & ita pertranſeo.

ADDITIO. Et quòd citatio ſine termino ſimpliciter non ualeat cōcludit Ant. in c. cum parati 4. no. extra de appel. & ibi communiter hoc tenent Doct. & Fel. in c. conſuluit, colum. 3. in prin. uerſi. ſed tenēdo opin. de offi. del. & Alex. in liber homo ff. de uerb. obli. (reiecta concordia Ang. & Paul. de Caſt.) & ita etiam tenet Io. Mili. in uerbo citatio, colu. 9. de quo per Lanfr. in c. quoniam contra in uerbo citatio, nu. 9. uerſ. ſed quæritur nunquid de prob. & p Ang. in l. per interualla. ff. de iud. & latiſſime per Boer. in deciſ. 235. & per dom. Seb. Vāt. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ſent. ex defect. cita. num. 71. ubi inquit, quòd quidquid ſit de iure, tutius eſt diem in citatione apponi, quòd quidē in regno iſto abſque dubio hoc procedit, ut nedum tutius ſit diem apponi, ſed etiā neceſſe erit, cum de communi ſtilu omni curiarum ſit ut dies apponatur in citationibus, & citatio debet fieri in forma ſolita, & per uerba conſueta, quia id, quod fieri ſolet fieri debet, & ſi non fit iniuſte fit, ſecundum gloſ. in titul. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de inof & in leg. hodie, ff. de pœn. unde dixit Inn in ca. præterea, de dilat. quòd citatio inſolitū cōtinens eſt nulla, ut per Ang. in l. fin. C. de cano. larg. tit. li. 10. qui ēt dixit, ꝙ excuſatur non comparens, quando citatio non eſt ſecundum ſtilum conſuetū ſed habet clauſulas inſolitas, quē refert, & ſequitur Fel. in c. quoniam, colu. 8. in uerbo citatione, de pro. Pet. Foll. V.I.D.

66 † An autem ſit neceſſe apponere horam? Dic quòd non ſed debet comparere hora ſolita cauſarum, ſecundum Bald. in l. ſi ut proponis, la 2. C. quomodo, & quando iu. Inn. in c. cum nobis, olim. de elect. & Barb. iu. add. ad Abb. in d. cum parati, & ibi etiā Philipp. in 6. colu. & Fely. in c. conſuluit, col. 3. de offi. deleg. item debet comparere tali hora, in qua poteſt ille actus expediri ante noctis tenebras, ſecundum. Abb. in d. c. conſuluit, colu. 2. & in c. cum ſuper, colum. 2. de teſt. cogen. ſi tamen apponeretur hora, & poſtea non fieret actus in illa hora, ſed in alia, non ualeret ſecundum Bart. in l. aut qui alter, §. ſi. ff. quòd ui, aut clam. & Fel. in d. capit. conſuluit colum. 1.



67 † Sed circa hoc de tempore comparitionis cōmunis practica in hoc regno eſt, quòd ſi quidem citatus habitat in eadem ciuitate ubi iudiciū agitatur, citatur una die pro alia immediate ſeq. & in alia die ſequenti hora cauſarum accuſatur ſibi prima contumacia, ſi non comparet, & deinde expectatur per tres alios dies continuos, in quibus currunt etiam dies feriati & poſtea in quarto die ſeq. iuridico accuſatur ſibi ultima contumacia, ſi non comparet, & illud eſt ultimum peremptorium, & tunc bannitur & condēnatur ad tertiam partē mobiliū, & ſic in effectu citatus, a die citationis habet quinque dies ad comparendum & de hoc eſt ritus magnæ curiæ in nume. 224 qui incipit, Item ſeruat ipſa curia in primis, &c. & regia prag. 3. quæ incipit, relatione, & iſta expectatio tridui nō habet locum, niſi in primis citationibus in alijs uero proceditur ad actum in contumaciā in die immediate ſequēti, nullo triduo expectato. Si uero citatus habitat in alia ciuitate, ſiquidem eſt intra regnum, debet inſeri tantum tempus in citatione, infra ꝙ poſſit commodè comparere attenta diſtantia loci, & in illo ultimo die comparitionis accuſatur prima cōtumacia, & poſtea expectatur per triduum & deinde accuſatᷣ ultima; ut ſupra dixi, & ita ſeruatur in curijs Nea. in citationibus, quæ mittuntᷣ per diuerſa loca huius regni. & hoc colligitur ex uerbis dictæ prag. Relatione, Si uero citatus degit extra regnum, debet in citatione apponi terminus 60. dierum ad comparendum, prout de hoc eſt tex. in d. c. conſt. edictorū circa fi. & ibi And. de Iſer. & idē And. in ca. 1. de cōtr. inter uaſ. & alium de bene. ubi dicit, quod iudex non poteſt hoc tempus coarctare. unde tunc in ſexageſimodo die accuſatᷣ prima cōtumacia, & deinde triduo expectatᷣ, ut ſupra dixi. Et ꝙ in ultimo peremptorio condemnetur ad tertiā partem mobilium, tam in ciuili, q̄ in criminali, eſt ritus magnæ curiæ in nu. 202. quę incipit, Itē ſeruat dicta curia in citatione, &c. & ille eſt pulcher ritus, q ponit ſub breuibus uerbis totam practicā, q̄ ſupra dixi. & eſt conſt. quę incipit pęnā nouam, &c. adde, q̄ dicā inf. in uer. centum in

68 3. q. † Eſt ēt ſciēdū, ꝙ contumacia prima debet accuſari in die iuridico, etiam ſi illo die curia non regitur dūmodo non ſit dies feriatus, & poteſt accuſari in pn̄tia actorū magiſtri, etiam abſente iudice, de hoc eſt alius ritus, nu. 203. qui incipit, idem ſeruat ipſa curia, ut ſi die &c. & cuius ritus in nu. 214. incipiēs, item nota quòd in omni &c. cęterum, ſi ille dies, in quo erat accuſanda prima contumacia, eſſet feriatus, debet accuſari in die ſeq. & dēt fieri mētio in actis de die præcedenti feriato, ut ſciatur, quòd nō potuit illo die accuſari, Idem ſi plures dies continui eſſent feriati, quia elapſis ferijs primo die iuridico accuſantur, ut eſt alius ritus, num. 304. incip. item no. quòd ubicūque, &c. & ſic non accuſatᷣ prima cōtumacia in tali die, ut ſupra dixi, citatio expirat, & circūducitᷣ, nec excuſatur actor dicens, quòd non accuſauit, quia curia nō regebatur, quia poterat accuſare, dūmodo nō fuiſſet dies fer. ut ſupra de hoc eſt alius ritus in numero 305. incipiens. item not. quòd tales, &c. Ex ꝑdictis ergo uides quomodo eſt correctum ius commune in regno, nam de iure communi non potera ueniri ad peremptorium, niſi præcedentibus tribus citationibus, cū interuallo 30. dierum, l. ad peremptorium, cum duabus legibus. ſeq. ff. de iud. & l. tres denunciationes. C. auth. qui ſemel. C. qūo & qn̄ iud. hodie autem in regno ſufficit una, cum illa expectatione tridui poſt diem comparationis, ut ſupra dixi.

69 † Item, inquantum dixi, quod citatio debet continere cauſam, ſeu articulorum, ad quem quis citatur, uide Bal. in l. cōſentaneum, in 4. not. C. quomodo, & quando iud. ubi hoc tenet, dicit tamen, ꝙ in ordinario citante, ſemper præſumitur cauſa, dummodo fiat citatio ad inſtantiam, & ſic ualere citatio ſine cauſa. Sed And de Iſer. in d. conſt. edictorum in princ. dicit ꝙ debet exprimi cā citationis niſi citatus. ſciat. causā. Sed Bar. in extra. ad reprimendum, in uerſi. ſuper dicto crimine,

mine,&c.tenet,quod valet citatio ſine cau
ſa,tam in ciuili,quam in criminali, & ita
etiam dicitur in deciſ.294.conſil.Neapol.
Abb.uero in cap præterea,colum.2. in fi.
de dilat.ponit unã diſtinctionem, uideli-
cet,aut quis citatur de lõginquo, & debet
citari cum cauſa,ut ueniat inſtructus. Aut
citat de promixo, & nõ eſt opus ponere
re cauſam, nec certum crimen,ubi citatio
eſt criminalis & uidetur ſatis æqua diſtin
ctio. Quidquid dicant iſti Doct.ego puto y
indubitanter, quo in hoc regno debet ex
primi cauſa in citatione, alias nõ ualet, &
moueor p duo iura municipali, quæ hoc
expreſsè dñt.uidelicet per text.in d.conſt.
edictorum.& per regiam prag.2. quæ inci
pit,quilibet,ibi,continentes ipſius citatio
nis cauſam,&c.& poſtea ſubdit,citatio ali
ter facta non ualeat,&c.

ADDITIO. Adde plene dicta per do.
Seb.Van. in tract.de nullit. in tit.de nulli-
ta.ſent.ex defect.cit.nume.50. cum pluri-
bus.Petrus.Follerius. V. I. D.

70 †Quid autem, ſi cum iudex uellet ferre
ſententiam. citauit aliquem, ut ueniat ad
audiendum intentionem curiæ ſeu iudi-
cis ac dicatur ſufficiẽs cauſa in citatione,
u. & an ualeat talis.citatio? Dic,quod *u* non,
ſed debet exprimi ad ſententiam proferẽ
dam. ſeu audiendam, ita tenet Fel.in cap.
conſuluit, colum 6.de offi.delega.& Io.de
An.in cap. inquiſitionis,§.ad petitionem,
colum.penul.in prin.de accuſ.& ibi etiam
Fel in 7.colũ.per tex.in c.2.& idem Gem.
71 de dolo & contum.lib.7.†Quid ſi aliquis
citatur ad reſpondendum petitioni porri-
gendæ, & in ultimo die peremptorij non
comparet,ſed actor cõparet, & accuſat ſi-
bi contumaciam, non tamen porrigit illo
die petitionẽ, ſed die ſeb. an poſſit ſuper
illa petitione procedi in contumaciam, &
an ille citatus poſſit mulctari ut cõtumax.
Dic quòd non,quia ex quo fuit citatus ad
illum actũ,eſt neceſſe, quòd ille actus por
rectione petitionis fiat illo die perempto-
x rij,alias *x* nihil ualet quòd agitur, ita ele-
ganter tenet Pet.Phi.Corn.in con.58 col.
4.litera h,in 3.nol. Si tamẽ reus cõparet,
iudex dat terminum actori ad producen-
dum libellum.& reo ad reſpondendum,ut
eſt ritus magnę curiæ,in nu.188.incipiẽs,
ita ſeruat ipſa curia,quòd ſi actor, &c. Et
nota quod quando fit iſta citatio eo mo-
do ſcilicet ad petitionem porrigẽdam nõ
inducitur litis pend.ad impediendum prę
uentionem,ante quàm porrigatur petitio,
prout de hoc eſt deciſ.194. conſ.Neap. &
ideo iſta practica citandi non eſt bona ſed
melius eſt,quòd porrigatur primò petitio,
& poſtea ſuper ea porrecta emanet cita-
72 tio, & ita practicatur in curijs. † Item in
quantũ dixi, quòd in citatione debet ap
y poni uerbũ *y* perẽptoriæ, hoc tenet And.
de Iſer.in conſt.in ciuilibus,& eſt gl.in cl.
ſæpe,§.ſententiam,in uerſ. non perempto-
riæ de uerb.ſigni.& Bal.in l.ſi quando co.
2.C.de teſtibus, niſi quando fieret moni-
tio per iudicem pro tribunali ſedentem.
uel nuncius citaret coram iudice,quia il-
la citato habet uim peremptorij,ſecundũ
Bald.in l. ceſſante. colum.1. C.quomodo
quãdo iud. & dixi ſupra in 3.dubio,in fi.
Hodie tamẽ in regno,ex quo omnes cau
ſæ ciuiles ſunt ſummariæ ut pluries fuit di
ctum,non requiritur peremptorium in ci-
tationibus, & ſic ualeret citatio in ciuili-
bus ſine uerbo peremptorię ita tenet And.
in d.l.ad peremptorium,ff.de iud.per tex.
in d.§.ſententiã,& hoc tenet Mat.in cõſt.
73 in conſutilem,col.pe.† Tertia citatio eſt,
quæ fit per literas, ut quod iudex facit ci-
z tationem *z* in ſcriptis, & illam committit
nuncio,ut aliquem citet.ſuper hoc eſt da
ta forma per regiam prag in regno uide-
licet,per prag.ſecundam, quæ incipit,qui
libet,qua cauetur, quòd quando nuncius
citat per literas, debet habere commiſſio-
nem iudicis,& citatio debet cõtinere cau-
ſam, & debet fieri citatio coram duobus
teſtibus,qui ſe ſubſcribant in calce citatio
nis, quando fit in loco, ubi poteſt habere
copia literatorum,alias ſufficit,quòd nun-
cius in relatione dicat ſe citaſſe coram ta
li,& tali teſt.& citatio aliter facta non ua
leret ibi dicit,& tenet And. de Iſe.in cõſt.
citationis, colũ.1.& 2. ſi tamen eſſet facta
citatio inualida,& citatus compareret,ua
lidatur citatio, & cõparitio,ut dicit in d.
prag.2 & tenet Bal. in l.ut prefectius,col.
74 2.C.de ana excep † Eſt tamen ſciendum,
quòd citatio de neceſſitate non requirit
ſcripturam regulariter,quia eſt in arbitrio
iudicis citare uiua uoce, uel in ſcriptis,de
bet tamen in actis deſcribi,ut appareat ex
actis.



actis.Hoc probatur ex dicta conſti. edicto
rum,quæ dicit in ſcriptis,uel ſine ſcriptis,
& in c.cum dilectus,ibi uiua uoce, &c.de
dolo & contu. in aliquibus tamen caſibus
requirit de neceſſitate ſcripturam,alias nõ
75 ualet, & primus caſus eſt † in iudice dele
gato, quia debet citare cum inſerto teno-
re ſuæ commiſſionis, qui tenor nõ poteſt
a pparere,niſi in ſcriptis, ca pręterea.& ibi
Abb.& Doc. de dila.& Bar.in auth.qui ſe
mel.C.quomodo,& quãdo iu.& Bar. Ale.
& Iaſ.in l.2.ff.ſi quis in ius uoc.nõ ie. Qđ
76 limita,ut ibi per Iaſ.† Secundus caſus eſt,
quando citaretur aliqua perſona illuſtris
uel clariſſima,quia debet citari in ſcriptis
ita tenet Iaſ.in §.quoad.colum.4.in princ.
inſt.de actio.& eſt tex & ibi Bart.in l.quo
77 ties.C.de dig.lib.12. † Tertius caſus eſt,
qñ deſtinatur aliquis nũcius,ſeu executor
ad capienda bona fiſco delata, nã non cre
ditur ei ſine literis,l.prohibitũ.in fi. C.de
iure fiſci.li.10.ſimiliter,quãdo aliquis mit
titur ad exigendas pecunias fiſcales.l pala
78 tinos, C.coll.fun.fiſc.lib.11 † Quartus ca
ſus eſt, quando aliquis nuncius uellet cita
re realiter puta faciendo capturam in bo-
nis uel in perſona, tunc enim debet oſten-
dere commiſſionem in ſcriptis,ſecundum
Bar.in d.l.palatinos,& Phi.in c.cum para
ti,colu.8.uerſic.ſed limita, &c. de appell.
79 † Quintus caſus eſt,in omni nuncio ſpe-
cialiter electo, qui non eſt nuncius conſue
tus,nam ſibi non creditur,nec ualet eius ci
tatio ſine literis,ut dixi ſupra in 3. dubio,
uerſi.plus dico,&c.& ibi dixi,quòd hodie
in regno eſt prouiſum per ritus magnæ cu
riæ ibi allegatos, quòd iſtæ citationes in
ſcriptis non committuntur, niſi habenti
publicum officium, unde apparet, quòd
priuatæ perſonæ non committerentur.
80 †. Sextus caſus eſt quãdo citatio fieret ex
tra prouinciam,quia non ualet ſi non fiat
in ſcriptis,ſecũdum Bar.in extraua. ad re
primendum uerſ.per nuncium, per text. in
81 §.eos in Auth.de coll.†Septimus caſus eſt
quando citatio fit in domo, & non perſo-
naliter,nam non ualet ad effectum reddẽ-
di citatum contumacem, niſi fiat cum lite
ris,ſecũdum Bal.& Ang.in l. ut perfectius
colu.2.C.de anna. excep. & Alex. in add.
ad Bart.in d.l.palatinos,C.de coll.fun.fi-
ſca.li.11.& And.de Iſer.in cõſt.citationis.
82 † Quarta citatio eſt illa,quæ fit p edictũ.
& eſt ſciendum, quòd iſta citatio per edi-
ctum non fit niſi in caſu neceſſitatis, ſcili
cet quando alio modo quis citari non po-
teſt,puta propter eius abſentiam,uel quan
do citantur perſonæ in certæ,ſi ſua putaue
rint intereſſe,ut inferius dicam,nam ſi iu-
dex habet modum citandi aliquem uoce
vel per literas non debet incipere à citatio
ne per edictum,quia grauaret citatum, &
iudex appellationis poſſet hoc grauamen
reparare,ſecundum Bart.extrau.ad repri-
mendum.in uer.per edictũ, poſt prin. ubi
plus dicit Bart. in prin. quòd hæc citatio
nõ fit,niſi per ordinariũ,uel delegatũ prin
cipis,non autem per inferiorem de hoc di
xi ſupra,in 2.dubio.Iſtam materiam cita-
tionis & per edictum,tractat plene Fel.in
c.quoniam frequenter. §.porro,ut lite non
conteſt.& Bar.in d.uer.per edictũ,& Can.
in cl.1.de iud. Ego aũt ſub breuitate reaſ
ſumã aliquos caſus,in quibus fieri poteſt.
& eſt neceſſaria huiuſmodi citatio, de re-
liquis uerò remitto me ad dicta per Doct.
in locis prællegatis.

ADDITIO. Vide per eundem Seb.
Van.in tit.de nullit. ſent. ex defect. cita.
nu.124.& Maria. Soc. in tract. de cit. in
art.23.Pet.Foll.V.I.D.

83 † Primus igitur eſt caſus. quando citan-
dus non reperitur perſonaliter,nec habet
certam domum, puta, quia eſt uagabun-
dus, tunc debet ſcribi eius citatio ad mo-
dum edicti,& debet affigi in palatio curię
uel in platea publica,quando eſſet laicus,
uel in foribus eccleſiæ, quando eſſet cleri-
cus,ita quòd uteriſimiliter talis citatio ue-
niat in notitiam omnium per modum no
torij, quæ citatio cõtinere debet illa ſeptẽ
requiſita de quib. ſupra dixi ita tenet Bal.
in l.ſi accuſatoribus,colum.fin.in prin. de
acc.ubi plus dicit,quod in talis caſu poteſt
fieri etiam citatio per proclama. ut infra
dicam. Idem tenet Bal.in l.conſentaneũ,
in 2.not.C.quomodo,& quando iudex.&
Bart.in d.uerſ.per edictum, & debet poni
iſtud edictum in illa ciuitate, & loco, ub
ſolitus eſt conuerſari ille uagabundus, ſe-
cundum Bal.in l.ut perfectius,colu.1.cir-
ca fi.& colum.2.C.de anna.excep. ubi plus
dicit, quòd ſi uagabundus habet domum,
debet affigi edictum citatorium in porta
ſuæ

ſuæ domus,& debet hoc fieri in præſentia
duorum uel trium teſtium, uel notarij, ut
eſt tex.in conſt.citationis,pro hoc eſt tex.
84 in leg.4.§.toties,ff.de dam.inf.† Secūdus
caſus eſt,quando aliquis procurat uel lati
tat doloſe,uel impedit,ne citatio uerbalis
uel per literas poſſit ad eum peruenire,nā
tunc poteſt citari per edictū,tex.eſt in cl.
1.de iud.Verum in hoc eſt aduertendum,
quòd illa cl.diſponit, quod iſtud edictum
poteſt apponi in ciuitate Romana in Pa-
pali palatio contra unumquenque habitā
tem in partibus quātumcunque remotis,
& propterea, quia talis citatio eſt multū
præiudicialis,non poteſt fieri per iudices
inferiores,niſi auctoritate Papæ, ut ibi ha
betur, ſed per iudices inferiores poſſit fie-
ri in dicto caſu, apponendo tamen edictū
in loco,ubi ſolitus eſt habitare,& conuer-
ſari citandus,& non alibi,ut dixi ſupra in
caſu præcedenti facit tex. in cl.cauſam,§.
uerum,de elec.& hoc in regno eſt expedi-
tum,per dictam conſt.c.rationis,ubi in ca
ſu prædicto poteſt quis citari per edictum
affiſſum in ianua domus coram duobus re
ſtitutus,Et cū termino dierū 30.uel 40.&
not. And.de Iſer.in c.1.colu.2.demil.uaſſ.
qui contu.eſt, & de intellectu illius cle. 1.
de iud.uide Fel.in d.c.quoniam frequēter,
§. porro, ut lite conteſt. & Rota in deciſ.
223.incip.ſi committatur,&c.innouis, &
ad prædicta adde Alex.in l.1.§. præſides,
85 addi.ad Bar.ff.de req.reis.† Tertius caſus
eſt,quando locus,ubi degit citandus, non
eſt ſecurus, propter aliquas guerras forte
uel inimicitias, uel alio modo, nam tunc
poteſt fieri citatio per edictum,eo modo,
quo in præcedenti caſu dixi,per text.in d.
cl.1.de iud.pro hoc etiam eſt tex.in cl. 1.
de for.comp.& not.Bar.in d.uerſi. per edi
86 ctum.† Quartus caſus eſt,quando aliquis
ſtat clauſus in domo ſua,& non patitur ſe
uideri,ad hoc,ne citari poſſit,nā pōt tunc
affigi edictū citatorium in ianua domus
ſuę,& perinde habetur, ac ſi perſonaliter
citatus eſſet,ut tenet Alex.in d.l.plerique
colum.2.ff.de in ius uoc. pro hoc eſt text.
87 in d.cōſti.citationis.† Quintus caſus eſt,
qñ actor porrexit libellum, & nō uult litē
proſequi,& ſe abſentat,nam reo inſtāte ci-
tari poteſt per edictum,ſecundum formam
authen.qui ſemel.C.quomodo, & quando
iud.ut per Bald.in l.mandatum,colum.fi.
C.mand.qui dicit, quòd iſta edicta debēt
poni in frequentori loco ciuitatis.
88 † Sextus caſus eſt,quando aliqua perſona
b ecclesiaſtica ſpoliat aliquem laicum poſ-
ſeſſione alicuius, rei nam poteſt laicus
adire iudicem ſecularem, & per uiā defen
ſionis extraiudicialis recuperare poſſit re-
ſtitutionem ſuę amiſſæ poſſeſſionis,& tūc
quia iudex ſecularis non poteſt ſpecialiter
citare clericum,poteſt exponere unam ci-
tationem generalem per edictum, ut qui-
cunque ſua putauerit intereſſe,compareat
ad allegandū, quare ille laicus reſtitui nō
debeat, de hoc eſt quædam ſpecialis proui
ſio in regno per tria capitula regni quorū
unum incipit, Ad regale faſtigium, aliud
omnis prędatio,&c.& aliud finis, pcepti,
charitas,&c. de quorum capitulorum in-
tellectu,tradit plene in deciſ.2.& 24.cōſi.
89 Neap.† Septimus caſus eſt generaliter,cū
contradictores ſunt incerti ſemper in actu
faciendo, poteſt fieri citatio per edictum,
ut no.Abb.in cap.cum in tua,colum. 2.in
prin.extra,qui matri.accuſ.poſſ. Fel. in d.
c.qm̄ frequenter,§.porro.colu.2.uerſ.cō-
ſidera in primis,&c.ut lite non conteſt.per
ea, quæ habentur in l.ſi eo tempore. C.de
remi.pig.& in authen. ſi omnes. C.ſi mi-
nor ſe ab hære.abſti.& Gem.in ca.ſi. in fi.
de elec.lib.6. Alias autē, ubi certus eſt ad
uerſarius, nunquam ualet citatio per edi-
ctum,ſecundum Fel.in c.cognoſcētes col.
90 7.de conſt.† Octauus caſus eſt, quādo ali
quis propoſuit inſtitorem, qui forte male
adminiſtrat,& uult ipſum reuocare, nam
debet proponi facere edictum publice an
te illius apothecam,ut nemo cum illo con
trahat,iuxta tex.in l.ſed ſi pupillus,§.præ-
ſcribere.ff.de inſt.& ibi Bald. dicit, quòd
iſta edicta debent exponi in loco publico,
& parenti,ut ab omnib. legi,& uideri poſ-
ſit,& non in loco occulto,& ibi etiam uide
91 Pau.de Caſt.† Nonus caſus eſt in clerico
beneficiatio abſente,qui non facit reſiſtē-
tiam,nam debet citari per tria edicta,quæ
debent affigi in ualuis eccleſiæ ſuæ, & po-
ſtea expectatur per ſex menſes,& ſi nō ue
nit ad reſidentiam,priuatur beneficio,tex.
eſt & ibi Abb.& doc.in c.ex tuæ,de cle.nō
92 reſid † Decimus caſus eſt,quando epiſco-
pus,uel alius prælatus uult cōfirmare ele-
ctum



ctum ad aliquam dignitatem, uel benefi-
cium,nam antequàm confirmet,debet ex
exponere generalem citationem per edi-
ctū in eccleſia,uocando omnes,qui ſua in
tereſſe putauerint, alias confirmatio fieri
non poſſet,tex.eſt & ibi per can.in c ſi. de
elec.lib.6.Et hoc extenditur etiam, qñ ali
quis præſentatur in iure patronatus, quia
debet fieri ſimilis citatio per edictum, ut
no.gl.1.& ſi.in d.c. ſi. & ita quotidie uide
mus practicari in huiuſmodi præſentatio
93 nibus.† Vndecimus caſus eſt,quando ali-
quis tenens prędium tributariū,ſe abſen-
tat,uel ipſum deſerit, nam poteſt citari p
edictum,& ſi non comparet infra ſex men
ſes, priuatur prædio, & alij locari poteſt,
tex.eſt & ibi Luc.de Pęna,in l. locorū, C.
94 de omni agro,deſer.lib.11.† Duodecimus
c caſus eſt,in citanda c uniuerſitate, nam po
teſt citari per edictū in loco affixum, ubi
conſueuit congregari, & ſi ciues claude-
rent portas ciuitatis,poteſt affigi edictum
in porta ciuitatis, quando nuncius prohi-
beretur ingredi,& ſi non eſſet tutus acceſ-
ſus ad portam ciuitatis,poteſt edictum af
figi in ciuitate conuicina in eccleſia ipſius
ciuitat. uiciniæ. Ita hæc omnia declarat
Bald.in l.etiam, column.4. C. de exec. rei
iud.pro hoc eſt glo.in l.non poteſt dolo.ff.
de reg.iu.& uide Bald.in auth.ſed cum te
ſtator,col.2.C.ad l.Falc. ubi dicit, ꝙ non
ſufficit citari præſidentes in eorum domi-
bus,ſed debent citari in loco,ubi cōſueue-
runt congregari publice adde Ang. in cō-
ſil.196.poteſt etiam citari uniuerſitas per
proclama factum in locis publicis ciuita-
tis,legendo citationem publice, ſecundū
Bar.in extrauag.ad reprimendam in uerſ.
citatum,& Luc.de Pęna,in l.prouincialiū
C.de erog.milit.ann.lib.12.& gl.in c.ſi ca
pitulo,in uerſi.factum de conceſ.præben.
95 lib.6.† Decimus tertius caſus eſt, iudicio
meo in omnibus caſibus,in quibus lex per
mittit fieri citatione per proclama, in il-
lis etiam fieri per edictum à fortiori &
moueor per rationem authen.qui ſemel,
C.quomodo,& quando iud. quia uox præ
conis, paucis innoteſcit. Sed per edictum
res efficitur magis notoria,ut no. Alexād.
in add.ad Bart.in leg.1.§.præſides.ff.de re
qui.reis, ſi enim lex permittit citationem
per proclama,ut eſt illa,quæ fit per pręco-
96 nem,multo fortius per edictum.† Sed iux
ta hoc quæro,quanto tempore debet ſtare
affixum edictum in loco publico,uel in ia
nua ciuitatis,quādo fit citatio per edictū?
Dic quod nō reperitur a iure ſtatutus ali
quis terminus,unde ſtatus arbit.iudicis,&
ſufficit,quòd nuncius refert, quod edictū
ſtetit affixum in loco, licet, non declaret
per quantum ſpatium.Ita tenet Bar.in ex
trauag.ad reprimendam,in uerſ. pub. ubi
plus dicit, quod antequam affigatur, de-
bet publice legi, & poſtea affigi.
97 † Quinta citatio eſt illa, quæ fit per pro-
clama,dicitur autem proclama,quādo pre
cio publicus citat per plateam publicam
alta & intelligibili uoce aliquem abſentē
uel incertos contradictores,ſi ſua intereſſe
putauerint, & eſt permiſſa iſta citatio in
caſibus infraſcriptis,uidelicet.
98 † Primus caſus eſt, quando hæres uult
conficere inuentarium ſecundum formā,
l.ſi.C.de iure delib.nam ſi creditores ſunt
certi, debet illos citare in ſpecie. Si uero
ſunt incerti, poſſunt citari per publicum
proclama in locis publicis, ſecundum Bal.
in d.l ſi.§.cum igitur,colum.3. & in auth.
ſed cum teſtator,C.ad l.Falc.& Bart. in d.
§.igitur,colu. 2.& ibi communiter Mod.
99 † Secundus caſus eſt, quando litigator
poſt litem conteſta, ſe abſentat, & eſt ne-
ceſſe citari ad uidendum iuramenta teſtiū
uel ad alium actum litis,& non habet do-
mum,uel neminem reliquit in domo,nam
tunc poteſt citari per publicum proclama
in locis publicis,ſecundum Bald.in l.ſi qñ
in 11.q.C.de teſt & Soc.in conſi.56.col.5.
100 in ſi.in 4.uol.† Et nota, ꝙ tūc qñ ꝓcla-
ma fit contra certam perſonam,debet fie-
ri in illa uicinia ciuitatis, ubi conſueuerat
citatus conuerſari, ſecundum Bal. in c. 1.
col.4.in ſi.de mil.uaſ.qui contu. eſt & po-
nunt Doct.in l.4.§ prætor.ff.de dā.infect.
ADDITIO. Ad effugiendum tamē
circuitum iſtum,& ut ſemel comparentes
in prima citatione nō ſit neceſſe ad quem
libet actum citare, debet iudex ad inſtan-
tiam partis cogere illos, ut ſibi eligant in
ciuitate, & loco iudicij locum ubi citari
poſſint,uel ꝙ relinquant procuratorem in
ſtructum, quia durum eſt ſemper mitte-
re ad uillam ſeu comitatum uel perquire
re per totam ciuitatem ignotos, & irre

peribiles,ut noluit Ang.in l.qui ante calen
da, & ibi Bar.ff.de uer.obli.& Bart. in ex-
tra.ad reprimendum in uerbo per edictū,
col.fi.& Pau.in c.fi.3.colum.in fi. de dila.
& habetur per Maria.Soc.in tract.de cita.
in art.25.num.2. Pet.Foll.V.I.D.
101 † Tertius caſus eſt generaliter, quando
eſt mouenda aliqualis contra aliquem ab
ſenté,qui nullibi reperitur, nec habet cer-
tam domum,poteſt ipſum iudex citare per
proclama,ſecundum Bal.in l. ſi accuſato-
ribus,colum.fin. in princ.C.de accu.& ibi
etiam Cy.idem tenet Bald.in l.intermino
res,in fi in 1.lect.ff de in ĩteg.reſt.& Alex.
in l.4.§.prætor.col.2.uerſ.item,in quantū.
Bar.&c.ff.de dam.infe.ubi æquiparat hãc
citationem illi,quæ fit,in domo, dummo-
do non ſit de re mobili & not. illud uerbū
Alex. quia forte iſte caſus non procede-
ret in prima citatione, ut fiat per procla-
ma in principio litis,quando eſſet quęſtio
de re mobili,ſed lite.in cœpta ſic,& ita lo
102 quitur caſus præcedens.†Quartus caſus
d eſt,quando eſt contrahendū aliquod *d* ma
trimonium debẽt citari omnes,qui noue-
rint aliquod impedimentum ſubeſſe, per
publicum proclama eccleſię,cum certo ter
mino,quo elapſo nõ auditur contradicẽs,
niſi iuſtam cauſam alleget,& ſi iſta ſolem-
nitas non fieret, diceretur matrimonium
clandeſtinum,tex.eſt,& ibi per can.in c.cū
inhibitio.de clan.deſp.& in c. cū tua, qui
103 mat.acc.poſ.† Quintus caſus eſt,quãdo
minor adiuit hęreditatem,& poſtea per in
integrum reſtitutionem,uult ſe abſtinere,
& illam repudiare,nam in tali reſtitutione
in integrum, ſunt citandi omnes credito-
res incerti ꝑ proclama, cum termino triũ
menſium,tex.eſt,& ibi Bal.in 1. col. uerſ.
4.quæro,&c.in auth.ſi omnes, C. ſi mi.ſe
104 ab hær.abſ.† Sextus caſus eſt,quãdo cre
ditor uult uendere rem ſibi hypothecatã,
nam poteſt creditores incertos anteriores
citari facere per publicum proclama,ut ue
niat ad contradicẽdum infra certum tem-
pus,quo tempore elapſo non audiuntur ul-
terius,tex.eſt,ibi Bal.& Doc. in l. ſi eo tẽ-
pore.C.de remiſ pigno.& ibi eſt glo.quod
in iſto caſu poteſt etiã fieri citatio per edi
ctum, & poteris hunc caſum addere ad ci
tationem præcedentem per edictum.
105 † Octauus caſus eſt, qñ epiſcopus uult
procedere cõtra eos, qui expulerũt ipſum
de ſede ſua, nã poteſt accedere ad alienã
diœceſim conuicinam, & ibi citare dictos
expulſores per publicum proclama in ec-
cleſijs illius diœceſis diebus feſtiuis, quan
do populus in eccleſijs congregatur,& hoc
quando nõ poſſet illos citare perſonaliter
propter acceſſum nõ totum,tex.eſt in cle.
106 1.de fo.comp.† Nonus caſus eſt,quando
eſt facienda miſſio in poſſeſſionem cõtra
pupillum in defenſum ex primo decreto,
nam debent citari eius conſanguinei,ami
ci,& affines per publicum proclama,ut ue
niant ad ipſum defendendum, text.eſt, &
Bar.& Doc.in l.hæc autem,§.non defen-
107 di,ff.ex qui.cau.in poſſ. ea. † Decimus
caſus eſt,qñ eſt facienda miſſio in poſſeſ-
ſionem contra aliquem abſentem, qui nõ
defenditur,nam debent requiri eius cõſan
e guinei, *e* & amici, per proclama, item ait
prætor,& l.ergo,& ibi Bar.& Bal.& Doc.
108 ff. ex quib.cau.maior.† Vndecimus ca-
ſus eſt,quando hæres deliberat,an uelit a-
dire hæreditatem,nã poteſt facere fieri ci
tationem per proclama contra omnes cre
ditores,ut ueniant ad edendum inſtrumen
ta debiti hæreditarij ipſi hæredi,ad hoc ut
poſſit deliberare,alias creditores ſibi præ-
iudicant,ſecundum Bar.in l.Ariſt.ff.de iu
re delib.pro hoc eſt tex.in l.1.§. cum dici-
109 tur,ff.ſi cui plus quã per leg.Fal. † Duo
decimus caſus eſt, quando eſt publicandũ
teſtamentum priuatum, ſecundum formã
l.publicati,C.de teſt.nam debet fieri pro-
clama generale contra prætendentes inte
reſſe,ut compareant, quando ſunt incerti
ſecundum Bal.in d.l.publicatio,in 6.quæ
110 ſtio.†Decimustertius caſus in agnoſcen
da bonorum poſſeſſione carbonia,uel uen
tris nomine, qui ſi aduerſari ſunt incerti,
debent citari per proclama, ſecundũ Bal.
in l.certum.col.4.uer.uiſo,&c. unde leg.&
generaliter dicas,ꝙ in omni caſu, in quo
aduerſarij ſunt incerti,poteſt fieri citatio
iſta per proclama uel per edictum,ſecũdũ
Bar.in extrauaganti,ad reprimendum, in
uerſicu. per edictum longe poſt medium
ibi ſic etiam admittitur, &c. & probatur
per omnes doctrinas ſupra alleg.
SEXTA, & ultima citatio eſt, quæ
111 fit † *f* per cãpanã,ſeu ꝑ tubã, iſta cita-
f tio,fit quando eſt congreganda uniuerſitas
cauſa faciendi conſilium uel reformatio-
nẽ,tex.eſt,gl.& ibi Bar.in l.2.C.de decur.
lib.10.Et ſimiliter fit congregatio capitu
li,& canonicorum,ad ſonum campanę,ut
not.gl.in uerſi.factam,in c.ſi capitulo,de
conceſ.præben.lib.6.& gl. & Card.in cle.
2.in oppo.de ſent.excom. Ad hoc eſt tex.
& ibi Abb.in 2.col.in c.in cauſis,de ele.u-
bi optime Abb.declarat hanc materiam,ſ.
ꝙ in negocijs minoribus,uel quæ poſſunt
expediri per præſentes,ſufficit uocari col-
legium,uel uniuerſitatem per ſonum cam
panæ. Secus,ubi uocandi eſſent abſentes,
quia requiritur citatio per nuncium, uel
per literas, ſecundum eum.
112 †An autem in die ueneris ſancti poſſit
uniuerſitas citari ad ſonũ tabellæ, ex quo
nõ pulſantur campanæ? uide Bar.in l.fin.
C.de prædijs curia.lib.10 & Alex.in addi.
ad Bar.in l.non poteſt dolo.ff.de reg. iur.
113† Fit etiam citatio per campanam,quã-
do eſt eundem ad Bellum:ut not Io.And.
& Abb.in c.1.de offic.cuſt.ubi ponũt om
nia ſigna, quæ importat ſonus campanæ.
114 †Et primum ſignum campanæ eſt cõuo
cationis capituli. ſeu uniuerſitatis: ut ſu-
pra dixi.Secũdum eſt ſignum exeundi ad
bellum. Tertium, eſt ſignum horarum.
Quartum, eſt ſignum gaudij, & gratiarũ
actioni, ut quando poſt uictoriam pulſan
tur campanæ. Quintum eſt ſignum ſaluta
tionis Virginis,ut quãdo pulſatur campa
na de ſero ad dicendum Aue Maria, &c.
Aliquando eſt ſignum excõicationis. Ali-
quando,eſt ſignum alicuius defuncti.Ali
qñ, eſt ſignum eleuationis corporis Chri-
ſti.Aliquando,eſt ſignum proceſſionis. Et
ſic de alijs ſignis,ut per Io.And.& Abb.in
d.c.1.& Bald.in rub. C.de dedit.libe.col.
115 † Vltimo,pro complemento huius quar
ti dubij ſcias,ꝙ citatio nõ debet fieri pro
g prio motu iudicis, ſed *g* ad inſtãtiam par
tis,quando agitur inter duos litigantes,&
maxime citatio ad ſententiam, ita tenet
Specu. in titu.de cita.§.ſequitur.uer. illud
autem nota,&c.& Fel.in cap.1.col.1.& 2.
de iud.& Soc.in cõſi.96.col.5.uerſi.2.&c.
116 in 1.uolum.†Quod limita,niſi iudex ui
deret perire inſtantiam,quia tunc ex offi
cio poteſt citare ad ſententiam, ſecundũ
Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Fal.&
Fel.in d.c.1.col.2.& Phil.in c.ex ratione,
colum.20.uerſ.quo ad ſm dic,&c.de app.
117†Quid autem,ſi aliquis citatur, ut cõpa
reat die Lunę, Martis,& Mercurij,an ſint
plures citationes? Dic,ꝙ eſt una,& debet
comparere in vltimo die ſm And.de Iſer.
118 in conſt edictorum,col.1.†An aũt poſ-
h ſit fieri citatio *h* generalis ad totã cauſã,
ut aliquis compareat ſingulis diebus, &
horis ad oẽs actus, uſq; ad ſñiam. Cõis
concluſio eſt, ꝙ qñ citat̃ aliquis exiſtens
in remotis,& longinquis partibus, ualet
talis citatio,aliàs ſecus,q̃a in omnib.acti
bus requirit̃ ſpecialis citatio, qñ q̃s eſt ui
cinus,& prope locũ iudicij,ita tenet Abb.
in c.fi.in 3.uol. de dila. ubi plene attingit
iſtum art.& Inn.& Doc. in c.cõſuluit.de
off del.& in c.auditis de proc. & Alex.&
oẽs,ſcribentes in l.qui ante calendas.ff.de
uerb.obli.& Iaſ.in l.nec quidquã §.ubi de
cretum,col.9.uerſi.10.limita,&c.ff.de of
ficio proc.& And.de Iſer.in c.1.col.2. &
3.de contro inter uaſal & alium de bene
fi.quod tñ intellige,& declara,ſecundum
Bal.in conſi.5.in 5.uol.ſ.in caſibus,in qui
bus poteſt procedi ad ſñiam lite nõ conte
ſtata,tũc valet hęc citatio ab initio facta,
etiam quo ad ſñiam, ſed ubi nõ põt pro-
cedi ad ſñiam lite non conteſtata, nõ poſ
ſe fieri quo ad ſñiam, niſi poſt litem con
teſtatam. Item intellige, qñ citatus fuit
ſemper contumax, & nunquam compa-
ruit,quia uerum eſt tunc,quod poteſt pro
cedi ad alios actus ſine noua citatione.Se
cus eſt,ſi ſemel ad aliquem actum compa
ruit: quia tunc eſt de nouo citandus ad a-
lios actus,ſecundum Alex.& Doct. in d.l.
qui ante calẽdas,& Soc.in conſ.195. col.
pen.uerſ.quinimò,&c.in 2.uol.& Ant.de
But.& Imo.in d.c.conſuluit.& de hoc vi
de bonam declarationem Abb. in d.ca.fi.
col.4.in fi.& ſeq.de dila.& Pau. de Caſt.
in conſi.81.col.4.in 2.uolu. ubi plus dicit
Paul.quod qñ proceditur ad alios actus,vi
gore talis citationis generalis debent fieri
ſingulæ citationes per edictum, & ibi ui-
de per eum,dicit tñ Bal.in cõſ.268.in 1.
uol quod nec de iure canonico.nec ciuili
talis citatio ualere debet,cum ſit incerta,
& captioſa, nam inducit quãdam ſpeciẽ
ſeruitutis, ut quis debeat in loco iudicij
morari ſingulis diebus & horis,tñ eſt cõ-
munis obſeruantia, & ex generali uſu,&

ſtylo curiarum to'erarur propter diſtan-
tiam loci,quia ualde laborioſum eſt gemi
nare citationes in parẽtibus remotis,unde
teneamus communem obſeruãtiam , quid
quid dicat Bald.in d.conſil.

VENIO ad quintum dubium princi-
119 pale, ſcilicet,quando † debeat fieri cita
tio. Communis concluſio eſt , quod debet
i fieri in *i* die iuridico, nam ſi fieret in die
feriato, non ualeret,per tex. eum ibi no.in
l.ex quacunque. ff.ſi quis in ius uo.non ie.
& de die feriata ad honorem Dei, eſt expe
ditum , quòd non ualet citatio , nec com-
miſſio iudicis nec citatio nũcij.per l.fi.C.
de fer.ibi ſileat uox, &c.ita tenet Bar.in re
pet.d.l.ex quacunque , col.fi.etiam ſi dicta
citatio fieret pro die nõ feriato, puta ſi nũ
cius citat die dominico, ut compareat die
lunæ non ualet citatio , ſecundum not.in
ca.conqueſtus,& ibi Abb.in 6.col. de fer.
& Paul.de Caſt.in cõſ.270. in 1.uol. & ita
de hoc extat ritus magnæ curię in nu.183.
incipiens, item ſeruat dicta curia,quòd ci-
tatus,&c.& ponũt plene Doct.in l.1.§.nũ-
120 ci.ff.de ope.no.nun.†. Sed quid ſi termi-
nus datus alicui ad comparendum , cadat
in diem feriatum, an ualeat citatio,& an
teneatur cõparere ? Bar.in d.rep.l.ex qua
cunque,colum. pen. diſtinguit . Aut error
eſt expreſſus in citatione,ut quia iudex di-
cit, compareas corã me in die domino, &
non ualet citatio. Aut non eſt expreſſus er
ror, ut quia iudex dicit , cõpareas hinc ad
10.dies.& ultima dies eſt feriata,& ualet
citatio,& debet cõparere die ſequenti,ſed
poſtea Bart.referret ibi Richar.de Senis.
tenebat , quòd etiam in iſto ſecundo caſu
non ualet citatio.arg.§.loco. inſt.de uerb.
obl, Ego autem in hoc articulo concludo
prout aliàs tenui legendo publicè illam.
l.ex quacunque.in almo.Gymnaſio. Saler-
nitano,uidelicet,quòd iudex ſi dicit,do ti-
bi terminum 10.dierum ad comparendum
tunc ualet citatio, & debet comparere die
ſequenti, ſecundum Bald.in d.l.ex quacun
que colum.fin.ſi uero iudex dicit compa-
reas in decima die præſentis menſis,& illa
dies eſt feriata, non ualet citatio & ita pro
cedat opi.Richar.de Senis,quam ad hoc te
net Abb. in d.c.conqueſtus . colum.pen.in
fi.tunc enim uidetur error expreſſus, ſaltẽ
per relationem ad ipſam diem, l.certum.ff,
ſi cer,pet.ſed ſi iudex diceret. compareas
hinc uſque ad 10.dies , tunc ualet citatio,
quia iſte appellatur terminus ad quem ,&
debet comparere de præcedenti , quando
ultima eſt feriata, ſecundum. Bar.in d.l.ex
quacunque.colum penu.per l.2.§ illud.C.
de temp app.& in c.cum dilecti.de dolo,&
121 contu.†Limita prædicta,niſi citatio fie-
ret pro tali cauſa,quæ poteſt die feriata ex
pediri,quia tunc ualet citatio facta in die
feriata,quæ cauſæ plures ſunt,quæ nume-
rantur in l.2.& 3.ff.de fer.& tunc cogitur
citatus comparere,ut not.gl.in d.l.ex qua-
cunque.in gl.fi.& ibi etiã Bar.in rep.col.
pen.dum allegat l.miles.§.ſexaginta.ff.de
122 adul.† Secundo limita,non procedere in
principe,qui poteſt citare in die feriata ad
honorem Dei,ſecundum Bar.in d.l.ex qua
cunque.in rep.colum.fi.& Lanfr.in c.quo
niam cõtra.in uer.citationes in fi.de prob.
123 per cap.ueniens de accuſ.†Hodie autem
in regno eſt expeditum, quod ſemp quan-
do citatio cadit in diẽ feriatam,ualet, &
debet citatus comparere in die ſequenti
ita tenet Ang.de Iſer.in lib.cõſt.in rub.de
in ius uoc, poſtquam rub.ſequitur.conſt.
ſi quem noſtrorum, &c.& de hoc ſunt duo
ritus magnæ curiæ. Vnus, in numero 17.&
alius 157.& ambo incipiunt, Item, quòd
tam in criminalibus,&c.

VENIO ad ſextum.& ult.dubiũ prin
124 cipale, ſcilicet †ubi debeat fieri citatio.
Iſta q.poteſt habere duo mẽbra . Vnum.ſ.
ubi.i.in quo loco debet quis citari per nun
cium. Secundum ubi.i.in quo loco debeat
citatus cõparere, & ſic expediam iſta duo
membra p duas q.prin.Primo igitur quæ-
ro, in quo loco debet nuncius aliquem ci-
tare,dic quod cõis concluſio eſt,quod qui
libet citari debet perſonaliter , ſi reperiri
poteſt,alias debet citari in domo ſuę ſoli-
tæ habitationis,ita plene tradit Bar.& ibi
communiter Doc.in l.3.§.prætor.ff.de dã.
inf.& quando eſt abſens,debet citari in il-
la domo,ubi reliquit familiã , qñ forte ha
beret plures domos,aliàs citatio nõ ualet,
ſecundum And.de Iſer.in conſt.citationis,
colu.1.ubi plus dicit,quod debet recipi iu
ramentũ ab illis de familia de denuncian-
do citationem citato quamprimum poſ-
ſunt,& hoc dicitur etiam tex.illius conſt.
& debet tũc fieri coram duobus teſtibus
uel



uel tabellione, ut habetur in d.conſt. cita-
tionis,& ibi And.in 1.& 2.colũ alias cita
tus in domò ſine iſta ſolennitate , non di-
ceretur contumax,ſecundum eum,& tenet
Bald.in dict.leg.ut perfectius C.de ann.ex
cep.item debet citari in illa domo, in qua,
habitat tempore citationis,licet antea fuiſ
ſet ſolitus,habitare alibi.ita tenet Pet. Phi.
Corn.in conſilio.52.in 4.uolum.& conſil.
17.colum.3.in litera h.in fi.in 3.uolũ. Po
teſt etiam fieri citatio in domo , ubi nulla
extat familia,quando quis recedit nemine
in domo derelicto . ſecundum Andr.in d.
conſt.citationes,colum.1.Verum tunc de-
bet affigi cedula citatoria in odio domus
ut plene dixi ſupra in 4.dubio principali.
125 †An autem poſſit fieri citatio in apothe
ca uel in porticu , uel in ſtabulo , uide ple-
niſſimè per Bar.Alexãd.& Doc.in d.l.4.§.
126 prætor.ff.de dam. inf.†Ex prædictis ueri
ficatur illa communis practica citandi ali
quem, quia communiter ſolent committe
re iudices nuncio, ut citet aliquem perſo-
naliter,alias ſi perſonaliter reperiri nõ po
teſt,citet eũ in domo ſolitę habitationis.
Et nota ſingulariter,quia communiter ſo-
lent in hoc errare nuncij & faciunt inuali
das citationes.nam hæc forma citãdi iſtud
importat,uidelicet,quòd nuncius facit pri
mo omnem ſuam diligentiam in perqui-
do citandum per ciuitatem, ut poſſit eum
citare perſonaliter.& ult.loco, quando ip-
ſum reperire non poterit , tunc citat eum
in domo , alias ſi ita ex abrupto citaret in
domo , non facta prius illa perquiſitione
non ualet citatio , quia excedit formam
commiſſionis , ita ĩ terminis tenet Bart.in
d.§.prætor.col.2.& Alex.plene in conſil.2.
col.1.& 2.in 3.uol.& hãc opi dicit Alexã.
eſſe communem.in d.§.prætor,col.1.idem
tenet.Lud.Rom.ĩ conſil.454.col.2.& Pet.
Phil.Corn.in conſ.52.colum.2.in 2.uol.&
Abb.in c.cauſam ,colum.1.in fin.& ſeq.de
dolo,& contu.ubi plene examinant hanc
materiam,& hoc eſt hodie cõfirmatum in
regno per conſtit citationis, in princ.ibi ſi
eius copia haberi poteſt,&c.Quæ uerba in
nuũt,quòd debet fieri prius diligentia ci-
tandi perſonaliter,& eo nõ inuento,ut qa
eſt abſens, uel latitat,tunc in ſubſidium fit
citatio domi. Sed an debeat eſſe abſens à
ciuitate,uel ſolum à iudicio,ut poſſit cita
ri domi,uide Bart.in d.§.prætor.& Abb.in
d.c.cauſam,ubi pleniſſime diſtinguunt, di
cit tamen Bald.in d.l.conſentaneum.colũ.
penu.in fi.C.quo.& quando iud.& ſufficit
ꝙ nuncius de directo uadat ad domum ci
tãdi, & interroget familiam unum ſit ibi,
& ſi rñdetur ſibi.ꝙ non ſit ibi.poteſt dimit
tere ibi literas citatorias,& non eſt neceſſe
perquirere per totam ciuitatem . Et illud
dictum Baldi, ego uideo cõiter ſeruari in
practica in toto hoc regno, nam nunq̃ iſti
nuncij citantes faciunt diligentiam in per
quirendo perſonam, ſed directo uadũt ad
domum,& referũt ſe citaſſe domi ſine alia
perquiſitione,& ita ſeruatur ex gñali con-
ſuetudine . Sed prima opinio eſt uerior de
iure ſed opinio Bald.eſt confirmata hodie
in regno per regiam prag. 2.quæ incipit,q.
libet,quæ loquitur alternatiuè . ſ.qđ quis
citetur pſoanliter . uel ad habitationis do-
mum.quo caſu quando lex noua , uel ſta-
tutum loquitur eo modo alternatiuè,ſuffi
cit unum adimpleri,ſm Bar.in d.§.pretor.
& Abb.in d.cap.cauſam,colum.2.in fin.&
ſic indiſtincte ualet hodie in regno citatio
facta domi,abſque illa perquiſitione,& ex
illa prag. inoleuit illa citandi conſuetudo
quàm dixi.Inquãtum tamen de iure com-
muni debet pręcedere dicta perquiſitio,in
tellige, & limita illud procedere in primis
cittationibus tantum ſecus in alijs citatio-
nibus emergẽtibus,poſtquàm comparauit
citatus in iudicio, quia tunc poteſt indi-
ſtincte citari in domo,ſine alia perquiſitio
ne,ſm Bar.in d.§.prętor.colum.1.& Lud.
Rom.in d.cõſil.454.colum.2.circa princ.
127 †Et ſimiliter de iure cõi relatio nuncij
debet eſſe clara.ſ.ut dicat,ꝙ perquiſiuit p
ciuitatem.& non inuenit.unde citauit ip
ſum domi , alias non ualeret relatio,ſecun
dũ Alex.in d.conſ.2.& in 3.uol.ubi plus di
cit in 2.col.ꝙ debet addere nũcius,ꝙ cita
uit in domo ſolitæ habitationis . Verum
prout colligitur ex dictis Ale.in d.conſt.2.
iſtud poſſet procedere , qñ iudex ſimplici
ter commiſit,ꝙ citaret perſonaliter,uel in
domo, quia tunc debet facere illam clarã
relationem Secus quando dixit . cites per
ſonaliter.& ſi perſonaliter reperiri non po
teſt.cites in domo, prout eſt de communi
ſtylo literarum citatoriarum nam tũc ſuf
ficeret , ſi nuncius referret ſimpliciter ſe ci

taſſe modo,& forma ſibi commiſſis, & ita
eſt de.communi ſtylo notariorum ſcriben
tium relationes nunciorum , tunc enim in
telligitur ſeruata forma commiſſa , ita te-
net Bart. in l.properandum , §. ſiquidem,
colum.2.C.de iud.ubi plus dicit,quod tũc
præſumitur citaſſe in domo,& non perſo-
naliter ,accipiẽdo ſuam relationem in ma-
iorem partem,ut non dicatur uerus contu
max, ſed potius fictus,quod dictũ eſt mẽti
tenendũ,quia quotidie iſti nuncij faciunt
iſtas relationes gñales , quo caſu ſi citatus
non comparet,non poſſet mulctari, nec pa
ti illas pęnas,quas patiũtur ueri contuma
ces. ut dicam infra ſequenti membro , de
contumacia. Conſilium tñ eſt , ut nuncius
ſemper declaret ſuam relationem ſm Bar.
128 in l.ſi tñ,in fin. ff.d eleg.2.†Verum in re
gno cõiter ſeruatur,qđ ẽt citatus in domo
mulctatur. ſi non comparet. Et hoc puto
pcedete ex dicta prag.2.quæ nõ facit dñia
inter citationem perſonalem , & in domo
cum loquatur alternatiuè, ut ſupra dixi.
129 †An autẽ in eccleſia poſſit fieri citatio?
Communis cõcluſio, eſt quod in citatione
uerbali poteſt fieri , ſecundum Bartol.in l.
plerique.ff.de in ius uoc.& Alex.& Doc.in
l.2.eod.tit & Bar.in l.pſenti, C.de his,qui
ad eccl.confugiunt in citatione uero reali,
eſt ſecus quia non poteſt regulariter fieri
in eccleſia,ſecundum Bart.in d.l.plerique.
in fi.per d.l.præſente,& not.plene Abb.in
130 c.inter alia.de immu.eccl †Quid autem
ſi citandus non habeat aliquam domum,
certam,& neſcitur ubi ſit, in quo loco erit
tunc citandus? dic, quod debet tunc citati
in illa ciuitate, in qua conſeruari ſolebat,
per publicum proclama, uel per edictũ,ſe-
cundũ Bal.in l.ſi qñ. in 11.q.C.de teſti.&
Bal.in l.ſi accuſatoribus.col.fi.C.de acc.&
uide, quæ dixi ſupra de citatione per edi-
131 ctum,& per proclama.†Secundo princi
paliter.quæro ad quem locum poſſit,& de
bet quis citari,& ſic ubi tenetur compare
re.Dic,ꝙ in hac materia loci ad quem,plu
ra ſunt cõſideranda.Primo, quòd ſit locus
iuriſdictionis ipſius citãtis, alias ſi citaret
ad locum non ſuæ iuriſdictionis, non tene
tur citatus comparet , ſecundum And.de
Iſer.in conſt.Priuilegia.Pro hoc eſt tex.cũ
ibi no.in l.fi.ff.de iur.om.iud.unde ſi unus
iudex habet uniuerſalem iuriſdictionem
in prouincia , ſeu in diœceſi, poteſt ſubdi
tos in quolibet loco ſuæ puinciæ,uel diœ
ceſis citare,& iuſtitiam miniſtrare, tex.eſt
in c.cum epiſcopus.de off.ord.lib.6.& ui
de Cald.in conſ.2.in tit.de off.ord.Secun
h do,ꝙ locus ſit *h* tutus citato,alias ſi quis ci
tatur ad locum non tutum , non tenetur.
comparere,ſecundũ And.de Iſer.in d.cõſt
priuileg.Pro hoc eſt text.in cle.1.de foro
comp.& not.plene Old.in conſil.43.& eſt
tex.& ibi per Doct.in c.ex parte,de appel.
& Bar.per illũ tex.in l.recuſare.§ fi.cũ.l.
& l.de ętate.ff.ad Treb.& Car, in cl.1.in
12.no.de iud.ubi limita,niſi quis pcuraret
quod locus ille non ſit ſibi tutus , quia tũc
remanet contumax.ſi non comparet,& gl.
& Bart,in l.metus.ff.ex qui cauſ.maior.&
intelligitur locus nõ tutus,ſiue ſit propter
inimicitias,ſiue propter peſtem , uel bella,
ſecundũ Abb.& Phil.in d.cap.ex parte, &
no Doct ĩ locis præællegatis,& eſt dec.29.
conſil.Neap.Tertio, quòd locus,ad quem
citatur,ſit honeſtus, ut not.And.de Iſer in
d.conſt.priuilegia,pro hoc eſt tex in leg.ſi
cum dies.§.ſi arbiter.ff.de arb.& ibi Bart.
Idem tenet Spec.in tit de citat.§.1.uerſic.
item,quòd ſit ad locum,&c & gloſſ.in c.ſi
epiſcopus,2.quæſt.3.facit tex.in c.ſtatutũ
§.cum uero.de reſcrip.lib.6.Quarto, quod
locus ad quem quis citatur , non diſtet à
loco ipſius citati , uel a finibus diœceſis ul
tra duas dietas.quia ſi diſtet ultra,non te-
netur comparere.ita declarat.Spe.in tit.de
cit.§.1.in princ.per tex.& ea,quæ ibi tra-
dunt Doc.in c.nonnulli.&c.ex parte.de
& dicat ibi plene p Fel. Hodie autem,hoc
eſt redactam ad unam dietam de iure no
uo,per tex. in c.ſtatutum.§.cum uere.&§.
cum autem,de reſcr.lib.6.& hoc tenet Fel.
in d.c.nonnulli.colum.5.in princ.& iſtud
habet locum ſolum in delegato ,quia non
poteſt trahere litigantem ultra dietam.Se
cus eſt in ordinatio exiſtente intra fines
132 ſuæ prouinciæ,uel diœceſis.†quia poteſt
trahere ultra diœtam, per generalitatem,
d.c.cum epiſcopus,de off.ord.lib.6.non ta
men poteſt committere cauſam extra ſuã
diœceſim , niſi id loco ſuffraganti , quan-
do eſſet cauſa appellationis. ſ.ubi fuit ap-
pellatum.c. ut litigantes . de off.ord.lib.6.
uerum ubi cauſa eſſet modica ,& ordina-
rius ſtaret in loco multum remoto à domi-
cilio



cilio litigantium , tenetur cauſam delega-
re in loco propinquo, alias poſſet appella-
ri,ſi non delegaret,dato ꝙ eſſet intra fines
diœceſis,ita tenet Fel.in d.c.nonuulli, col.
1.& 2.Quinto,ꝙ locus ad quem citat dele
gatus a ſede Apoſt.uel legato,ſit locus in-
ſignis ſcilicet ciuitas inſignis,in qua ſit co
pia peritorum , & quod delegatus citans
quando eſt delegatus Papæ, ſit perſona in
dignitate conſtituta tex.eſt.in d.c. ſtatutũ
in prin.de reſcrip.lib.6.Rob.Mar.V.I.D.

ADDITIONES.

a Citandus Pet.Duen.li.1.reg. vtr. iur. reg.
92.Cotta in memor.in uerſi.citatio partis
b Citatio.Supra in 16.diſt 4.par.prin.n. 10.
c Obmitti. Et quod Princeps poſſit ommit-
tere citationem,licet ſit de iure diuino, te
net Duen.lib.primo regul.utr.iur.reg.43.
in 4.fallen.
d Iudiciarijs.Andr.de Alfer.conſ.12.nu. 19.
e Limita. Quatuordecim modis limitat do
ctiſſimus Dominus Nicol. Ant.Grauat.in
addit.ad practicam Octa.Veſtr.lib.6.capi.
2.num.28.Et centum & quindecim modis
limitat Nicellus in concordan. gloſſ. con-
cor. 52.
f Sententia Principis. Grauat. in annot. ad
Veſtr.in pract.Rom.Cur.lib.5.capi.2.nu.
7.& 9.in fi.
g Stilo. Videas late & bene per dictum Gra
uat in annot.ad dictam practi. Veſtri. lib.
7.cap,fin.num.38.
h Pręſens.Marſi ſing.30.Tuſciſ.uerſ.primus
caſus,Grauat.ubi ſupra lib.5.cap.13.nu.8.
i Præiudicio Iaſ. etiam in l. decem. numero
38.& ſeq.ff.de uerb.oblig.& in l.Gallus.§.
& quid ſi tãtum,nu.230.ff.de liber.& po-
ſthum.& in l.filiusfami.§.diui.in prima le
ctura,nu.47.& ſeq.& in 2.lect.nu. 91. ubi
Rip.nu.67.ff.de leg.1.& eſt communis,de
qua per Soci.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tan
tum,nu.30.Deci.& Cagno.in l.qui poteſt
inuitus.ff.de reg.iur.
K Defenſionem Duen lib.1.reg.utr.iur. reg.
94.citatio,in primo limitat.
l Territoriũ.Duen.ubi ſupra reg. 93. limit.
fin.dicit,quòd quando ſit extra prouinciã
quò.l debet fieri in ſcriptis.
m Monitio Vide Necuſant.in Tract. nullit.
tit.ex defectu citationis nume.82.
n Non comparentis.Menoch.in tracta.recu-
per.poſſe.in 8.remed.num.101.& 102.po-
nit tres ſpecies.
o Commiſſio.Si iſta commiſſio non interue
nit,talis citatio non ualet , Quod amplia
& limita,ut per Duen.li.1.reg.utr.iur.reg.
97.Citatio,& non ſolum citationem co-
mitti debet per iudicem, ſed etiam expri-
mi nomen nuncij per quem uult iudex ,
quod citatio fiat,alias ſi generaliter com-
mittere partem citari , & non exprimat p
quem nuncium,talis citatio non ualet ſe-
cundum Marſil.in ſing.235.procuratores.
p Nuncio publico. De communi per Viui.
in tracta.commu.opin.in prima par.opin.
228.nuncio publico, ubi concordantes; li-
mita,ut per eundem in ſecunda parte.opi.
302. nuntio publico , uidelicet quando
nuncius retulit reſponſionem citati , quia
per talem relationem , citatus non effici-
tur contumax.
q Deſcripta.Supra.16.diſtinc.4.par.princip.
numero 6.Veſtri.in pract.Rom.Cur.lib.4.
capitu.4.numero 7.ubi addit. Grauat. nu.
mero 24.
r Debitor,De hac reuideas Petr,Duen. lib.
1.reg.utr.iur. reg. 175. debitor fugitiuus ,
Viui. in tract. commu.opin. in prima par.
opin.59.debitor capi.Alferi.conſil. 59.ubi
annotaui.Soci.in tract.fallen.reg.78.Cot
ta in memoral.in uer.dolum, ubi late Bel-
lo conſil.29.
ſ In criminalibus.Foller.in pract. crimi. lai-
cor.in prima par.2.par.in uer.Notatos ca-
piat de perſona,per totum.
t Verbalis. De hac citatione uerbali uideas
late Foller.in prima par.2.par.in uerſi.Vel
eos uerbaliter citari faciat per totum , in
pract.crimi.laicor.
u Non. Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad
Octa.Veſtr.libro quinto capitulo ſecundo
numero 8.
x Nihil ualet.Marſil.ſing.48.actus.
y Peremptorie.Quid in ſententia, an cum
peremptorio fieri debeat Nicol.Ant.Gra-
uat.in addi ad pract.Octa.Veſt.libro quin
to,capitulo primo, numero ſexto , ubi ui-
deas;& an tn cauſa beneficiali requiratur
peremptorium.Veſtri.in praxi. Com.Cur.
libro quarto , capitulo ſecundo , numero
ſeptimo , ubi Grauat. numero decimoſe-
cundo,

z In ſcriptis,In ſcriptis tamen citatio regulariter non fit,,Tex.in c. cum dilecti, in uer. ſpectantibus,& in uer.uiua uoce,extra de dol.& contum.limita, ut per Duen.lib. 1. reg.utr.iur.reg. 95. citatio regulariter.
Per dictum. Tractat etiam de hac materia cum quatuor ampliationibus, & 10.li-

& mitationibus & Menoch.in tract.recuper. poſſ.in 8.remed.num.101.uſque ad finem, Veſtri.in praxi,Rom.Cur.libro quarto,capitulo ſecundo.

a Præiudicialis.Grauat. in addit. ad practi. Veſtri.lib.8.cap.fin.num.34.

b Eccleſiaſtica.Menoch.d.remed.num. 119.

c Vniuerſitate.Bal.in l.etiam.C.de exec. rei iudi.Grauat.in addi. ad practi. Octau.Veſtr.libro quarto, capitulo tertio, numero 12.in litera.E.

d Matrimonium.Hodie per ſacrum Concil. Tridentin.eſt prouiſum,ut in ſeſſ. 24.ca. 1.de reform.generali.

e Amici.Tiraq.in tracta. de penu.cauſa.22. nu.70.Soci.reg.52.& 194.

f Campanam.Bello. conſilio 39.numero ſecundo, & quinto.

g Inſtantiam partis.Limita quinque modis, ut Rip. in capitulo primo numero 20. de iudi.Duen.libro 1.regul.utr.iur.regu. 96. citatio ad hoc.

h Generalis.Nicol.Ant.Grauat. in addit. ad Veſtr.libro quarto,capitulo quarto,numero quinto, in litera. H. ubi de communi

i Die iuridico Late Tiraq. in prima par. de utroque retrac.§.36.ad fi. Tit.numero 79. de communi Grauat.in addit.ad pract.Veſtr.capitulo tertio,numero 13. contra per Veſtri.ibi numero ſexto.

k Tutus.Et poteſt appellare Tutus, etiã ſi. literas de conductu haberet, capitulo 47. extra de appellat.gloſſ.in uer.ſecuris.§.primo,capitulo ſtatutum,de reſcrip.in ſexto. Ludouicus Alferius.

## De contumacia, ſecundo membro iudicij.

1 *Contumax,ut quis dici poſſit, quæ requirantur. Et quid ſeruetur in regno.*

2 *Contumax reputari non poteſt aduerſa ualetudine impeditus.*

3 *Infirmitas ſuorum conſanguineorum, excuſata contumacia.*

4 *Citatus ad maius tribunal excuſatur in curia minori.*

5 *Pauper excuſatur à contumacia.*

6 *Inops,& male ueſtitus æquiparatᷓ carcerato.*

7 *Contumax,unde dicatur.*

8 *Contumacia quotuplex ſit*

10 *Contumax patitur miſſionem in poſſeſſionẽ ex primo decreto.*

11 *Reo perſeuerante in contumacia contra ipſum proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto,& illud parat plenum præiudicium.*

12 *Decretum primum,& ſecundum, quid ſit, & quod ius tribuant ambo Quando interponantur,& infra quod tempus,& in quibus cauſis.*

13 *Citari ad releuandum, an poſſit interpoſitis primo & ſecundo decreto.*

14 *Decretum primum & ſecundum ſit pro menſura debiti,quid eſt loco dicere.*

15 *Contra contumacem nunquam proceditur altera parte non inſtante.*

16 *Contumax nõ auditur niſi refectis expẽſis.*

17 *Contumacia iudice denegatur audientia, non ſolum in cauſa illa,in qua eſt cõtumax ſed etiam in alia.*

18 *Cõtumax põt perſonaliter capi,et carcerari*

19 *Contumax uerus non appellat*

20 *Contumax non reſpondendo poſitionibus, uel in nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo.*

21 *Contumax poteſt excommunicari.*

22 *Cõtumax petens reuocari primũ decretũ tenetur ſatiſdare,etiã ſi imobilia poſsideat.*

23 *Contumax in non parendo iudici,perdit beneficium iuratoriæ cautionis.*

24 *Vaſallus contumax uerus,qui citatus dixit nolo uenire,ſtatim perdit feudum.*

25 *Cõtumax in cã criminali,qua pœna afficiatᷓ*

26 *Contumax non allegat litis pendentiam.*

27 *Contumax qui recuperat tenutam conceſſam ex primo decreto, nõ poteſt ulterius declinare forum,dato quod alias haberet declinatoriam exceptionem.*

28 *Iudex mandare poteſt colonis,& inquilinis contumacis, quod ei non reſpondeant de penſionibus,& mandare poteſt, quod nullus uadat ad colendum eius agros.*

29 *Contumax ad torturam exponi poteſt, & quomodo,& quando, & ad quid.*

30 *Contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium.*

31 Iudex



31 *Iudex propter contumaciam ſequeſtrare poteſt fructus rei petitæ.*

32 *Contumax uolens reſpondere coram iudice ſecundum quod eſt, & maius præiudiciũ.*

33 *Iudex contra contumacem poteſt procedere ad capienda pignora.*

34 *Contumax quando habetur pro confeſſo efficitur etiam infamis, & teſtificari non poteſt.*

35 *Excommunicatus perſeuerans in contumacia per annum efficitur ſuſpectus de hæreſi.*

36 *Contumax pro tali delicto, pro quo non poteſt forindicari, quam pœnam patiatur.*

37 *Contumacia auctori,qualiter puniatur.*

38 *Contumax is demum punitur a quo petitur aliquid dari uel fieri.Secus ſi citetur,ſi ſua putauerit intereſſe.*

EXpedito primo membro iudicij,ſcilicet de citatione,uenio ad ſecundũ, uidelicet ad tractatus contumaciæ. Nam plerunque citari ſolent contendere iudices, & non comparent, & ſic redduntur contumaces, ideò de his aliqua diſpiciamus,& hanc materiam breuiter expeditam per tres q. princip. Prima uidelicet erít,quæ requiratur ad hoc,ut aliquis poſſit dici contumax. Secunda quotuplex eſt contumacia. Tertia, quas pœnas patitur
1 contumax.† Venio ad primam,& quæro,
quæ requiratur, ut poſſit quis dici contumax. Dic breuiter,quod eſt neceſſe, quod ſit legitimè citatus, ſcilicet tribus edictis, uel uno peremptorio pro omnibus,tex.eſt in l.contumacia.ff.de re.iud. & hoc de iure communi, ſed hodie in regno per ritus magnę curię,& regias pragm.ſeruatur aliter, ſcilicet quia dicatur una die pro alia, & in die ſequenti accuſatur prima contumacia, & poſtea triduo expectatur & in quarta die poſt triduum accuſatur ultima cõtumacia,& ex tunc reputatur cõtumax, prout hanc materiam plene declaraui ſupra de citatione,in quarto dubio,prin.uer. ſed circa hoc de tempore, &c. Item dẽt in illo ultimo peremptorio accuſari contumacia per actorem,alias nõ diceretur eus contumax ita tenet And.in conſt.in pecuniarijs,colum.3.& Bar.in l.conſentaneũ, in fi.C.quomodo,& quãdo iud.& eſt tex. in l.properandum, §. & ſi quidem, & ibi Bald.in 1.colum.C.de iud.Alias autem, ſi actor non comparet in ultimo peremptorio,in iudicio eſſet circunducta citatio, ẽt reo non comparente, & deberet de nouo citari,tex.eſt in l.& poſt edictum,§.1.ff.de iud.& no. Bar.in l.ex quacunque in 1.lect. col.fi.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.& Bal.& Alex.in l.fi.§.ſed ſi ſtipulator,ff. de eo per quẽ fac.erit,&c. Similiter,ſi in illo ultimo peremptorio curia non regeretur propter abſentiam iudicis,quia minime dr̃ contumax reus non comparens,glo. eſt in d.l.ex quacunque in gl.fi. per arbit. calendis, ff. de arbit.dẽt tñ cõparere die ſequenti, reuerſo iudice ſine alia citatione, ſecundũ And.de Iſern.in c.1.col.pen.de contr. inter uaſ. & aliũ de inueſt. Et ſic habemus hucuſque duos caſus,in quib.excuſatus qs
2 cõtumacia.† Tertius caſus eſt, qñ aliquis
fuit aduerſa ualetudine impeditus, nã excuſatur,ut non poſſit contumax reputari tex.eſt,in d.l.cõtumacia,& in l. quæſitũ.ff. de re iud. ubi tex. limitat nõ procedere in leui febricula,ſeu in ueteri quartana,& an tunc teneatur mittere ꝓcuratorem, unde Bar.Ale.& Doc.in d.l.quæſitum, & prædictis adde Ale.in l.2.ff.ſi quis cau. in regno aũt debet mittere excuſatorẽ,cũ fide uniꝰ medici,uel obſtetricis,ſi eſt mulier grauida,ut eſt ritus magnæ curiæ,in nu.176.in cip.Itẽ ſi aliquis.&c.† Quartus caſus eſt
3 qñ habebãt conſanguineum infirmũ,quia
etiam infirmitas ſuorũ excuſata contuma
4 cia,ſm Ale.in d.l.quæſitũ.col. fi.† Quin-
tus caſus eſt,qñ fuiſſet citatus ad aliud tribunal maius,quia excuſatur a cõtumacia in minori curia,l.contra pupillum, §.1.ff. de re iu.l.& Ale.in l.2.§. 1. ſi quis cau.

ADDITIO.Adde dicta per Spec. in tit.de cita.§.contra.uerſi. Item non ualet, & Marian.Soc.in artic.5.nu.32.uer.8.fallit,in trac.de cita,Pet.Foll.V.I.D.

5 † Sextus caſus eſt propter paupertatem,
vt ſi forte aliquis eſſet ita inops, & male ueſtitus,ut non poſſet abſque uerecundia comparere,nam excuſatur a contumacia, ſecundum Ale.in l.2. §. ſi quis in iudicio,
6 colum.1.ff.ſi quis cau. † nam ille æquipa-
ratur carcerato.ut eſt text. ſingularis, & ibi gloſſ.in l.eadem.§.fi. ff. ex quibus cau. maio.& gl.in cap.ſi quis teſtium,de teſt.& uide,quod tenet Abb.in c.cum dilecti,col. 5.circa fin. de dolo & contu. Potes addere

omnes

omnes caſus, quos poſui ſupra de citatio-
ne,colu. fin. & omnes caſus generaliter in
quibus citatio non ualet, uel citatus non
tenetur cōparere,per ea,quæ dixi in prin-
7 cip.huius tract.de cōtumacia.† Vnde aūt
dicatur cōtumax, dic quod dicitur a con,
& tumeo tumes, propterea quia inflatur,
& ſuperb.efficitur in nolēdo obedire,& ſic
dr̄ cōtumeſcere in ſeipſo,& efficitur iudici
ci iniuroſus, ita declarat Car.in cl.1. col.
8 8.de dolo,& cont † Secundo principaliter
a quæro,quotuplex eſt a contumacia.Dic ,
quod duplex.ſ.uera,& ficta.Contumax ue
rus dr̄ ille,qui fuit citatus perſonaliter,uel
ad domum,& citatio peruenit ad eius no-
titiam,& non uult cōparere.Verum quādo
que dr̄ uerus contumax exiſtenter , & ap-
parenter,quandoque apparenter tantū, &
quandoque exiſtenter tantū,de qua mate
ria remitto me ad ea , quæ plene tractat
Bart.in l.fi.ff de in integ.reſt.& Alex. in l.
properandum.§.ſin autem res , C. de iu.&
Io.de Imol. in l.ex conſenſu.§.eum qui, ff.
de appel.ubi pleniſſime tractatur hæc ma
teria,& per Ang. in conſ. 186. contumax
fictus eſt ille, qui fuit citatus in domo , &
dubium eſt,an citatio peruenerit ad eius
notitiam,ſecundum Bartol.in d.l. fin. col.
pe. ff.de integ.reſt. & Ang. in conſil 186.
& prædictis adde Car.in cle.1. in 9. q. de
dolo,& cont.ubi plene.

ADDITIO. Dic,quid imò triplex
eſt contumacia,uidelicet uera,euidens , &
præſumpta,ut not.glo.in cle.1.de dolo, &
cont.& de iſta triplici contumacia loquit̄
Io. And. in reg. præſumitur in merc. &
Barto.in l.diuus.ff.de in integ.reſt.pro quo
uide Maſuer. in prax. in titu. de cont. in
princ, Pet.Foll V.I.D.

9 † Tertio principaliter quæro,quas *b* pœ-
b nas patitur quis ob ſuam contumaciam.
Dic,quod multas pęnas iura introducunt
contra contumacē.Et prima eſt,quia cōtu
max propter eius inobedientiam poteſt
mulctari,ut uidetur plene p Doc.in l. 1.p
totam, l. ff.ſi quis ius di.non obtem.& eſt
tex.in l. 2.ff.ſi quis in ius uo.nō iter. Verū
in hoc eſt ſciendum,q̄ mulcta non irroga
tur,niſi ob ueram contumaciam , nam fi-
ctus contumax mulctari non poteſt, ſecū
dum Alex.& cōiter Doct in d.l.1.§. fin.ff. c
ſi quis ius di.non obtem. & Ang. in con
ſil.8 ,col.pen.& Bal.in l. & in mulctis,C.de
app.& Alex.in l.4 §.prætor,colum.2.in fi.
ff.de dam.infect.Idem concludit Andr.de
Iſer.in conſt.citat.col.2.in fin.& in conſt.
rei uendicatione,ubi eſt etiam glo. Ex hoc
infertur,quod mulcta quæ irrogatur in re
gno hodie contumaci, eſt quia condemna
tur ad tertiam partem mobilium , ut dicit
conſt. pęnam nouem unciarum , & ibi
Andr.de Iſern.& d.conſt. rei uendicatio-
ne,& eſt ritus magnæ curiæ in num.139.
incipiens,item ſeruat ipſa curia ab eo tem
pore, &c. alius ritus 102. incipiens , item
ſeruat dicta curia in citatione, &c. ſequit̄
ergo , quòd iſta condemnatio non fieret
contra factum contumacem , per prædi-
cta. Et hoc uidetur eſſe,de mente gloſſ. &
Andr. in d. conſt. rei uendicatione , licet
male ſeruent iudices, ſecundum eum ibi
de communi ſtylo,tamen curiarum in ali
quibus locis eſt redacta iſta pęna tertiæ
partis mobilium in ciuilibus ad unum ta-
renum,& in aliquibus curijs ſoluitur unus
auguſtalis,unde ſeruandæ eſſent conſue-
16 dines curiarum,ubi uigent.† Secunda pę-
na,quam patitur contumax,eſt quia pati-
tur miſſionem in poſſeſſionem ex 2.decre
to,l.Fulc.§.1.ff.ex qui.cau.in poſ.ea. & l.ſi
finita.§.Iul.& ibi Bart.& Doct.ff.de dam.
infect & per totum titu.ff.& C.de bona,au
cto.iud.poſ.& hodie eſt deciſum in regno
per regiam prag. quæ incipit , relatione,
ubi dicitur , quod eſt in electione actori
accuſata ultima contumacia, an uelit pe-
tere terminum ad probandum,uel petere
ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decre-
to,& ita ſeruatur hodie , & ſic pōt in cau-
ſis ciuilibus procedi ad diſſinitiuam litē
non cōteſtata,& in hoc eſt correctum ius
commune, prout alias dixi in ſuperiorib.
11 † Tertia pęna eſt , quia ſi reus perſeuerat
in contumacia , proceditur contra ipſum
admiſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo
decreto,& illud parat plenum præiudiciū,
ut habetur in d.§.Iul,& per Bart.in l.cum
proponas.C.de bon.auth.iud.poſ. & eſt re
gia pragm.quæ incipit,Reo,&c.
12 † Sed iuxta hoc pro introductione iuue
num ad practicam , quæro quid ſignifi-
cant iſti duo termini.ſ.primum decretum
& ſecūdum decretum,dic quod *c* primum
decretum eſt prima miſſio quæ fit per
iudicem



iudicem in bonis contumacis, eo ipſo qd̄
incipit eſſe contumax , & fit pro menſura
debiti tantum, quando agitur actione per
ſonali,ut d.l.cum proponas,& ibi Bart.de
Doct.in d.l.finita. §.Iul.ff.de dam.inf.Sed
quando agitur actione reali,mittitur quis
in poſſeſſionem totius rei petitæ.l.ſi quis
emptionis.§.ſed ſi quis.C.de præſcr. 30.an.
& habetur in c.prout.& c.contingit.de dol.
& cont.& eſt conſt.regni, quæ incipit . rei
uend & etiam efficitur uerus poſſeſſor per
primum decretum,ut in iuribus præallega
tis,& habetur per Doc.in l.3.§.fi.ff.de acq.
poſſ.ſed in actione perſonali non efficitur
uerus poſſeſſor per primum decretum , ut
in iuribus prçallegatis,& habetur per Doc.
in l.3.§.fi.ff.de acq poſſ.ſed in actione per
ſonali non efficitur poſſeſſor , ſed ſolam
detentationem acquirit cauſa cuſtodię, ut
d.l.3.§.fi.& eſt text.in l.is,cui.in princip.
ut in poſſ.lega.& in l.cum legati.ff.ex qb.
cau.in poſſ.ea.& in l.ſi quis ante.ff.de ac-
quir.poſſ.& per Bartol.in d.l cum propo-
nas. Et ad hoc , ut concedatur primum
decretum,non requiritur.quòd plene con-
ſtet debito, ſed ſufficit , q̄ ſummatim uel
per iuramentum actoris,ex quo modicum
parat præiudicium,ſm̄ Bar.in d.l.cum pro
ponas . ſecundum decretum , eſt ſecunda
miſſio, quæ fit per iudicem contra eūdem
reum perſeuerantem in contumacia ,ut di
cunt Doct.in locis præalleg.& hoc eſt ma
ioris preiudicij,quia transfert ueram poſ-
ſeſſionē,ut d.l.3.§.fi.iuncta glo.in uer.no.
bis.ff.de acq.poſſ.Item,transfert dominiū
ſi reus erat dominus. alias uſucapiendi
conditionem,ut no.glo.& Bartol.in l.præ-
toris in princip.& in l.ſi finita.§.Iul.ff.de
dā.infect.& glo in l 2.in fi.ff ſi ex no.cau.
ſa aga.Vèrum non interponitur,niſi plene
conſtet de debito per teſtes uel inſtrumēto
ſecundum Bar in d.l.cum proponas & in
l.fina.§.ſin autem.C.de bo.auth.iud.poſ.&
Bar.in l.Ful §.cum hoc.ff.ex quibus cau.
in poſ.datur , Sed per quantum tempus
debet reus perſeuerare in contumacia, ut
perueniatur ad ſecundum decretum . Com
munis concluſio eſt de iure cōmuni,quod
ſit in arbitrio iudicis, ſecundum Barto.in
d.l.cum proponas,tamen de æquitate non
debet iudex procedere ad ſecundum de-
cretum, niſi ſit lapſus totus annus a die 1.
decreti.ita dicit Fely.in cap.conſult,col. 2.
de offi.deleg.ubi dicit hanc eſſe cōem opi.
niſi alia iuſta cauſa ſuaderet, ſed hodie in
regno eſt ſtatutum tempus per duas re-
gia pragm. quarum una incipit , relatio-
ne,& alia ſequens,quę incipit,reo quibus
cauetur.quòd elapſis trib.menſibus , a die
primi decreti poteſt peti miſſio ex ſecun-
do , & conceſſo ſecundo decreto , habet
reus alium menſem.infra quem poteſt re-
cuperare tenutam , dummodo ſoluat to-
tum debitum,una cum expenſis. aliàs ela
pſo dicto menſe poſt ſecundum decretum
creditor efficitur uerus dominus. & irreuo
cabilis , cui debet res adiudicari apprecia
ta pro menſura debiti , ſed ante ſecundum
decretum , poteſt reus quandocunque in-
fra tres menſes recuperare tenutam,ſoluē
do expenſas , & dando ſatiſdationem , &
hoc etiam eſt prouiſum de iure communi,
per auth. ei qui iurat, C.de bon.auth.uid.
poſ.In quibus autem cauſis interponatur
ſecundum decretum . glo.in l.iubere caue-
re.ff.de iur.om.iud.tenet,quod ſolū in cau
ſa damni infecti,& non alijs , ſed ueritas
eſt in contrarium , quòd imò in omnibus
cauſis locum habet , uerum in hoc eſt dif-
ferentia,quia in cauſa damni infecti ſit ad
iudicatio totius , rei etiam ultra menſurā
debiti.ſed in alijs ſolum pro menſura de-
biti,ut ſupra dixi ſecundum Bar.in d.§.Iu-
lia.colum.antep.ulti in ſpecie reprobari il-
lam. glo.in d l.iubere.& hoc tenet etiam
Alex.in d.l.iubere.colum.4.& eſt text.ī d.
auth,& qui iurat.& in d.l.Fulcinus.§.1.&
2.& ibi Bar.item in cauſa dāni infecti ſit
indiſtincte adiudicatio , ſed in alijs non,
ſed uenditur res,& illud decretum de uen-
dendo habet uim ſecundi decreti , ſecun-
dum Barto. in d.l.iubere.Verum emptore
non reperto tunc ult.loco adiudicatur in
ſolutum creditori,l.a diuo Pio.§.ſi pigno-
re.ff.de re iudic . Et ſcias, quod etiam in
actione reali interponitur ſecundum de-
cretum,ſecundum Alexan.in l.3.§.fina.ff.
de acq.poſſeſ.

ADDITIO.Adde ad iſtam materiā
13 primi & ſecundi decreti,† an interpoſito
primo decreto poſſit reus citari ad tolerā
dū & in hoc Bald.in l.§.ſi abſens ff.ex no
xa.cau.aga.colū.3.uerſicu.5.quærit̄, dicit
14 quod non.† Ex quia in prag.incip.reo di-

citur, quòd ſit miſſio in poſſeſſionem ex
primo decreto pro menſuram debiti, &c.
quantum erit iſta menſura debiti? dicas q
ſit miſſio pro tãta ſumma, quæ ualeat pluſ
quam erit ſumma quæ petitur, ſecundum
glo.no. in authe.ei qui iurat. in uer.& per
menſuram, C.de bo.au. iud.poſſid. ſecun-
dum Luc. de Pen. in lege quoties penult.
colum.C. de.dign.lib.12.& firmat Marc.
Bon.in dict.prag.reo. Petrus Follerius
V.I.D.

15 † Scias tamen, quod nunquam procedi
tur contra contumacem ad aliquem actũ
d niſi altera parte *d* inſtante, ſecundũ Bar.
in auth.ei qui appellat. in fin.C. de temp.
appell.

ADDITIO. Hæc uera intelligas (ut
nunquam procedatur ad aliquem actum
contra contumacem, niſi parte inſtante)
ut procedant quantum ad hoc, ut iudex
procedere poſſit contra aliquẽ tanquã cõ-
tra contumacem, ſecus quo ad effectum
qui ipſo iure inducitur a ſtatuto, ſeu iure,
nam tunc non requiritur, quòd pars accu-
ſet cõtumaciam, & inſtet, ſecundum Bal.
in l.ſi tutor, C. de inter. quod dictum ſatis
commendat Anto. de Alexan.& Iaſo.in l.
properandum, §.& ſi quidem, C. de iud.&
Felyn. in cap.illud in 4.colum. de præſcri.
Petrus Follerius.V.I.D.

16 † Quarta pœna eſt contra contumacem,
e quia non auditu, niſi *e* refectis expen.per
tex.& ibi Bald.in l.ſancimus, C.de iud.&
debet etiam ſatiſdare de iudicio ſiſti, quan
do vult recuperare tenutam, per auth. ei
qui iurat, C. de bon.auct.iud.poſſ.& uide
17 infra in 10. pęna. † Quinta pœna eſt, quia
contumaci poteſt iudex denegare audien
tiam, non ſolum in illa cauſa, in qua fuit
contumax, verum ẽt omni alia, Tex eſt &
ibi glo. ſingularis in l.ſed ſi per prętorem,
§.ſed, & ſi dum.ff.ex quib.cau.maio.& ibi
Ang. idem tenet plene Iaſo. in l. iuſiuran-
dum, & ad pecunias.§.ait prætor, in 2.no.
ff.de iureiur. ubi plus dicit Iaſo. de mente
Bald. quod tunc ille iudex poteſt mandare
alijs iudicibus, quod illum non audiant in
aliqua cauſa, & uide etiam de prædictis
Iaſ.in l.1.§.fina.colum.4. ff. ſi quis ius di.
non obtem.

ADDITIO. Adde quòd hoc uoluit
Rit.magnæ curiæ, Vicariæ in ci. Itẽ ſi ali-
quis, uel aliqua bannitus. de cuius ueri-
tate, & intellectu multa dixi in praxi, mea
cri. in uerbo banniantur, & ibi poſui om-
nes pęnas, quas patitur cõtumax. Pet.Fol.
18 † Sexta pœna eſt. quia contumax poteſt
capi de perſona, & carcerari tex.eſt cũ gl.
& Bar.in l.conſentaneum, C.quomodo &
quando iud.& in §. ſi uero etiam quidam.
in Auth.de exhib.reis, & no.And.de Iſer.
19 in cõſti.ſi quis poſt litẽ, in princ. † Septima
pœna eſt, quia uerus contumax perdit be
f neficium *f* appellandi, l.ex conſenſus, §.fi.
& ibi gl. Bar.& Imo.ff.de appe.l.1.C.quo.
appa.non recipit.& Alc. in l.properãdum,
§.ſinautẽ reus.C. de iud. ubi plus dicit, q
etiam ſi ſit contumax ad ſolam ſententiã,
nõ appellat.idem tenet Alex.in l.ſæpe, co
lum.24.ff.de re iu. Amplia hoc procedere
etiam in illa ſententia, quæ nunquam trã
ſit in rem iudicatam, quia uerus cõtumax
non appellat, ita tenẽt Ant.de But.& mo.
in cap.tenor.de re iu.& Iaſ.in l.1.§. ſi pro-
curator, colum.5. ff. ſi quis ius dicen. non
obtemp.& prædictis adde text. in l.& poſt
20 ędictum, §.fi.ff.de iud † Octaua pœna eſt
quia contumax in non reſpondendo poſi-
tionibus, uel in nolendo iurare de calum-
g nia, habetur *g* pro confeſſo.c. ſi poſt.præſti
tũ, & ibi per Doc.de confeſ.lib.6.& l.2.§.
q ſi actor, & ibi Bar. & Doct. C. de iura.
cal. Idem in nolẽte ſubire iuramentũ iudi
ciale, nec referre, l.manifeſte, & ibi p Do.
ff.de iureiur.& Luc.de Pen in l.locorum,
colum.2.C.de omni agro deſer.li.11.Et de
poſitionibus habetur in regia pragm.quæ
incipit quinta die, &c. Et cõmunis obſer-
uantia in regno eſt, quòd quis citetur tri-
bus uicibus, ut ueniat reſponſurus, ad ſe
examinandum ſuper articulis, & in ulti-
ma citatione debet inſeri totus tenor arti
culorum, & poſtea interponitur decretũ,
quòd habeatur pro cõfeſſo, ità de hoc eſt
ritus magnæ curiæ in num.256.incipiens,
Itẽ ſeruat ipſa curia, quod ſi quis, &c. ubi
etiam dicitur, quod a tali decreto non ap
pellať, quòd limita, niſi citatus ſit abſens,
quia non poteſt haberi pro cõfeſſio, ut no.
Iaſ.in l.1.fin.colum.4. ff. ſi quis ius di.non
21 obtemp. † Nona pœna eſt quia contumax
h poteſt *h* excommunicari glo. eſt.in cap.1.
de dolo, & contu.lib.6.& gl. in cap.conſti.
tutus.de ſententia excommu.lib.6.& Bal.
in l.



in l.3.in uer.not.C.de proc.& Fel.in cap.1.
col.5.uer.utrum excommunicatio, &c.de
iub.ubi plus dicit, quod ante, quam excõ
municetur quis ob contumaciam, debet
citari, uide cap.cum contumacia de hære.
22 lib.6. † Decima pœna eſt, quia contumax
petens reuocari tenutã, ſeu primũ decretũ
tenetur ſatiſdare, etiam ſi poſſideat immo
bilia, & ſi perdit priuilegium, l.ſciendum,
ff.qui ſatiſd cog. gl.eſt ſingularis, in §.ſi ue
ro etiam.in fi.in uer.fideiuſ.in auth.de ex
hib.reis, quã glo.ſequitur Bar.in l.hęc adit,
§.fi.ff.ex quibus cauſis in poſ.ea & Iaſo.in
d.l.ſciendum.col.2.ubi plures allegat, & ibi
etiã Alex.& adde, quæ dixi ſupra in 4.pœ
23 na. † Vndecima pœna eſt, quia contumax
in non parendo iudicij, perdit beneficium
iuratoriæ cautionis. glo.eſt, & ibi Bald.in
auth.ei qui iurat.C.de bo. auct.iud.poſſ.&
gl.& Abb.in cap.qua fronte.de app.& Iaſ.
in l.1.colum.pen.uerſi.3.fallit, &c.ff.qui ſa
24 tiſ.cog. † Duodecima pœna eſt, quia uaſal
lus contumax uerus, qui citatus dixit, no-
lo uenire perdit ſtatim feudum, ita tenet,
And.de Iſer.in c.1.colũ.2.in fi.de mil.uaſ.
25 qui cõtumax eſt. † Tertiadecima pęna eſt
quia contumax in criminalis, primo con-
dẽnať ad tertiã partem mobiliũ, & reliqua
eius bona adnotãtur, & ſi perſeuerat ĩ cõ
tumacia, ꝑ annũ, foriudicať.ſ.q.a hr, ꝓ cõ
uicto, & cõfeſſo, & pro rebelli, & ab oĩbus
põt impune ocidi? & oĩa eius bona confi-
ſcantur elapſo anno. De hoc eſt cõſt.regni,
quæ incipit, pœnã reorum, & ibi plene per
And.de Iſer.ubi hãc pęnã de foriudicatio
ne ponit, & ibi declarat, quod habet locum
ſolum in delictis, irrogantib.pœnam mor
tis naturalis, uel ciuilis, uel membri abſciſ
ſionis, & de hoc eſt capitulum, regni, in nu
mer.152.quod incipit ſiue quis, &c. idẽ de
clarat And.de Iſer.in c.3.§.ſi uero uiolato
co.1.de pace tenẽ.& in c.1.in prin.in 2.co.
in tit.hic finitur lex.&c.& uide ĩfra in 24.
26 pena. † Decimaquarta pœna eſt, quia cõtu
max petit beneficium legis.l.ubi cæptũ.ff.
de iud.quia conuentus corã uno iudice, nõ
põt allegare litis pendentiam coram alio
iudice, corã que fuit contumax.ita tenet
Bar.ĩ d.l.ubi cęptũ, & Alex.in l.q̃uis, ff.de
in ius.uoc.& Barto.in l.ſepulchri.ff. de ſe-
pul.uio.& Alex.in l.2.colũ.2.ff.de re iud.
Et ſic remanet cõcluſio, q cõtumax nõ põt
opponere exceptionem litis pendentiæ
27 † Decimaquinta pœna eſt, quia contumax
qui recuperat tenutã conceſſam ex primo
decreto, non poteſt ulterius declinare fo-
rum, dato q alias haberet exceptionem de
clinatoriam, ita tenet Angel.& Imo.in l.
fin.§.itẽ uel uideamus.ff.de dã.inf.& Ang.
in l.cum qui.ff.de priui.cred.& Alexan.in
l.quidã conſulebat.ff.de re iud.in fi.col.1.
28 † Decimaſexta pœna eſt, quia iudex poteſt
mandare colonis, & inquilinus contuma-
cis q non reſpondeãt ei de penſionibus, &
poteſt mandare, quod nullus uadat ad co-
lendos eius agros, & iſta eſt noua pœna, &
pulchra, & parum cognita a iudicibus, ita
tenet Abb.per illum tex. in c. grauamẽ.de
29 ſen.excõ. † Decima ſeptima pœna eſt, uia
contumax innolendo reſpondere libello
coram iudice, poteſt opponi tormentis ad
i eruendam *i* reſponſionem affirmatiuam
uel negatiuam, non tamen torquetur præ
ciſè, ut confiteatur. ſed ſolum, ut reſpõdeat
& iſte eſt caſus, in qua irrogatur tortura
ſine indicijs, quia datur ad alium finẽ.ita
ſingulariter tenet Bald.in l.accuſationem
colum.3.C.qui accuſ.non poſ.& Pariſ.in
tract.ſynd. in uerſ.tortura.in c.ſequitur
quæſtio, &c.colum.fin.

ADDITIO. Vide late dicta per me
in praxi mea crim.in 3. parte partes.prin.
in uerbo, & ſi cõfitebunť. Pet. Fol. V.I.D.
30 † Decimaoctaua pœna eſt, quia cõtumax
habetur pro præſente in ſui præiudicium,
tex.eſt in auth.quia in prouincia in fin.&
ibi Bal. C.ubi de cri.agi opor.& glo.in l.
de unoquoque.ff.de re iu.& Bald.in l.cum
31 fratrem. col.fi C.de his, qui ut indi. † De
cimanona pęna eſt, quia iudex ꝑꝑ cõtuma
ciam põt ſequeſtrare fructus rei petitæ ſe
cundũ Abb.in c.colũ.ex literis. & ibi etiã
32 Fel.de reſcrip. † Vigeſima pœna eſt, quia
contumax qui non uult reſpondere coram
iudice, habetur pro negante, uel confiten
te, ſecundum quod eſt magis præiudi-
cium, text.eſt, & ibi Doct.in l.de ætate.§.
33 qui tacuit.ff.de interrog.actio. † Vige-
ſimaprima pœna eſt, quia iudex poteſt
procedere contra contumaciam ad capien
da pignora. l.1.§. quid ergo.ff. de uen-
34 inſp. † Vigeſimaſecunda pœna eſt, quia
ubicunque contumax habetur pro con-
feſſo, puta uigore ſtatuti, tunc etiam ef-
fi, itur

ficitur infamis, & non poteſt teſtificari ita
tenet Fely. in cap. ſup eo. el. 1. in fi. de teſt.
35 †Vigeſimatertia pœna eſt, quia ſi quis
excommunicatius ob contumaciam, ut
dixi ſupra in 8 pœna, & perſeuerat per an
num in contumacia, elapſo anno reddi-
tur ſuſpectus de hæreſi Verum ſi fuit cita-
tus pro crimine hæreſis, & fuit excõmuni-
catus, ut contumax, elapſo anno habetur
K *k* pro conuicto, & poteſt puniri ut hæreti
cus, tex. eſt in cap. excommunicamus. §. qui
autem. de hęre, & in cap. cum contumacia,
de hęre. lib. 6. ſed ſi fuit citatus ob aliud
crimen non haberet pro hæretico, ſed ſo-
lum redditur ſuſpectus de hæreſi. & poteſt
iudici ſibi purgatorie, ita declarat Abb. in
c. grauamen. de pœnis. & And. de Iſern. 1.
uerſ. poſt annum, de ſtat. & conſuet. contra
lib. eccleſ. Verum ſemper habetur pro con-
uicto de illo crimine, pro quo fuit citatus
ut no glo. in d. cum contumacia. in glo.
fi. & Spec. in tit. de accu. §. ſequitur. col. 1.
uerſ porro. de hoc habemus in regno unũ
capitulum in num. 99. quod incipit, item
ſtatuimus, ꝙ ſi contingat &c. quo cauetur,
ꝙ ſi quis perſeuerat per annum in excom-
municatione, debet per prælatum denun
ciari curiæ ſeculari, & legitima pœna puni
36 ri per iudicem ſecularem. †Vigeſimaquar
l ta *l* pœna eſt. quia ſi quis fuit contumax
pro minori delicto, pro quo. ſ. non poteſt
foriudicari, puta quia non irrogat pœnam
mortis, uel membri aſcuſſionis, ut dixi ſu
pra in 14. pœna iſte bannitur. & cõdemna
tur ad terram partem nobilium, & eius
bona annotatur, prout ibi dixi. Verum ela
pſo anno non foriudicatur, ſed omnia bo-
na publicantur, reſeruato iure libertorum,
ſecundum conſt. regni. Et ſi uoluerit reuer
ti ad defendendum ſe, debet ſtare in uin-
culis, & ſi uenit abſoluendus in cauſa prin
cipali, adhuc debet ſtare tanto tempore in
carcere, quanto tempore durauit in contu
macia. ita hæc omnia deciduntur per capi
tulum regni, in nume. 152. quo incipit, ſi-
37 ue quis. &c. † Prædicta omnia procedunt
ubi agitur de contumacia rei Quid autem
de contumacia actoris, qualiter punitur
actor contumax? Dic quòd in cauſa ciui-
li ſi reus comparuit in ultimo perempto-
rio, actor uerò non comparet, euaneſcit
citatio, & edictum circunducitur text.
in l. & poſt edictũ, §. 1. ff. de iud ſed actor
non punitur ad aliam pœnam, niſi quia
abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij,
& actor condemnatur expenſis, quas te
netur reficere, antequam iterum agat, ſe-
cundum Andr. de Iſer. in conſt. ſponte uo-
lentibus, ſed in cauſa criminali accuſator
non comparens, ultra condemnationem
expenſarum punitur ad ſextam partem
mobilium, ut eſt conſt. quæ incipit, accu-
ſatorum temeritas, & ibi And. de Iſer. Item
in ciuili proceditur contra actorem contu-
macem, ſecundum formam auth qui ſe.
38 mel. C. quomodo, & quando iud. †Vltimo
adde hic, ꝙ is demum punitur, ut contu-
max, a quo petitur aliquid dari uel fieri
ſecus, ſi citetur, ſi ſua putauerunt intereſ-
ſe: quia talis citatio non arctat ipſum ad
comparendum, & ſi non comparet, non
poteſt dici contumax, nec puniri, quia iſta
dicitur citatio uoluntaria, ſecundum Bal.
in cap. 1. colum. 5. uerſic. & not. &c. de mil.
uaſal. qui cont. eſt. & Paul. de Caſtr. & Ale.
in l. teſtamenta omnia, C. de teſt. & habet
in deciſio. 2. & deciſ. 24. conſil. Neapolita.
Rob. Marant. V.I.D

ADDITIONES.

a Contumacia. Quæ dicat uera cõtumacia.
& q̃ ficta, Bar. in l. & poſt. §. fi. in fin. ff. de
iudic. Soc. in tract. fallen. reg. 73. Veſtri. in
pract. Rom. Cur. lib. 7. cap pen. numer. 22.
ubi addit. Grauat. numer. 51. ſup. in 6. par.
3. par. 2. actu. nume. 284.

b Pœnas. Duen. lib. 1. regul. utr. iur. reg. 152.
& 153. limit. 5. uerſic. & circa hanc, Folle.
in fragment. poſitis in pract. crimin. laico.
numer 170.

c Primum. Coraſ. in lib. 1. numer. 1. ff. de of-
fic. aſſeſſ.

d Inſtante. Et accuſante contumaciam, Gra-
uat. in addit. ad pract. Octau. Veſtr. libr. 4.
cap. 4. nume. 17. Alferi. conſil. 12 nume. 31.

e Refectis expenſis. Nicol. Anto. Grauat. ubi
ſup. nume. 16. & nume. 20. intellige tamen
de expenſis liquidis Iaſ. in auth. quæ res nu
mer. 13. C. de ſacroſan. eccleſ. Et non ſolũ
debet reficere expenſas, ſed etiam non au
ditur, niſi prius cauerit de iudicio ſiſti.

f Appellandi. Franc. cap. ſæpe q. 11. & 12. de
appellat. nec etiam eius procurator appel-
lat Cur. iun. in l. 1. §. ſi procurator. num. 21.
ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. contu-
max uere fictus appellare poteſt, & de cõ-
muni per Grauat. in addit. ad pract. Veſtr.
lib. 1. cap. pen. num. 54.

g Pro confeſſo. Duen. ubi ſup. reg. 152. li-
mit. 4. & 5.

h Excommunicari. Duen. ampliat, & limi-
tat. lib. 1. reg. utri. iur. reg. 153. contumax.

i Reſponſionem. Foller. in 2. par. 2. par. prac.
crimin. laico. num. 9. inf. in hac eadem par
te 2. par. actu. 14. num. 9.

K Pro conuicto. Nicol. Ant. Grauat. in add.
ad pract. Octau. Veſtr. lib. 8. c. fi. in ult. add.
nu. 42. uſque ad finẽ latiſſimè, & doctè dei
hac re uideas Couar. in c. alma mater. in 1.
par. §. 7. num. 10. & 11. de ſentent. excom.

l Pœna. Adde duas alias pœnas uidelicet
quod contumax priuilegium fori allega-
re non poſſet, Afflict. 133. Itẽ quod aduer
ſum contumacem iuramento partis de ex
penſis conceditur, Grauat. in dictis addit.
libro tertio. cap. 2. nume. 2. uſque in fin.
Ludouicus Alferius.



## Sequitur tertium membrum iudicij. De libelli oblatione, tertio membro iudicij.


1 *Libellus iudici, & parti offerri debet.*
2 *Libellus ita clarus eſſe debet, ut poſſit reus deliberare, an uelit cedere uel contendere.*
3 *Copia libelli datur reo, ſumptibus actoris in regno.*
4 *Libellus ut procedat, quid continere debet & num. 5.*
6 *Prælatus agens nomine eccleſiæ, an debeat exprimere eius nomen uel eccleſiæ.*
7 *Syndicus uniuerſitatis agens, quod nomen debet in libello ponere.*
8 *Actor pupilli qualiter concipiat libellum.*
9 *Libellus conrra eccleſiã, qualiter formetur.*
10 *Libellus qualiter formetur contra infantẽ*
11 *Libellus, qualiter cõcipiatur cõtra furioſũ.*
12 *Libellus criminalis, ut ualeat, quid contine re debeat.*
13 *Dies commiſſi criminis ſi apponitur in libel lo, & non probatur reus abſoluitur.*
14 *Accuſator ad inſtantiam rei tenetur decla-rare diem commiſſi criminis in libello.*
15 *Clauſula, peto mihi ius, & iuſtitiam mini ſtrari, quid operetur in libello.*
16 *Clauſula, omni meliori modo, &c. quid in libello operetur.*
17 *Clauſula, non ſe aſtringens, quid operatur.*
18 *Clauſula, & proteſtatur de expenſis, quod importet in libello.*
19 *Libellus non poteſt præſentari die feriato ad honorem Dei.*
20 *Libelli porrectio, non eſt de proceſſu iudicij.*
21 *Libellus præſentari poteſt etiam die feriato ad honorem Dei, quando periculum eſt in mora, uel res eſt tempore peritura.*
22 *Libellus debet eſſe clarus, & certus.*
23 *Libellus non debet eſſe generalis.*
24 *Libellus quantumcunque generalis. & obſcurus, admittitur in cauſis ſummarijs, niſi tanta ſit obſcuritas, ex qua reus non poſſet deliberare.*
25 *Citationem debet libelli oblatio præcedere.*


1 TErtiũ † membrum iudicij eſt libelli
oblatio. Nam is, qui uult recte ordi-
ri telam iudicij, primò facit partem
citari, ut ueniat ad reſpondendum petitio-
ni in iudicio, & parte citata comparente,
offert libellum iudici, & parti, iuxta auth.
2 offeratur, C. de lit conteſta. †& debet libel
lus eſſe, ita clarus, ut reus poſſit ex eo deli
berare, an uelit cedere uel contendere. l. 1.
in princ. ff. de eden. & d. auth. offeratur, &
3 no. Bar. in l. ſi in rem, ff. de rei uen †Debet
a autem dari *a* copia libelli reo, expenſis
actoris, ut eſt gloſſ. in clem. 2. in uer. obla-
tos, de appel. & eſt deciſum in regno per re
giam pragm. quæ incipit, cõparente. &c.
4 † Et quoniam iſta materia libelli eſt ual-
de trita, & in quam pluribus locis uentila
ta, maxime per Specu. in titu. de libel. con
cep. & per Cano. in tit. de lib. obl. & p Bar.
& Doct. in l. edita, C. de eden. & Iaſ. in §.
omnium inſtit. de act. & in uarijs locis, ꝓ-
pterea non multum me extendo ſolũ pro
introductione iuuenum, attingam ea, quæ
(ut ſupra dixi) ſecus eſt in eo, qui ignorat
(ut hæres) qui eſt ignorantia probabili,
leg. qui in alterius. ff. de reg. iu. quia ſi non
ſcit. uel ſcire non debet, non præſumitur
in dolo uerſari. & per conſequens non obſt.
exceptio. Aliquando dicitur dolus commit
ti poſt contractum) ut ſi opera creditoris
debitoris perdat pecuniam, quam ſolutus
erat (l. ſi opera. ff. de dol. excep. & l. utro at
que uxorię cum ibi not. ff. ſolut. matrimo.
22 † Illud etiam in medium afferendum eſſe
non modicæ utilitatis eſt, contra quem ta-
lis exceptio intentari poſſit? & in hoc ſcien
dum eſt, quòd exceptio doli ex parte eius
cui opponitur, ex perſonalis, in tantum q;
opponitur contra doloſum, & non contra
alium, l. 2. §. 1. ff. de dol. excep. & iſtud eſt
uerum ut opponi poſſit contra quemcun-
que committentem, & agit, ſiue ſit maior
ſiue pubes, ſiue pupillus doli capax. ut in l.
apud celſum. §. de aut. ff. de doli excep. &
ſiue ſit maſculus, ſiue fœm. ut d. leg. apud
celſum. §. ſed ſi mulier, ſed aduertendum
eſt quòd aliquando contra agentem non
ſolum poteſt excipi de dolo ſuo, ſed etiam
de dolo alieno, & tunc reus in ſuis excep-
tionibus debet deducere ſpecificare, &
probare dolum ipſius, ex cuius dolo ille, q
agi tenetur (ut puta dolus defuncti nocet
hæredi) quòd intelligas, ut plene declarat
Ang. Are. in §. ſed iſte. in uerſic. quæro ab
extra. inſt. de actio. & habetur in l. Pomp. §.
23 cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſ. † Ex par-
te autem eius qui opponit, exceptio doli eſt
in rem, ut eſt text. in leg. 2. §. doli. ff. de do.
excep. & ideo ad quemcunque tranſit res
ſuper qua commiſſus eſt dolus. tranſit ex-
ceptio) ut puta, ſi quis conuenitur à fure
raptore, uel aliàs dolum committente in
re quæ petitur (ex eo quia poſſidet, con-
uentus poteſt excipere doli exceptione, ita
quòd non quæritur uerſus quem ſit com-
miſſus dolus, ſed an ſit commiſſus dolus in
ea re, quæ petitur. arg. l. ſi. cum ibi no. C. de
24 rei uend. † Sed ijs conſequentes eſt dubita
re an ſingularis ſucceſſor ſi agit, poſſit re-
pelli per exceptio. doli, & ſic an dolus aucto
ris noceat ſingulari ſucceſſori? regula eſt
negatiua, quòd regulariter dolus ſui aucto-
ris non nocet ſibi: ut eſt tex. in l apud cel-
ſum. §. de auct. ff. de do. excep. fallit hac re-
gula in pluribus caſibus. Primo, ſi ſucceſ-
ſor ſingularis uult uti acceſſione ſui au-
ctoris, ut d. §. auctoris. Secundo, fallit ſi
non uult uti dicta acceſſione, tamen habet
cām lucratiuam, uel quaſi, ut d. §. de auct.
Tertio, fallit quando de ſuo dolo conueni
tur. uel parti excipiunt, ut ibid. Quarto, fal
lit ubicunque res reuerſura eſt incontinen
ti ad autorem doloſum, ut ibidem. Quin
to, fallit ubi exceptio cohæret rei, ut ibid.
Sexto, fallit ubicunque dolus commiſſus
eſt in actionis acquiſitione, nam cuicunque
ſucceſſori ea utenti obſtat exceptio, ut d.
l. apud celſum. § ſi quis. & §. de auctori. &
§. in hac. Aduertendum tamen eſt ad id q;
dictum eſt ſupra in 2. fallentia, quod do-
lus auctoris nocet ſingulari ſucceſſori ha
benti cauſam lucratiuam, eſt intelligendū

ſi agat, quia contra eum poteſt opponi ex-
ceptio doli auctoris, ſecus autem ſi ſe deſcē
dat. ut eſt gloſſ. not. in d l. apud celſum, §. ſi
quis autem ex cauſa legati, & no. Ange. in l.
pure. §. ſi eum, eo. ti. aduertit Ang. Are. in §.
1. inſt. de excep. num. 10. uerſi, aduertas ta-
men, & eſt tex. in l. ſicut iniquum. ff. de ac.
emp. & ibi late Do. & ſcrib. in l. uitia. C de
acq. poſſ. ubi Bald. & Sal. & alij optime de-
25 clarant. † Sed ſinge fore adhibitum dolum
in aliquo contractu celebrato inter aliquos,
demum celebratur alius contractus ad con-
firmationem primi contractus, & in iſto ſe-
cundo contractu nullus dolus fuit adhibi-
tus, modo actor agit ex ſecundo contractu,
an opponi poſſit exceptio doli ex primo cō
tractu? Paul. de Caſt. in conſi. 162. uiſis, &
ponderatis omnibus, col. 1. lib. 2. dicit, quòd
poteſt excipi de dolo, quia dolus commiſſus
in primo contractu cenſetur repertus in ſe
cundo tendente ad eius confirmationem,
& ſequitur conſulendo Aymo. Crau. in con
26 ſil. 142. nu. 13. † Sed nunquid dolus unius
ex ſocijs noceat alteri ſocio, dicas, quòd, c.
ut per Bar. poſt Flo. in l. ſi de communi. ff. ſi
ſer. uend. licet ſocius contra ſocium habeat
27 regreſſum, ut ibi. † Sed an exceptione doli
poſſit renunciari. Spe. in ti. de renū. & cōſ. in
uer. l. itē exceptio doli mali, nu. 25. tenet ꝙ
exceptioni doli de ptō renunciari poteſt, ſed
doli de futuro non utique poſt renūciari, l.
ſi unus. §. illud nulla & ibi Barto. ff. de pac. &
Doc. maxime Bart. in l. Aurel. §. Gaius, ff. de
lib. leg. & in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb.
obl. & in l. tres fratres de pact. & in l. qui-
28 dam decedens. ff. de adm. tut. † Sed ſinge in
ter uiuos fieri liberationem, & quietationē
generaliſſimam, nunquid dolus cenſeatur re
miſſus? uide ad plenum per Bartol. Soc. in
conſ. 159. incip. in preſenti uer. ex quib. infe
rēdo ad propoſitū, & in conſ. 190. incip. me
mini, uerſ. poſtremo, cum uer. ſeq. in 2. par-
29 te. & infra dicam. † Nec abſimilem predi-
ctis putes exceptionem ſimulationis. iccir
co aliqua de ea dicamus illud primo ſcien-
dum eſt, quod triplex ſimulationis preſens
reperitur ſecundum Bald. in l. cum preci-
bus. C. de probationib. & Barto. in conſilio
incip. Petrus Nicolæ Primo, ſi quidem mo-
e do contrahitur *e* ſimulatio, cum in uerita-
te agitur, quòd unus contractus celebretur,
tamen alius celebrari ſimulatur, C. plus ua-
let: quòd agitur per to. & C. de contra emp.
l. empti fides, ut puta in ueritate uolumus
contrahere, & facere contractum pignoris,
uerum quia creditor dubitat, ne cogatur
computare fructus in ſortem principalem,
iuxta l. 1. & 2. C de pig. actio. ſimulat con-
tractum emptionis, & licet, tali caſu non
ualeat contractus ſimulationis, uidelicet
emptionis, remanet tamen ualidus contra-
ctus pignoris, l. emptorem, C. plus ualet,
quòd agi. & in c. illo uos, de pig. & ſic plus
ualet quòd in ueritate agitur, quam quòd
ſimulare concipitur, ut in toto tit. plus ua-
le. quòd agi. & in iſta prima ſpecies ſimula-
tionis, excipiens debet aduertere, ut parti-
culariter deducat, & probet, qualiter fuit cō
uentum inter partes, quod in ueritate eſſet
pignus, licet fingeretur emptio, & uend. Itē
quòd incontinenti partes ipſę celebraue-
runt contractum uenditionis ſimulatum,
nam ſi decurriſſet interuallum temporis poſ
ſet dici, quod a prima conuentione fuit re-
ceſſum, & per conſequens in ueritate non
intendebant facere pignus imo ueram uen-
ditionem (vt dictat inſtrumentum) arg. l.
cum in plures. § locator horrei. ff. loc. & ibi
Bart. Bal. & Saly. & Bar. in l. non ſolum. §.
morte. uerſic. plene. ff. de no. ope. nun. & Iac.
Butr. Bar. Bal. Sal. & Ange. in l. pacta nouiſ
ſima. C. de pact. & hæc ſpecies ſimulationis
oppon. poteſt etiam inter mercatores, quia
æquitatem ſapit, leg. prima, ff. de dol. ma. &
met. excep. Secundo modo dicitur contra-
ctus ſimulatus, & fit quando in ueritate ce-
lebratur contractus, & modico tempore de
bet durare (quia forte debet fieri retrouen-
ditio ſtatim) ut l. 3. § ſi ab ignoto. ff de ma-
nu. intelligendo ſi expreſsè per pactum ita
ſit promiſſum. & iſte contractus ex ſui appa
rentia non præſumitur ſimulatus, imò eſt
puniſſus, & ualet ī forma ſpecifica, ut eſt tex.
in l. 2. C. de pact. inter empto. & uendit. &
ibi no. niſi alia coniectura concurreret, quā
ꝙ infra certum temporis teneatur retrouen
dere (puta quia interuenit paruitas precij re
ſpectu ualoris rei, iuxta gloſſ. no. in l. 1. in
prin ff de ſuperfi. & quòd venditor indige-
ret pecunia, & quòd pecunia peteretur mu-
tuo, & pactum de retrouendēdo quo ad cer
tum tēporis tantū, & elapſo termino, quod
non poſſet retro emere, & qdr non poſſet re
troemi antequā tranſeat certum tps) ex ijs.
enim



f enim omnibus *f* præſumitur contractus ſi-
mulatus, & magis præſumitur celebratus,
ut creditur, interim durante illo tempore,
lucretur fructus, & ſic potius ſit pignus, quā
uera uēditio. Sin autem non conſtaret de
originali mutui petitione, tunc ex tali pa-
cto de retrouendendo non iudicatur con-
tractus ſimulatus, etiam ſi ibi eſſet parui-
tas precij, reſpondit uenditæ, & quòd ſit
factus cum uſurario, Secundum Doct. in c.
ad noſtram de emp. & uend. & in l. emptio
30 ne. C. plus uale. quod agi. † Tertio dr, con-
tractus ſimulatus, & imaginarius, quando
apparenter ſit contractus in mente, aut ſit,
& agitur quòd nihil ſiat inter partes; &
de hoc loquitur, l. nuda. ff. de contra hen.
emp. & l. imaginaria de re iud. & omnibus
iſtis modis habet locum dicta exceptio in-
31 ter mercatores † Sed illud non uidetur re
g ticendum quomodo poteſt *g* allegari ſimu
latio contractus cum eam allegando quis
allegat turpitudinem ſuam quo caſu non
eſt audiendus? Bar. in l. iuſiurandum, ꝙ ex
conuentione. §. ſi. ff. de iur. iur. dicit, ꝙ dēt
quis agere rei uendicatione ad rem ſuper
qua fuit ſimulatio commiſſa, & ſi opponā-
tur, ꝙ ei fuit res uendita, replicari poteſt, ꝙ
uenditio fuit ſimulata, & imaginaria, tunc
licet, allegē turpitudinē meam ſum audien
dus, quia non allego ad eā fundādum inten
tionem meam, ſed allego eā ad coadiuuan-
dū intentionē meam Item ego allego ea cō
tra eum, qui fraudem participauit. Itē ego
qui allego tracto de dāno uitādo, ille uero
de lucro, igitur ſum audiēdus, l. apud celsū,
§. Marcellus. ff. de dol. excep. nō aūt ſm eum
poſſum petere reſcindi dictam uēditionem
allegando fraudem, uel ſimulationem, quia
principaliter fieret ad fundandum inten-
tionem meā, & allegarē eſt conſequenti tur
pitudinē meā, & iſtā doctr. Barto. ſequitur
Ang. Are. in §. 1. inſt. de excep. de cuius ue-
ritate uide do. Vital. de Cāb. in tract. clauſ.
in clauſu. rei non ſic geſtæ in tit. quis poſſit
dicere. ſeu allegare contractum ſimulatum,
fol. 388. & Bald. in l. cum profitearijs, C. de
reuo. don. ubi dicit, ꝙ aut contractus eſt ue
rus tamen fraudulentus, & iſto caſu uerum
eſt id, ꝙ dicitur, ꝙ non auditur quis allegā
do eius turpitudinem, aut contractus eſt ſi-
mulatus & in fraudē factus, & tūc bene pōt
agi de ſimulatione, & licet appareat de
fraude, non tamen repellitur ab agendo, &
hoc inducit ad quæſtionem de quodā mer-
catore, qui cogitans ad fugiendo, & frau-
dando ſuos creditores, in eorum fraudem
donauit, uel alienauit bona ſua, poſtea non
fugit uult uendicare ipſe donans, uel re con
ducere res donatas, ſiue alienatas, eo præ-
textu, quod donauit, uel alienauit in frau-
dem creditorum, aliter non facturus, non
quid poſſit? & dicit quòd ſic per iſtam ſuā
nationem, quam ſupra proxime retuli, ſed
Bar. in l. poſt contractum. ff. de dona. & in
d. l. Iuſiurandum. §. fina. pleniùs tetigit hūc
articulum, & finaliter teneas, quòd nedum
ipſe principalis, ſed eius heres poteſt allega
re contractum ſimulatum, licet non poſſit
dicere, & allegare fore practicū in fraudem
uel deceptionem fiſci, uel alterius priuatæ
perſonæ. l. quamuis. & in l. cum propria. C ſi
32 quis alte uel ſi. & Doct. ubi ſupra. † Tēpus
enim imminere uidetur, ut quæramus quo
modo proponatur exceptio ſimulationis
contractus? in quo reperio exceptionem ſi
mulationis multipliciter capi, & ex hoc de
bet excipiens dicere, qua ſpecie ſimulatio-
nis ſic ſimulatus, nō intentione incerta, (ut
aduerſarius reddatur certus) & nulla alia fa
cta declaratione, ille contra quem dicitur
ſimulatus, debet obtinere, l. 1. in prin. ff. de
eden. & l. Pomp. ſcribit ſi frumentum. in ſi.
ff. de rei uend. quæ licet loquuntur in agen
te, hūt tamen locum excipiente, l. 1. §. la-
beo. ff. de flu. & ff. de leg. 1. l. litię textores. in
princ. debet ergo dici, ꝙ declarari ſpecies
ſimulationis, & etiam cauſat reparationem
cōtractus ſic factus, ſm Bal. in l. ab Anaſta
ſio. C. man. & in l cum præcibus. C. de pro-
33 bat. † Sed ſinge debitum ex una cauſa, quē
confiteri debere ex alia cauſa, nunquid ſi-
mulationis exceptio oriatur Bald. in l. ſi ex
pretio. C. ſi cer. pet. dicit, ꝙ non oritur exce
ptio ſimulationis, quia dicitur, tunc com-
petere exceptio ſimulationis, quando pro-
miſſio eſt facta ſimulatè, ob cauſam nō ue
ram, uel non iuſtā. ſed hic obligationis ſub
iecta non deficit. Vt dicit text in d. l. ſi ex
pretio, & debitū ex una cā pōt in debitū ex
alia cauſa conuerti, ut ibi declarat Bart. &
hactenus de hac exceptione ſimulationis.
34 † Sequitur ut non incongrue uideamus de
metus exceptione, quæ & ipſa fundatur ſu
per æquitate, ut eſt text. in l. 1. ff. ꝙ me. cau.
& eſt

& eſt in rem, non in perſonam, l.ſi cum ex-
ceptione.§.in hac.cū ibi no.ff.ꝙ nunc cau.
& eſt text.ī l.apud celſum.§.pe.ff.de excep.
& ſic quando proponitur iſta exceptio,non
eſt opus dicere, & allegare perſonam metū
inferentem, uel etiam perſonam, cui me-
tus fuerit adhibitus, ut in d.§.pen ſed ſuffi
cit allegare metum fuiſſe adhibitum, & ſic
imperſonaliter in tali re.ut talis res permit
teretur,& quia ſapit,ut dixi hæc exceptio
de ęquitate inter mercatores poteſt opponi
cum & id,ꝙ metus cauſa geſtum eſt ratum
haberi non debere, non tam ſi fuit uerbum
hominis, quam uerbum Dei, ut dicit ma-
giſter Raimundus in ſua ſumma prout re-
fert Bal.in conſi.133.col.2.poſt prin.uol.3.
pro quo dicit Bald in rub.de con. inueſt.
in fi.uerſ.queritur ultimo, ꝙ uox Dei po-
ſuit in ore prætoris edictum,ꝙ met.cau.ge
ſtum eſt,& multo de exceptione metus, &
quomodo probetur, qualiterue purge-
tur, uideas Boer.in deciſ.100.& 101.in 1.
35 parte ubi plene. †Subſequenti ordine ui-
deamus, nunquid exceptio non nu.pec.in-
ter ipſos mercatores opponi ualeat, & an
inter eus ſeruetur diſpoſitio l.ſi ex cautio-
ne.& l.in contractibus C.de nume.pec.pro
iſtius quæſtionis ſolutione, illud præcipue
ſciendum eſt, ꝙ diuerſa tempora a iure ſta
tuta reperiuntur, ad opponendam dictam
exceptionem,nam in contractu mutui, in
quo quis in ſcriptis confitetur ſe mutuum
habuiſſe, debitor opponit dictam exceptio
h nem, infra terminum *h* duorum annorum
a tempore, quo confitetur ſe mutuum rece
piſſe,& eo caſu oppoſita dicta exceptione
infra dictum tēpus nihil probare habet,ſed
creditor dictū probare numerationem, &
ſi eam non probauerit, confeſſio illa debi-
toris ſtante dicta exceptione oppoſita.ni-
hil operatur. ut eſt text.inſt.de literarum
oblig.§.1. & d.l.in contractibus. Item in
alijs conctractibus quam mutui,de quibus
apparet ſcriptura. Tempus opponendi di-
ctam exceptionem,(ut onus probandi nu
merationem transferatur in creditorem)
eſt 30.dierum, ut in d.l.in contractibus.§.
ſuper cæteris,pręter quam in contractu em
ptionis, & uend.in quo non poteſt opponi
exceptio pretij non ſoluti, ut in l.generali-
ter.C.de non nume.pec. niſi uellet in ſe ſu-
ſcipere onus probandi, ſecundum Bal.in
l.peremptorias, C.ſent.reſc.non poſ.cum
concor. ſuis. Ita præterquam in contractu
tranſactionis, ut in l.ſi tranſactionis.C.de
non nume. pec.modo deueniendo ad prin
cipalem quæſtionem uidetur dicendum
quod poſſit opponi dicta exceptio inte
mercatores ex pluribus.Et primo, quia ex-
ceptio non.num.pec.fundatur ratione na-
turali,& ſuper æquitate,ut dicit gl in rub.
C.de non nume.pecu. ſecundo quia (ut di-
xi ſupra (in foro mercatorum habet lo-
cum æquitas canonica, ſed de equitate ca-
nonica,etiam poſt biennium opponitur, ſe
cundum Ioan. Andr. in regula iuris locu-
pletari.de reg.iur.per regulam cap.fin.de
præſcr.& ſequitur Ioan. Fab.in d.l.contra-
ctibus.& Hoſt.& Ioan.And.& Barb.& cō-
muniter Doct.in c.fi.de ſol.& Felyn.latiſſi
mè in c.ſi cautio.de fid.inſtru.in 17.col.
num.61.& ita fuit deciſum in Cappel.Tho
loſ.deciſ.418.& ſequitur Bal.in d.l.ſi ex cau
tione,& in d.l.in contractibus.& etiam ela
pſo biennio transfertur onus probandi in
creditorem, ut dicit Angel.Arc.in §.2.inſt.
de excep.ſed in contrarium.quòd īter mer
catores non habeas locum dicta exceptio,
allego.glo.ſing.in § fin. qui incipit argen-
tariorum in Auth.de fideiu.& pro hæc etiā
opin.allegatur Bald.in l.fruſtra.C.de non
nu.pec.ubi citat illam glo.ſing.ſed pro cer
to ibi Bald.hoc non dicit, ſed Saly.ibidem
dicit, quod aut mercator uult opponere
exceptionem prædictam ex perſona ſua,
& non poteſt, ſed ſi uellet opponere ex
perſona eius pro quo interceſſit, & tunc
i poteſt opponere,*i* & ita intelligitur, id quod
ibi dicit Bald.ſi recte inſpiciatur, & ita te-
net Iaſon per prędicta in l.qui pecuniam
nume.6.ff.ſi cert.peta.& in l.cum quis.nu-
me.6.C.de iur.& fact.ign.licet incorruptè
loquatur in li.meo.idem dicit, & latius An
gel.Aret in § idem iuris. inſt.de excep.nu.
16.intelligendo tamen,qn̄ mercator ſpopō
diſſet, & obligatione debitoris confeſſio-
nata, at ſecus ſi ſimpliciter ut debitum ab
illo debitore creditori debitor ſpopon-
diſſet,quia tunc,& debitor,& mercator fi-
dem debiti uidentur agnouiſſe, argum.l.
cum fidem.C.de non nu.pec.forte tamen
ſi fas eſſet loqui contra tot.uerum iuris
interpretes, dicerem prædicta procedere in
campſore tātum,ut dicti Doct.in locis pro
xime



xime allegatis exemplificant,at ſecus in ſim
plici mercatore,qui ut plurimum (ut expe
rientia eſt rerum magiſtra.) negociatur nō
præſenti pecunia,ſed in credentiam cui ſi au
feretur facultas excipiendi de non numera-
ta pec.eſſet ſumma iniquitas, & ratio diuer
ſitatis inter campſorem,& ſimplicem merca
torem,poſſet eſſe,quia campſores ſolent prę
ſenti pecunia negociari.Item quia magis eo
rum fides cenſetur, & eſt approbata, adeo
quod magis qui confidit nudæ promiſſioni,
& uerbali campſoris, quàm mille inſtrumē-
tis alterius perſonæ, hinc eorum ſcripturis
plenam fidem adhiberi uidimus, unde nimi
rum ſi ex perſona eorum non habeant exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ, imo quod
plus eſt etiam campſor habet dictam exce-
ptionem, ſecundum Bald. in conſilio 190.
in 2.uol.ubi ponit quæſtionem quod ſi cam-
pſor Venetiarum facit mihi literas cambij
directas campſori Neapolitano, ut ſoluat
mihi ducatos centum per eum habitos, &
receptos a me,ſi campſor Neapolitanus non
uult acceptare literas,& ego habuero recur-
ſum contra campſorem Venetiarum ad re-
petendum debitum, & ille opponat exce-
ptionem non numeratę pecuniæ, ex illis li-
teris, dicit ipſe,non probatur uera numera
tio,ſed tantum confeſſio,l.ſi ex cautione. C.
non nume. pec. niſi campſor confiteatur nu
merationem, ſeu ſaltim non diffiteatur, ut
ff.ſi certum peta.l.lecta.ff.de uerb.obl.l.ſi ita
ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.de uerb.obl.& per
conſequens concludit opponi poſſe dictam
exceptionem, unde cogita ſuper prædictis
in facti contingentia, & reperi nouiſſimè
Benue.Strac.in tractat.de mer.in ult.parte,
nu.9. fo. 276. tenentem mercari competere
hac exceptionem, & ultra pędicta videas
Affl.in conſ.cauſas in 4.no. tenentem,quod
etiam in literis cambij habet locum diſpoſi-
tio d.l. ex cautione, ut opponatur exceptio
non numeratæ pecu. licet uideatur loqui,
quod ad ſubſcribentem literis cambij, & ſic
non de campſore.
36 † Sed illud etiam pulchrum eſt uidere
nunquid exceptio periurij repellat agentem
ēt in foro mercatorum? & dicēdū eſt, quod
ſic,imò a fortiori,quia ut dixi in curia mer-
catorum agit̃ de bono, & æquo, & ſeruatur
æquitas, modo ſic obſeruare promiſſa, eſt
iuris naturalis & æquitatis naturalis, ut
eſt text.in l.1. ff. de pact. (ibi dum dicitur)
quod edictum de pactis æquitas naturalis
eſt, quid enim tam congruum eſt fidei hu-
manæ,quam pacto ſeruare, & non obſerua-
re pacta eſt contra naturalem æquitatem,ut
in d l. 1. à contrario ſenſu, & firmat Bert.
Doct.Gal.in conſil.53.in 1.lib.nu.12.ubi di
cit, ꝙ contra ius gentium, & naturale eſt,
procedentia ex ore mercatorum irrita face-
re, ergo qui non ſeruat pacta maxime iura
ta (quo caſu eſt periurus) reppellendus eſt.
Sed an dicatur periurus ille, qui promiſit ſol
uere infra certum terminum,& non ſoluit,
ſi poſt terminum offerat ſe paratum ſoluere,
dicas quod non, ut eſt glo. ſing. 32. q. 1. a-
pud miſericordem, & eſt ratio quia eo ipſo,
quod ſoluit extra terminum, uel offert ſe
ſoluere, & non uidetur habuiſſe differendi,
ut refert, & ſequitur Lanfr. in capitu. quo-
niam contra,in uerbo depoſi. num. 136. de
prob. ſed auertendum eſt ad id, quod ſupra
dixi.quoniam Doct.canoniſtæ in cap. intel-
leximus,extra de iud. tenent,quòd periurus
non repellitur ab agendo, ſed Spec. in tit.
de acto. §. 1. uerſic. Item quod eſt periurus
tenet quod periurus indiſtinctè repellatur,
ab agendo,Lud.R.in ſing.493.incip. tu ſai,
concordando opiniones dicit, quod aut quę
ritur,an periurus in uno repellatur ab agen-
do, in alio penitus diuerſo, & tunc proce-
dat opinio Can. aut quæritur an periurus in
in eadem re, quæ petitur, repellatur ab agē
do ab ea,& iſto caſu procedat opi. Spec. te-
nentis quod periurus repellatur ab agendo,
allegat text. quem ita intelligit in leg. ſi,
quis maior.C. de tranſ. & ita tenet Bald. in
rep.leg. 2.ff.de iureiur.& Fili. in d. c. intelle
37 ximus,num.6.† Sed quātus dixi, quòd licet
quis ſit periurus non ſoluendo infra termi-
num, tamen ſi offerat ſe ſoluturum poſt ter-
K minum *K* purgat illud periurum, in hoc
contradicere uidetur tex.in d.l.ſi quis maior
ubi clare colligitur impediri purgationem
moræ,ſed ne inaniter dixerim in aduerten-
dum, quod de æquitate canonica,per illam
gl.in cap. apud miſericordem, admittitur
purgatio moræ, & ita eam intelligit Alex.
in d.l.ſi quis maior,quem omnes ſequuntur,
& ex hoc pulchre inferebat Th. parp. in re-
petitione d.l.ſi quis mari 23.no.in fin. quòd
cum intermercatores procedit de æquitate
iuris apicibus obmiſſis, conſtitutum eſt
inter-

inter eos, non immerito dicendum erit ad-
mitti morę purgationem, quia ſecundum
eum morę purgatio ad inuenta eſt de æqui-
tate,& impeditur ſolum de rigore leg.ſi ſer-
uus.§.ſequitur ( ibi ex bono, & equo ) ff.de
uerbo.obliga. citat deciſionem Alex. in ter-
minis ( ut uerbis eius utar. ) in l. & ſi poſt
tres in princip.ff. ſi quis cau. ubi dixiſſe, in-
quit,ꝙ ibi impeditur purgatio,ubi ſeruatur
rigor, & ubi obſeruatur æquitas, procedit
illa regula,ꝙ tibi non nocet, & alteri ꝓdeſt
de facili debet cōcedi,l.2. §. Item uarus, ff.
de dam.infe.intelligit tamen prædicta pro-
cedere cum cauda,quod poſſit mercatur mo
ram purgare, niſi probato intereſſe ex aduer
ſo,unum tñ ſcire non obmittas, quòd in re-
gno iſto extat ritus magnæ curiæ uicariæ,
quo cauetur, ꝙ comparens debitorum ſac-
culo paratus purgationem moram, & euitat
omnem pęnā,& incipit ritus. Item ſi aliquis
uel aliqua citatus, uel citata, & ſic res non
38 habet difficultatem. † Niſi debitor renun-
ciaſſet ritui de purgatione moræ, uel facul-
tati purgandi eam ( ut fieri ſæpe adſolet )
quia eo caſu ceſſat purgatio, ſecundum Bal.
39 & Sal.in l.magnā.C.de contra ſtipula. † Et
alias ) dū eſſem auditor in toto ſtatu princi
patus Salerni )dicebam ex hac limitatione,
quod ſi quis promiſerit centum in duabus
pagis, ſeu tandis,& ſi non ſoluerit in prima
poſſit totum peti,& debitor totum teneatur
ſoluere,renunciando facultati purgandi mo
ram, quod totum licirè peti poteſt,( & totū
debetur ) quod alias non admitterem,etiam
exiſtente pacto,per ea quæ dicit do.Iaſ. in l.
ſi inſulam,ff.de uerb.obl. in ea quæſtione de
promittente Sticū,ſi non dederit centum no
mine pœnæ, & ſuper hoc fuerunt conſulti-
magni practici in ciuitate Neapolis, & ut
ego dixi conſulerunt,& quòd eſſet excuſſio
inter mercatores tenet Dec. in cap. ex parte
40 el 2.de off.iu.deleg.2.col. † Ceſſare etiam
1 inter / mercatorem excuſſionis exceptionē,
inquit,gl.in auth.de fideiu. §. argentariorū
quam ad literam ſequuntur Bal. & Saly. in
l.fruſtra.C. de non nu. pec. & Bald. reperit.
in l.fi. ad fi.C.de ſal.& Ang. Are. in §. item
ſi quis in fraudem 6.colum. de actio. & eis
ad ſtipulatur Boer.in dec.221.2.parte,nu.15.
ſed recentiorib.Niguſan.in tract.de pig. in
1.membro 8.par.nume. 28. dicit, quòd du-
plex eſt modus excipiendi de excuſſione;
uno modo reſpectu ordinis iudiciarij, quia
de ordine iudicij eſt, ꝙ prius excutiantur
bona principalis debitoris,quā poſſit agi hy
pothecaria, contra tertia tertios poſſeſſores
& ſimilib.caſib.& iſto caſu( dicit ipſe )quod
non habet locū exceptio excuſſionis inter-
mercatores. Altero modo opponitur exce-
ptio excuſſionis reſpectu intereſſe,non habi
to reſpectu ad ord.iudicij, nec ad præpoſte-
rationē,ſed conſideratᷣ intereſſe tertij poſſeſ
ſoris,ꝙ cōſiſtit ſecundum eum,in hoc( ut ſi
debitor principalis ſit ſoluendo ipſe exigatᷣ)
anteq̄ moleſtetur tertius poſſeſſor,& iſto ca
ſu talis exceptio excuſſionis, habet locum
etiam inter mercatores, & ita dicit intelligē
da dicta Bald.in l.fin.§.ſed & ſi quis, C.cōia
dele.1.col.uer.fuit a me quæſitum, & Alex.
in l.ſi conſtante.11.col.ff.ſol.mat. in 2.q.2.
partis dum dīt, quod exceptio excuſſionis
non ſolum concernit ordinem iudicij, ſed
etiam ordinem.& intereſſe partis, & ex hoc
infert bene fuiſſe concluſum per Corn. in
conſi.45.in 3 lib.in litera S. dum dixit,quod
in cauſa in qua debet procedi ſola facti ue-
ritate inſpecta, non debet nec pōt opponi
exceptio excuſſionis reſpectu ordinis, ſed
ea non obſtante poteri inſimul, & cumula-
tim agi contra debitorem,& tertium poſſeſ-
ſorem, & in eodem iudicio diſcuri de bonis
principalis debitoris, & tertij poſſeſſoris.
Nouiſſimè huic opinioni aſſentijt Benue.
Strach.in trac.de mer. in ult.parte,nume.8.
& ita alias ego concludebam in pri. gl. hu-
ius operis,nunc autem dico,quod ſi recte cō
ſiderentur uerba Niguſan. nullū uītr hr̄e ſa-
porem,nam ſ͞m eum poteſt dari caſus,quòd
poteſt excipi de præpoſteratione ſeu de or-
dine iudicij, non dato intereſſe patris, con-
tra dicta Alexandi & Bald.ubi ſupra, & po-
teſt dari caſus in quo opponatur de diſcuſ-
ſione,habita conſideratione ſolum ad inte-
reſſe partis, & tñ nō poteſt opponi exceptio
excuſſionis, niſi opponentis interſit quia ta
lis exceptio concernit ordinem iudicij cum
intereſſe partis, ut teſtatur Ale. ubi ſupra
adeo, quod ſi opponitur de ordine iudicij,
& præpoſteratione ipſius, ubi partis bene-
ficium uel intereſſe non conſideratur, & re-
cte opponens generaliter( non inter merca-
tores ſolum ) reicitur, & ſic non poſſet da-
ri practica talis, quòd excipiatur de excuſ-
ſione, habito reſpectu ad intereſſe tan-
tum



tum uel habito reſpectu ad ordinem non
conſiderato intereſſe, ſemper enim intereſ
ſe reſpicitur. & ac uel ſemper admittenda
eſt excuſſio uel ſemper reijcienda, niſi di-
camus Niguſ.uoluiſſe dicere, quod uirtus
conſiſtit in modo excipiendi. ut ſi dicatur.
& excipiatur per tertium poſſeſſorē, quod
contra ipſum non poteſt agi, quia de or-
dine iudicij eſt prius agendū contra prin-
cipalem nam iſto caſu reijcitur inter mer-
catores,ſi uero dicatᷣ.ꝙ ſua īntereſt,ꝙ excu
tiatur principalis, & eo repeto non ſoluen
do tunc agatur contra eum,nam tunc quia
ſolum allegatur īntereſſe,excipi pōt ſed ad-
huc anceps,ſum,diceretur tñ,ꝙ ſi principa
lis debitor eſt ſoluendo,& facilius ad cōue
niendum,& tertius poſſeſſor excepit,ꝙ ſtā
te ꝙ principalis eſt ſoluendo,& eſt habitus
ad conueniendum non pōt ipſe moleſtari,
& ideo ꝙ excutiatur ipſe,& ſi non reperiatᷣ
idoneus tūc agatur contra eū,tunc pōt exci
pi non ea ratione ſola,quia ita ſua intereſt
ſed ea (quia quod tibi non nocet, & alteri
prodeſt cogeris facere) l.2.§.item uarus.ff.
de dam.inf quę regula ēt inter mercatores
procedit ut ndiuiduo(inquit) Th.parp.in
repet.l.ſi q̱ maior.C.de trāſ.in 23.nō in fi.
unde ſi principalis eſt ſoluēdo,& habilis ad
conueniendū,nō eſt ęquū hr̄i recurſū cō-
tra tertium poſſeſſorem.non.n.ſibi nocet
agere contra principalem debitorē actione
perſonali, & prodeſt tertio poſſeſſori non
uexari,& ſic nimirum ſi cogi poteſt ad id
faciendum,& ita ur̄ mihi concludendū re
ſpectu excuſſionis īter principalē,& tertiū
poſſeſſorem,ſed inter principalē debitorē,
& eius fideiuſſorem,ſi conueniatᷣ fideiuſſor
m & ſic mercator puto nullam m excuſſionē
poſſe opponi pp præcipuam fidem, quam
habent homines promiſſionibus mercato-
41 rum,& campſorum.† Ex inde hæſitari non
modice conuenit(ut & ego alias in nun-
dinis ciuitatis Salerni de mēſe Septembris
hæſitaui)finge, quod quidā mercator pro-
miſit pro Titio,hoc modo, ſi Titius nō ſol
uerit ducatos,centū,infra decē dies, ſoluet
ipſe,euenit ꝙ Titius nō ſoluit conuenitur
mercator ut ſoluat,dicit mercator non te-
neri,quia promiſit,ſi Titius nō ſoluerit (.i.
ſi interpellatus nō ſoluerit(q̱d igitur iuris,
& ur̄ ꝙ mercator pro ſe habeat tex.in l.fi-
deiuſſor obligari.§.fina.ff.de fideiu.& iſta
excep.interpellationis non factę oritur ex
ipſa ſcriptura promiſſionis,q̄ ſemper oppo
ni pōt,etiā inter mercatores arg.eius quod
dicunt Bar.in l.1.§.parui,ff.ꝙ ui.& aut clā
& Bald.& Saly.c.ī l.ita pudor.C.de adul.&
Abb.in c.ex parte,la 2.de offic.del.ubi di.
cunt, ꝙ ſi per ſtatutū ſunt excluſæ oēs ex-
ceptiones, tñ illę.quæ oriuntur ex eadē ſcri
ptura,non ſunt excluſæ, uerùm ſi mortuus
fuerit principalis debitor,antequā ſolueret
& interpellaretur eo caſu agenti cōtra mer
catorē non obſtat exceptio interpellatio-
nis non factæ, quia mortuo reo uidelicet
Titio ſtatim apparet uerum eſſe reum nō
ſoluiſſe, ut dicit tex.in d.l.fideiuſſor.§.fin.
ego aūt puto,ꝙ illa,quæ primo loco dixi.
ꝙ requiritur interpellatio,non habēt locū
inter mercatores, quia inter illos(illa uer-
ba,ſi nō ſoluerit)intelliguntᷣ,i. ſi fuerit in
mora ſoluēdi,ut ff.de cōſt.pe.l. ſi duo.in fi.
quia elapſo termino ſtatim mercator dr̄,in
mora,ut Dec. Bal.in tract.de conſt.num.2.
42 † Sed quid ſi de exceptione litis pendentię
dicimus nunquid inter mercatores oppo-
ni ualeat? & ur̄ ꝙ ſic, quia talis exceptio
habet locum,etiā ad impediendum iudiciū
ſummarium,& ſic conſequens eſt, ut, & in
ter mercatores locum obtineat. ut tenet
Fel.in c.exceptionem extra de exce.nu.41.
prædictis concinit, ꝙ hæc excep. fundata
eſt ſuper æquitate,quia ęquū eſt,quem non
uexari coram diuerſis iudicib.nā ſatis appa
ret,cōſtitutū eſſe,ibi finē iudiciū accipere
debere, ubi,& cęptū eſt,l.ubi cęptum.ff.de
iud.nec aduerſatᷣ, ꝙ exceptio rei iudcatæ.
& exceptio litis pēdentiæ nō ad paria iudi
cantur.ut refert.Fel.in d.c.exce.nu.41.quo
ſtit cum in foro mercatorum licitè oppo-
natur exceptio rei iudicatę.& litis finitę,ex
ceptio litis pendentiæ meritò opponi poſ
ſit. Sed audi quæſo, ꝙ in hoc ancipitē me
reddit Bart.in l.Iul.uerum debitorem. ff.
de condand dū ibi ſcriptū reliquerit, quod
exceptionis pendentiæ eſt inducta ad ri-
gorem iuris ciuilis, quem ſequitur Ang.ab
Are.in rub.de excep.nu. 23,in fi.quem ri-
gorē diximus inter mercatores non ſerua-
43 ri.† Nec ſcire prędicta cōtabeſcet.ꝙ uirtus
conſiſtit in modo opponendi hanc litis
pendentiæ exceptionem, nam ſi ex ea pro-
ceſſum ad ulteriora impedire uelis, & ut
nullus redatᷣ non prouiſo ſup ea debet op-
poni

poni, ꝙ cauſa non debet coram diuerſis iu-
dicibus agitati, ne continentia cauſę di-
uidatur, nã iſto caſu iudex non prouiſo ſu
per ea proceſſus redditur nullus, ſm Paul.
de Caſt. in l. nulli prorſus, 2. col. C. de iud. &
firmat Affl. in deciſ. ſacr. conſil. Neap. 354.
ubi collegit hanc differentiam inter exce-
ptionem litis pendentiæ, & ne continentia
cauſæ diuidatur, nam in prima, oppoſita
exceptione, & non admiſſa, ſi non appella-
tur proceſſus erit ualidus, in ſecunda uero
etiam nõ facta appellatione proceſſus red-
ditur nullus, ſi non obſtante exceptione op-
44 poſita procedatur. †Ad unum aduerten
dum eſt, quod hæc exceptio initio proceſ-
ſus, & litis, opponi debet, ut no. Bal in l pe-
remptorias. C. ſenten. reſ. non poſ. in fi. &
in diſp. incip. accuſatus de ui turb. in col.
& in auth. ſed nouo iure, uerſ. ſed pone. in
ciuitate. C. de ſer. fug & firmat Fely. in d.c.
exceptionem, ſed ſi in nundinis non fuit
oppoſita in principio litis, ſed poſt litis con
teſtationem, & termini dationem in conti
nenti tamen, licitè opponitur dicta exce-
ptio, & habet eandem uim, ac ſi a principio
fuiſſet oppoſita, & eſt ratio quia in nundi
nis ſtatim reus cogitur litem conteſtari,
propter trigeſimam, & hoc per glo. ſing. in
l. Pomp. §. rati. ff. de proc. & Inno. in cap. pa
ſtora de excep. & Imol. in l. 2. §. prius. ff. de
uulg. & pup. firmat. Fely. in c. exceptionem
de excep. nu. 30. & in 10. fallẽtia. & ſecundũ
eum intelligitur incontinenti antequam
diuertatur ad actus extraneos. licet primo
loco dixerit (dum allegauit Bal. in 1. conſt.
C. § quibus. uer. deinde no.) tunc dicitur in
continenti, quando eodem uerborum con
45 textu fit. †Admittendam eſſe, fas eſt dicere
in curia mercatorum rei iudicatæ exce-
ptionem, eo quia dicitur exceptio litis fini
tæ, & poteſt opponi ad impediendum pro-
ceſſum, iux. tex. in c. 1. de lit. conteſt. in 6. &
l. poſt rem iudicatam. ff. de re iud. & habet
in ſe maximam æquitatem, ut ſit litium fi-
nis. Item opponi poteſt exceptio tranſa-
ctionis, quę etiam dicitur litis finitæ, ut in
d. c. 1. & l. fratris. cum ibi no. C. de tranſact.
& l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond. ind.
46 & ibi Barto. †Poteſt etiam opponi exce-
ptio ſolutionis, quæ etiam dicitur litis fini
tæ, quia ſolutionem eius quod debetur, om-
nis tollitur obligatio, undecunque, & qua-
litercunque proueniens, inſt. quibus mod.
toll. oblig. in princi. & quòd ſit litis finitæ
eſt text. in l. cum quærebatur. in fin. princi.
ff. de iud. ſol. ubi Barto. per illum text. not.
47 † Itẽ poteſt opponi exceptio acceptilatio-
nis, quæ ſimiliter dicitur exceptio litis fini
tæ, ut d l. cum quęrebatur. in fin. princip.
48 †Item opponi poteſt exceptio confeſſio-
nis factæ in iudicio, quæ ſimiliter dicitur
exceptio litis finitæ, iuxta l. 1. C. de confeſ.
& l. debitoribus. ff. de re iud. & l. 1. & l. non
fatetur, & ibi plene Barto. ff. de conſ. & eſt
46 tex. in l. poſt rem. ff. de re iud. † Item poteſt
opponi exceptio renunciationis litis iam
motæ, quæ ſimiliter dicitur exceptio litis
finitæ, ut l. poſtquam liti, cum ibi not. per
glo & Doct. de pac. quia renunciatio litis
non ſolum impedit proceſſum inchoari,
ſed prius inchoatum, quàm exceptio præ-
dicta competeret, ut probatur in d. l. poſt-
quàm liti, cum ibi not ibi (inſtaurari) co-
50 cordat, cum l. mota. C. de tranſ. † Item po-
teſt opponi exceptio pacti de non peten-
n do, quæ fundatur ſuper n æquitate, §. pręte
rea. inſt. de excep. & quia etiam dicitur ex-
ceptio litis finitæ, & eligit obligationem,
ut d. §. & uoluit. Bar. in l. ſi unus. §. pactus,
ff. de pact. & Ang. in auth de lit. §. omnem
ibi (amicabilem) ſed hæc exceptio pacti de
non petendo, non impedit litis conteſt. ita
dixit Angel. in l fratris, C. de tranſac. citat.
51 Innoc. in cap. 1. de lit. conteſt. in 6. †Item
opponi poteſt exceptio pretij non ſoluti.
ut no. Bar. in l. ſi duo. §. ſi quis ff. de iureiu.
& generaliter loquendo, erit regula indu-
bitata, quod quando aliquid eſt adimplen
dum ex parte agentis ſi agit, poteſt, & de-
bet repelli a limine iudicij, ſi primo ipſe
non offerat, uel ad impleat, quæ ſibi incum
bunt ex parte ſua, l. ex placito. C. de re. per
mut. & eſt tex. in l. Iul. §. offerri. ff. de actio.
emp. ibi (non dum exempto acto) facit l.
ædiles etiam §. fin. cum glo. ff. de edi. ædic.
ꝙ eſt notandum, quia in contractibus ultro
citroq. obligatorijs, agens, nequam audit,
niſi prius adimpleat ex parte ſua (ut ſupra
52 dixi) item poteſt opponi exceptio iuris
uel ſtatutorum obſtantium contra inten-
tionem alicuius agentis, & impedit litis
ingreſſum, ut no. Bar. in l. Arethuſa, ff. de
ſta. ho. & Bald. in l. de quibus. ĩ pen. colũ. ff.
53 de leg. †Item poteſt opponi exceptio ceſ-
ſionis



ſionis bonorũ, ut eſt tex. in l. Item ſi unus,
ff. de arb. in princ. quia qui ceſſit bonis, nõ
poteſt nec agere, nec conueniri, & ſi conue
niatur, poteſt iudicium impediri, per dictã
54 exceptionem. †Reijciuntur tamen in foro
mercatorum exceptiones prouocatorię (ut
tu non potes eſſe procurator, & ſimiles) eo
quia ſunt de apicib. iuris, ut magiſtraliter
tradit Bal. in l. ſi pro ea. C. man. & in l. ſi fi-
55 de iuſſor. §. quædã, ff. man. † Nec putes in
foro mercatorum reijciendam eſſe exce-
ptionem legitimationis perſonæ, uidelicet
tu non es procurator ob ea, quæ ſupra pro
ximo citato loco ad notandum duximus,
o hanc. n. o ſemper, & in quocunque foro op
ponendam eſſe ſcribentes ubique ſentire
ſm Lanſr. in cl. ſæpe. in uerbo, & figura de
uerbo. ſign. Iaſo. in rub. C. qui adm. colũ. 1.
& Alexan. in l. iudices. C. de iud. & adeo ue
rum eſſe id, ſcribentes inquiunt. ꝙ ſi oppo
ſita exceptione, prædictæ expreſſe nõ pro-
uidetur, pars dicetur grauari, taliter ꝙ ap-
pellare põt, l. ait prætor. §. permittitur. ff.
de min. nam ſi comparet quis ut procura-
tor ſine mandato, & opponatur exceptio
legitimationis perſonæ, non auditur niſi
eius perſona legitimata, l. 3. §. defendi. &
ibi Barto. ff. ex quibus cau. in poſſe. ea. uel
ſi comparet quis, ut ſubſtitutus a procura-
tore, debet oſtendere eius ſubſtitutionem,
& illius procurationem, alias non audit,
per tex. in c. 1. de ꝓc. in 6. uel ſi cõparet qs
ut tutor poteſt ſibi opponi, ꝙ doceat de ſo-
lẽnibus, de quibus in l. legitimos. ff. de leg.
tut. & extat ritus magnæ curiæ uicarię in-
cip. Item ſeruat ipſa curia, ꝙ cum aliquis,
alias non auditur, & generaliter omnes cõ
parentes ut tales, ante omnia debent doce
re ſe eſſe tales, ut agunt, parte opponente,
l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. imò
iudex ex officio poteſt cogere partem, ut
doceat de mandato, etiam poſt litem con-
teſt. nomine petente, ſecundum Abb. in c.
nulli, extra de acc. imò quando aliquis cõ-
paret ut talis, & in proceſſu nõ apparet ꝓ-
batum eſſe talem, ut agit, iudicium reddi-
tur nullum, etiam ſi per partem non fuerit
oppoſitum a principio, ſpeciale autem eſt
in matre, & patre, qui ſi agunt ut parentes
& eis non eſt oppoſitum, iudicium eſt ua-
lidum, ſecundum Iſer. & Affl. in conſt. ex-
ceptiones, 1. column. ꝙ eſt menti tenendũ.
56 † Sed pulchrum eſt ſcire, quotupliciter le-
gitimetur perſona comparentis? circa, ꝙ
ſciendum eſt, quòd dupliciter fit legima-
tio, uno modo expreſsè, altero modo taci-
tè, expreſse fit legitimatio per ſolenne mã
datum factum procuratori, ut in toto tit.
de proc. & de hoc mandato debet fieri fi-
des parti ſi petierit. ar. l. ſi quis inficiatus, &
ibi Bart. ff. depo. legitimatur etiam expreſ
ſe perſona comparentis per fideiuſſionem
de iudicatum ſoluendo, ſi loquimur in fide
iuſſore rei, uel per fideiuſſionem de rato ſi
loquimur in defenſore actoris, ut habetur
in l. 1. C. de ſatiſd. & l. 2. C. de conſor. eius.
Et in §. pen. inſt. de ſatiſ. cum ſimilibus, ſe
cundo mõ legitimatio fit de perſona rei,
qñ actor citare facit inhabilem, eo quia
tunc actor prouocando ipſum inhabilẽ ad
iudicium, dato ꝙ ſit inhabilis uidetur eius
perſonam approbare, adeo quod non pote
rit poſtea impugnare eius perſonam, ſecũ
dum Ioa. de Ana. in cap. intelleximus. 11.
col. uerſi. nec obſtat, ſi dicat, extra de adul.
& firmat. Roma. in rep. rub. ff. de arb. nona
car. niſi in citatione diceretur, quod com-
pareat ſi ſua putauerit intereſſe, quia ꝑ ta-
lem clauſulam, inhabilis non cenſetur ha-
bilitatus ſecundum Lud. ubi ſupra, citat
Bald. in leg. libertus à patrono. ff. de in ius
uoc. uel niſi ille, qui citare fecit inhabilem
aut habilem ad iudicium, ignorabat tem-
pore citationis defectum, propter quem
citatus poterat repelli, quia tunc poterit ẽt
ius perſonam improbare, non obſtante ta
li citatione, ſm Fel. in c. ſuper ijs in 8. col.
de accuſa. citat cap. nulli. de elect. in 6. &
talis ignorantia proprio iurõ probabitur,
ſecundũ glo. in cap. propoſuiſti 7. diſtinct.
57 † Sed dicet quis, quæ nam utilitas ex legi
matione perſonarum reſultat? Bald. in l. tu
tor. §. 1. ff. de iureiu. & do. Ant. in cap. no-
ſtra. de proc. & Lud. Rom. in conſi. 288. in-
cip. in caſu propoſitæ conſolationis in fin.
dicunt, quod maxima ſuboritur utilitas,
nam exceptio inhabilitarijs perſonæ ſem
per apponi poteſt, eſt etiam utilis, quia ſi
aliquis conſtituit aliquem ſuum procura-
torem, ei nõ acquiritur exercitium procu
rationis, niſi de ſua conſtitutione fuerit
per nuncium certificatus, uel per epiſto-
lam, nec ſufficit, quod per extraneum fue-
rit certificatus, ſecundum Pau. de Caſtr. in
l. 1.

l.1.prima col.ff.de proc & in l.furioſus,in
fi.ff.de iud.& ex hoc grandis proficiſcitur
effectus,quia ſi aliquis fuit procurator cō
ſtitutus ad litem in abſentia , non fuit op-
poſitum,ꝙ doceat de eius mandato, & la
ta fuit ſententia contra eum,non nocebit
domino, dato quod poſſit doceri de man-
dato eidem facto,ſecundum Pau.de Caſt.
in d.l.1.ff.de procu.& addo pro hoc uidē
dum Boer.in deciſio.274.nu.2.in 2.parte.
58 † Sed finge aliquem uti procuratorem
tuum 20.annis geſſiſſe, & ſemper admiſ-
ſum fuiſſe,& euenit in quadam cauſa no
uiter mota opponi,ꝙ doceat de mandato,
Ille vult probare per teſtes qualiter ſemp
habitus , & reputatus fuit , ut procurator
eius,nunquid admittatur ? & non admitti
inquiunt Bar.Alex.& Iacob. de S.Georg.
in l.1.C.de proc.& Franc.Aret. in l.1. de
proc.& Bar.in c.cum in iure peritus num.
526.de offi.deleg.& ſequitur Boer. in de-
ciſ.153.in 1.parte nu.8.qui,& ſibi ipſi pa-
rum conſtans in deciſ.281.in 2 parte,con-
trarium aſſeuerauit, Marſi.autē in l.ſi quis
neque ff.de q.nu.103.inquit producendū
eſſe mandatū procuratoriū,& aliàs nō au
diri, eo quia non præſumitur mandatum
ex diuturnitate temporis ſecundum Bald.
in l.1 2.colum.uerſicu. ſed pone quod ali-
quis.C.de re.alie.non ali.& ibi Salyce.ſed
parum cōcludit hæc ratio iudicio meo ad
quæſtionem propoſitam, per Boer. in de-
ciſ.alleg. ſed bene ad quæſtionem proxi-
me relatam , & ideo qñ aliquis comparet
ut proc.& dicit ſe procuratorem , ex quo
ita ſemper fuit habitus,& tempus,& ꝓce
dat opinio Marſil.ſed ſi comparet ut ꝓcu
rator,& dicit fuiſſe procuratorem conſti-
tutum,& tunc poteſt hoc probari ꝑ teſtes
ut in 2.deciſ.Boer. late congerit. † Illud
59 tñ ſciendū eſt, quod ſi quis afferat inſtrm
obligationis tuæ. & petat ſolutionem ſibi
fieri,licet minime principalis ſit , & man-
datum oſtendat,ei tamen proculdubio re-
ctè ſoluitur, quia eo ipſo probatur ſe pro
curatorem conſtitutum, ut firmatum reli
quit Boer. in deciſio.154.in 1.parte in fi
60 ne.† Admittendā & eſſe ēt in foro mer-
catorū exceptionē excōmunicationis , ad
repellendum mercatorem a limine iudi-
cij, puta quia licet iudicium mercatorum
( ut ſæpe dixi ſit ex bono,& æquo,hæc ta-
men exceptio. non tantum concernit ius
partis merum,ſed ius quoque publicum,
ut omnes Doctores concluſum relinquere
maxime Fel.in c.intelleximus. de iud.&
in c.exceptionem,extra de excep.& in c.a
nobis,eod.tit.& in cap.exce.de exce.in 6.
imo dicta exceptio eſt fauorabilis,ex quo
inducta eſt propter periculū aīę , adeo qđ
ſi quis iurauit non opponere exceptionē
excommunicationis,poteſt illam oppone
re iuramento non obſtante,ſecundū dom.
a Sā.Gem.in c.pia.ad fi.princip.de excep.
lib.6.& eſt ratio quia iuramentum prædi-
ctum impediret,quo minus quis ab animę
uinculo liberaretur, ut ſequitur , & refert
Fel.in d.cap.intelleximus,num. 6. & in d.
cap.exceptionem,num.15.Item hæc exce
ptio eſt fauorabilis,& priuilegiata,quia ſi
datus eſſet terminus opponēdi omnes ex-
ceptiones, & eſſet elapſus , non obſtante
termini lapſo opponi poterit per text.in
cl.unica.de excep. imò ſi ſpecificè termi-
nus datus foret ad opponendam dictā ex-
ceptionē,adhuc opponi poteſt lapſu ipſius
termini non obſtante,ſecundum glo.pen.
in fi.d.cl.& ibi Car.16.q.& Felyn. in d.c.
exceptionem,num.13.& complures alias
ſpecialitates hæc exceptio habet, ut cōge
rit Fely.in d.cap.exceptionem quas proſe
quere,ut ibi per eum, & multa de hac ex-
ceptione nouiter dixi in practica mea ci
61 cri.in uerbo audiantur excuſatores.† Sed
non modicæ utilitatis eſt illud inueſtiga-
re , nunquid filiofamilias agenti in curia
mercatorum,poſito quod,& ipſe ſit mer-
cator,obſtet exceptio,ꝙ nō poteſt eſſe in
iudicio ſine conſenſu patris ? Regulariter
enim filiusfamilias abſque licētia ſui pa-
tris agere nō pōt,arg.l.fi.C. ad Maced.&
l.cum oportet, C.de bon.quæ lib.& l.cum
nō ſolū,ſed in caſu propoſito dici nō ſine
ratione pōt,quod talis exceptio ex toto re
pellenda eſt in mercatorum iudicio,& pri
mo per text.in l.3 ff.ad Maced. & in l.2.
C.eo.ti.ubi habetur,quod ſi filiusfamilias
gerit ſe ꝓ patrefam.& cōducit uectigalia
& ſic negociator,reputatur ut paterfami-
lias,In tantum, quòd ceſſat ſenatus cōſul
tum,& ſicut dicimus,quòd filiusfa.in Ca
ſtrenſi,& quaſi Caſtrenſi agere & conueni
ri poteſt indiſtincte, abſque tamen patris
conſenſu,ut C.de bo.quæ li.dict.leg. cum
opportet,



oprtet,§.1.in fi.ff.de proc.l. filiusfam. & in
alijs iuribus uulgaribus, facit pro prædictis
Doct.Bald.in l.Macedonianı.C.ad ſen.con.
Maced.in ult.q.ubi uoluit , quod filiusfam.
mercator ex omni contractu obligatur , &
Saly.& Alexand. in addi.ad Bart.in l.fi.eo.
titu. & plenitùs improprijs terminis Boer.
in conſi bitturi.fol.5.§. mercande publique.
ubi uoluit mercatorem non iuuari ex ſen.
con.Maced.licet ſit filiusfa. adeo quod ſtan
te conſuetudine, quod filiusfam. non poſſit
obligari abſque cōſenſu patris id tamen nō
procedere inquit, ubi eſſet mercator , citat
Franc.Aret.in conſilio 73.colum.4. Alexād.
& Iaſo. in l.ſi donationem.C.de colla.quod
facit pro regia pragma.regni hoc dictante,
dicit quis aduerſus prædictum nomē in exe
cutiuis, & ſummarijs etiam requiritur con
ſenſus patris , ut filiusfam. recte agere po-
teſt ? ut not. per Doct. in l.1. C. qui admi.
ergo idem dicendum eſt in caſu propoſito ,
puto primam opinionem ſaniorem eſſe , eo
qui ſtatim , quod filius gerit mercaturam
præſente patre,& non contradicente, tacitè
uidetur conſentire , quo fit , ut ſi occaſione
mercantiæ poſtea agat , uel conueniatur ,
minime patris conſenſus requiratur , quia
cum tacitè conſentit mercari , ex conſequē
ti tacitè uidetur conſentire,ut agat,uel con
ueniatur , arg. eius quod ſcriptum reliquit
Sal. in d.leg. cum non ſolum. §. neceſ. C.
de bo.quæ lib. in fi.dum ibi dicit , quòd ſi
filiusfamilias de uoluntate patris eſt in ſtu-
dio,ſi in loco ſtudij agat, poſtea uel conue
niatur , ipſius patris conſenſus neutiquam
requirendus eſt citat cap. ex parte,extra de
62 accu. † Sed nunquid filiusfa. poſſit debi-
torem paternum conuenire ipſo patre uiuen
te ? hetis tex.in l.filiusfam.ff de ſol.& l.nec
filiusfam. C.de re. cre. & in l. filius. C. de
pact. quibus iuribus cautum redditur filium
non poſſe ſolutionem recipere, nec debito-
rem paternum liberare, nec iuſiurandum de
ferre,bene tamen poteſt agere ipſe filius ꝓ
parte præſtita cautione de raro , per text.in
l.ſed,& hæ.ff de proc. & hr̄ late. per Spec.
in titu.de coniuncta perſona.& firmat Paul.
63 de Caſt. in d.l. filiusfam.ff.de ſol † An in
ter mercatores opponi poſſit , quod non
competit actio directa , uel utilis. Bald. in
leg. ſi pro ea. C. man.& in l. ſi fideiuſſor. §.
quędam , decidit quod non , ex quo talis
64 exceptio reſpicit iuris aſpices.† Sed an ex-
ceptio non ſolutæ gabellæ inter mercato-
res licite opponatur , ſtante ſtatuto , quod
non ſoluens gabellam contractus ſit nullus
Bal.in d.§.quędam inquit,quod poteſt oppo
ni,ea ratione,quia eſt inducta fauore publi-
65 co † Illud proxime ſciendum eſt, an agenti
ex pacto nudo obſtet exceptio , quòd non
poteſt agi ex eo quia non interceſſit ſtipu-
lario? Bald.in d.l.ſi pro ea,& in d.§.quædā
decidit,quod talis exceptio non habet locū.
inter mercatores.imò inter eos agitur pacto
nudo,ut habetur per Bart.in leg.quintus,ff.
ad Mun. ſicut etiam ex pacto nudo agitur
de æquitate canonica . Vt hr̄ in capitul. 1.
de pact.& not.plene Iaſ. in l. iuriſgentium,
§.ſed cum nulla. 3.col.ff. de pact. pro quo
oīno uideat' Phil.Deci. in l.age.C.de tranſ.
nu. 5. & ibi an talis exceptio obſtet in non
66 pertinentibus ad mercaturam. † Sed an in
foro mercatorum agenti ex contractu incer
to,obſtet exceptio obſcuritatis ; & ſic an ex
contractu incerto agi poſſit , breuiter dicen
dum eſt de iur.ciu.rigore nullam oriri actio
nem , uel obligationem ex incerta ſtipula-
tione,ut l.triticum.ff.de uerb.obli. & lege ſi
ita ſtipulatus,in prin.ff.eod.tit.ſed de æqui-
tate can.agi poſſe ex omni ſtipulatione con
ſtitutum eſt,ita ut arbitrio boni uiri certifi-
cetur,& iſto modo adimpleat promiſſor pro
miſſa incerta, dictum fuit peregrinū Arch.
in c.ſunt nō nulli.1.q.1.quod dictum refert,
& ſequitur do.Anto.in c.ex parte.de cenſ.re
fert,& ſequitur Alex.in l.ita ſtipulatus. col.
3.& idem Alex.in leg.1.columm.18.ff.ſol.
mat.& Bal.in l.qui mutuam.§. ſalarium. ff.
ad mun.& Abb.in c.1.de dec.ſequitur Io.de
Ana. In cap.cum iuro.1.col. de hom. & Iaſ.
in d.l.triticum.num.4. unde infero , ꝙ cum
in curia mercatorum ſeruetur æquitas ca-
nonica( ut ſupra pluries dixi ) ſequitur qđ
talis exceptio in foro mercatorum reijcitur
& ſic agi poteſt ex contractu incerto ,ut cer
tificetur arbitrio boni uiri, habito reſpe-
ctu ad epiſcopum promiſſionis,& qualitates
perſonarum temporum, cogitādum tñ relin
quo pro nunc , cum non reperi in ſpē tactū
67 ab aliquo ſcribentiū.† Finge.n. nūc Titiū
deberet Sempronio centum, & adueniente
termino ſolutionis iuſſiſſe campſori , ſeu
mercatori debitori eiuſdem Titij,ut ſoluat
pro eo illa centum dicto Sempronio , qui

campſor promiſit eidem Sempronio dictos ducatos c.accedit quòd Sempronius non ualens recuperare dictos ducatos centũ ab ipſo campſore, ex quo fefellit, uult recuperare ab ipſo principali debitore, uidelicet, Titio, qui opponit exceptionem nouationis, ſeu delegationis, & per conſequens dicit ſe eſſe liberatum, an poſſit; c. ſic an ipſe Titius ſit liberatus? hanc quæſtionem poſuit Bar. in l. ſingularia. ff. ſi cer. peta, & finaliter decidit ꝙ ſi mercator ſeu campſor præcedente iuſſu Titij promiſit ſoluere dictos ducatos c. Sempronio tunc Titius erit liberatus, ſi autem non promiſit ſoluere, ſed tantũ iuſſus præceſſit, & iſto caſu non erit liberatus, & per conſequens eos non ualente recuperare ab illo campſore, licitè poteſt principalis debitor conueniri. Iaſo. in d l. ſingularia, num. 34. diffuſius eandem queſtionem tangens cõcludit, ꝙ ſi campſor delegatus, eſt debitor Titij delegantis, & per ſolennem ſtipulationem, uel etiã per pactum nudum inter mercatores, promitteret noĩe Titij, tanq̃ ipſius debitor, ipſoq. Titio ſic iubẽte, & Sẽpr. acceptante, & quia tunc eſt proprie delegatio, per conſequens ipſo iure Tit. erit liberatus, adeo, quod ſi campſor fefellit, & non ſolueret, periculum erit ipſius Sempronij, & taliter inquit procedere opinio. Bart. ſi autẽ minime apparet, quod campſor delegatus eſſet debitor Titij, aut non promitteret uti debitor Titij, & eo caſu quia non eſt ꝓpriè delegatu, nec ipſo iure nec ope exceptionis erit liberatus Titius ipſe, & poteſt Sempronius ipſe agere contra Titium, ſi non poteſt recuperare ad ipſo campſore, tali. n. caſu campſor ille vr̃ fideiuſſor Titij, & ſi non eſt facta nouatio nec delegatio, & cum iſta opi. tranſit Fel. Dec. in conſi. 117. 1. lib. quod & antea dixit in d. l. ſingularia, & ante hos ita dicit Alex. in l. qui uſumfr. ff. de uerborum obliga. & alibi dicam, limitat prædicta Iaſ. duobus modis, de quibus per eũ in d. loco, num. 39. † Sed non incongrue uidendum
68 reſtat nunquid inter mercatos habeat locũ exceptio erroris calculi, & compotus non bene ſaldati, ſi inter eos præſupponatur ſecuram fore ſatiſdationem, & compotus fuit factus de uoluntate eorundem, per aliquos calculatores? & intrepidè dico, ꝙ ſic, per l. unicam. C. de err. cal. per quem tex. Bal. Ang. Sal. Pau. de Caſt. Ale. Frã. Are. & ceteri ſcribentes inquiunt, quòd licet inter aliquos ſæpius ſit calculata atque firmata rõ, prætextu tamen erroris, quod iterum calculetur peti poteſt, quod approbauit Bal. ſummæ auctoritatis, qui & Bar. diſcripulus fuit, & p̃ceptor Greg. Papæ. 6. obijt tamen in Patauia in anno 1400. eius frater fuit Ang. non minori ſcientia decoratus & Petr. de Vba. in conſilio 231. in cauſa nobilium in 2. lib. & Paul. de Caſt. in conſi. 10. in caſu præſenti in 2. lib. ſecundum nouam formam, Fulg. conſil. 113. Tit. in fi. Imola in conſi. 19 in cauſa quæ uertitur, & in caſu magis dubitabili ita conſuluit Socin. in conſil. 190. meminime pluries, in conſil. 159. in præſenti conſultatione in 2. lib. & conſil. 92. uiſo inſtrumento in 3. lib. & ſubtilis Carol. Rui. (qui magno tempore publice legit Bononiæ ſub ſtipendio 1200. ducatorũ, ibiq; uitam cum morte commutauit in anno 1530. & eius Cineres tenet eccl. S. Ioan. in monte in dicta ciuitate Bononiæ, unicum filium relinquens nomine Antonium ſummi, & acuti ingenij, qui poſt mortem partis non multo tempore gladio interemptus fuit, eiuſque cadauer cum cinere eius parentis ſepultum extitit) in conſilio 134. quo ad primum in 1. lib & conſil. 71. in quæſtione quæ præponitur in 4. lib. Requiritur tamen, quod error allegetur, ut peti poſſit, quod calculum reuideatur, ſicut poſt alios tradidit Ioan. Mar. Riminal. in d. l. unica. C. de erro. cal. circa princ. per illum tex. citat ad hoc text. in l. ſi quis ex argentarijs. § fi. ff. eden. & & prætextu erroris calculi, retractatio uſque ad 30. annos peti poteſt, ut eſt text. in l. calculi iuncta gl. ff. de adm. re. ad ci. per. & cum gl. tranſeunt ibi Bar. Alb. & communiter alij ſcribentes, & in d l unica. C. de erro. cal & Bar. Bald. Ang. Ioan de Pla. & Alex. in l. 2. C. de iur. fi. lib. 10. poſt gl. ibid. & maxime hoc procedit ubi de calculi errore liqui
69 diſſimè conſtare poteſt. † Sed nunquid obijci poteſt obſtare exceptionem rei iudicatæ, quia compotus fuit reuiſus per aliquos calculatores, ſeu rationales, & per eoſdem fuerint calculatæ rationes certo modo, & condemnauerunt, ſeu liberauerunt quem certo modo, & quod ſententia ipſorum, ſeu ſignificatoria tranſiuiſſet in rem iudicatam, cum non fuit appellatum a & uĩ iſto caſu quod ſtandum erit dictæ declarationi per tex. in leg. 1. ff. & C. de re iu. cum uulgaribus, & uidetur text. ad hoc in l. 2. C. de re iud. ubi ad literam habetur quod ſi res iudicata prætextu computationis inſtauraretur, nullus erit litium finis ſed in cõtrarium opponenti recte dici poteſt, quod non apparet res iudicata, nec ſententia, per tex. in l. 2. C. de iur. fiſ. lib. 10. ubi dicit text. ad inſtar rei iudicatæ obtinere minime poteſt computatio a tabularijs facta, niſi ſententia procuratoris Cæſ. fuerit comprobata, & ad hoc inducit illum text. Phil Dec. in rubr. C. de err. calc & in eo tex. procurator pro præſide prouinciæ accipitur, ſecundum glo. 1. in dict. leg. 2. cum qua omnes tranſeunt, licet alia Cæſ. procurato. de ſupremis ſit magiſtratibus ut habetur in text. l. 1. ff. de off. proc. Cæſ. & d. l. Bartol. ſic ſuminat, computatio facta à tabularijs, ſeu calculatoribus uim ſententiæ non habet, quo ad condemnationem ſeu abſolutionem, niſi per iudicẽ cofirmetur, quòd etiam latius proſequitur in lectu. d. leg. 2. & cum Bart. tranſeunt Bal. Ange. Luc. de Pen. & Alexand. poſt gloſſ. ſi ergo talis computatio, ſeu condemnatio, uel abſolutio non habet uim ſententiæ & rei iudicatæ, ſi per iudicem non eſt confirmata, quo nam modo rei iudicatæ exceptionem parere poteſt, contra caſum d. l. 2. & cõtra theoricam tantorum patrum: nec poteſt dici talem legem continere ius ſpeciale reſpectu fiſci. ſecundum gloſ. in d. l. 2. in fi. & in rub. dicti tituli contineat ius commune, quo ad omnes, quam glo. ibi ſequuntur Bar. Bald. Sal. Paul de Caſt. & communiter ſcribentes, & hæc tanto magis dici queunt, ſi dicti calculatores rationes, tabulari. ſeu alij alijs nominibus appellantur, de quibus ad longum per Nic. Boer. in dec. 295. incip. computus finalis (non iuraſſent) ut iuris eſt, quia eis credendum non eſſet, ut magiſtraliter tradit Bal. in l. hæc edic. §. ijs illud. in 2. col. in uerſ. pone conſules mercatorum. C. de ſec nup. per illum text. & eſt de mente Bart. in l. Theopompus. uerſus finem. ff. de dot præleg. Ant. de But. in capi. propoſuiſti. de prob & in cap. finem litibus. de dol. & contum. & Ang. in repet. l. ſi Vacantia. in 2. col. C. de bo. uac. lib 10. conſuluit Alexan. in conſil. 64 uiſo proceſſu 2. col. in 6. uolum. errore duplicato, in conſil. 82. eod. vol. ubi conſuluit, quod ſine iuramento eis credendum non eſt per iura, & rationes de quibus per eum in d conſ. ſicut dicimus de peritis in arte, quibus non creditur ſine iuramento, ut tradit Ange. in l. iuſiurandi. uerſ. ult. quæro. C. de teſti. & in l. comparationes. 4. no. C. de fid. inſtr. & Alb. in 1. conſt. C. in 4. col. & Abb. in c. fraternitatis de frig. & male. & in c. propoſuiſti de prob. ubi Dec. in 7. colu. hanc atteſtatur eſſe communem opi-
70 nionem. † Nec obmitto, quod talis ſignificatoria haberi debet, ac ſi eſſet peritorum ſnĩam, quæ adhibitis petitoribus contrariũ dicentibus, etiam poſt temporis datum ad appellandum retractari poteſt. Bal. & Alex. in l ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſol. mat. idem Bal. in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſt. Ang. in l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ędil. edi. ane. magis communiter in c. propoſuiſti. de probatio. ubi. Dec. in 6. colu. dicit, quòd ita communiter tenetur per Do. & hanc teſtatur communem fore opinionem, idem Dec. in conſil. 278. non leuis in fi. col. in 2. lib. & ideo cautela eſt, ut non poſſit retractari declaratio, ſeu ſignificatoria dictorum calculatorum, quod confirmetur per iudicem, iuxta text. in d. l. 2. C. de iur. fin & ita in facti contingentia conſultus eximius V. I. D. do. And. Mat. de Sarno de S. Seuerino oriundus ex caſali Fiſciani dictæ terræ S. Seuerini dicebat (qui fuit uir optimæ ſcientiæ, & obijt in anno. 1368.) ad unum tamen aduertendum eſſe puto uidelicet ad intellectum leg. C. de iure fiſci. libro decimo, quia ut puto non ita generaliter intelligi debet (ut dicit Dec. & præfactus mag. And., Matth.) & pro uera intelligentia illius text. præmittendum eſt, quod tabularij, de quibus loquitur ille text primitùs appellabantur numerarij, ut C. de numera & actua. libro 12. & iſti tabularij, ſeu numerarij militabant cum ſuſceptoribus deſtinatis ad exigendum debita fiſcalia, ut in l. duos, C. de ſuſce. 10 lib. & ſolum debebant eiſdem ſuſceptoribus ingerere, & denunciare modum, & quantitatem debitorum, non autem poterant recipere à debitoribus rationem eo. ti. de num. & actua lib 12. nec poterant condemnare. uel abſoluere, euenit modo in terminis illius l. 2. quòd quidam tabularij qui accedebant una cum ſuſceptoribus exegerunt computum rationis a nonnullis debitoribus, & ipſos liberauerunt, fuit ergo quæſitum an talis com-

putatio, & liberatio obtineat ad in inſtar
rei iudicatæ, & fuit dictum, quod non (ut
ibi) niſi fuerit approbata per procuratorem
Cæſ. & ratio eſt, licet ibi non dicatur, ex
quo illi tabulari non poterant hoc facere,
cum officium eorum erat ſolummodo de-
nunciare ſuſceptoribus, quis nam eſſet de-
bitor fiſci, & in qua ſumma, & in alio non
poterant ſe intromittere. unde nimirum ſi
ibi dicatur inſtar rei iudicatæ non obtinere
talis computatio, abſolutio, ſeu condemna-
tio. & ſic meo iudicio male allegat̃ ille text.
ad hoc, & talis intellectus de mente Luc. de
Pe. in d. l. 2. in prin. & per conſequens dubiũ
reſtat ſi fuerit reddita rõ per aliquẽ merca-
torũ, & in computatione ipſius fuerunt ele-
cti de uoluntate ambarum partium, uel per
iudicẽ aliquẽ calculatores, qui deberent re-
uidere rationes cũ ptãte liberandi, ſignificã
di, ſeu cõdẽnandi, cui uoto & ſnĩæ promiſe-
rũt ſtare cũ iur̃o, & non contrauenire, & de
mũ fit ſecuta liberatio, ſeu condemnatio, an
amplius dici põt de errore calculi, & in hoc
prima facie reperio Bart. in d. l. 2. nu. 11. qui
tangit hanc. q̃õnem ſi calculatores ſunt ele-
cti per iudicẽ, & dicit, quod calculatio per
eos facta facit plenã probationẽ, & prętex-
tu erroris uſque ad ſnĩam retractari poteſt,
& ſic dicit quod facit probationem, non au-
tẽ dicit ꝙ habet executionem paratam, &
hoc ideo ur̃, quia in terminis q̃õis Bart. non
fuerunt electi, ut decidãt, ſed ut calculent tã
tùm, aliàs ſi eſſent electi, ut calculent, & de-
cidant cum ampla poteſtate, ur̃ tunc dici poſ
ſe, qđ eorum calculatio, abſolutio, ſeu con-
demnatio haberet executionem paratam, ut
ſentit idem Bar. in d. l. 2. nu. 12. & an error
calculi poſſit allegari poſt ſnĩam, & quan-
do dicatur res iudicata, & an propter men-
dacium quis puniatur, ut non poſſit oppone
re errorem calculi, uide pulchre per Paul. de
Caſt. in conſilio 10. in 2. parte incip. in caſu
71 præſenti, ſi quęritur in uarij. † Sed a prædi
ctis illud non a longe uidetur, an facto cal-
culo, & ſaldatis rationibus, & ſecuta quie-
tatione generali, poſſit peti ꝙ iterum redda
tur compotus? & uidetur quòd nõ, per Doc.
& Barto. in alleg. l. 2. in ult. colum. C. de iur.
fi. lib. 10. ubi dicit, ꝙ ſi calculatio, & compu
tatio eſt facta a partib. & continet pactum,
uel tranſactionem generalem, uel ſpãlem.
facit præiudicium, allegat, l. emptor, §. Lu.
cius. ff. de pac. & l. ſiquidem, C. de tranſ. &
ſequi uidentur Mod. in d. l. unica. C. de err.
cal. ſed aduertendum eſt magiſtraliter prout
tradit. Bar. in l. Aurelio §. Gaius. ff. de libro
leg. quod aut arguitur dolus eius, qui admi-
niſtrauit, ut factor alicuius, & obtinuit quie
tationem generalem, & ei cuius dolus argui
tur aliquid adeſt, quia apparent aliqua in
eius manibus peruenille, & quòd multa non
poſuit in introitu, quæ ponere debebat, &
tunc generalis quietatio, & remiſſio ad iſtũ
dolum non extenditur, nec per illam talis
dolus ptũs remiſſus cenſetur, niſi expreſſe
ſit facta mentio doli. l. lucius. ff. de lib. leg.
aut ei nihil adeſt, & tunc generalis quieta-
tio obſtat, quo minus amplius calculus reui-
deatur, & hãc diſt. approbatur Fulg. & Mod.
in l. actione. C. de tranſ. & Bal. Ang. & Paul.
de Caſt. & alij in l. ſi unus § illud nulla. ff de
pac. & probatur ex not. p Bar. Ang. & Mod.
in l. tres fratres. ff. de pact. nam quando fa-
ctori ſeu ſocio aliquid adeſt, dolus habent
cãm permanentem, & durat tempore quieta
tionis ſecundum Bald. in l. ſub prætextu. in
ultimis uerbis, C de tranſ. unde ſi ineſt quie
tationi dolus, talis liberatio cenſetur dolo
extorta. quo caſu liberatio etiam iurata nõ
ſortitur effectum, vt d. l. Pau. de Caſ. in cõſ.
300. citat gl. no. in l. 3. §. 1. ff. de contr. iu. tut.
& ſic concluditur, ꝙ cum liberatio ſit dolo-
ſe extorta, & ratio non ſufficienter reddita,
iterum reddi debet, & in hac rationis reddi-
tione, peti põt, ꝙ libri exhibeantur, & exhi
beri debent iuxta no. per Bar. in l. fi. §. inter
cætera. ff. de lib. leg. & per Bal. in l. cum teſt.
C. de teſt. ma. & tales libri debent edi taliter
quòd in eis clare appareant data, & acce-
pta. introitus, & exitus, l. 1. § offic. & ibi Iac.
de Are. Barto. & alij. ff. de ut. & ratio. diſtr.
& ſigillatim omnia debent ſcribi in talib.
libris, & non in ſumma. arg. l. cum ſeruus.
ff. de cond. & dem. & conſuluit Bar. cõſil.
150 inci. cum prædicta examinarem in fin.
ubi ſignãter declarat librũ rationum debere
eſſe taliter compoſitum, ꝙ in eo ſingulariter
omnia inferantur, uidelicet ex tali fundo tã-
tum, a tali colono tantum tali anno, non aũt
debet res ſcribi in genere, & hoc ut reperi-
ri poſſit ueritas, uel falſitas citat tex. in l. an-
te pen. ff. de cond. & dem. ſi uero apparue-
rit non legitime confeciſſe librum, & prout
tenebatur, arguitur ipſius dolus, ut eſt ca-
ſus in



ſus in d. §. officio. quo caſu talis quietatio
generalis non cenſetur præiudicare, quin ite
rum peti poſſit quod ratio reddatur (ut pre
dictum eſt) conſuluit pulchre Bart. Soc. in
conſi. 169. & in conſ. 199. in 2. lib. ubi pleniſ
ſime, & ita alias in facto cõſultus mag. Ioã.
Bap. Maphęus. V. I. D. de Salerno mihi co-
72 gnatus honorandus reſpondidit. † Nunquid
mulier in foro mercatorum poſſit interueni
re ut procuratrix? Iaſ. in alienam, C. de proc.
nu. 4. cum ſeq. dicij, quòd ſic per rationes de
quibus per eũ, ſed nouiſſimè reperio Benu.
Strac. in tract. de merc. in vlt. parte, nu. 1. qui
dicit oppoſitum tenẽdum fore, ea potiſſima
ratione, quia ratio prohibendi ne mulieres
contra pudicitiam ſexui congruentem alie-
nis cauſis ſe immiſceant, ne uirilib. officijs
fungantur, ut lege acaia aſfrania, cauetur, in
omni foro etiam mercatorum militare uide
tur quo caſu idem iuris eſſe debet, ſed quid-
quid ipſe dicat, licet ſatis dilatet fimbrias
P ſuas p contrarium eſſe tenendum dico, adhæ
rendo primę opinioni, quæ fuit etiam Ant.
de Ale. in d. alienam & ita tenendum etiam
dixit Dec. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. nume.
16. & ſequitur Tiraq. in tract de leg. connu-
bia in uerbo, contractet in gl. 3. fol. 154. nu.
160 & idem repetit Dec in c. cum dilecta.
de confir. util. uel inut. & ſic ab opinione tan
torum patrum minime diſſentiendum eſt.
73 † Sed quia oppoſitis exceptionibus ſolet fie
ri litis conteſt. ad quam fieri faciendum ſa-
tis audi, & prompti. uñr magiſtri nundina-
rium, propter lucrum trigeſimæ, ut fieri aſſo
let in nũdinis ciuitatis Salerni, iccirco ali-
qua de ijs differamus, & primo ſciendum eſt
trigeſimũ exigi, & dicitur quotieſcunque ali
quid petitur, & facta eſt litis conteſt. per uer
bum negatiuum, demum poſtea ſubſequitur
probatio eius, quod negatũ eſt, eo etenim ca
ſu trigeſimam exigendam putauit Affl. in
conſt. Regiæ maieſt. & in conſt. conſtitutio
num ſub tit. de trigeſ. & ſal. offic. in 1. nu. &
exigitur potius propter mendacium, quam
pro iure ſalarij magiſtri nundinarum, ut ibi
74 per eum. † Nec alienum eſt ſcire, per quem
ſolui debeat trigeſima illa, in quo ego uidi
ſeruari in nundinis, ꝙ facta litis conteſt. per
uerbum negatiuum trigeſima ſoluitur per
ambas partes, & demum datur terminus ad
probandũ, & ſecuta poſtea probatiene eius,
quòd negatum extitit, condemnatur negãs,
qui reſtituet partem 30. quam ſoluit actor,
& ſic licet a principio ſoluatur per ambas
partes, tamen in effectu ſoluitur tota per ne
gantem, licet uelit indiſtincte ſolui per utrã
que partem, tex. in conſt. in c. cum circa iuſti
tiæ, tamen aduerſatur tex. in conſt. in c. con
ſtitutionum de tri. & ſa. off. dum vult ſolui
debere ab eo qui reportauit ſententiam cõ-
tra, tamen Afflict. in d conſt. conſtitutionũ
in 5. not. approbat dictam conſuetudinem,
quem ego dixi ſeruari in nundinis Salerni,
concordando dictas conſtitutiones, quę uñt
aduerſari, ut a prin. ſoluatur per ambas par-
tes, tamen in effectu ſoluet totam mille, qui
75 reportauit ſententiam contra ſe. † Exigi ta
men trigeſimam, facta litis conteſtatione,
inquit Affl in conſt. conſtitutionũ in 6. no.
licet ibi pro, & contra arguat, tamen ita ſem
per ſeruari ſuo tempore uidiſſe teſtatur, &
ita in nundinis Salerni ſemper ſeruatum ui
76 di. † Soluitur etiam trigeſima, nedum ubi pe
cunia, uel res mobilis petitur, ſed etiam ſi res
immobilis iudicio petitorio petat̃, pro qua
ſoluenda res illa, quæ petitur iudicis officio
extimari debẽt a peritis in arte, ut in Auth.
de non alie. §. quod aut. per Angel. & de illa
extimatiõe debet ſolui trigeſima, ut pulchrè
inquit Afflic. in ſupra alleg. conſt. cõſtitutio
77 num 4. no. † Sed finge aliquem citatum de
bitorem ſe eſſe fateri, & per iudicem ei fieri
preceptũ, ꝙ ſoluat, qui appellauit, quod põt,
(ut hr̃ in l. aut prætor § non ſolũ ff. de min.)
uel aliter diſtulit ſoluere, an eo caſu debea-
tur trigeſima? Andr. de Iſern. in d. conſt. cõ-
ſtitutionum, & Afflict. ibi in 2. q. dñt quod
ſolui debet eo caſu trigeſima, ego tamen in
nundinis ciuitatis Salerni uidi contrarium
ſeruari, & ſolùm exigi trigeſimam quando
negatur debitum, ac ſecus ſi fatetur conuen-
tus, & certè id, quod dñt Iſer. & Affl. aduer-
ſatur ei, quod dixit Affl. in eadẽ conſt. cõſti-
tutionum, ut ſupra dixi, ꝙ trigeſima potius
ſoluitur pp mendaciũ, q̃ propter ſalariũ offi
cialium, & ſic non dato mendatio tirgeſima
78 non ſoluitur. † Nec tantũ ſolui trigeſimã,
qñ præceſſit negatio, & ſubſequitur proba-
tio creditoris, ſed & tũc ſoluẽdam eſſe etia
dixit Affl. in d. cõſt. cõſtitutionũ. in 7. no. qñ
poſt negationẽ partes tranſigunt, quod ap-
probatum uidi per conſuetudinem in nundi
79 nis ciuitatis Salerni. † Et alimenta per pro
ponas adhuc trigeſima debebitur. & fit ex-

timatio,ſecundum tex.in l. hæreditatum.ff.
ad l.fal.& ita dicit Affl. in conſt. cum circa
iuſtitiæ,de ord.iud.in 14.no.uerſi.Item,quæ
80 ro. † Eximuntur tamen a ſolutionem trige
ſimæ pauperes,uiduæ, & miſerabiles perſo-
næ, ut notatum reliquit Affl. in conſt. lege
præſenti in nono no.de dam.aduoc.pu. &c.
81 & hæc hactenus de trigeſima. † Sequitur
ut uideamus de terminis datione, qui ſolet
dari poſt litis conteſta. & cum inſtantia in
nundinis ſit breuiſſima 10.uel.20. dierum,
terminus etiam breuis dati adſolet. quod fieri
poſſe inquit Spec.in tit. de dilat. uerſic. ſed
pone quod cauſa,& ibi approbat Bal. in ad.
uerſ.ubi tempus,ex cauſa.n.breuem dilatio-
nem dari poſſe,nec per eum ſupplendam fo
re ſcripſit Caſt.in l.ſi.ff.de fer.minime enim
conſentaneum uidetur inſtantiam cauſę per
dilationes abſorberi auctore Innoc. in cap.
de cauſis de offi.del.& Alex.in l.2.ff.de app.
re.ad fin.pro quo plene per Pan.in c.dilecti
82 filij.extra de dil. † Et licet breuem dari di-
lationem conſtitutum ſit, ſi tamen offerun-
tur probationes,& teſtes de longinquo,con-
decens eſt dari dilationes competentes ſecū
dum diſtantiā locorū,illo non obſtante (qđ
inſtantia cauſæ in plus non ſe extendat per
ea quæ congerit Afflict.in deciſio.124. inci.
ecce datus eſt terminus,& ita de facto ſerua
83 tum uidi.† Sed finge datum fuiſſe terminū
ad probandū qui elapſus eſt,neutra partium
aliquid probauit, nunquid ad inſtantiam a-
ctoris ſit reintegrandus quod negat. Cap.in
deciſio.82.in princip.in foro tamen merca-
torum contrarium credo ſeruandum, cum
& ibi de bono & æquo procedi ſæpe relatū
extat,& mercatores dum peregrinantur mi
84 ſerabiles perſonæ appellantur. † Sed an te-
ſtes produci poſſunt poſt didicita teſtifica-
ta in foro mercatorum diſſentit Par. in lib.
ſynd. in uerbo ſententia uerſ. utrum iudex
qui per uim.5.colum.uerſ.tamen non pote-
85 runt. † Nunquid acta. & ſententia de no-
cte lata ualeant in eo foro? & indubitanter
tenendū puto,quod ſic,per ea,quę no.Doct.
in l.non minorem.C.de tranſ.maxime quia
iuriſdictio eſt tempore peritura & hæc ha-
ctenus. Petrus Follerius.

ADDITIONES.

a Exceptio.l.2.ff.de excep.Abb.in c.1.nume-
ro 5.de ordi.cogni. Coraſ, lib.2.miſcella.ca.
16. numero 2.& latè de materia exceptio-
num per Rebuff.in declar.arbor.except.po-
ſiti in ff. nouo, Dixi late in meo methodo
iuris, in prima par. iudiciali, in uer. exce-
ptio.
b Fallit. Limita etiam, ut per Socin. in trac.
fallen.reg.126. Bello.conſil. 26. numero 8.
Ruin.conſi.71.nu.3.libr.1.Duen.libr.1.reg.
utr.iur.reg. 263. exceptio dilatoria, & reg.
48.in 3.limit.
c Peremptoriè.De hac exceptione uideas Fe
ly.in c.exceptio ext.de excep. Vant. in trac.
de nullit.tit.de excep.ex defectu inhabil.&
mandati,nu.59 & ſeq.Ang. in §. appellatur.
inſtit.de excep Vbert.de Bonaccurſo,in ſua
pract.in rub.de peremptor.except.Bello.conſ.
26.nu.10.Duen.late lib.1.reg. utr. iur. reg.
262.exceptio.
d Opponatur.Limita,ut per Socin.in tract.
fallen.reg.127.exceptio.
e Simulatio.Plura de ſimulatione cōtractus,
& eius exceptione per Tiraquel.lib.1.de re-
tract.§.1.glo,2.nume.11.Alfer.conſ.45.nu.
30.& ſeq. Cepoll. in tract. de ſimulat.con-
tract.per totum,Dominic. Bontius Florent.
conſi.38,& eſt apud me in lib.5.conſi.diuer.
docto.in 2.Dub.
f Præſumitur Affli.deciſio.339.& alij ſupra
citati.
g Allegari.Contra,quia poteſt allegari ſimu
latio,Deci.conſ.14 & 587 latè Tiraq.lib.1.
de retract.§.1.gloſſ.2.nu.15.
h Duorum annorum.Petr. Duen.lib.1. reg.
utr,iur.regu.121.confitens ſe mutuo,latè de
exceptione non numeratæ pecuniæ,idem in
reg.260.& 261.infra,in hac parte,in 6.act.
2.par.nu.53.
i Intelligitur.Et ita intelligitur etiam Duen.
d.lib.1.reg.utr.iur.reg.160.in 9. limit. quo
in loco etiam tenet,quòd talis exceptio non
habeat locum inter mercatores, & cam-
pſores.
K Purgat.Quid in emphyteuta eccleſiæ,qui
ſoluit canonem pluribus annis,poſtea ceſſa
uit ſoluere tribus annis an admittatur ad
purgationem moræ, maxime ſi obligauit ſe
ſoluturum canonem decurſum,una cum in-
tereſſe uideas pulchrum conſilium D. And.
de Alfer.conſ.62.in quæſtione prędicta,per
totum.
l Mercatorem. Guid. Pap.conſil.103,colum
ne prima,& conſil.196,colum,4. Boer.deci-
ſio.



ſio.221.num.14.15.& ſeq.
m Excuſſionem. Petr. Duen.d.lib.1.reg.utr.
iur.reg.355.fideiuſſor in 3.limit.
n Æquitate. Coraſ. libr.2.miſcella.cap.16.
numero 7.Docto.in l.ſi quis in obligatione.
ff.de reg.iur.Gigas in tract.de penſion.quæ
ſtio.100.nume.2.Alex.conſ.149.lib.2.& cō
ſil.61.lib.3.& 93.lib.4.
Semper.Franc.Aretin.in l.ſciendum, in fi.
ff.de uerb.oblig.ſupra in 4.par.princ. in 16.
diſtin.num 19.
p Contrarium. Idem tenet Duen. lib.1.reg.
utr.iur.reg.311.fœmina in 1.limita. ubi late.
Ludouicus Alferius.

## De litis conteſtatione,decimo mem bro iudicij.

1 *Litis conteſtatio dicitur lapis angularis iudi cij & non poteſt obmitti de iure communi.*
2 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ciui libus in regno, ſed actus, qui immediate ſequitur,habet uim litis conteſtationis.*
3 *Litis conteſtatio,quid ſit.*
4 *Litis conteſtationis diffinitio ultra auctorem.*
5 *Litis conteſt.qualiter, & per quæ uerba fiat.*
6 *Litis conteſtatio non inducitur per exceptionem peremptoriam oppoſitam.*
7 *Litis conteſtatio fit etiam per uerbum ignoro.*
8 *Litis conteſtatio non poteſt fieri in iudicio ab ſente actore.*
9 *Litem conteſtari quis poteſt præciſe compelli.*
10 *Litem conteſtari nolens qualiter cogetur & nume.11.*
12 *Lis poſſit haberi pro conteſtata.*
13 *Litem conteſtare,ex quibus cauſis, quis non cogatur,& num.14.*
15 *Litis conteſtationis qui ſint effectus.*
16 *Proteſtatio quid non animo conteſtandi litem quis reſpondet,an impediat litem conteſtari.*

DEcimum & ultimum membrum cuius
primæ partis iudicij, eſt litis conteſta
1 tio. † Nam poſtquam eſt diſputatum
de iſtis præparatoriis iudiciorum, cōgruum
eſt, quod iudex procedat ad ulteriora, uide-
licet ad litis conteſtationem ſuper qua radi-
catur totum iudicium. Dicitur enim lapis
angularis totius iudicij, ſecundum Bald.in
cap.1.colum.1.de litis conteſt. & de iure cō
muni, eſt unum de ſubſtantialibus iudicij,
adeo quòd ſi omittatur uitiat totum proceſ
ſum,ut tenet gl.in c.dudum,el 2.de elect. &
habetur per Bart. & Doct.in l.1.prolatam.
C.de ſent & Car.in cl.ſæpe in prin. in 4.op
po.de uerb.ſig. ſed in cauſis ſummarijs non
2 requiritur,ſecundum Car.ibidem † unde ho
die in regno cum omnes cauſę ciuiles,& mi
ſtæ,ſint ſummariæ ex forma regiæ prag. pri
mæ,&c deteſtantes poteſt obmitti lit. con-
teſt.& ualet proceſſus,quia in omnia ſubſtā
tialia iudicij ſublata,ſolùm attenditur me-
ra diſpoſitio iuriſgentium,& ad ſolas proba
riones reſpicitur,quo caſu ille primus actus,
qui ſolet immediate fieri poſt litis conteſta-
tionem in cauſis, in quibus lis conteſtatur
habet uim litis conteſtationis in cauſis, in
quibus lis non conteſtatur, uidelicet, eo ip-
ſo, quòd iudex incipit cognoſcere de meri-
tis cauſę,ita tenet Lud.Ro.in conſ.164.col.
2.& Bart. & Bald.in l.nulla, & in l.nihil.C.
de proc.& Car.in cl. conſtitutionem. §.fi.in
fi.de elect & Abb.in c.inſinuāte,in fi.de off.
deleg.& Fel.in c.olim.de accu. & in c.exce-
ptionem.col.5.uer.3.intellige,&c.de excep.
& Paris in trac.ſynd.in uer.ſententia,col.4.
Super hac tamen materia tangam breuiter
quatuor q.Primo,quis ſit litis conteſt.Secū
do,per quæ uerba fiat.Tertio,an poſſit quis
ad eam præciſè compelli.Quarto,quis ſit e-
3 ius effectus. † Quaero igitur primo,quid ſit
litis conteſtatio,dic breuiter,quod litis con
teſtatio eſt principalis negocij apud compe
tentem iudicem facta narratio,& ad eam ſe
cuta reſponſio.Ita colligitur ex c. 1. delictis
conteſt.at.& c.dudum,el 2.de elect.&c. pro-
ut.de dolo & contu.&c.cum cauſam,de iur.
cal.& not.Spec.in tit.de litis conteſt.§.1.
4 † ADDITIO. Hæc diffinitio non
eſt bona,quia per poſitiones,& reſponſiones
narratur hinc inde negotium coram iudi-
ce,& reſpondetur,& tamen non fit litis cō
teſtatio.quare Mar.Soc.in rub. extra ut lit.
non conteſt.dicit,quòd quędam eſt litis con
teſtatio propria,& expreſſa,quædam tacita
quæ fit per proceſſum ad ulteriora propria
& expreſſa deſcribitur,quod eſt actus iudi-
ciarius per quem iudicio ordinario, uel ar-
bitrarij iudicij inſtar habente], facta narra-
tione,& petitione expreſſa uel incluſa, ne-
gotij principalis in ſcriptis per actorem co
ram cōpetenti iudice pro tribunali ſedēte,

uel arbitro ipſo,maxime iudice uel parte in
terrogante,ſeu parte intentione ſua inſiſten
te,reus reſpondet negando,uel confitendo,
uel per uerba ęquipollentia ad litis conteſta
tionem conuenientia ipſius litis,&c. Petrus
Follerius. V. I. D.

5 † Secundo quæro, *a* per quæ uerba fiat
a litis conteſtatio,& qualiter,dic,quòd fit per
negationem , uel per confeſſionem , uel per
uerbum dubitatiuum, uidelicet, ignoro, fit
enim primo per negationem , quando reus
in iudicio negat ſimpliciter narrata per a-
ctorem,ſecundum Bar.in l.1.C.de litis con-
teſt.& in l.ſi dubitetur, §.ita demum.ff.de fi
deiuſſ. & communis practica conteſtandi li
tem eſt,ut reus dicat poſita,prout ponũtur,
& narrata prout narratur uera non eſſe , ſal
uis iuribus , & defenſionibus ſuis, ſuo loco,
& tempore producendis &c.& iſta verba sũt
magni effectus,quia reus ita reſpondens nõ
poteſt incurrere pœnam negantium,de qua
habetur in l.fin.ff.de rei uend.& l.contra ne
gantem.C.ad legem Aquil. & in alijs ſimili
bus legibus ſicut pateretur, quando ſimplici
ter negaret ſecundum Bar.in l.ſi dubitetur
§.ita demum.quem ibi ſequitur Io. de Imo.
& Pau.de Caſt.& idem Imo.& Pau.in l.ſed
hoc ita.ff.de re iud.& Alex.in l.etiam,§. li-
cet.col.fi.ff.ſolut.matr.& Iaſ in l. cum qui,
col.3.ff.de iureiu.ubi dicit hanc opin.eſſe ve
riorem,licet contrarium,tenet Fel.in c.cæte
rum , colum.7.de iud. Inducitur etiam litis
conteſtatio non ſolum negando , ſed etiam
per uerbum dubitatiuum credulitatis , puta
ſi reus dicit , non credo narrata uera eſſe ſe-
cundum Bald.in l ſi debitor. ff de pet.hær.
pro hoc eſt gl.in c.cum ad ſedem in uerſ cre
dere,de reſt ſpol.& Abb.in c.1. & ibi etiam
Fel.in fi.col.de litis conteſt.& Bald.in l.3.C.
qui ad lib.procla.non licet. Item,inducitur
litis conteſtatio etiam ſi reus dicat,tu men-
tiris per gulam,ſecundum Bald. in l.turpia.
ff.de leg.1.fit etiam litis conteſtatio per con
feſſionem,ut plene tradit Fely.in c.1.col. 1.
& ſeq.de lit. conteſta. & dic ut ibi per eum.
& And.de Iſern.in conſt. quæ incipit regiæ
6 maieſt.& in conſt.conſtitutionum.†An aũt
per oppoſitionem exceptionis peremptoriæ
inducatur litis conteſtatio , uide Petr.Phil.
Corn.tenentem, quòd non, in conſi.322.in
1.uol.& conſi.244.col.1.circa fi. in 3.uolu.
& Bal.in l.rem non nouã. C.de iud. de quo
uide Bar.& Bald.Doct.in l.1.de lit.conteſt.
7 †Fit etiam litis cõteſtato, per uerbum igno
to,& ita communiter ſeruatur,quando fit li
tis conteſtatio per procuratores , uel hære-
des,& alias, qui iuſtam prętendunt ignoran
tiam in facto alieno,l.quanquam. ff.ad Vel
leia.& Barto.in l.qui alterius.ff. de reg.iur.
& Barto.in l.ſi quis inficiatus.ff.depo. & ui
de plene de hac materia Spec.in titu.de litis
8 conteſt.§.2.†An autem poſſit fieri litis con
teſtatio in iudicio abſente actore, & ſic ab-
ſente parte? dic quòd non quia lit.conteſt.di
citur quaſi ſimul teſtatio, & ideo ambæ par
tes debent eſſe pręſentes in iudicio, ſecun-
9 dum Bal.in l.1.col.2.C.de litis cõteſt. †Ter
tio quæro , an poſſit quis præciſe compelli
ad litem conteſt. dic quod communis con-
cluſio eſt,quod ſic? quia cum fit actus iudi-
ciarius & iudicium redditur in inuitum , l.
inter ſtipulantem.§.1.ff.de uerbo. oblig.po-
teſt reus inuitus compelli captis pignoribus
& etiam per detentionem perſonę,ita tenet
Bald.in d.l.1.in 5.q.C.de lit.cõteſt.& Alex.
in l.ſi finita,§.Iul.col.10. de damno infect.
& Franc.de Are.in l.qui in aliena,§.fin.col
pen.ff.de acq.hær.

10 ADDITIO. Quid enim ſi reus noluerit litem conteſtare, & qualiter cogetur, &
quòd erit remediũ? dicas quod poteſt mul-
tari,uel excommunicari , uel actor mittitur
in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ ex pri-
mo decreto,c.1.& c.tuæ.extra ut lit.non cõ
teſt.& ibi gloſ.& tradit Cyn. & ibi Bald. in
11 l.1.C.de lit. conteſt. in 5.q. † Et ſi reus eſt
præſens,& iuſſus litem conteſtare denegat,
iudex ſibi præciperet,ut litem habeat conte
ſtare infra certum terminum,& ſi adhuc per
ſiſtit in non conteſtãdo litem,proceditur cõ
tra eum,ſi fuiſſet abſens.i.ut pp eius inobe-
dientiã procedatur ad miſſionem ex primo
decreto.ſecundum gloſſ.in auth. qui ſemel,
C.quõ,& quando iu.& ibi Barto. ubi dicit,
quod ſi iudex præcipit parti ,quòd habeat li
tem conteſtare ſi recedit abſque conceſſatio
ne litis,poterit contra eum interponi primũ
decretum abſque alia citatione,quia eo ipſo
quod apparet quod non defendit. cenſetur
contumax,ut in tex.& gl.d.auth.qui ſemel,
12 & ibi Bart.& Cyn.†Nec poteſt declarari,
quod lis habeatur pro conteſtata,ſi reus no
luerit cõteſtare litem (ut aliqui minus docti
faciũt) quia ad ad litis cõteſtationẽ opus eſt
facto,



facto, extra ut lit. non conteſt. per totum &
requiritur in conteſt.litis uerborum expreſ-
ſio.l.rem non nouam,§. patroni. C.de iud.
ubi opus eſt expreſſione uerborum, non ſuf
ficit alius actus. l.1 §.econtra. ff. de uerbor.
obl.adeo quod nec etiam poteſt præcipi reo
quod habeat litem conteſtare,alias quod ha
beatur pro confeſſo,ſecundum do.Anto. in
rubr.extra ut lit.non conteſt.& Cyn.in l.1.
C.da lit.conteſt.eſt in q.7.& ita etiam tenet
Io.de Imo.in d.rubr.& pro hoc facit cap.1.
& 2.ut lit.non conteſta. ubi reus præſens ſæ
pe fuit iuſſus, ut reſponderet libello,& nun
quam uoluit reſpondere , & tamen per hoc
non potuit procedi ad ulteriora,ac ſi lis eſ
ſet ficte conteſtata ,imò ibi irritatur proceſ
ſus tanquam factus lite non cõteſtata,& la-
te habetur in rubr.de lit. conteſt. per Mar.
Soc. nume. 12 hodie autem in regno , quia
lis non conteſtatur de neceſſitate , ut ſupra
per auct. uidi ſemper practicari , quod reo
nolente conteſtare litem datur terminus ad
probandum, ac ſi lis eſſet conteſtatata , ego
tamen dubio de hac communi practica, qñ
electa eſt uia ordinaria (ut quia actor petijt
litem conteſtari,& reus noluerit) quia tunc
credo quod opus eſt conteſtatione litis.
13 † Quęnam ſunt cauſæ,quibus excuſabitur
reus a non conteſtando litem? In quo dicen
dum eſt , quod primo excuſabitur ſi reus eſt
dubius, l. 3.§ ſi is, qui neſcit.ff. de lib.hon.
exhi.& no.in l.fi.§.hoc idem.C de iure deli.
quod eſt uerum non dato interuallo ad deli-
berandum, ut in authen. offeratur. C de lit.
conteſt.& ſi non poteſt deliberare debet fie-
ri lit.conteſt.per uerbum credit, uel non cre
dit per no.in c. cum ad ſedem , de reſt.ſpol.
uel per uerbum non præſumo, ut in c.quoſ-
14 dam extra de præſum.† Secundo *b* excuſa-
b tur ſi forte reus propoſuiſſet exceptiones de
clinatorias, uel dilatorias,& iſtat, quod an-
te omnia de ipſis cognoſcat, quoniã omnes
exce. dilatoriæ impediunt lit. conteſt. ut d.
Ang.in l.uir bonus.ff.iud ſol & debet iudex
de ipſis ante omnia cognoſcere , nec poteſt
iudex mandare reo,quòd habeat conteſtare
litem ſaluis exceptionibus,ſi ipſe reus con-
tradicit cum non ſit conſtitutum in eius ar-
bitrio, ſed ipſarum exceptionum extimatio
nis tempus eſt a iure ſpecialiter diffinitum,
capit. inter monaſterium extra de re iud. de
quo plene per Maria. Soc.in d.rub. num.14.
& ibi etiam uideas qualiter exceptiones sũt
opponendæ , ut impediatur litis ingreſſus ,
& conteſtatio litis,num.47. uerſi.2. princi-
paliter quæro. Petr. Folle. V. I. D.
15 †Quarto quæro, quis ſit litis conteſtatio
nis effectus. Dic quòd multi ſunt, & inter a-
lios ſunt iſti,videlicet primo,quia præcludit
uias opponẽdi dilatorias,l.Pomponius.§.ra-
ti.ff.de proc.& c. inter monaſterium , de re
iud. Secundo quia perpetuat actionem , ut
no.plene Alex.& Doct.in l.ſi eum § qui iniu
riarum.ff.ſi quis caut. pro hoc eſt tex. in l.
ordinata.in prin.ff.de lib.cau. Tertio, quia
conſtituit aduerſarium in mala fide , quan
tum ad fructus,l.certum,& l.moræ.C.de rei
uend.& Bart.in l.litigator.C. de fruct.& lit.
exp.Quarto,quia conſtituit in mora, ſecun
dum Alex.in conſi.48.colum fi. in 4.uol. &
maxime in his,quæ debẽtur officio iudicis,
l.cum poſtulaſſem.ff.de damn.inf. Quinto,
quia operetur,ut poſſit procedi ad diffiniti-
uam ſentẽtiam de iure communi, ad quam
ſine ea procedi non poteſt , ut in §. ſi uero
etiam, authen. de exhib.reis, licet hodie in
regno non requiratur in cauſis ciuilibus ,
ut pluries fuit dictum ſupra . Sexto, opera-
c tur *c* interruptionem præſcriptionis , ut
d.leg.moræ.C.de rei uendi. & l.ſicut , & ibi
Bald.C.de præſc.30.ann.& not. plene in l.
naturaliter. ff. de uſucap. multos alios ope-
ratur effectus , de quibus remitto me ad di-
cta per Specu. in titu. de litis conteſt.§. pe-
16 nul.& fin. † Vltimo moueo hic unum du-
bium,quod ſæpius in facto euenit. Aliquis
reſpondet libello cum proteſtatione , quod
non animo litem conteſtandi , &c. an talis
proteſtatio aliquid operetur ſcilicet , ut lis
non habeatur pro conteſtata , ſi utitur tali-
bus uerbis per quæ alias induceretur litis
d conteſtatio. *d* Communis concluſio eſt ,
quod lis non ſit conteſtata , & quod talis
proteſtatio releuet , niſi iudex prius iuſſe-
rit litem conteſtari , nam tunc cum ſimus
in caſu neceſſario,proteſtatio nihil releuat,
l.alimenta. C.de nego.geſt.ita tenet Franc.
de Are.in l.qui in aliena.§.fi.colum.penult.
ff.de acquiren.hæred.& Alexand. in conſil.
41.col.2 in fi.in 4 uol.& Abb.in c.1.col.8.
& ibi etiam Felyn.in 2. colum. de litis con-
teſt. & uide Barto. & Bald.in l.1. C. de lit.
conteſt. Et per hæc ſit expedita iſta prima
pars iudicij . Veniamus ad ſecundam par-
tem

tem principalem. Laus Deo. Rob. Marant. Venuſ. V. I. D.

ADDITIONES.

a Per quæ uerba. Abb. in capit. 1. ut lit. non conteſt. Amade. in tract. ſindic. nume. 228. colum. 2.

b Excuſatur. Bellon. conſ. 25. num. 1.

c Interruptionem. Limit. ut per Soci. in tract. fallen. reg. 304. & 308.

d Communis. De communi etiam per Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis, nu. 97. extra de conſtit. Amade. in tracta. ſindic. nume. 228. colum. 2. Specu. in tit. de litis conteſt. lib. 2. Par. 1. num. 14. Ludouicus Alferius.

## Ad ſecundam iudicij partem prefatio.

EXPEDITA prima parte iudicij
quæ durat uſque ad litis conteſtatio- a
nem incluſiuè, conſequens eſt ſequendo or 1
dinem propoſitum, ut aggrediamur ſecun-
dam partem, quæ durat à litis conteſtatio-
ne, uſque ad concluſionem in cauſa incluſi-
uè, ut dixi in principio huius ſextæ partis. 2
Et in iſta ſecunda parte licet plures actus cō
ſiderari poſſint declarabo tamen ſuper ea
ſexdecim actus principaliores, qui ſolent in
hac ſecunda parte in iudicijs uentilari. Et
ſunt iſti, uidelicet, iuramentum calumniæ,
compromiſſum dilatio, ſeu terminus ad pro
bandum, poſitio, ſiue articulus, confeſſio, te-
ſtium productio, interrogatorum inſtrumen
torum productio, iuramētum, actorum ędi
tio, publicatio, accuſatio incidens, repulſa,
tortura, concluſio, allegatio, ſeu diſputatio,
de quibus ſingulis diſpiciamus. 3

## De iuramento.

1 *Iuratur de calumnia, facta litis cōteſtatione, per actorem, quam per reum.*

2 *Iuramentum calumniæ poteſt tacitè omitti de conſenſu partium.*

3 *Iuramentum calumniæ exigitur etiam poſt concluſum in cauſa,*

4 *Iuramentum in calumniæ, an præſtetur in cauſa criminali, remiſſiue.*

5 *In his, quæ emergunt ante lit. conteſt. in quali bet exceptione, iuratur de calumnia.*

6 *Actor non iurans de calumnia, cadit ab actione, reus uero nolens iurare, habetur pro confeſſo.*

7 *Iuramentum calumniæ in quo differat a iuramento malitiæ, & ueritatis.*

8 *Procurator an iuret de calumnia, & qualiter.*

9 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa appellationis.*

10 *Iuramentum calumniæ quid comprehendat.*

11 *Iuramentum calumniæ hodie uno obolo non æſtimatur, & litigantes potius iurant de calumnia committenda, quam uitanda.*

12 *Iuramentum calumniæ excuſat à tacita, & præſumpta calumnia, non autem ab euidenti.*

13 *Committens calumniam, etiam in cauſa ciuili poteſt criminaliter accuſari finita cauſa.*

PRimus actus, qui ſequi ſolet in iudicijs
a poſt litis conteſtationem, eſt *a* iuramen-
1 tum cal. † Nam facta litis conteſtatione
iuratur de calumnia, tam per actorem, quā
per reum, cap. cum cauſam, in fi. de iur. cal.
c. dudum, el 1. de ele. & not. Specu. in titu de
2 iur. cal. §. 1. in prin. † quod iuramētum adeo
ſubſtantiale iudicij, quod non poteſt per par
tes expreſſe remitti, & ſi omittetur, proceſ-
ſus eſſet ipſo iure nullus. l. 2. §. ſed quia uere
mur, & ibi Bar. Bal. & Doct. C. de iur. cal. ta
cite autem omitti poteſt, & ualet proceſſus,
ut quia iuramentum non fuit exactum ab al
tera partium, & ſic non fuit iuratum in to-
to proceſſu, quo caſu cenſetur tacite omiſ-
ſum, quòd fieri poteſt, ut eſt tex. in capit. 1.
de iur. cal. lib. 6. & tenet And. de Iſer. in con
ſtit. lite legitime, colum. 1. & in conſt. uniuer
3 ſos. † Iſtud autem iuramentum calumnię po
teſt exigi per iudicem in quacunque parte
iudicij etiam poſt concluſum in cauſa, ſecū
dum Bald. in l. 1. circa fi. uerſic. ſed nunquid,
C. de iur. cal. per d. capitu. 1. extra eo. lib. 6.
4 † & an præſtetur in cauſa criminali, decla
5 rat Bald. in dict. l. 1. † Item in his, quę emer-
gunt ante litem conteſt. in qualibet exce-
ptione iuratur de calumnia, ſecundum Bar.
in authen. hoc ſacramentum. C. de iur. cal.
6 † & ſi actor non uult iurare, cadit ab actio
b ne ſua, Reus uero nolens iurare, habetur
pro confeſſo. l. 2. §. quod ſi actor, & ibi Bar.
C. de iur. cal. & Spec. eod. titu. in §. ſupereſt
7 in princ. † In quo autem differat iuramen-





tum calumniæ, à iuramento militiæ, & iu-
ramento ueritatis, uide Spec. eod. titu. §. 1.
colum. 2 & 4. & eſt tex. cum gloſſ. in capi. 2.
8 de iura. cal. lib. 6. † An autem procurator iu
ret de calumnia, & qualiter? dic quòd tene-
tur iurare nomine proprio & ſi habet ſpecia
le mandatum, iurauit etiam pro domino,
alia ſine ſpeciali mādato non iurat, ſed prin-
cipalis iurare debet. Verum quando procu-
rator iurat proprio nomine, iurabit in ani-
mam ſuam, ſed quòd iurat pro domino, iura a
bit in animam conſtituentis ita hæc omnia
declarant Bar. & communiter Doct. in l. 2. §.
fin. C. de iur. cal. & habetur plene per Spec.
eod. tit. §, reſtat. ubi ponit omnes perſonas,
9 quę alieno nomine iurant. † Sed quid in cau b
ſa appellationis, an ſit in ea iurandum de ca
lumnia? Dic, quod ſic, etiam in principali
cauſa iuratum fuerit tex. eſt in ca. 2. in prin.
10 de iur. cal. lib. 6. † Quid autem comprehen-
dat hoc iuramentum calumniæ? dic, quod
multa Primo enim quod actor credit ſe iu-
ſtè petere, & non calumnioſe. Item, quod re
ſpondebit ueritatem ſuper omnibus, de qui
bus interrogabitur. Tertio, quod non utetur
falſa probatione Quarta, quod non corrum
pet iudicem nec tabellionem Quinto quod
calumnioſam dilationem non petet, ut no.
Spe. in ti. de iur. cal. §. nunc dicamus in prin.
& tangitur aliquid per Bart. & Doc. in au-
then. principales. C. eo. tit. Et ſimiliter potes
11 extendere in reo. † dicit tamen notabiliter
Bal. in leg. ſi poteſt. C. de euict. quod iſtud iu
ramentum calum. hodie non æſtimatur uno
obolo, quia facti ſumus contemptores Dei,
& religionis eius, unde ego puto. ꝙ litigato
res noſtri temporis potius iurant de calum-
nia committenda, quàm uitanda, & ideo me
lius eſſet, quod iſtud iuramentū ex toto tol-
leretur à iudicio, cauſa uitandi tot periuria,
non obſtante, quod hoc iuramentum ſit in-
uentum ob publicam utilitatem, ne ueritas
occultetur, ut d. le. 2. §. ſed quia ueremur. ta-
men iſtud parum curant iurante argumento
illius dicti per poetam Aquinatem. Quid
12 enim ſaluis infamia nummi &c. † Opera-
tur autem hoc iuramentum, ut quis excu
ſetur à tacita & præſumpta calumnia, non
autem ab euidenti, & expreſſa, ſecundum
Bart. in l. ſi quit, §. ſtellion. ff. ad Tur. & Bal.
in l. ſi tibi, C. de lib. cauſ. & Alexand. in l. ait
13 prætor, in prin. ff. de iureiu. † Hinc eſt, quod
committens calumniam etiam in cauſa ci-
uili, poteſt criminaliter accuſari finita cau-
ſa, ut not. glo. in l. & in priuatis. ff. ad Turp.
& Bald. in d. l. ſi tibi. Vnde ſi calumnia eſt
euidens, non excuſatur per iuramentum,
alias ſic. ſecundum Bald. ibi.
Rob. Maran. V. I. D.

ADDITIONES.

a Iuramentum calumniæ. Latæ de hoc iuramento uideas Nicol. Ant. Grauat. in addit. ad pract. Veſtr. lib. 5. cap. 2. litera. F. nu. 11. uſque in finem; & lib. 6. cap. pen. nu, 39. ubi habetur, quod fuit inductū de iure diuino.

b Non uult iurare. Duen. li. 1. reg. utr. iur. reg. 152. contumax, in 4. limit. Ludo. Alferius.

## De compromiſſo.

1 *Compromittitur hodie in regno, inter coniunctos ſanguine, uel affinitate uſque ad quartum gradum computantur, ſecundum ius ciuili.*

2 *Compromiſſum, quod ſit inter affines, ex forma ſtatuti, habet locum etiam inter maritum & uxorem, & inter ſponſum, & ſponſam, nume. 3,*

4 *Compromiſſum etiam ſi millies expirat, millies debet renouari, quando a ſtatuto inducatur. Et quid ſeruetur in regno, & an ultra bis fiat.*

5 *Compromiſſum, ſecundum pragmaticam an fiat inter conſanguineos ſpurios, & numero 20. 21.*

6 *Compromiſſum durat etiam poſt tempus pragmaticæ, quando expirauit, quia pars petijt nimis longam dilationem.*

7 *Compromiſſum ſecundum pragmaticam regium etiam quando auctor laudatus eſt conuictus, licet principalis litigates conuictus non ſit.*

8 *Procurator compromittere poteſt ſecundum regiam pragmaticam, licet non habeat ſpeciale mandatum.*

9 *Compromiſſum ſecundum regiam pragmaticam poteſt fieri etiam inter minores.*

10 *Filiusfam. etiam ſine conſenſu patris poteſt ſe cōpromittere ex forma Regia pragmatica.*

11 *Mulier poteſt compromittere ſine Mundualdo ſecundum Regiam pragma.*

12 *Compromiſſum fit per ſolum iudicem eligentem arbitros, diſcordantibus partibus.*
13 *Compromiſſum ſecundum pragmaticam Regiã fit altera parte illud petente, ſed non aliter.*
14 *Compromiſſum prædictum fit ſolum in cauſis ciuilibus uel miſtis.*
15 *Compromiſſum egregiæ pragmaticæ forma, nõ fit, quando affinitas eſt diſſoluta p mortem.*
16 *Compromiſſum præiudicium ceſſat inter priuignum, & nouercam, mortuo partes*
17 *Compromiſſum fieri non poteſt altera parte inuita habente exceptionem litis finitæ ſeu impedientem liti ingreſſum.*
18 *Statutũ quòd fiat compromiſſum inter affines non comprehendit habentem inſtrumentũ, ſententiam, uel obligationem liquidam.*
19 *Habens ſceipturam iuratam, non tenetur ad compromiſſum, ſecundum pragmaticam.*
20 *Spurius non dicitur coniunctus, & litigando cum conſanguineo, non poteſt ſecũdum pragmaticam petere compromiſſum.*
21 *Compromiſſum an fieri debeat, ſi ſpurius petit compromiſſum contra alium ſpurium ſibi coniunctum.*
22 *Compromiſſum non ſit in cauſa feudali, etiã inter coniunctos.*
23 *Cauſa in qua agitur de uita & militia, æquiparatur feudali. & ſuper ea non compromittitur, ſecundum pragmaticam.*
24 *Compromiſſum quod fieret cũ cedente coniuncto, non fit cum ceſſionario non coniuncto.*
25 *Compromiſſum, ſecundũ regia magmaticam, non fit inter conſanguineos legitimatos.*
26 *Compromiſſum non poteſt peti contra clericũ coniunctum, ſed ſi à clerico contra laicum.*
27 *Clerici actiue gaudent ſtatutis laicorum.*
28 *Clericus contra clericum coniunctum, non poteſt petere compromiſſum, ſecũdum pragmaticam regiam.*
29 *Compromiſſum, ſecundum pramaticam non fit de arbitrio iuris, niſi quando eſſet probabiliter dubius.*
30 *Cauſa tutelæ compromitti non poteſt etiam ſtante pragmatica, quod cauſæ omnes compromittantur.*
31 *Compromiſſum non petitũ in cauſa principali, non poteſt peti in cauſa appellationis.*
32 *Cauſa miſti imperij, non comprehenduntur à pragmatica, quod omnes cauſæ compromittantur.*
33 *Compromittitur, ſecundum regiam pragmaticam inter affines coniũctos per legitimum matrimonium Secus ſi per ſimplicem fornicationem.*
34 *Compromiſſum non fit, ſecundum pragmaticam, quando altera tantum ex partibus læderetur.*
35 *Appellari an poſſit à ſententia boni uiri.*
36 *Nullitas ſententiæ latæ per bonum uirum cõfirmantem ſententiam arbitrariam an allegari poſſit, & num 37.*
38 *Sententia dolo lata, eſt nulla.*
39 *Laudum dolo latum, an ſit nullum.*
40 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis perueniens, nunquam intelligitur excluſa.*

SEcundus actus, qui ſolet quandoque in
1 iudicis emergere, eſt † compromiſſum,
a & loquor præciſe propter regiam *a* prag
maticam, quæ uiget in hoc regno, quæ in-
cipit, odia, per quam eſt cautum, quod ſi li
tigantes ſunt coniuncti ad inuicem per con-
ſanguinitatem, uel affinitatem uſque ad
quartum gradum computandum ſecundum
ius ciuile, debet iudex altera parte petente
compellere ipſos litigantes ad compromiſ-
ſum, uerùm poteſt peti à principio litis uſ-
que ad dationem termini probatorij, &
non ultra, ut dicitur in d. pragm. Et hac de
cauſa ego poſui hunc actum compromiſ-
ſi ante dationem termini, non tamen ne-
go, quin etiam potuerit poni ſupra in 1. par-
te iudicij, & quoniam iſtam materiam com
promiſſi, & arbitrorum tractaui aliquate-
nus ſupra in 4. parte princ. huius tract. in
14. diſtinct. & aliquid dicam infra in ma-
teria appella. in 3. parte iud. in 1. quæſt.
princ. in uer. reductio. & in 4. quæſt. princ.
uerſicu. 8. limita, &c. ideo hic ſolùm reſer-
uo tangere materiam compromiſſorum pro
ut emergit in iudicio, & ſic materiam di-
ctæ regiæ pragmæ, & primo pono regulam,
quæ ſumitur ex d. pragma. quam ſupra di-
2 xi. † Amplia primo, d. pragma. procede-
re etiam inter maritum, & uxorem, qui li-
cet non ſint affines tamen principium, &
cauſa affinitatis ſunt, ita tenet Bald. in l. af-
3 finitatis. C. com. de ſucceſ. † Secundo am-
plia, d. pragm. procedere etiam inter ſpon-
ſum, & ſponſam ita tenent Iaſ. in l. quod Ser
4 uius, colum. 2. ff. de cond. ob cauſam. † Ter-
tio amplia, etiam ſi millies expiraret com-
b promiſſum, millies deberet *b* renouari, &
iterum compromitti, etiam quod d. prag.
ſemper



ſemper loquitur, ita per plura tenet Iaſ. in
l. ſi quis ex argentarijs. § prætor ait, colu.
2. ff. de edẽ. ubi etiam dicit quod hæc prag.
eſt fauorabilis. idem tenet Alex. in conſil.
70. col. 2. in 2. uol. & Bal. in conſ. 487. in 4.
uol. Verſi reperio, quod Matth. de Affl. inſi
gnis Doct. Neap. in ſuis deciſ. ſacri conſi. in
deciſ. 46. uult, quòd ſi bis factum fuit com
promiſſum iuxta formam d. prag & fuit bis
expiatum, non debet ulterius altera parte
inuita compromitti, & ita dicit fuiſſe pro-
nunciatum in ſacro conſ. ponderando uer
ba d. pragma. & certe ſi d. deciſ. habentur
in regno pro auth. poſſumus dicere, quod
in regno ſit correctum ius commune in
terminis d. prag. quia ſententia ſacri conſ.
fertur ſub nomine regis, unde habet uim
legis in hoc regno, l. fi. C. de leg. Alias autem
hrẽt illa deciſio uim auctoritatis unius
doctoris, & eſſet ponderandæ rationes,
5 quibus mouetur. † Quarto amplia, proce-
dere etiam inter conſanguineos ſpurius,
quando agitur inter coniunctos ex parte
matris, ita tenet Ale. in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. col. 15. ff. ad Trebel ſecus, ex parte
partis, ut dicam infra in limitationibus.
6 † Quarto amplia, etiam ſi lapſum eſſet tẽ-
pus pragmaticæ ſ. trium menſium ex cau
ſa, quia altera pars petijt nimis longã dila
tionem ad producendum teſtes non poteſt
tũc nihilominus cauſa decidi poſt tempus
& ſic poſt tres menſes. ita tenet Alexan. in
7 conſ. 72. col. 1. in 3. uol. † Sexto amplia, non
ſolum, quando principalis litigator eſt
coniunctus, ſed ẽt qũ auctor eſt coniunctus
licet principalis ſit extraneus, quia debet
cauſa compromitti cum auctore laudato
iudicium ſuſcipiente, ita plene hanc quæſt.
examinat Bar. in ſua 2. diſp. quę incipit, Pi
ſanæ ciuitatis, &c. ubi ita concludit, quòd
idem Bart. in l. procurator. la 2. ff. rẽ ra. ha.
8 † Septimo amplia, procedere etiam in tu
gociationis, & exercitij, ſed An.in l.argen-
tarius.ff. de edend. tenet quod campſores,
mercatores, artifices, & alij, qui de conſue-
tudine pro trafico eorum artis ſolent com-
ponere aliquos libros rationum, quòd non
tenentur illos edere petentibus, & dicit eſſe
caſum in cle. 1. de uſur.ubi in uſurario eſt
ſpeciale, ergo in contrarium eſt ius com-
mune, dictum tamen Bartol. dicit procede
re in duobus caſibus tantum, primo ſi pe-
tens edictionem eſſet priuilegiatus (ut fi-
ſcus) uel niſi, & ſecundo ſuadeat æquitas,
eo quod ipſe mercator utetur illis, & iſta
ſunt uera in rationibus, quæ non ſunt con-
feſſę mandante illo, qui petit ædi, quia alias
eſſet indubitabile, ſubdit tamen, quòd
Peruſij extat conſuetudo in curia merca-
torum, quod indiſtinctè ſeruetur opin. Bar-
tol. & ſubdit ſatis eſſe æquum, cum in cu-
ria mercatorum agatur de bono, & æquo
& non attenditur iuris rigor idem Angel.
in l.non eſt nouum. C.de edend.uerſicu.te-
nere indiſtinctè opin. Bartol. & Bald. in l.
1.C.de eden. firmat quod non tenetur ede-
re, & ſic contra. Barto. licet ſubdat, quod ex
quadam æquitate debet fieri edictio, & ibi
Ange. ſibi parum conſtans, tenet quod de-
bet fieri edictio, & infert ex hoc, quod bo-
na eſt practica conſulum mercatorum Pe-
ruſij, qui cogunt mercatores ad editionem
librorum indifferenter, & idem tenet ipſe-
met Ang. in l argentarius. nu. 2. ff.de eden.
& Barto. in l.ſi quis.§. pertinere.ff.de eden.
Iaſo. in d.l. 1.tenet, quod de facto, ſeruatur
opinio Barto. in practica, ſed de iure con-
traria opinio eſſet uerior, & firmat opinio
nem Bart. Alexan.in d.l. prima. & ſequitur
Pet.Phil.Cor.in cōſ.419.in 3.li in litera S.
40 † Et an debeat fieri x edictio de toto. li-
x bro continente plures rationes ? dicas quod
non; ſed bene de tota ratione.l.argentarius.
§.ædi.ff.de eden.& ibi Alexan.& Fel.in d.c.
41 cum contingat de fid.inſtr. † Et an debeat
ædi Tagliola ſeu Tacca, qua utuntur piſto-
res ? dicas quod ſic ſecundum Bartol. in l.
non ſolum.§.ſed ut probari. ff.de op.no.nu.
42 & ibi Ange.† Sed quid de libro inſtitoris,
ſeu factoris nunquid ædendus ſit ? dicas
quod ſic, ſecundum Barto. in l.fin.§. inter
cetera.ff. de liber.leg. & in l. cum ſeruus &
ibi Ioan.de Pra de cond.& demon.& in l.1.
43 §.officio.ff.de tut.& ratio. diſtr. † Item ędi
debet liber gabellarij in particula ad propo-
ſitum faciente, ſecundum Bald. in l.1.C.de
cond.ex lege, & ſequitur Ioan.de firmo ubi
44 ſupra. † Sed quid de libro ſpeciariorum
cui de conſuetudine totius Italiæ credi ſo-
let, ſi ponatur in eo fore caſſatas omnes par
titas, & in pede adnotatū reperiatur, quod
facto finali calculo cum tali, & habita ra-
tione dati, & recepti uſque ad hodiernum
diem remanet debitor in decem, nunquid
in hoc probet ex dicta conſuetudine ? Hic
caſus euenit mihi in ciuitate Salerni, &
fuit oppoſitum, quod liber probat data, &
recepta, & partitas adnotatas particulari-
ter, ſed ſi ſunt caſſatæ partitæ, & in fine
mentio de compotu facto, quod in hoc
non credatur, & quòd ita debet limitari
conſuetudo prædicta, & in hoc fuerunt
excluſi plures ſpeciarij, qui atteſtati fue-
runt, quòd conſuetudo, quòd credatur li-
bris ſpeciariorum habet locum in partis de
ſcriptis, ſed non ſi partitæ ſunt caſſæ. & in
fine ſit dictum, facto computo tal s rema-
net debitor in centum, & ſic fuit determi-
natum, quod nota quia ita practicatur.
45 † Sed quia ſolent multoties eligi per iudi-
ces mercatorum calculatores, ad calculan-
das rationes ipſorum mercatorum, an de-
beāt dicti calculatores (ut legitimè probēt)
ante omnia iurare, dicit Bal. in l. hac ædi.
§.ijs illud.C.de ſec.nup.2.colū.in prin. uer-
ſic.pone, conſules, quod debent iurare, &
partes debent intereſſe, uel debent citari, ut
dicit notari per Barto. in l.Theopompus.ff.
de dot. præ. & iſti calculatores habent ne-
dum poteſtatem ſuper erroribus calculi,
ſed etiam determinandi in illis quæ extra
calculum eueniet. ſecundum Ro. in conſil.
46 126.per totum. † Hoc in loco nunc conſe-
y quēs eſt adnotare nūquid y literæ cābij ꝓba
tionem,



tionem, & obligationem inducāt? & in hoc
diſtinguendum eſt, quod aut loquimur quo
ad campſorem, ſeu mercatorem, ſcribentem
puta (pagarete per me al portatore de que-
ſta ducati cento per altri tanti receuuti) aut
loquimur quo ad mercatorem cui dirigun-
tur literæ, primo caſu, aut literæ loquuntur
diſpoſitiuè, aut enunciatiuè, primo caſu ſi
loquuntur diſpoſitiuè probationem, & obli
gationem inducuntur, ſi materia hoc patia-
tur, per tex.in l.quidam.ff. de conſt. pec. &
per textum, & ibi Bartol. in l.Titius.eo.titu.
& Bar.in rubr.C.de conſt.pec.in penul. co-
lum. ſecundo uero caſu ſi loquuntur enun-
ciatiuè probant tales literæ, ſed non obli-
gant, uel diſponunt, l.publ.in fin.ff.dep.l. ſi. z
& ibi ſcribētes ff.de inſtr.& ſequitur Marſ.
in rubr. C. de prob. numero 283. ſecundo
uero caſu ſi loquimur quo ad mercato-
rem, qui, directæ ſunt literæ, quòd ſol-
uat, tunc aut literæ acceptantur per ipſum
mercatorem cui diriguntur, & tunc videtur
fateri eſſe uerum id, quod in eis continetur,
& remanet obligatus, ſecundum Bald. in ru
br.C.de fi.inſtr.in antep.colum.uerſic. quæ-
ro quid de literis : nam per acceptationem
literarum abſque contradictione uidetur cō
ſtare de approbatione narratorum, & conuē
torum in eis, l.ſi filius. ff. ad Maced.& cl.1.
de procu.iuncta l.filiusfamil.§.inuitus.ff.de
proc.& no.Bar.in l.quoniam in prin. ff, rem
ra.habe.& in c.cum tabernam, §.1.in fi. per
illum tex.ff.de pign.& conſuluit Alexan.in
conſi.78.in 1.lib.incip.in cauſa, & lite uer-
tente.& firmat Io.de Pra.in l. ſi procurato-
rem abſentem.ff.de proc.2.colum & firmat
Spec.in titu.de ſolu.§.conſequenter.uer. ſed
pone, & Card.in cl.1, de proc.4.not. & Ale-
xand.in d.l.cum tabernam.§.idem.de pign.
& ſic cautela eſt quòd præſentent literæ co
ram teſti. ſcientibus tenorem literarum,
quia ſi recepit, & non contradicit expreſsè
remanet obligatus, ſecundum Matth. in
not.31.& Alexand.in d.l.quoniam, & Bald.
in leg.ſi abſentes.ff.ſi cer.pet. Bald. in l.fi.
1.colum ad fin.uerſic. quæro ſi contrahitur
filio.C.ad Maced.& in l.ſiue.2. colum.uerſi-
cu.4. C.ad Velle. & per Iaſ.in repetitione,
admonendi. colum. 112.uerſic.& uerſic.1.
& nota, quòd ille, ff.de iureiur.& Phi.Corn.
in conſi.349. incip. circa, in litera H, in 5.
lib.& per Car.Zab.in conſi.153.incip. in ſo
47 cietate accidenti. † Et ſi diſpoſitiuas lite-
ras cambij fore proponas minime reuocari
poſſe antequam ſoluatur. ſcriptum reliquit
Bald.in rub.C.de conſt.pen. 2.colum.quem
ſequitur Iaſ. in l. admonendi.ff. de iureiur.
48 num.151.† Vlterius quæro, ecce quòd mer-
cator dedit mihi literas cambij, & eas itine
re perdidi, uado ad mercatorem, & repeto
depoſitum meum, ex quo non erat ſecutum
cambium, mercator dicit reddas mihi lite-
ras cambij, quia poterit eſſe, quod aliquis
inuenerit eas, & uadit ad banchum cui diri
gebantur literæ, & recipit pecuniam quid
iuris? Bal.in l.inſtrumenta. C.de fideicom.
in fin.tetigit hanc quæſtionem. & finaliter
decidit, quòd tenetur mihi z reddere depo-
ſitum, at ego teneor liberare mercatorem
per publicum inſtrumentum ab ipſis literis,
& ad hoc etiam facit id, quod ipſemet Bal.
no.in l.pecuniæ.C.de ſol.in fi.& firmat Iaſ.
in l.huiuſmodi.§. ſi ita ff.de leg. 1.2. lectu-
ra, & in l.admonendi. ff.de iureiu.nu.153.
49 † Sed per pulchrum eſt ſcire nunquid ſi
Titius debitor meus in centum fecit, quod
banchum de Pinellis faceret literas cambii,
& ego liberaui Titium in cauta forma, & an
tequam banchum de Pinellis mihi ſoluiſſet
dictos ducatos centum decoxerit, an habeā
recurſum contra Titium principalem debi
torem (quaſi ꝙ literæ cambij non potuerint
effectum ſortiri) & uidetur liberatū fore Ti
tiū principalem debitorē, nā licet diſſentiāt
Doc. utrū delegatio fiat per interuētum no
uę perſonæ, qn̄ illa noua perſona non eſt de
bitrix delegantis, nam quidam tenent, quòd
erit ut fideiuſſor, ſm̄ Barto.in conſ.inci.ter-
tius, & Ang.in l.ſecūdum.in prin. ff.de ædi.
edic & ſic non inducitur nouatio, & ſic ban
chum quod promiſit, & fecit literas cambij
eſt vt fideiuſſor, & eo non ſoluente, principa
lis non eſt liberatus, alij uerò fuerunt in con
trarium, aſſeuerantes quòd fiat nouatio in-
teruentu nouæ perſonæ, etiam quod illa no-
ua perſona non ſit debitor meus ſecundum
Fran.Are.in conſ.5.inci.in cauſa, & puncto,
tn̄ in cauſa iſta poſtquā banchū per me fuit,
acceptatum in debitorē, & ab eo literas cam
bij reciperē, & proinde Titium meum debi-
torem liberauerim, non poteſt ulterius in-
quietari Titius, & ita refert fuiſſe deciſum
in contingentia facti Affl.in deci.353.inci.
50 dubia. † Sed ecce ponamus banchum de Pi-

nellis feciſſe mihi literas cambij, vt mihi ſol
uantur mille in ciuitate Venetiarum, per
banchum de Spannochis, quam cum detuliſ
ſem illi bancho de Spannochis quod acce-
ptauit eas, ſed antequãmihi ſolueret, deco
xit, aufugitque, quæritur cuius ſit periculũ?
Bart. in l ſingularia. ff ſi cert. pet. (ut refert
Bald. in l pro debito. C. de bo auct. iu. poſſ.)
dicit, quòd periculum eſt meum ad cuius in
ſtantiam fuerunt literæ expeditæ, ſi banchũ
Venetiarum acceptauit literas, & promiſiſ-
ſet ſoluere, & ratio eſt ſecundum Bart. quia
breui manu uidetur mihi numeraſſe, & ego
denuo penes ipſum poſuiſſe, ſed hæ ratio pa
rum placuit Bald in conſi. 348. uol. 1. ubi cõ
tra Bart. videtur ſentire, ideo ipſe dat aliam
rationem quia mihi ſatisfactum cenſebitur,
(ex quo illud banchum acceptauit literas)
niſi banchum de Pinellis promiſiſſet mihi
ſe facturum, & curaturum, ꝙ banchum Ve-
uetiarum ſoluat mihi, quia tunc periculum
erit ipſius, & idem procedit, quãdo banchũ
de Pinellis fuiſſet conſcium, quòd in breui
banchum Venetiarum aufugeret, tunc pro-
pter ſuum dolum indiſtinctè teneretur ſe-
cundum eum. Sal. autem in d. l. pro debito.
intelligit primum dictum, quando ego ſecu
tus fui fidem plenam banchi Venetiarum
(quod uidetur in dubio, ſi reliqui literas pe
nes eum) ſecus ſi non plenam fidem fuiſſem
ſecutus, quia non dimiſi literas, ibique Sal.
dat aliam limitationem, ut intelligatur di-
ctum Bartoli, niſi banchum de Spannochis
ſocij forent, quia unus pro parte cuiuſque
uidetur ab altero inſtitutus, & ſic non libe
51 ratur. † Econuerſo aliud dubium motum
reperio per Sal. ut ſupra, & pone, quòd expe
ditis literis cambij per banchum de Pinel-
lis, ut mille mihi ſoluerentur in ciuitate Ve
netiarum per banchum de Spannochis, &
antequam mihi ſoluiſſet decoxit banchum
de Pinellis, quo ſcito per banchum de Span
nochis recuſat ſoluere, quæritur quid iuris?
& diſtinguit, quod aut ponatur acceptaſſe a
principio literas, & tunc nulli dubium eſt
quod tenetur, quia quod ſemel approbauit
amplius recuſare non poteſt, aut non acce-
52 ptauit, & non tenetur. † Illud proximum
ſcire, quid ſi feci depoſitum in bancho Ve-
netiarum, & feci mihi fieri literas cambij,
vt reddatur depoſitum Paduæ, & antequam
detuliſſem dictas literas, pœnitentia ductus
redeo ad dictum cãpſorem, & volo vt alias
literas expediret non Paduæ directas, ſed ali
bi, uel uolo repetere depoſitum, nunquid ad
id cogatur campſor ille? Bald. in conſilio
348. in primo libro plene conſuluit ſuper ca
ſu iſto, & finaliter concludendum dixit, ꝙ̃
ſi literæ ſecundum primum modum pote-
rant uerisſimiliter effectum ſortiri, campſor
non poteſt cogi, alias facere, uel depoſitum
retrodare, aliter cogetur. ſi uerisſimiliter effe
ctum ſortiri non poterant,
52 † Sed finge campſorem Venetiarum mi
hi feciſſe literas cambij directas campſori
Neapolitani, ut ſolueret mihi ducatos mille
per eum habitos, & receptos, euenit quod
campſor Neapolitanus minime acceptare
uult dictas literas, nec earum uigore aliquid
mihi ſoluere, ago contra campſorem Vene
tiarum ad repetendum debitum, ille oppo-
nit exceptionem non numeratæ pecuniæ,
quæritur an ex illis literis probetur uera re-
ceptio, & uera numeratio, dicas quod non,
ſed probatur tantum confeſſio, ut not. C. de
non nume. pecu. leg. ſi ex cautione. niſi reus
confiteatur numerationem, uel ſaltim non
diffiteatur, l. lecta. ff. ſi cer. pet. & l. ſi ita ſtipu
latus § griſogonus. ff. de uerb. obligat. & ita
conſuluit Bald. in conſilio. 190. 2. volumi. &
dixi in materia exceptionum.
54 † Sed nunquid campſor recipiendo literas
uitiatas liberetur ſoluendo ita vel ne? Ange.
in conſilio 370. in ca. conſultatio tetigit pũ
ctum quæſtionis, & finaliter decidendũ pu-
tauit, quòd aut vitium literarum eſt adeo
patens, quòd de facili potuiſſet diſcerni, vel
ſi non de facili poterat conſultari principa-
lis, & tunc quia eſt in culpa non liberatur,
aut non ita de facili poterat diſcerni vitiũ,
& hoc caſu ſoluendo liberatur, quia nulla
culpa ei imputari poteſt.
55 † Prædictis non abeſt, an literæ credentiæ
(quas ſæpe mercatores alteri mittunt) pro-
bent, & mandatum inducat, ita uel ne? Bar.
in l. Lucius Ti. ff. de fideiuſſ. tetigit quæſtio-
nem, & diſtinctiones fœdere inquit, quòd
quandoque literæ ſunt multum generales
(vt tali præſentium latori in ijs, quæ vobis
dixerim plenam, & indubitatam fidem da-
bitis) tunc uigore earum ille lator nihil con
tra ſcribentem prætendere poteſt, & ſi mer
cator cui ſunt ſcriptæ aliquid in præiudi-
cium ſcribentis facit, non remanent ex hoc





obligatus, iſtæ enim literæ magis commen-
datoriæ ſunt (q. d. iſtæ lator literarum eſt
fidelis, poteſtis de illo confidere) & non ob-
ligant ſcribentem, ac ſecus ſi contrarium
poſſet apparere ex qualitate perſonæ ſcri-
bentis, ex quo generalis illa certificatur (vt
ſi mercator miſit ſuum factorem in aliqua
mercantia) quia tunc uidetur commiſiſſe
quod adhibeat ei fidem in negotio illius
mercantiæ. Item nòn procedit, ſi fuerit in li
teris dictum (adhibeas fidem præſentium
latori ſupra me, uel meo periculo) quando
que iſtæ literæ ſecundum Bartol. ſunt ma
gis ſpirituales (ut puta dabitis fidem ple-
nam præſentium latori de noſtra intentio-
ne plenius informata) & tunc cenſetur man
datum, ut ei credatur tantum id. cum quo
ſecum loquetur, non autem ut cum eo ali-
quis contractus celebretur, unde ſi cum ta-
li contraheretur non obligat ſcribentem,
fallit in prænominatis caſibus, ut in primo
caſu nunquam enim credi debet aliquid
quod ſpeciatim ſpectat ad ipſum referen-
tem per quod ſibi acquiratur officium, uel
commodum, & hanc opinionem approbat
Caſt. in dict. leg. Lucius Titius, & Bald. &
Saly. in leg. fin. C. quòd cum eo, & Bald. in
rub. C. de conſt. pec. & pleniſſimè Boer. in
deciſio, 282 2. part. incip. ſed quid, & ſequi-
tur Marſ. in rub. C. de prob. numero. 289. &
quis in literis commendatitijs? Boer. in d.
deciſ. 282. idem concludit, quia a pari pro-
cedunt literæ commendatitiæ, & literæ cre-
dentiæ, & habetur per Sal. & Doct. in leg. ſi.
C. quòd cum eo. & in d. l. Lucius Titius.
56 † Huic prope eſt, ut de alijs literis & epiſto
lis miſſiuis quæramus an probent? Bartol.
in lege, nuda ratio. de dona. & ibi Albe. di-
cunt, quòd aut litera miſſiua, ſeu epiſtola
eſt recognita, & acceptata per partem ſcri-
bentem, & ſine dubio probat contra eum
per l. pub. §. fin. ff. depo. aut eſt negata, & ta-
a men habet *a* ſigillum authenticum, & ple-
nè probat per gloſſ. in leg. ſi qua per calum
niam. 2. de epiſ. & cle. aut talis epiſtola ne-
b gata non habet ſigillum, & tunc per *b* com-
parationem literarum plenam fidem facit,
in hoc ultimo Abb. in capitulo ſecundo de
fid. inſtru. & in capitulo fina. tenet contra
Barto. quòd per comparationem literarum
non fit, plena probatio, & hanc dicit ueram
opinionem Iaſ. in leg. admonendi. ff. de iu-
reiuran. numero. 139. ſed in hoc Boe. in de-
ciſ. 282. in ſecunda parte dicit, quòd de fa-
cto in regno Franciæ ſeruatur opi. Barto. &
approbat opi. Bart. in alijs primis duob. ca-
ſibus & de conſuetudine regni Franciæ ap-
probat tertium caſum. Et opi. Bartol. repe-
rio approbatam etiam duo ad tertium ca-
ſum per Benu. ſtrach. in trac. de merc. in ul.
par. numero 13. & dicit approbari per Pari.
in conſil. 19. ad reſolutionem nume. 15. &
in conſil. 47. numero primo uolumine pri-
mo, & in conſil. 112. numero 44. eod. uolu-
mine, & in conſil. 91. uiſo copioſo, eod. uo-
lum. ego autem puto opinionem contra
Bart. eſſe ueriorem per ea, quæ ſcribit Affl.
in deciſ 181. incip. in quodam proceſſu, &
Gram. in decli. 84. & Dec. in conſi. 615. in 4.
uolum. incip. uiſa inquiſitione formata, &
per ea quæ ipſemet Barto. uoluit in authen.
contractus de fi. inſtru. & Ang. in l. compa
rationes. C. de fi. inſtr. ſed nunc melius cogi-
tan. d. co opi. Bar. tenendam eſſe, quam di-
cit communem Fel. in capitulo ſecundo, de
fi. inſtr. & ita tenet etiam. Alex. in d. l. admo-
nendi in 14. colum. licet Bal. in l. fin. C. de
edic. di. Had. tollen. in 14. colum. & Saly. ibi
in 5. colum. uideantur tenere contrarium.
57 † Sed illud conſequens eſt, an obligent di-
ctæ literæ & epiſtolæ eum ad quem mittun
tur; dic ꝙ ſi per eum fuerint acceptatæ ob-
ligant, ſed ſi non fuerint acceptatæ non ob
ligant, vt late proſequitur Iaſ. in d. l. admo-
nendi, ff. de iureiu. num. 142. (& dixi ſupra
in literis cambij) ſed aduertendum eſt ad
unum, quòd in quantum ſupra dictum eſt,
quòd epiſtola acceptata & recogita per par
tem, uel epiſt. cum ſigillo plene probat, &
obligat mittentem, hoc procedit eo uiuo,
c *c* ſed eo mortuo non præiudicat hæredibus,
ſecundum Inn. in c. cum dilect. extra de ſucc.
ab inteſt. & Anto. in c. fin. 5. colum. de conf.
& Barb. in d. ca. cum dilect. & Corſ. in ſuis
notabilibus, in uerbo confeſſio. in c. ſi ſcri-
bo, & ſequitur & refert Mariſ. in rub. C. de
prob. num. 348. & Iaſ. in d. l. admonendi. nu.
58 142. colu. 56. † Finge igitur nunc. quòd ex-
tat ſtatutum, debitum non poſſe probari ni-
ſi per inſtrumentum publicum (ut eſt in re-
gno in depoſito) an obſtante ſtatuto, aliter
poſſit probari inter mercatores, & dicendũ
eſt ꝙ ſic, conſuluit Io. de Ana. in conſ. 95. in
cip. quia dubia ſup facto iſto occurrẽtia in

prin, citat Bal. hoc tenentem (ſecundum eũ)
in l. falſus. C. de fur. 5. colũ. in 5. oppo. & ſe-
quitur ac refert Mar. in rub. C. de prob. nu.
59 47. † Quid igitur de confeſſione abſente
parte facta dicemus, nunquid plene probet,
& licet regulariter non probet, l. certum. §.
de inter. act. & Bart. in l. admonendi. 16. col.
ff. de iureiu. ſed ſemiplene tantum, ut ibi, &
Lud. Ro. conſ. 373. inc. in caſu propoſito uiſ-
ſis allegationib. ſolum probat liberationem
ſeu ſolutionem, ſecundum Bal. in l. gñaliter
ult. col. C. de non nu. pec. & ſequitur Fel. in
c. ſignificauit de teſt. 2. col. uer. no. tertio, &
in c. ſi cautio. 10. col. uer. fallit 7. extra de fi.
inſtr. attñ inter mercatores etiam ad obligã
dum plenam facere probationem puto, cum
curia mercatorum æquiparetur æquitati ca
nonicæ (ut ſupra dixi, & de æquitate cano-
nica talis confeſſio parte abſente, ad obli-
gandum plene probat, quia ſecundum æqui
tatem canonicam ſola mens uĩ ſufficere, ſe
cundum gl. in c. quoties 7. q. ſecundum D.
Ant. & Imo. in c. ſi cautio de fi. inſtr. de quo
plenius per Fel. ibidẽ, 7. col. uer. fallit ſecun-
60 do. † Sed nunquid confeſſio mercatoris poſ
ſit acceptari pro parte faciente in fauorem
mei, & reſpui & negati quantus contra ten-
dit? & uĩ mihi, ꝙ non, quia inter mercato-
res agitur de bono & æquo, ideo in totum
debent acceptari, uel in totum reſpui, quia
acceptatio confeſſionis pro parte & pro a-
lia negatio eſt quædem iuris ſubtilitas, quæ
reſpuenda eſt inter mercatores, ſed Bertr.
conſ. 6. 1. lib. nu. 12. tenet contrarium, nam
dicit ipſe, licet ſit contra ius naturale, uel gẽ
tium, ꝙ quis hmõi procedentia ex ore irri-
ta tacita non tamen eſt contra ius naturale,
uel gentium, aut canonum, ꝙ quis non cre
dat uerbis alterius contra ſe in fauorem al-
terius, ſcriptum eſt n. omnis hõ mendax, &
oẽs declinauerunt, inutiles facti ſumus, non
eſt qui faciat bonum, puto tamẽ ꝙ ſi confeſ
ſio contineret aliqua facta aduerſa, ꝙ pro-
cedat dictum Bertr. ſed ſi contineret facta
adeo connexa & ſubordinata (ita ut nõ poſ-
ſit acceptari pro parte pro ſe faciente, niſi
etiam acceptetur pro parte contra ſe facien
te) tunc acceptari uel tota debet, uel tota re
61 ſpui per ea quæ ſupra dixi nu. 11. † Nunqđ
mercator teneatur ædere cartulam continẽ
tem abſolutionem, uel ſolutionem accepta-
tionem pignoris, aut mandatum factum &
ſimilia? Ang. in l. ſi quis ex argentari. §. ra-
tionem, nu. 3. ff. de eden tenet quod non, li-
cet deberet fieri æditio librorum, quia non
ſunt ſumenda arma de domo rei, l. accuſare,
C. de edẽ. fallit in uſurario eius odio. C. l. 1.
62 de uſur. † Subſequenter quæro quid ſi re-
periuntur multæ ballæ lanæ cum ſignis me-
is ſignatę an præſumantur eſſe meę; Bald.
in auth. dos data. C. de don. ante nup. dicit
quòd ſic, citat Bar. in l. eum quis, §. fi. ff. de
fur. & And. Barb. in rep. rub. de fi. inſtr. col.
32. in fin. uerſiculo unum tene menti, & ſe-
quitur, Boer. in deciſ. 105. in 1. par. numero
9. approbat Affli. in conſti. priuilegia & in-
ſtrumenta ſecundo not. in ſecundo lib. & ſe-
quitur Caſſa. in conſuet. Bur. in uerbo qua-
le ſigne, §. 8. fol. 80. numero 1. Sed nunquid
uere probentur ballas eſſe, illius cuius ſigno
ſignatas probauit, & in hoc Luc. de pen. in
l. ſtigmata. C. de fabricen. numero octauo,
dicit, quod dominium, & poſſeſſionem pro-
bando ballas eſſe ſignatas ſuo ſigno, eius
probantur eſſe ueræ niſi contrarium appa-
ruerit, citat in argumen. l. g. pen. §. pen. C.
de aqued, & leg. prima. in fin. ff. de ſer, fug.
& argum. uigeſimatertia quæſtione quarta
diſplicet, ibi & uos Chriſto oues eſtis, & cha
racterem domini portatis, & 35. diſtinctio-
ne ab exordio, & expreſſum (inquit) conti-
nere tex. in cap. ſi iudex de ſen excom. in 6.
& idem uidetur noluiſſe Caſſa. & Affl. ubi
ſupra, & ita pro nunc teneo. Nouiſſime
enim reperi. Benue. ſtrach. in tract. de mer.
in ſecunda parte numero 80. contra opin.
Lucæ tenentem, ea ratione motum, quia
ſi uera eſſet ſententia Lucæ de pen. alienas
res uendicandi magna daretur occaſio, quia
multi eſſent mercatores, qui in longinquis
partibus poſſent uendicare alienas merces
probando ſuo ſigno ſignatas. mihi autẽ ma
gis placet ſententia Luc. de pen. præcipue
per tex. in d. ca. ſi iudex. cui non uideo con-
gruum rñſum datum, nec obſtat quantus di-
xit Benu. ipſe, ꝙ doctrinæ de hoc ſupra rela
tæ, & tex. in d. ca. ſi iudex, loquantur non ue-
re probari ex gn s dñium & poſſeſſionem,
ſed tantum præſumptionem oriri, quod ſint
res ſignatæ illius cuius ſigna ſunt, quia di-
co quod licet per uerbum præſumptiuum
loquantur, nihilominus eſt talis præſumptio
qđ infert probationẽ dñij, donec contrariũ
probetur, & onus probandi contrariũ tranſ-
fert



fert in aduerſarium, ut in d. c. ſi iudex clare
probatur, pro quo etiam facit ille Lucæ cap.
20. oſtendite mihi numiſma cenſos, at illi
obtulerunt ei denariũ, cuius habebat imagi-
nem & inſcriptionem, & reſpondentes dixe
runt ei Cæſ. & ait illis, reddite ergo quod eſt
Cæſaris Cæſari, &c. & hic ex ſolo ſigno ſub
ſit reddi ei cuius erat ſignum, pro hoc etiam
allego Bald. in rub. C. de peri. & co. rei uen.
in 1. quęſt. ubi inquit, quod ſignatio arbo-
rum uel animalium habetur pro traditione,
& Pet. de Vbal. in tracti. ſociet. in parte,
idem firmat, nec obſtat quod poſſunt com-
mitti fraudes imponendo ſignum ſuum reb.
alienis, quia ex hoc cautum eſt puniri eos,
qui abſque iudicis auctoritate ſignum ſuũ
rebus alienis impoſuerit, leg. 1. & 2. C. ut ne
libro & hanc meam opi. tenuit. Guliel. de
Bene. in repe. capitu. Rai. in prima parte
63 fol. 5. num. 56. de teſt. † Ijs enim illud attin
git, nunquid ſi omnes ballæ com muni ſigno
inter mercatores ſignatę reperiantur ex hoc
cenſeantur communes? in quo Bald. iuris
uerus antiſtes in conſil. 415. in 3. libro in-
cip. proponitur quoſdam mercatores, di-
cit prius uideri quod ſic. quia per appoſi-
tionem ſignaculi communis, mutua poſ-
ſeſſio uidetur tradita. argum. l. 1. §. ſi dolum.
ff. de peri. & co. rei uend. demum arguit in
contrarium, ut ibi per eum, & poſtremo
primam opin. tenet, ea ratione motus, quia
ſi nihil apparet dictum, uel factum in con-
trarium, in dubio cenſetur ſocieias ex hoc
contracta ad inuicem, & ſic concludend ĩ.
dixit, & ex ijs confirmatur etiam id, quòd
ſupra dixi, ſed profecto miror de tanto ui-
ro, qui pro opinione ſua allegat in argum.
text. in dict. leg. §. ſi dolum, ff. de peri. &
com. rei uend. qui ſi recte inſpiciatur præ-
ſtat argum. contra ſuam & meam opin. in
64 præcedenti & præſenti quæſtione. † Solet
quæri quid ſi petatur æditio librorum a
mercatore, & libri in ciuitate Venetiarum
exiſtant, & hic Salerni petitur æditio, an
hic, uel ibi ædantur? & apud Ange. rece-
ptum conſtat, & ibi æditionem fiendam
ubi mercatura exercetur, & ſi alibi petitur
æditio expenſis petentis æditionem fien-
dam inquit in leg. ſpatium. ff. de eden. quod
non ita ſimpliciter admittendum dico, fin-
ge enim quod mercantiam in ciuitate Ve-
netiarum gerit, ibique libros retinet, hic
uero Salerni agit contra Titium ex cauſa
mercantiæ, petetur æditio librorum per Ti-
tium, nonne hic fiendam æditionem æqui-
tatis eſt, & certè ſicut ex doctori. & Pet. de
Anc. in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcr. in 6.
ubi ſi principalis in cauſa ciuili per alteram
partem examinari petatur in loco iudicij
& ipſe principalis ſit abſens ipſius abſentis
expenſis examinari debet, non enim ęquum
eſt propter abſentiam unius ex litigatori-
bus conditionem alterius deteriorem fie-
ri, l. 2. ff. ex qui. cau. in po. ea. ſic quæ pro-
pter librorum alibi retentionem Titius per-
grauari minime debet, quod & firmauit
idem An. poſt Guliel. de Cu. in l. ſi actor, ff.
de procu. & Albe. de Roſ. in d. leg. ſi actor,
& poſtremo, è recentioribus ita receptum
in ſacro reg. con. Neap. ſcriptum reliquit
Afflic. in deciſ. 177. in cap. nobilis quidam,
procedit enim dictum Ange. in ſecundo ca-
ſu, quando æditionem petens alibi, eſſet
actor & non reus, at ſecus ſi reus, tunc. n. ſi
actor eſſet, licite mercator dicet libros ſe
ibi non habere, & ſi æditionem uoluerit ibi
ſuis expenſis faciet, quia conſtitutum eſt ibi
libros conſeruandos eſſe, ubi mercatura
exercetur argu. d. l. ſpatium, & ſic ſecum de
ferre minime debet, nec alibi conuenien-
dum auſpicari poterat, quæ rationes ceſſant
ubi eſſet ipſe actor, argu. l. qui accuſare. C.
65 de eden. † Quid igitur de mercatore dice-
mus, qui ſe diſrobatum in itinere conqueri-
tur, qualiter enim tale furtum probabit?
In quo Alb. de Roſ. è uetuſtioribus monar-
cha, in l. ne quid. ff. de incu. rub. nau. ſcri-
ptum reliquit, per eius famulos, alioſuè do-
meſticos probare poſſe argum. l. conſenſu,
§. ſuper plagium. C. de rep. quòd admit-
tendum ſanè dicerem, habita conſidera-
tio ad qualitatem mercatoris furtum paſ-
ſi, loci in quo furtum factum eſſe dicetur,
ſeruorumque & familiarum ipſius mercato
ris, ut inquit, Bartol. in leg. 1. §. 1. ff. fur.
66 aduer. nau. caup. & ſta. † Promiſi tibi da-
re centum quæ Titius mihi debet, ut age-
re rectè ualeat neceſſariò probare debes,
quod Titius mihi illa debet, ut deciſum
conſtat in Cap. Toloſa. in Dec. 424. quod
ego uerum puto, ubi promiſſio tibi facta
non haberet cauſam præexiſtentem ex quo
alias eſſem tibi obligatus in illis cen-
tum, quia eo caſu dato, quòd non pro-
batur

batur initium debere,remaneo tamen obli-
gatum in illis centum ex cauſa præcedente,
67 non ex iſta ſimplici promiſſione † Nō ſuf
ficere(inquit Bart.in l.ad teſtium.§. ſi quis
ex teſtib.ff.de teſt.)apocam mercatoris eſſe
tantum ſigillatam ſuo ſigillo,niſi & ſubſcri
pta ſit, quod & reperiji in proœ.ffotum. in
2.colum,cui.quidem non aſſentit Bal. in l.
2.C.de re.alie.non alie.in fi.ſufficere enim
inquit ſigillo ſolito eſſe ſigillatam , ut pro-
bet, at Alex. fœdere diſt. conatur in add. ad
Bart. in d.§. ſi quis.reducere Barto.& Bald.
ad concordiam,aut enim(dixit)conſtat mer
catorem , qui ſcripſit apocam , ſigillaſſe ip-
ſam, & caſu iſto talis apoca probat etiam
abſque ſubſcriptione , & ita loquatur Bald.
aut non aliter conſtat, ſed conſtat tantum
de ſigillo, & iſto caſu talis apoca non pro-
bat, nec præiudicat ſine ſubſcriptione, &
68 ita loquatur Bart.† Licet enim promiſſum
inſtrumento ſit, centum ſolui in nundinis
Salerni , & ſi ſolui non contigerit centum
& decem pro intereſſe , tamen tale intereſſe
nō deberi nec taliter probari receptum eſt,
apud Bald.in l.rogaſti.§. ſi tibi. uerſic.quid
ergo ſi mutuo.ff.ſi cer.pet. & Ioan.de Ana.
in c.fina.de uſur.car.pen. & Alexan.conſil.
17.uiſo themate, colum.fi.lib. Alb. de Roſ.
in l.1.in penul.col.C.de ſum.tri.& Dec.col.
69 39.& conſi.116.conſi.323. † Nec probari
intereſſe lucri ceſſantis ex eo , quod merca-
tor erat ſolitus negociari cum pecunijs, &
quod erat ſolitus lucrati receptum eſt, apud
Pau.Ca. in l. non utique.§. nunc de officio,
ff. de eo quod cer. lo. non enim ſequitur
quòd ſi habuiſſet pecuniam præmanibus
certitudinaliter lucratus foret,quia poſſibi
le eſt non lucrari,ex quo multa euenire poſ
ſunt, quod non lucretur ex mercantijs, pro-
bari tamen bene affirmat, ſi probetur quòd
habuit talem mercantiam præmanibus de
qua fuiſſet certitudinaliter lucratus , ſi pe-
cuniam præmanibus habuiſſet & quia non
habuit, non potuit illam gerere , & idem in
intereſſe damni emergentis ( ut probetur
quod ipſe indiguit dicta pecunia , & quia
non potuit habere tempore conuento , coa-
ctus fuit capere ad cambium,ut ſuæ neceſ-
ſitati ſubueniret,& pro uſuris ſoluit decem)
& huic dicto adſtipulantur Dec. in conſil.
323.& Affl.in dec.20. & Aimo. Crauet. in
70 conſ.89.nu.4.† Et peti licite poſſe tale in-
tereſſe(ubi quis eſt in mora,& inſtrumentū
continet diem,& pœnam, & creditor ſit ſo
litus negociari, & hoc conſtet) ſcriptum re-
peritur per Fel.Dec.in conſi.116.in 1.lib.in
cauſa Aluiſij & annotauit Bart.in l.2.§.fin.
per illum text. ff. de eo quòd cert.lo. & l.1.
ult. car. C. de ſen. quæ pro eo quòd inte.&
hoc etiam de iure canonico , quod placuit
Inno.in c.ſacr. de ſent.exe.& Abb.in c.cum
uenerabilis de excep. in gl.in verbo bonæ fi.
& in c.p.& g.in prin.de offi.dele.& in c.di-
lecti in primo not. de for. comp. & Pet. de
Anch.in conſ.149.in q quæ uertitur,col,2.
71 † quæſitum apud Doct. tum è recentiori-
bus , tum etiam antiquis in quam pluribus
locis uidi, nunquid ſi mercator dederit alte
ri mercatoris ad partem lucri , & ex capiti
ducatos cētum, ſi in proceſſu temporis præ
tendatur ex capitum in mercantijs fore,qua
liter probari debeat, & inſ.quātum tempus
& apud quem probari debeat, & an pars ſit
citanda? in quo Bar,in l.2.C.de nau.lib.11.
ex illa lege dicit probari quòd infra unum
annum prædicta allegari, & probari debeāt
alias non eſſet audiendus elapſo , & teſtes
examinandi de damni furto, rapinæ incen-
dij uel ſimilium , poſſunt examinari in loco
ubi mercator patitur caſum, quia probatio
nes ipſe facient poſtea fidem coram iudice
competenti quos ad tertium , nec eſt neceſ-
ſe tpe dictorū teſtiū receptionis,citari par-
tem, ad uidendū iuramēta ipſorum,& hæc
dicta Barto.approbata reperio per Cappe.
Tolo.in deci.447. & ibi,in add.& in dubio
præſumendum eſt lucratum ex mercantijs,
ſecundum Ang. in conſ.90. niſi infra annū
proteſtetur da damno, & probetur,& ſequi
tur Bar. Soc.in conſ.24.in 1.lib.uiſis ac dili
genter & mature inſpectis,citat l.cura.§.de
ficientium.ff.de mu.& hono.& in l.ſi defun
ctus.C. arb. tut. pro quibus uideatur etiam
Iaſ. in §. ſequens illa diuiſio inſt. de actio.
72 num.43.cum ſeq.† Et cum ex ſuperioribus
ſatis oſtenſum conſtat. in curia mercatorū
de bono & æquo agi probationes uerisimi-
les, licet de iure non concludentes in ea cu-
ria admitti ( Bal.in l.ſolam. C. de teſt.puta-
uit ) quem ad literam ſecutus fuit Dec. in
conſi.11.ult. colum. citatque idem fuiſſe cō
ſultum per Franc. Aret. in conſi.126.incip.
in cauſa dominæ Ant. col.2. quod ut æqui-
tati conſonum admittendum dico. Sed no-
uiſſime



uiſſimè reperi Benu. ſtrach.tract.de mer. in
ultima parte in principio(ubi de probationi
bus aliqua dixit) concludentem minime ue
ra eſſe ea.quæ ſuperiori loco alias firma ue-
ram,motus per con. Bar.Soc.in conſil. 120.
in 1.lib.7.colum.verſic. nec ex eo. qui dum
prædictis differeret, ſcriptum reliquit,quòd
licet in curia mercatorum de bono,& ęquo
quo agatur,non per hoc probatio minus le-
gitima.& de iure non admittenda recipien-
da erit,quia non intelligitur ſublata diſpo-
ſitio iuris ciuilis,quæ erit iuridica,& nō ca
uilloſa , tantum enim intelliguntur reiecti
apices iuris,qui ueritatem negocij non tan-
gunt , ſed probationes reſpiciunt ueritatem
& merita cauſæ , non rigorem iuris, prout
(ſecundum eum ) uoluit Io. Cald.in ſua di-
ſpu.quę incipit,clericus conuentus,& refert
& ſequitur Bald.in l.2.C.quæ ſit lon.con.&
no.Bald.in l.Ictus fuſtium. in fi.ff.de ijs qui
no.infa. Nec obſtare (inquit) quæ primo lo
co retulimus,nam procedunt, ubi proceden-
dum eſſet ſola facti ueritate inſpecta, at ſe-
cus in caſu noſtro,ubi tātum ex bono, & æ-
quo procedi conſtitutum eſt. At ego a tan-
torum patrum opinione ( quam & alias ap-
probaueram) minime diſſentientes dico pri
mam opin. de iure ueriorem , pro ueritate
ipſius illud attendendum dico , quod Bald.
Aret.& Dec.alijque Doct.de hoc loquentes
nō dicunt admittendam fore probationem
a iure reprobatam,ſed dicunt admittendam
fore probationem uerisimilem,licet de ſub-
tilitate iuris non concludentem ſat enim pu
tauere eſſe uerisimilem adeo enim probatio
uerisimilis fauorabilis eſt,ut contra eam mi
nime probatio in contrarium admittatur.
c.quanto.de præſum.& cap.quia uerisimili,
eo.ti & licet probatio de neceſſitate debeat
concludere.l.non hoc C. unde cogn.& c.in
pręſentia extra de prob. tamen ſi pręſumpti
uè concludat ſufficere(inquit) Barto in l.1.
ff.ſi cert.peta.de quo per Bald.in l.neque na
tales, & in l.fi.C.de prob.& licet probatio,
quæ concludit ſecundum aliquam præſum-
ptionem, quæ poteſt actui de quo quæritur
adeſſe & non adeſſe, regulariter non conclu
dat,ut probatur in l.matrem.C.de probatio.
& d.l.non hoc. & tanquam dubia probatio
non releuet probantem, cap.in præſentia.ex
tra de probat.tamen ſi ſumus in foro mer-
catorum,licet ex toto illa probatio non cō-
cludat, quia forte illa probatio , ſecundum
prædictum modum per rationem redditam
per teſtes,poteſt ſe habere adeſſe & non ad-
eſſet,tamen ſi uerisimilis erit illa probatio,
licet(ut dixi)non neceſſariò concludat, ad-
mittenda erit,quòd probatur in cap.[afferre;
etiam de præſumptio.nam licet de ſtricto iu
re non concludiſſet,quòd filius non eſſet il-
lius meretricis , quæ diuidendum admitte-
batur,ſed alterius, quæ id negabat, nihilo-
minus ex uerisimilitudine quam habebat
(ut ſi eius filius eſſet eius uiſcera propter a-
morem ad pietatem commouerentur)factū
fuit ut probatio illa tāquam efficax admit
teretur,unde licet,alia ſit difficultas(an bo
nam cauſæ ſcientiæ teſtis reddat , ſi dixerit
ſe id ſcire tanquam uicinus)ut per Alexan.
in l.1.ff.ſi cert.pet.& ibi ſcriben.9.colum.ſi
tamen eius dictum uerisimile erit abſque
dubio in foro mercatorum probabit, quod
& Bartol.probat in tracta. de teſt.nume.33.
quantus dicit , quod ſi paſtores quibus ani-
malia tradita fuerunt,dicant aliqua eſſe per
dita & probetur alias & alio tempore idem
eueniſſe,quòd animalia in paſcuis ſolent p-
di & oberrare,& uerisimile ſit ea perdidiſſe,
licet de iure non concludat talis probatio ,
tamen quia uerisimilis eſt , admitendam(ut
efficacem)inquit Bart.ubi ſupra. Item licet
teſtis deponens de aliquo , & interrogatus
de cauſa ſcientiæ dicat ſe ſcire,quod ita eſt,
non probent,ut per Inno.in c.cum cauſam.
extra de teſti.tamē ſi erit uerisimile id quod
deponit , credo quòd in foro mercatorum
probabit , & idem in ſimilibus modis .
73 † Quid enim dato termino ad probandum
eoque elapſo petatur per actorem quòd co
gatur reus ad iurandum,uel iuramentum de
ferendum,quid iuris? Reperio quòd Specu.
in tit de iur.dela.§.1.uerſi. ſin autem actor,
tenet, quòd iſto caſu actore non probante,
reus abſoluitur,& ſic non habet locum dela
tio iuramenti,eandem opin.ſequitur Pan.in
cap.fi.extra de iureiu.& in cap.2.ult.not.de
prob.& Bald.in repetitione l.2.ff.de iureiu.
36.colum.& Pau.de Caſt.in l.fi.C.de fideic.
& Io.An.in addi.Spec.ubi ſupra.& Io. Bap.
de S.Seue.in repet.l.manifeſte turpitudinis.
ff.de iureiur. & ibi Do. Mar. & iſtam opin.
ſequitur conſulendo Soc.in conſi.184. in 2.
lib.;& Alb. in l.in contract.§.illo, C.de non
nu.pec.& Marſ.in l.de minore,§. tormenta,
col.2.

col.2.ff.de qō.& Dec.in c. ſicut de iureiur.
contrariam uero opin.tenuit Bartol. in d.§.
de illo , & eum ibi ſequitur Ange. & Paul.
Caſt.in l.admonendi,colum.7.verſic.circa,
& in l.iuſiuran. ad pec.§. ait prætor.ff.de iu-
reiu.& in d.l.manifeſte.& ibi Alex.& Franc.
de Aret.in d.c.ſicut & idem Bald.in l.bone-
fi.in antiq. lect. & ibi Albe.poſt Ia. Rau.&
Iaſ.in d.l.manifeſte,colum.1.uerſic.2. quæ
ro , & in l. admonendi in repetitione , &
Purp.in d.l.manifeſte,colum.2.uerſicu.diffi-
cultas eſt,& Dec.in d c.ſicut.diſtinguit,aut
quis ab initio detulit iuramentum,& iſto ca
ſu procedat iſta ſecunda opinio, ut reus te-
neatur iurare,uel iuramentum referre , pro
quo eſt tex.in l.marcellus.§.1.ff re.amo.aut
ab initio non detulit inramentum, ſed onus
probauit aſſumpſit,& non probauit,& tunc
reus abſolui debet, & iurare non cogitur ex
quo actor probare non potuit, ad iuramen-
tum redire non debet , & iſto caſu proce-
dat opin.Spe.& ſequitur Boer. in deciſ.95.
in 1.par.pleniſſime tetigit hāc queſtionem,
& finaliter relatis omnibus dictis opinioni-
bus dicit primam opin.Spec.ſecundum diſt.
Decij eſſe magis communem,tamen ipſe di
cit , quòd in contingentia facti fuit iudica-
tum pro opinione Bar.& ſic pro ſecunda o-
pinione , (quòd poſſit deferri iuramentum
poſt omnes terminos , & dilationes ad pro-
bandum conceſſas)& tenetur iurare niſi ha-
buerit iuſtam cauſam recuſandi (vt quia pro
bauit contrarium eius quod actor dicebat)
& ita ſeruandum dico in curia mercatorū ,
quia hæc ſecunda opin. ſapit æquitatem ,
& contraria reſpicit apices iuris , & maxi-
me per tex.in d.l.manifeſte , qui ſi rectè in-
74 ſpiciatur fundatur ſuper æquitate.† Et cogi
tur iurare reus,aut iuramentum referre,non
obſtante quòd offerat ſeparatim cōtrarium
probare , ſecundum Iaſ.in d.l. manifeſte.3.
q. & ualuit Boer. in deciſ.15.in 1. parte in
75 prin. † Solet quidem multoties continge-
re, quòd quis conueniat aliquem a quo pe-
tit c. & dicit quòd vult ſtare iuramento ip-
ſius rei,qui dicit offeratur prius libelli & de-
mum paratum ſe offert reſpondere,actor di
cit ſe nolle litigare , ſed uult de præſenti li-
tem decidi,aut iuret, aut ipſe iurauit , quid
igitur iuris ? Albe.poſt Old.in l.iuſiurandū,
& ad pecuniam.§.ait prætor. ff.de iur.iu.in
fin. dicit , quod arctatur ante omnia offer-
re libellum iuxta l.manifeſtæ.quę ſic debet
intelligi,quo oblato bene poterit cogi , q̃d
iuret aut iuramentum deferat. Iaſ.in repe.l.
admonendi.ff.de iur.iur.colum.32. numero
74. dicit, quòd ſemper iſta deciſio. fuit ſibi
uiſa dura,eum petere libellum, ſit petitio ca
lumnioſa,tamen dicit,quòd iſta deciſio non
habet contradictorem , quare tranſit cum
ea . At in foro mercatorum non procedit
omnino,quia ibi ceſſat exceptio ordinis, &
præpoſterationis , ut agatur de bono. & æ-
76 quo, ut ſupra ſæpe dixi. † Merces emptas
per unum ex ſocijs , de pecunia ſocietatis
præſumi (inquit Bald.in conſilio 493. in 4.
parte. nu.4. ) ſi incontinenti emptæ fuerit,
at ſecus ex interuallo , per tex. nota in l. ſi
uenter.§.fi.ff.de priu.credit.pro quo uidea-
tur etiam Ludo.Roman.in conſi.346.in nu
77 me.6. † Emptionem mercium per famam
probari dicit Alexand.in conſil.364. in cap.
in cauſa appellationis,6.colum. & Marſil.in
ſing.38.ſi teſtes deponant de certo, & deter
78 minato pretio,alias ſecus. † Item ſocieta-
tem probari per intitulationem librorum
(puta diceretur hic eſt liber mercantię mei,
& Petri ac Ioan.ſociorum) concludit, Barto.
Soc.in conſi.87.colum.4.in prin. & colum.
fin.in princ.pri.lib.& fuit de mente Bart.&
Bal.in l.ſi patruus.C.communia utriuſ.iud.
quod abſque dubio admittendum dico ſi li-
ber reperiatur in poſſe eius qui negat ſocie
tatem contractam,& ab eo ſit confectus,ſeu
ab alio eius nomine, & hoc non negetur .
Item procederet ubi aliæ coniecturæ uerisi-
miliores non reſiſterent per ea quæ no. per
Dec.in conſil 40.nume.3.& conſil.196 nu-
me.9.& ea quæ dixi ſupra de lib.rationis cō
79 tinente aliquid contra ſcribentem . † Nec
probari credas ſocietatem ex eo , quòd duo
mercatores promiſcuè geſſerunt unam ne-
gociationem alternis uicibus, modo unus,
modo alter,ſecundum Bald.in conſi.125.in
5.libr.quidam Ioannes Iacobi. quia poteſt
eſſe, quod unus tanquam dominus,alter ue-
ro tanquam inſtitor , unde probandos eſſe
alios actus ſociales,qui ſolent fieri inter ſo-
80 cios, concludit. † Sed pone quòd quidam
mercator in quidam ſcriptura fateatur ſe
eſſe debitorem Titij in centum plus , & mi-
nus prout in lib.rationum continetur, quid
ergo illa uerba importent . Bald. in rubr. C.
dep.in 6.q.dicit,quòd illa uerba (plus,& mi-
nus



nus prout in codice rationum non augent ,
nec minuunt confeſſionem certæ quantita-
tis,niſi appareat aliud per quòd conſtet mi
nui,per tex.in l.publ.§.fi.ff.dep.& uide Sal.
in l.ſi quis,C. dep. & Bald. in rubrica, C.de
81 re.permuta.† Qualiter ergo probabitur ua-
lor frumenti uel aliarū rerū mobilium dic ,
ꝙ probabitur,ſi teſtis dixerit ꝙ ſalma frumē
ti ualet tanti,& hoc ſcio,ꝙ cōiter tanti uē-
ditur,uel uendebatur tūc temporis, & talis
debent tria tempora cōprehendere in ſua de
poſitione,uidelicet, ꝙ frumentum tanti ua
luit illo die,uel illo tēpore,uel ante, & poſt,
alias ſi ſe aſtringeret ad unam diem nō pro
baretur ualor ut dixit tex. in l precia rerum.
in fi.ff.ad l.falcidi,& ita tenet Bar.ſed pone
quòd quis capitulauit de ualore ei,quod res
tanti uoluit in foro publico,& quòd illa uē
debatur totidem in domibus priuatis, & te-
ſtes deponunt de alio precio in foro publi-
co,& de alio in domibus cui dicto ſtabitur?
dicas ꝙ ſtabitur ualori fori publici,ſm Bar.
in d.l.precia rerū,ubi pro cautella tradit, ꝙ
ſemper capituletur de precio fori,& refert,
& ſequitur Lanfr.in repet.cap quoniam cō-
tra in uerbo teſtiū depoſitione, nu.150 extra
82 de prob.ubi latiſſime † Nunquid.n. publi-
catio de neceſſitate fieri debeāt in foro mer
catorum in quo puto diſtinguendū,aut pars
petierit publicationē fieri,& tunc uerum eſt
ꝙ de neceſſitate fieri debet, alias ſi pars nō
petierit eius obmiſſio non reddit proceſſum
nullum ſecundum gl. in c.qualiter, & quan-
do.§.debet de accuſat.& Alexan. in l 1 § fi.
ff.de præt.ſtip.& conſuluit Per.de Anc.con
ſilio.52.incip.omiſſio publicationis,& decla
rat Bart. ad reprimendum in uerbo ſine fi-
gura,& eſt tex.a contrario ſenſu in ca.fi.ex
tra de hær.in 6.ſed de facto ſemper publica
83 tionem uidi fieri in nudinis.† An facta pu
blicatione in cauſa ſi petatur terminus ad al
legandum in iure.debeat concedi ? Par. de
Put.in lib.ſind.in uerbo ſententia.uerſi.utrū
iudex.6.col.dicit , quod non debet concedi
in foro mercatorum,tamen dicit debere ci-
84 tari ad ſniam,ut ibi per eum. † Sed an re-
pulſa concedatur in foro mercatorum ? & li
cet Franc.de Aret.in conſ.61.in fin.tenuerit
in ſummarijs iudicijs nō concedi repulſam,
ꝙ eſſet intelligēdum.ſecundū Affl.in deciſ.
341.incip.bis fuit dubitatum , & cū iudiciū
inter mercatores uideretur ſummarium con
cludendum non ab re uideretur non eſſe cō
cedendam , tamen ſemper uidi concedi in
eo foro,& quia poſt probationes,& termi.
num ad repulſam ſolet.procedi ad ſentētiā ,
& ut plurimum ſolet inter mercatores per
ſortes dirimi,& determinari eorum lis,iccir
co aliqua de hoc uideamus.
85 † Et primo quæro quod iudicium uidea
tur iſtud per ſortes iudicati. Bald. in leg. ſi
duobus. C.communia delega. inquit, quod
dicitur fortunæ,cuius dux eſt Deus,ſecun-
dum Senec. in 7. epiſt. Ad Lucillum,& ali-
quando uocatur uis diuina, l. fluminum.§.
ſeruius.ff.de da.infe.& eſt inexorabilis,quia
ſurda, & muta eſt enim quædam lex naturæ
nobis occulta,quæ eſt imprecabili,& aliquā
do dęmones qui ſunt infra lunā,& aerem ,
ut ſcribitur 2.pet.cap.1.qui aer infernus di-
citur reſpectu cœli.
86 † Et ualere ſententiam latam per ſortes
(puta taxillos) colligitur ex tex. in l.ſi duos,
C.communia delega.& ibi per Docto.
87 † Nec à tali ſententia per ſortes lata ap
pellari poterit,quia, fortuna non habet ſu-
periorem,ſecundum Bald. in d. l. ſi duobus.
bene tamen ſi fraus eſſet cōmiſſa poſſet pe-
ti,ꝙ iterum ponantur ſortes,pro quo etiam
legito Bal.in l.3.C.communia utr.iud & in
quibus caſibus licitum ſit ſententiam ferri
per ſortes,per Doc maxime Iaſ.in d.l.ſi duo
88 bus † Sententiam enim mercatorum,& ex
pertorum in arte in rem iudicatam tranſi-
re,minime conſtitutum eſt,ut not.Doct.in
c.propoſuiſti de prob,& in cap.fin.de fri.&
male.& late per Affl.in deci.33.incip.poſt-
89 quam fuit.Et † ſi appellari à ſententia lata
per rectorem artis uel collegi contigerit ,
ad eum ſuperiorem cui ſubeſt ars,ſeu colle-
gium appellabitur , ſecundum Abb.& cet.
90 ſcrib.in rubrica extra de appella. † Et notā
dum eſt , quod uidi practicatum in nundi-
nis Salerni , quòd per appellationem à ſen-
tentia magiſtri nundinarum non retardatur
executio, ſed præſtita cautione de reſtituen
do mandabitur executioni ſententia , niſi
allegatis nullitatibus , quod maxima equi-
91 tate fulcitur. † Et ultra adnotandum eſt
quòd ſi fuerit præſtita cautio de iudicio ſi-
ſti , & iudicatum ſoluendo (ut ſemper in
nundinis fit) recta uia,& non excuſſo prin-
cipaliter mandabitur executioni ſententia con
tra fideiuſſorem,ſecundū gl.ſing.in l.fi.§.fi.
in

in uerſicul. perſoluere, quam ibi ſequuntur Mat. Odo. Cin. Io. Fab. & Bar. Bal. Ang. Pau. de Caſt. & Sal. C. de uſu, rei iud. & Bar. in l. 2 & ibi Ang. & Pau. de Caſt. & Alb. ff. iud. ſol. & plene per Boe. in deciſ. 277. P. F. V. I. D.

ADDITIONES.

a Teſtium productio. Lati. de teſtibus, & eorũ inductione, iuramento, atq; examine, uideas Octaua. Veſtr. in prax. Rom. Cur. li. 6. cap. 2. ubi late etiam annotat Nic. Ant. Gra.

b Nihil ualet. Afflict. deciſio. 39. nu. 3. & deciſ. 47. fuerunt? Marſi. ſing 24. Gram. in addi. ad d. deciſ. Afflict. 47. Soc. in tract. fallen. reg. 404. & 406. Alferi. conſ. 3. nu. 31. & conſ. 12. nu. 28. & ſeq. ubi dixi, Viui. in trac. com. opi. 1. par. opin. 378.

c Scientiæ. Soc. d. tract. fallẽ. reg. 401. & 402 Cec. in l. quatenus. ff. de reg. iur. Alfer. conſi. 12. nu. 35. & ſeq. Viui. in tract. com. opin. 1. par. opin. 377.

d Senſibus: Alex. conſil. 147. num. 10. lib. 2. & conſi. 47. num. 17, in fi. lib. 6. & 74. nu. 7. eod. lib. & 43. nu. 18. lib. 4. & conſi. 29 nu. 1. lib. 7

e Quia ſcio. Secus ſi diceret quia ſcio, quia uidi. Bello. conſi. 6. nu. 7.

f De credulitate. Limita ut per Soc. regu. 407. Marſi. ſing. 19. Tamen ſi teſtis congruã rationẽ aſſignaret, probaret, Soc. regu. 429. Alex. conſi. 47. nu. 16. lib. 6. & conſi. 114. nu. 4. lib. 4. de com. Viui, in tracta. com. opin. 1. par. opin. 372.

g Videtur. Alex. conſi. 172. nu. 14. lib. 6 ſup. in 1. par. princ. num. 2.

h De auditu alieno. Viui. in tract. com. opin. 1. par. opin 406.

i Iurare. Viui. in tract. commu. opi. 1. part. opin. 407.

K Nunquid libet. Menoch. de arbit. iud lib. 2. centur. 1. cap. 91. Couar. lib. pract. q. capitul. 22. nu. 8. De hac re uideas late Dominum, & Præceptorem meum D. Marcum Antonium Eugenium Peruſinum, in repe. l. admonendi, in 2. cap. in uer. de lib. rationum, ubi docte. & ſubtiliter more ſuo diſputat, ampliat, & limitat hunc articulum.

l Defuncti. Alferi conſi. 60. in fin.

m Manu alterius. Benuen. ſtrac. in tracta. de merca. in 2. par. nu. 25.

n Homo legalis. Boer. deciſ. 105. Bert. conſ. 86. lib. 2. Alferi conſi. 60. in fi.

o Parua quantitate. Quæ dicatur parua, uel magna quãtitas, iudicis arbitrio relinquitur, Guid. Pap. deciſ. 564. in fi. Graue. de antiqu. temp. ſectione quid in libello nu. 4. Plot. de com. in ſpec. l. ſi quando, nu. 388. C. unde ui.

p Redarguitur de mendacio. Iſtam opinionẽ ita indiſtinctè probatam non placet Rip. in d. l. admonendi, nec mihi, quia daretur occaſio delinquendi, & aperiretur uia fraudis cõtra l. conuenire. ff. de pact. dotal. Item quia uix daretur caſus, in quo liber non probaret pro ſcribente, Nullus enim eſt tam malus liber, quin aliquid ueri contineat. Item quia in ſeparatis non proceditur, ſicut in connexis, Iaſ. d. l. admonendi. nu. 129. Nec obſtat. l. falſis. C. de tranſa. qua nititur Bar. in d. l. admonendi, quia non procedit inſeparatis. Dec. conſi. 317. col. fi. uiſis. Poſſet tamen opinio authoris ſaluari, quando adeſſent aliæ ſimilitudines. Grau. de antiq. temp. ſect. quid in lib. officialis nume. 11. Vel quãdo liber eẽt ſcriptus à diuerſis, ibi nu. 23. uel qñ contineret ueritatem in quam plurimis d. loco, num. 24. uel in minutis ut ſupra nu 31.

q Non ſit iuratus. Grauet. de antiq. tempo. ſect. uideamus, nu. 34. Alexand. conſi. 117. in cauſæ lib. 6.

r De conſuetudine. Grauet. de antiq. temp. 1. par. nu. 27

s Non ualeret. Grauet. ubi ſup, ſect. uiſo de uerbis, nu. 27. & ſeq. & nu. 32. Viu. de com. opi 1 par. opi. 309. uerſi. limitatur primo, in-

t famis. Benuen. ſtrac. de merca tit. quomodo in cau. merca. proced. ſit nu. 39.

u In pertinentibus ad artem. Dec. in cap. poſt ceſſionem nu. 13. & conſi. 30. Grauet. conſil. 3. nu. 15. Riminal conſi. 35. num. 12. & 279. nu. 1. & 297. & 301. nu. 3

x Editio de toto lib. Bar. in rub. ff. ſol. matr. nu. 8. in 1. oppo. ubi Rip. nu. 22

y Literæ cambij. Bello. conſi. 26. nu. 7. dicit quod probant contra ſcribentem Bal. conſ. 190. lib. 2

z Reddere. Ita deciſum fuit, & ita obſeruatur ianuæ, atteſtatur Bert. Benint deciſ. Bonon. 58. literas cambij.

a Sigillum authenticum. Graue. conſil. 121. nu. 7. & 122. nu. 14

b Comparationem literarum. Grauet. dict. conſi. 121

c Sed eo mortuo Marſi. ſing. 373. Boer. deciſio. 333. in fin. Stract. in tracta. de mercat. in ult. par. tit. de probat nu. 16.

Ludouicus Alferius.

De



## De interrogatoriorum productione.

1 *Interrogatoria quomodo, & quando præſententur.*
2 *Interrogatoria teſtium ad quem effectum fiant.*
3 *Interrogatorium copia parti dari non debet.*
4 *Iudex qui obmittit interrogare teſtes, ſuper interrogatorijs a parte productis, an inualidet examen.*

Septimus actus, eſt interrogatorium pro-
1 ductio † præſentatis enim articulis, &
uocatis teſtibus ſolet altera pars petere
copiam articulorum ad effectum præſentã-
di interrogatoria contra teſtes ad ueritatem
indagandam in cap. præſentium de teſt. lib. 6.
& debet ipſi parti petenti concedi terminus
ad producendum interrogatoria, ut no. Spe.
in tit. de teſte. § iam de interrogatorijs, col.
2 1. † & fiunt ad effectum faciendi uariare te-
mentum ciuiliter, ſed bene admittitur pro-
batio ad puniendum criminaliter iurantem
de periurio.ita tenet And.de Iſer.in d. c.1.
§.ſimiliter.uerſ.ſacramentum,in fi.de.conſ.
rec.feud.ubi hoc intelligit quando quis ſciẽ
ter iurauit, & iuramentum fuit alteri no-
ciuum.

ADDITIO. Adde uidẽdum omnino
Soc.in conſ.184.in lib.1.ubi plenè,& Boer.
in dec.95.in 1 lib.Pet.Foll. V.I.D.

24 † Tertia ſpecies iuramẽti iudicialis eſt il-
lud,quod defertur in iudicio alicui aduerſa
rio,ut principali & legaliori, ut quãdo quis
examinatur,ſuper poſitionibus meo iuramẽ
tu, ut dixi ſupra in uer.poſitio,& hoc appel
latur iuramentum ueritatis, dato quod fiat
per uerbum credulitatis, ut ibi dixi, & eſt
uolun-



uoluntarium ex parte deferentis. differt tñ
hoc iuramentũ p̃cedẽti, quia hoc delato p̃t
nihilominus probari contrariũ, uerùm is,
qui iurauit non punitur de periurio, ſed ſo-
lum Deum habet ultorẽ.l.2.C.de reb.cred.
& And.de Iſer.in d.§.ſimiliter, & de hoc eſt
ritus magnæ curiæ,in num.183.incip.item
25 quod quandocunque, &c.in fin.† Quarta
ſpecies iuramenti iudicialis, eſt iuramẽtum
ueritatis,quod defertur teſtibus,nã teſtis de
bet iurare de mera ueritate, alias non pro-
bat ut dixi ſupra in uerſ. teſtis. nec ſufficit,
ſi diceret, ita eſt, ſi bene recordor, ut tenet
Petr. Phil.Corn.in conſi.94. colum.1.in li-
26 tera C.in 3.uol. † Quinta ſpecies iuramen
ti iudicialis eſt iuramentum calumniæ, de
quo plenè ſupra dixi in uerſ. iuramentum
calumniæ, & iſtud appellatur iur̃m creduli-
tatis,ut l.2.§. quod obſeruari, & ibi Barto.
& Doc.C.de iure cal. & de eius materia,ui-
de aliqua per And. de Iſer.in conſti.uniuer-
27 ſos, & conſt. lite legitime. † Sexta ſpecies
l iuramenti iudicialis eſt iuramentum *l* in li
tem, de quo loquitur totus titulus.ff. de in
litem iur.& iſtud defertur per iudicem,non
autem per partem, & defertur actori.l.2. &
l.uideamus.§.deferre.ff. eo.ti.ftem defertur
ob ſolum dolum aduerſarij, non oblatam
culpam.l.in actionibus.eo.tit. & iſtud iura-
mentum eſt triplex, uidelicet iuramentum
in litem affectionis in quo conſideratur in-
tereſſe ſingulare affectionis, ut habeam af-
fectionem ad liberum, ad quem es mihi cõ
demnatus, poſſum iurare de illo intereſſe
affectionis, propter dolum tuum, & poteſt
hoc intereſſe excedere uerum ac iuſtum va
lorem, quo tria requiruntur copulatiue.
Primum,quòd ſit actio bonæfidei,vel ſtricti
iuris arbitraria ſecundum quod condem-
natus ſit in dolo,nolendo reſtituere. Tertiũ,
quòd ſit res in qua ueriſimiliter cadat affe-
ctio, ſicut in lib. alias ſecus, ut in numis.
leg.numis.ff.de in litem iur. ita hæc omnia
tangit Iaſ.in rub. ff.eod.titu. Secundum eſt
m iuramentum in litem de *m* intereſſe ſingu-
lari, ut ſi depoſui pecuniam, & quia eam
mihi non reſtituiſti, fuiſti condemnatus ad
pœnam, uel pignus meum fuit uenditum à
creditore meo,poſſum iurare de iſto intereſ
ſe ſingulari extra rem, ut d.l.numis. Tertiũ,
eſt iuramentam in litem de intereſſe com-
muni,& de ueritate,ut ſi fuiſti in mora dan
di mihi ſeruum, qui mortuus eſt,poſſum iu
rare ob dolũ tuum de uera æſtimanti,quãti
ualebat ille ſeruus, & catenus mihi condẽ-
naberis, ut d.l.in actionibus.§.planè,cum l
28 ſeq. & no.Iaſ.in d.rub.eod.titu. † Septima
ſpecies iuramenti iudicialis eſt iuramentum
purgationis, quod defertur reo in cauſis ar-
duis,& criminalibus, & etiam in ciuilibus,
puta,quando contra reum ſunt aliqua indi-
cia,uel ſemiplena probatio, ita quòd nõ po
teſt diffinitiue condemnari, tunc iudex po-
teſt ſibi deferre iuramentum purgationis,
per quod iurabit reus ſe non teneri ad de-
bitum, uel non commiſiſſe tale delictum,&
ſic diffinitiue abſoluetur.Et de iſto iuramẽ-
to loquitur proprie tex. in d.l. admonendi,
& in auth.nouo iure.C.de pœna iud.q̃ ma-
le iud.& l.5.C.de fal.& glo.in l.1.C.de ſic.
& Bar.in conſ.104.in fi.inci.uiſis teſti.&c.
Iaſ.in l.3. in prin.col.5.ff. de iureiur. † Itẽ
29 de iſto iuramento loquitur totus tit. extra,
de purg. cau. ubi ſi aliquis eſt infamatus de
crimine, quod non poteſt plene probari cõ-
pellitur ſe purgare p iur̃m.Eſt quædam alia
purgatio, q̃ dr̃ uulgaris, de qua loquitur ti-
tulus extra de purg.uulg. quæ loquitur. de
duello, ut qñ litigantes uolunt ſe purgare p
duellum, quæ purgatio eſt omni iure prohi
bita,quia per ea ur̃ tentari Deus, ut in c.1.
& ibi Abb.de purg.vulg. & habetur in cõſt.
regni monarchiam. Et de hoc iuramento
purgationis loquitur And.de Iſer.in c.1.§.ſi
30 uero fuerit,de contro.inueſt. † Octaua ſpe
cies iuramecti iudicialis eſt, quãdo propter
enormitatem criminis, defertur.iuramen-
tum contra uiolentum ſpoliatorem, ut ſi
quis ſpoliat me poſſeſſione, ſed domo mea,
poſſum probare per iuramentum meum,
de reb.mobilibus ibi exiſtentibus,& hoc in
odium ſpoliatoris, iuxta l.ſi quando, cum
ibi not.C.unde ui, &c.ſit extra quod metus
cauſa, & hoc poteſt dici iuramentum in li-
tem, & non datur contra uniuerſitatem in
damno clandeſtino pro ualore rerum amiſ-
ſarum: ut no.glo. in conſt. ſi damna. & ibi
etiam And. de Iſer.in .pen.colum. † Nona
31 ſpecies iuramenti iudicialis eſt,qñ *n* exta
n ret ſtatutum, ꝙ ſtetur iuramento damnum
paſſi,prout eſt hodie in regno regia prag.
quæ incipit, ſtatuimus, qua cauetur, quod
qñ damnum paſſus, habet animalia dam-
nũ dãtia in poſſe ſuo,ſtatur ſuo iuramento.
Idem

Idem etiam,ſi officialis deprehendit anima
lia. quia ſtatur ſoli iuramento officialis de-
nunciantis, alias eſt neceſſe, ꝙ probetur ad
minus per unum teſtem cum iuramento dã
num paſſi, quando non habet animalia in
manu,& iudex qui aliter ꝓnunciat ad quin
que uncias applicandas fiſco , & agitantur
iſtæ quæſtiones coram baiulis , ut habetur
32 in d.prag. † Seias tñ , ꝙ licet alias præſu-
mat pro decreto iudicis,l.Herẽnius.§.Caia.
& ibi glo.& Bart.ff.de euict.tñ intelligitur
de iudicibus maioribus , non autem de iſtis
baiulis, & iudicibus minimis . & pædaneis,
quia pro eorum ſententijs & decreto non
præſumitur.ita tenet Bald. in l.tutores.ff.de
confir.tu.& Iaſ. in rubr.C. qui admit.col.2.
33 in prin. † Decima ſpecies iuramenti iudi-
o cialis,eſt iuramentum, quod præſtatur *o* in
taxatione expenſarum, nam expenſæ factæ
in iudicio prius taxantur per iudicem : &
poſtea datur iuramentum uictori , qui fecit
expenſas, & poſtea interponitur declarato-
ria per iudicẽ,ut habetur in auth.poſt iuſiu-
randum.& auth. nouo iure.& ibi Bal.C. de
ind. & hoc fuit introductum ex cauſa, quia
grauatur uictor in eo , ꝙ non recuperat oẽs
expenſas propter taxationem , releuatur in
alio, ut ſtetur ſuo iuramento , unde ſi uellet
plenè probare per teſtes omnes expenſas,nõ
fieret earum taxatio per iudicem,ut dicunt
Doc. in d.auth. & hæc quo ad iuramentum
iudiciale dicta,ſufficiant.

34 SECVNDVM principale† iuramẽ
tum eſt extra iudiciale : & ideo ſic dicitur ,
quia extra iudicium præſtatur . Cuius ſimi-
liter multæ ſunt ſpecies: & primo reperi-
tur , unum iuramentum quod appellatur.
promiſſorium,ut quando aliquis iurat ſe da
turum , uel facturum aliquid ſimpliciter ſi-
ne aliqua cauſa,uel ſtipulatione,& ſic conti
net promiſſionem de futuro , & de iſto lo-
quitur text.in l.ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.
& c.debitores, de iureiur. & iſtud iuramen-
tum non producit actionem de iure ciuili,
nec obligat iurantem, niſi in uno caſu.ſ.qñ
libertus iurat præſtare operas patrono , l.ut
iuſiurandi.ff. de ope.lib.& not. Bar.in d.l.ſi
quis pro eo,col.1.& 2.& Ioã.de Imo.in rep.
c.cum contingat.col 23.cum trib ſeq.uerſ.
circa tertiam, &c.de iureiur..ſed de iure ca
nonico eſt ſecus, quia poteſt agi ex tali iu-
ramento ſaltem implorando officium iu-
dicis , ut dicit Imol. in d.c. cum contingat,
colũ.26.in fin.& ſeq.& hanc concluſionem
firmat B.Tho.in ſua ſumma,ſecunda ſecun
dæ,q.89.art.7. ubi tenet,quod talis promit
tens tenetur ad obſeruationem iuramenti,
ſi cum eo concurrat iudicium , & iuſtitia.
unde dicerem in iſto caſu,quòd poſſet adiri
iudex eccleſiaſtcis per uiam denunciatio-
nis euangelicæ,per ea,quæ.dixi ſupra intra
de denunciatione, in princ huius 6. partis.
35 † Ex prædicti poteſt ſolui illud dubium ſ.
utrum pactum nudum firmetur iuramen-
to: nam de iure canonico non eſt dubium ,
quia etiam ſine iuramento ex pacto nudo
oritur actio, ut eſt communis opin. omniũ
ſcribentium in c. 1. de pact. multo fortiùs,
qñ iuramentum interuenit, ſed de iure ciui
li non producit actionem pactum nudum
iuratum,ut no.Inn.in cap.2. de eo,ꝙ metus
cauſa.& Bal.in l.ſi.col 2. C de fideic,& Bar.
in l.1.C.de ope.lib. & idem Bal.in auth.fa-
cta, C. ſi aduer, uend. de qua materia, uide
Iaſ.in l.iuriſgentium, § ſed cum nulla,col.
5.ff.de pact. & in l.ſi quis maior, C.de trãſ.
36 † Secunda ſpecies iuramenti extraiudicia-
lis,eſt illud , quod appellatur iuramentum
aſſertorium, ut qñ quis aſſerit aliquid eſſe
de præſenti,uel de præterito, & iurat,ut qñ
iurat quis ſe eſſe maiorem , uel regem ha-
buiſſe uictoriam,uel ſimile; de hoc loquitur
text.in c, omne.& c.ut noueritis,22.q.1.&
per totam, & l.ſi alterius,in fi.C,ſi minor ſe
maior dixe & no. Imol.in d.c.cum contin-
gat,col.15.in fi.& col.107.in prin, de iure-
iur . Verum in minore fit differentia , quia
ſi iurat uerbaliter , ſe maiorem poteſt pro-
bare contrarium, ſecus ſi realiter tactis ſcri-
pturis,ut d.l.ſi alterius, & de hoc iuro aſſer-
torio ſimiliter tractat B.Th.in ſum,ſecũda
37 ſec.q,89. art.7. † Tertia ſpecies iuramenti
extraiudicialis eſt , quod dicitur confirma-
torium, ut quando apponitur iuramentum
in aliquo actu de ſe inualido, & per iuramẽ
tum firmatur.Exemplis eſt in auth.ſacramẽ
ta,C.ſi aduer.uend. & in c.cum cõtingat de
iureiur, Similiter in donatione inter uirũ.
& uxorem, quæ non ualet,l.1.& per totum,
ff.de do.inter uirũ , & uxorem. tñ firmatur
iuramento ſecundum Bar,& Alexand. in l.
Seius,& Augerius, ff.ad l.Fal.& Abba,in c,
donatio.de dona. inter uir.& uxor.& Paul.
de Caſtr,in conſi. 75.col,2. in uol.& de iſto
iura-



iuramento tractat plenè Bart. in d.l.ſi quis
pro eo.& Imo.in d.cap. cum contingat ubi
plura exempla ponit.& Alex.in conſil.43.
& 59.in 2.uol.& conſ.53.in 3.uol.& Fran.
de Aret.in conſi.22.& 74. & And.de ſer.in
cap.1.§. item ſacramenta , de pace iur. fir.
38 †Quarta ſpecies iuramenti extraiudicialis,
p eſt iuramentum *p* fidelitatis, quod tenetur.
præſtare uaſallus domino ſuo , ſiue ſit ua-
ſallus feudatarius,ſiue burgenſis,ſecundum
And.de Iſer.in c.1.col.1. qua.uaſ.iura deb.
39 dõ.fide.† In quo iuramẽto ſex. cõtinẽtur.
Primum. ſ. quo iuret ſeruare dñm incolu-
men , tutum.honeſtum , utilem.facilem,&
præſtare auxilium.quæ ſex numerantur in
c.1.de noua for.fide.& ibi per And.de Iſer.
& habetur plene in deciſ.865.con.Neapo.
40 in 4.& 5.col.† Itẽ quãdo tale iuramentum
præſtatur dño baroni,debet iurans excipe-
re perſonam Imperatorum,ſeu Regis,quæ
ſemper cenſetur exceptuata.ſ.ut promittat
dominum ſuum defendere aduerſus,quam-
cunque perſonã,contra Regem,c.Imperia-
lem.§.fi.& ibi Andr. de Iſer.de prohi. feu.
alie.per Fed.& in d.c.1.in prin.de nou. for.
41 fide.†Et hoc iuramentum poteſt pręſtari
etiam per tutorem , uel curatorem,& pro-
curatorem,ſecundum Alexan.in conſil.10.
42 col,3.in 2.uol.†Item non poteſt Baro exi
gere hoc iuramentum a uaſallis ſine man-
dato regis , uel literis, alias punitur priua-
tione feudi , & publicatione bonorum,ut
eſt conſt.regni,quæ incipit.comite uel ba-
rone,&c.& tenet And.de.Iſer.in c.ſi mino-
ri,circa fi.ſi de inue.feu.fue.cõtrou.& habeť
43 ĩ d,dec.265.cõſ.Neap.uerſi.20.&c.†Eſt &
aliud iuramentum fidelitatis , quod appel-
latur iuramento ligij , & proprie eſt illud,
quod præſtatur ſoli Imperatori , uel Regi,
non autem inferiori, & in hoc differt iura-
mentum ligij à iurameno fidelitatis, & tũc
quando vaſallus inrat regi , iurat indiſtin-
ctè ipſum defendere , contra oẽm perſonã
neminẽ exceptuãdo, & de hoc eſt alia dec.
44 conſi.Neapo. in nu.307. † ubi declaratur
quis dicatur ligius,nam exponitur quaſi li-
gatus, & aſtrictus regi , uel dicitur, à lega-
litate,quã tenetur ſeruare regi cõtra omnẽ
perſonam,ut not.Bal.in l.1.in §.1.col.pen.
C.de cad.toll.& And.de Iſer.in conſti.dñia
uaſallis , & in d.cap.1.de noua for. fidel.&
Ioan. And. in cl. paſtoralis.§.rurſus uerſic.
ligius,de re iud.& Franc.de Are.in conſil.
151.ubi etiam examinat de iuramento fi-
delitatis, quod tenetur præſtare epiſcopus
archiepiſcopo , & quid ſi epiſcopus ſit exẽ
ptus,de qua materia tractatur in c.dilectis
de maior.& obe.& in c.cum olim.el.2.&c.
45 antiqua.& ibi gloſ.de priuil.†Quinta ſpe-
cies iuramenti extraiudicialis eſt iuramen-
q tum temerarium, ut quãdo aliquis *q* calore
iracundiæ iurat, nam ſi iuramentum eſt
aliàs illicitum,non ualet.ſi uero eſſet licitũ
ut ſi quis iurat non exire domum, uel non
ludere , uel aliud ſimile tunc propter ira-
cundiam non ligat , nec eſt periturus con-
traueniens . Tutius tamen eſt petere abſo-
lutionem àd cautelam,quę de facili conce
ditur,ſecundum Abb.in c.ſicut.de iureiur.
& de hoc iuramento habetur Deutorono-
mij c.6.& Eccleſiaſtici c.22.& p Io.Chryſ.
46 ſuper Matth.c.5.†De eo tñ,quod dixi de
iurante non ludere,ſi tale iuramentum fie
ret ſine iracundia,ita eſſet periurus luden-
do,ſicut uidendo ludere, uel mutuando pe-
cuniam ludenti , & ita punitur æqualiter
pęna contra ludentes inductam,tam is,qui
ludit,quam is , qui uidet ludere, uel pecu-
niam mutuat.ita tenet Bald.in auth.inter
dicimus in princ.C.de epiſ. & cl.ubi idem
dicit in eo,qui docet ludentem.Multa alia
exempla poſſent dari de hoc iuramento te
meratio , præſertim, quando quis praua
conſuetudine iurat , ut habetur in c.iura-
47 uit 22.q.4.†Sexta ſpecies iuramenti extra
r iudicialis , eſt *r* iuramentum illicitum , de
quo loquitur tex.in c.innocens,& per totã
illam q.24.q.4.& not.gloſſ.ibi in ſumma.
Super hoc eſt ſciendum,ꝙ iuramẽtum põt
dici illicitum altero de tribus modis,ut hr̃
in d.innocens . Primo modo ex eo , quod
iuratur.Secundo modo ex cauſa extra ue-
niente . Tertio modo iurandi exemplum
primi eſt , quando illud iuramentum de ſe
48 eſt prohibitum , & uitioſum . †ut ſi quis
iurat cõmittere unum delictum, quo caſu
non tenetur ad obſeruantiam, quia tale iu
ramentum non ligat, c.ſi aliquid , &c.non
eſt.& c.actione. &c.inter cet.22.q.4.& hr̃
per Abb.& Doct.in cap.intimauit,de teſt.
49 †Idem etiam,quando quis iurat non ferre
teſtimonium, quia non obſtante iuramen-
to, poteſt examinari, ſecundum Abb.in d.
c.intimauit,Idem in eo,qui iurat non eſſe
conſi.

50 conſ.l.fin.in prin.ff.ad municip.†Idem in b
eo,qui iurat non fideiubere, quia poteſt nō
obſtante iuramento fideiubere pro proxi- c
mo in periculo conſtituto,vt no.Ioan.And.
in addi.Spec.in tit.de iureiur.in rub.de quo
uide omnino Old.in conſil.90.Et de his,& d
alijs ſimilibus exemplis, tractat plene Iaſo.
in §.item, ſi quis poſtulante col.12.& ſeq. e
inſti.de actio.& Paul.de Caſt.in conſil.345.
in 1.vol.& Cald.in conſi.8.in tit.de iureiur.
51 †& quod iuramentum in male promiſſis
nō ſit ſeruandum,tenet And.de Iſer.in c.1.
columna 6. qui ſucceſſ. teneantur in feud.
52 †Exemplum ſecundi eſt, qñ quis poſt vo-
53 tum caſtitatis iurat ducere vxorē. † idem
quando iurat adimplere omnia, quæ ab eo
petentur,quia ſi petatur aliquid turpe, non
tenetur implere iuramentum, c. cum iura-
mento.de ho.&c.eſt etiam & c. vnuſquiſq; f
54 22.q.4.† Exemplum tertij eſt,vt ſi quis iu-
rat per viſcera Chriſti, vel per uentrem,vel
per capillos, vel per membra pudibunda
Chriſti,nam tale iuramentum dicitur blaſ-
phemia,vt inquit Bal.in l.2.in fin.C.de reb.
cred.& Bald.in l.1.C.ſi quis imp.male.& in
l.accuſationem.col.3.C.qui accuſ.non poſſ. g
vbi plus dicit, quòd tale iuramētum eſt ſpe-
cies hæreſis, vt eſt tex.in auth. vt non luxu. h
contra nat.in rubro. & nigro. & c.ſi per ca-
55 pillum.22.q.1.†Eodem modo ſi quis iurat
per dæmones, vel aliam creaturam, eſt iu-
ramentum illicitum, & peccat iurans, de-
cet tamen ſeruare iuramentum, ſi id, quod
iurat, non eſt prohibitum,c.mouet.22.q.1.
& no.Alex.in conſil.27. col.pen.in 1.vol. &
habetur in c.1.& ſi Chriſtus,de iureiur.reli-
qua, circa hanc materiam dic, vt per Spec. i
in tit.de iura.dela. per totum, & per Mod.
repetentes in rub.de iureiu.& per Doc.in lo- K
56 cis ſuperius allegatis.†An autem iuramen
tum poſſit præſtari per procuratorem ha- l
bentem ſpeciale mandatum? Dic quòd ſic
in animam conſtituentis, ſecundùm Barto.
& Alexand. in l.qui bona. §. ſi alieno. ff.de
damn.infect. & Alexan. in l.ad egregias, in m
princi. ff.de iureiur.& in l.vulgo. ff.de in li-
tem iur. Rob.Maranta. n

ADDITIONES.

a Suppletorium. Socin.in tracta.fallen.reg. 204. Et Præceptor meus D. Marcus Antonius Eugenius in d.l.admonendi, in vlt.par. de iuramen, ſupple, vbi latè de iſta materia.

Ante concluſionem. Quia poſt peti non poteſt, Soc.d.reg.404.nu.40.

Heredi. D.And.Alferi.conſil.3.nume.8.& conſi.8.nu.30.vſque in fin.& conſi.9.nu.6.& 7.& conſi.10.nu.2.

Perſonæ vili. Marſi.ſing.27.Boe.conſ.49.nu.69.Duaren.lib.2.diſpu.cap.33.

Criminali. Boer.deciſ.86. Soc.d.reg.404.nu.12.Alex.conſi.66.lib.1.Dec.conſi.37.in fi. Quod procedit in reo,ſecus in actore,& eſt communis, de qua per Alex.d.conſi.60.col.1.& Iaſ.d.l.admonendi.nu.275.Vel niſi ſit modici præiudicij, Abb.in c.fin.nu.2.de his quæ vi,metusve cau.fiunt,Craue.conſi.282.nu.15.& ſeq.Vel niſi ſit ſemiplenè probatum,Rom.d.l.admonendi,& Cur.ſen.ibi nu.309. Alex.conſil.122.nu.7. lib.2. Boer.vbi ſupra in d.deciſio.85.

Conditionem perſonarum. Gloſſ.in l.ſed & ſi §.1.ff.de iudi. Bart.d.l.admonendi nu.54.Soc.d.reg.404. nu.21. de communi clariſſimis Iuriſc.& D.meus D. Marcus Mantua d.l.admonendi,nu.321.Marſil.ſing.27. declarat, quando iuramentum ſuppletoriū defertur in cauſa magnæ quantitatis.

Præſente vel citata. Veſtr.in Prac.Roma.Cur.lib.7.cap.1.nu.10.

De his hactenus.Idem eſt ſciendum,quando ſtatutum, ſiue lex requirit manifeſtiſſimas probationes, tale iuramentum non defertur.glo.not.in l.fin.in princ.ff.quod met.cau. Auguſt.Bero.in c.cum ſit Romana.nu.10.de appel.Soc.conſi.136.col.3.lib.1.Rip.in d.l fin.nu.189.Dec.in rub.extra de prob.de com. Viui.in 1.part.com.opi. opin.187. iuramento neceſſario.

Exemplum. Soci.in tracta.fallen.reg.105. iuramentum.

Approbat. Vin.de com.opin.part.1. opin.188.iuramentum iudiciale.

Iuramentum in litem. Quid ſit,vide Plot.in repet. l ſi quando.nume.869. C.vnde ui, Bello.lib.2.ſupp.ver.cap.14.Coraſ.lib.4.miſcella,cap.2.nu.11. vbi etiā in hac materia.

Intereſſe ſingulari. Plot.vbi ſupra.nu.870. Coraſ.lib.6 miſcella.cap.1.2.& 4.vbi latè.

n Extra ſtatutum. Dec. in rub.extra de prob.col.13. Admittitur tamen probatio in contrarium, Rui.conſi.87.nu.12.lib.3.tale ſtatutum non habet locum in furto, Alexand.conſi.167.col.1.lib.2. Plot.in d.l.ſi quando,nu.823.C. vnde vi, limitā etiam quod non credatur



credatur tali iuramento, quando inſtantia fieret iudicij,ut ad locum accedere.Marſil.l.1.§.ſi ſerui mihi.nu.4.ff.de queſt.Cotta in memor. in uer. ſtatuto ciuitatis Mediolani, in uer.damnum. Cœpol.cau.104. nu.1. interpretatur etiam alijs modis, ut per totam d.l.nu.251. uſque ad nu.755.

o Taxatione expenſarum. Octau.Veſtri.in pract.Ro.cur.lib.3.cap.fi.nu 15.ubi Graua. ſub nu. 36. Et an requiratur citatio infra in 3.& ult.actu.3.par.6.par.princ. nu.21.

p Fidelitatis. Rebuff. uideas in declarat. arbor. feud.col.3.& 4.

q Calore iracundiæ. Tiraq.in tract.de pen. cauſa 1. nu.26. Duen.lib.1.reg.utr.iur.reg. 292.factum uel dictum,in 1.amplia.

r Iuramentum illicitum. Illicitum etiam dicitur, ſi quis iurauit de non loquendo patri, matri,uel ſimi.l.cum quidam.§.fin.ff.de iureiu. Tamen eſt neceſſaria abſolutio,Couar.in relect.c.quamuis in initio: 2.par.nume.4.de pact.in 6.

Ludouicus Alferius:

## De Auctorum æditione.

1 *Actorum appellatione, quæ ſcripturæ ueniāt.*
2 *Inſtrumenta & ſcripturæ producta in iudicio an dicantur eſſe de actis.*
4 *Exemplum ſcripturæ in actis regiſtratę, non facit fidem, niſi ſit collationatum parte præſente, vel citata.*
5 *Acta iudicij uoluntarij, veniunt actorum appellatione.*
6 *Exempla qualiter probent.*
7 *Aedi an debeant inſtrumenta relata in inſtrumento producto.*
8 *Aedi ante omnia, an debeant inſtrumenta relata, in libello, nu.9.10.11.*
12 *Aeditio qualiter fiat.*
13 *Acta iudicij, & acta litis ſiue cauſæ, quæ dicantur.*
14 *Actorum genus, triplex reperitur.*
15 *Acta geſta & monumenta qualiter inter ſe differant.*
16 *Acta iudicij fieri debent parte præſente, uel citata, & abſente per contumaciam alias non probant, nec alteri parte præiudicent, in caſu in quo ſumus in contradictorio iudicio.*
17 *Acta iudicij ad alterius partis inſtantiam debeant fieri, alias non ualent.*
18 *Acta iudicij coram iudice, vel eo mandante fieri debent, vt faciat fidem.*
19 *Obligatio penes acta curię recipi debet coram iudice uel iudice mandante, alias recepta extra locum iudicij, non valet, nec habet executionem paratam nume.20.*
20 *Obligatio pœnes acta curiæ poteſt recipi. etiā abſente creditore.*
21 *Acta per notarium deputatum ſcribi debent, nec poſſunt per alium proſequi.*
22 *Acta iudicij ſcribi debent per notarium à rege creatum, vel per duos ſcriptores priuatos de iure cōi. Et quid ſeruetur in regno.*
23 *Princeps ſine cauſa iuriſgentium detrahere non poteſt.*
24 *Acta ſcripta per priuatum in loco, ubi priuatus actorum magiſter eſſe conſueuit, an faciant publicam fidem, & an iſte communis error ius faciat nu.25.26.*
25 *Conſuetudo tanti temporis cuius initij non eſt memoriam non priuilegij.*
26 *Acta reciproca ſcripta per priuatum, per alteram partem impugnari non poſſunt.*
27 *Scriptura inhabili vtens, non poteſt ſimilem contra ſe productum impugnare.*
28 *Dictie vnius ſtatur de voluntate partium.*
29 *Acta iudicij in ſcriptis celebrari debent, alias non valent, niſi in cauſis breuioribus.*
30 *Acta iudicij, an per teſtes probari poſſint.*
31 *Acta coram iudice, non requirunt teſtes, ſed ſic coram arbitrio.*
32 *Teſtes debent adhiberi in ſententijs.*
33 *Acta ante publicationem, publicam fidem non habent.*
34 *Atteſtationes non publicatæ, etiam ſemiplenè non probant.*
35 *Acta non publicata æquiparant breuiaturæ notarij.*
36 *Acta iudicij non poſſunt fieri in die feriato.*
37 *Libellus poteſt præſentari, & recipi die feriato etiam ad honorem Dei.*
38 *Latro inſignis poteſt mitti ad furcas, etiam die feriato ad honorem Dei.*
39 *Acta voluntariæ iuriſdictionis, die feriato exerceri poſſunt.*
40 *Teſtes etiam die feriato ad honorem Dei examinari poſſunt.*
41 *Acta pia, & requirentia celeritatem, fieri die feriato.*
42 *Decretum ſuper alienatione rerum minorū die feriato interponi non poteſt.*
43 *Debitor fugitiuus capi poteſt, etiam die feriato*

*riato ad honorem Dei.*

44 *Conf*[illegible]*ſſio etiam in die feriato poteſt in iudicio recipi.*

45 *Proceſſus factus die feriato ad honorem Dei valet, quando iudicis iuriſdictio erat tempore peritura.*

46 *Proceſſus poteſt fieri die feriato ad honorem Dei in curia principis.*

47 *Excõicationis ſententia die feriato ferri põt.*

48 *In cauſis carceratorũ die feriato proceditur.*

49 *Actus omnes iudiciarij expediri poſſunt in ferijs meſſium, & vindemiarum.*

50 *Acta de die, & non de nocte fieri debent.*

51 *Acta iudicij, locum, menſem, diẽ, & annũ in quo celebrãtur cõtinere dẽnt alias nõ ualẽt.*

52 *Actis depditis, & alijs de nouo cõfectis ſi prima poſtea reperiãtur, qbus potius dẽt fides adhiberi, & ſecundum qua debet iudicari.*

53 *Acta omnia regulariter ſunt edẽda, alias põt appellari, & non edens præſumitur in dolo.*

54 *Actorum æditio, eſt ſpecies defenſionis.*

55 *Actorum æditio per notarium iudice mandante fieri debet, & non aliter.*

56 *Atteſtationes teſtium, ante publicationes ędi non debent parti.*

57 *Interrogatorium copia pariter dari non dẽt.*

58 *Allegationes iuris, an debeant ędi parti.*

59 *Notarius acta edere non tenetur ſine ſalario.*

60 *Nomina teſtium non tenetur qui edere parti ante publicationem.*

61 *Acta debent ædi cuicunque prætendenti intereſſe etiam ſi non ſint ad eius inſtantiam celebrata, ſecus in inſtrumentis.*

62 *Acta debent ædi ſumptibus potentis.*

63 *Copia libelli ſumptibus actoris dari debet.*

64 *Acta originalia non debent ædi, ſed ſolum copia ſub pœna falſi.*

65 *Acta ędi debent, cum die, conſule loco, & tempore.*

66 *Acta ſemel edita poſſunt millies peti, ut iterum edantur. Secus in inſtrumento, quia regulariter non editur niſi ſemel.*

DEcimus actus, qui ſucceſſiuè conſideratur in iudicijs, eſt actorum æditio, ſuper quo breuiter examinabo tres quæſtiones principales. Prima erit, quid ueniat appellatione actorum. Secunda, an indiſtinctè omnia acta iudicij faciãt plena fidem, & qualiter. Tertia erit, qualiter iſta acta ſint ædenda petentibus.

VENIO ad primam q. ſuper qua con-
1 cludo, † quod acta dicuntur omnes ſcriptu-
ræ in iudicio factæ coram iudice, & ſcriptæ
manu officialis, ſcilicet tabellionis ad hoc
deputati ut declarat Alex. in l. acta. & in l.
actorum. ff. de re iud. ubi dicit, quòd etiam
ſentẽtia uenit appellatione actorum, idem
tenet Abb. in cap. quoniam contra. colum.
2. in fi. de prob. ubi uide Bal. plene declaran
tẽ, quæ ſcripturæ ueniat appellatione acto-
rum, hoc etiam declarat Bal. in authen. quæ
ſupplicatio. colum. 1. uer. item licet ſcriptu-
ra, &c. C. de præ. impo. off. ubi dicit, quod
non ex eo ſolo, quòd ſcriptura eſt facta per
tabellionem actorum, dicitur de actis iudi-
cij, niſi fiat coram iudice, uel iudice man-
dante. adde Bal. in l. interrogatam. C. delib.
cauſa. & Batt. in l. illud. colum. 2. uerſi. dein-
de nota, &c. & ibi etiam Bar. C. de ſacr. ſan.
Eccl. & Card in cl. ſæpe. §. & quia. in 9. q. de
uerbor. ſignific. & Alex. in l. 1. in princ. ff. de
uerb. obl. & Bal. in cap. 1. §. item ſacramen-
ta, colum. pen. in fi. uer. quærit inſuper, &c.
de pac. iur. fir. & quod ſententia uenit appel
latione actorum, eſt tex. cum gl. & Bar. in l.
in fraudem. §. neque. ff. de iure fiſci. An au-
tem inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ produ-
ctæ in iudicio, dicantur effecta de actis, eo
ipſo quòd ſunt producta? Inno. in cap. cum
in iure. in fi. de offi. dele. tenet, quòd ipſum
inſtrumentum quantum ad contractum, &
obligationem, in eo contentam, non eſt de
actis, ſed ſola productio inſtrumentorum
& ſcripturarum eſt de actis. Idẽ tenet Bald.
in l. 2. colum. 3. uer. iuxta hoc quæritur, &c.
C. de eden. ubi per hoc infert, quòd inſtru-
mẽtum productum in actis, editur ſine die
& conſule, ſed ſolum editur dies productio-
nis, quia quantum ad productionem, eſt ef-
fectum commune inſtrumentum. iuxta l.
1. §. edenda. ff. de eden. ſed certe, ſi iſta opi-
nio. in hoc Inn. & Bal. ita ſimpliciter intelli-
geretur, reſultare poſſent aliqua abſurda &
maxime, quia altera pars non poſſet pete-
re copiam tenoris inſtrumenti producti in
actis, ſed ſolam copiam præſentationis ip-
ſius, nam ſi tenor non eſt de actis, ergo non
eſt effectus communis & ſic non eſſet eden-
dus, quod eſt contra d. § edenda. Præterea,
ſi in tenore inſtrumenti eſſet aliquod uer-
bum faciens contra producentem, & in fa-
uorem aduerſarij, non poſſet aduerſarius

eo



eo uti pro ſe, quia non eſt de actis, quod eſt
cõtra no, per gl. & Mod. in l. 1. §. ęditiones.
ff. de eden. ubi habetur cõmuniter quod pro
duces inſtrumentum in iudicio cenſetur ap-
probare omnia contenta in eo, etiam con-
tra ſe facientia, & aduerſarius poteſt eo uti
pro, ſicut dicimus in teſtibus, qui deponere
debent pro utraque parte, ita plene decla-
rat Iaſ. in d. §. ęditiones unde ca uſa uitandi
iſta contraria, uidetur eſſe dicendum, quod
tam productio, quam tenor inſtrumenti pro
ducti ſit de actis, maxime cum tota die ui-
deamus communiter practicari, quod eo
ipſo, quod inſtrumentum, uel al a ſcriptura
producitur in iudicio, poteſt aduerſarius
petere eius copiam, & ſibi editur cum die
& conſule, & cum toto tenore ſcripturæ er-
go tota eſt effecta de actis, & tota commu-
3 nis. † Puto in iſta uarietate poſſe dari iſtam
declarationem, uidelicet, quando aliquis
producit inſtrumentum in iudicio, & non
facit illud regiſtrari in actis de uerbo ad uer
bum, ſed ſolum notarius ſcribit in actis die
tali, &c. talis produxit unum inſtrumentum
procurationis, uel debiti, uel aliud ſimile,
quòd incipit ſic, & finit ſic, &c ſe eius tenor
non apparet extenſus in actis, puta quia
producens retinuit ſibi inſtrumentum pœ-
nes ſe, & tunc uerum dicit Inn. & Bal. quod
ſola productio eſt de actis, & non tenor in
ſtrumenti, ex quo tenor non reperitur in
actis, & dato, quòd notarius fecerit de eo
mentionem quòd uiderit, non tamen in hoc
ſibi creditur, ut not. Alex. in conſ. 6. col. 2. in
fin. in 4. uol. & per Mod. in auth. ſi quis in ali
quo. C. de edem. nam ſi tenor eſſet de actis,
faceret publ. fidem, ſicut alia acta abſque
eo, quòd originale producatur. quod eſt fal-
ſum ſecundum Alex. ibi & Doc in d. auth. ſi
quis in aliquo. Sed ſi quęris, an iſto caſu poſ
ſit aduerſarius petere copiam tenoris inſtru-
menti. Dic quò ſic, nam licet non ſit de actis
propter deficientiam regiſtrationis, tamen
quia pars cœpit eo uti in iudicio per produ
ctionem, ratione huius uſus tenetur illud e-
dere. ita tenet Bal. & Alex. in l. 2. ff. de eden.
per d. §. edenda ſunt omnia, & tunc poſſet
procedere opi. Bal. in d. l. 2. C. de eden. ſ. qđ
edatur ſine die & conſule. Nec ſemper ſequi
tur illa conſequentia, iſta ſcriptura non eſt
de actis, ergo non debent ædi. Nam ſi quis
facit mentionem de inſtrumento in libello,
per dictionem limitatiuam, tenetur illud
edere ante litem conteſt. & tamen non eſt
de actis, ut Bar. & Doc. in l. edita. C. de eden.
Quandoq; producens inſtrumentum, facit
ipſum regiſtrari in actis, uel quia relinquit
ipſum originale authenticum in actis cum
præſentata ſub tali die, &c. uel quia facit
ipſum exemplari auctoritate iudicis. & fa-
cit ipſum collationari per actorum nota-
rium, cum fide ſua in calce, quod ipſum col
lationauit, ſcilicet exemplum cum origi-
nali, & concordat de uerbo ad uerbum, &
illa copia collationata relinquitur in actis.
continens totum tenorem inſtrumenti, ori-
ginale autem recipitur per producentem.
ne forte aliquo caſu perdatur, & iſtud quo-
tidie uidemus ſeruari iudicijs, Et tunc di-
co, quod totus tenor inſtrumenti de actis,
non ſolum ipſa productio, adeo quod illa
productio illius copiæ regiſtratæ & colla-
tionatæ facit dictam copiam habere publi-
cam fidem, abſq; eo, quod producatur ori-
ginale. Ita tenet Bald. in l. fin. in 5. q. C. de
edic. diui. And. tol. & de mente Specu. in tit.
de inſtr. epi. §. nunc dicamus. col. 4. uerſi. il-
lud autem ſcias, &c. pro hoc eſt gloſſ. in d.
auth. ſi quis in aliquo, & ibi etiam Bart. &
cõmu. Doct. & gl. & Bar. in l. chirographis.
ff. de admi. tut. & Ang. in §. illud. in auth. ut
4 infra. filij, &c. † Hoc tamẽ intellige, & decla
a ra dummõ. talis regiſtratio ſit facta a par
te præſente, & non contradicente, uel parte
citata, alias nullam fidem faceret talis co-
pia, quamuis collationata. ita tenet Alex.
in d. conſil. 6. col. fi. in prin. in 4. uol. & eſt de
mente Bart. & Doct. in d. auth. ſi quis in ali
quo, quod not. perpetuo. quia rato hoc ad-
uertunt litigantes, & actorum notarij, un-
de allegationib. iuris poſſis talem ſcriptu-
ram deſtruere. De reliquis autem, quæ ue-
niunt appellatione actorum, traditur plene
in d. c. quoniam cõtra. de prob. tam in text.
5 quam in gloſſ. & per Dod. † ibi inter quæ
adde, quod nòn ſolùm acta, quæ fiunt in iudi-
cio contentioſo, & contradictorio ueniunt
appellatione actorũ ſed etiam omnia alia,
quę fiunt in iudicio uoluntario, in quibus
decretum iudicis interponitur prout ſunt
tutelæ & emancipationes, & aliæ ſimiles, ſe
cundum Innoc. in c. 1. col. 1. de probat. quæ
alio uocabulo dicuntur acta forenſia, ſecun
dum eum ibi. ex eo, quia in foro agitatur. &

no.etiam Bald.in l.comparationes. col.2. uerſicu. quærit etiam de forenſi, &c.C.de fide inſtrumen.

6 ADDITIO †Adde quod omnia exemplata & regiſtrata probant eo modo, quo probarent originalia, & non ultra neque plus, unde quidquid poterit obijci & opponi contra originale exemplarium omne illud poteſt obicij contra exemplum, & Bar. & Doc.in l.teſtamento. la 1.ff.de condit.& demonſt. de quo per Doct.plenè,in c.quo-
7 niam contra. extra. de probat.†Item illud addas, quod ne dum debet fieri æditio inſtrumenti producti in iudicio quoquis utitur, ſed etiam eorum inſtrumentorum ibi relatorum, ſecundum Bald.in l.ciuile.circa fi.ff.de leg.& Alex.in conſ.3.lib.2.col.1.refert & ſequitur Dec.in l.edita.col.pen circa fi.C.de eden.& Aymo.Craue.in conſil.112.
8 lib.1.nu.15.†Item eſt aduertendum, ꝙ ubicunque in libello actoris fit mentio de aliquo inſtrumento, uel ſcriptura ſuper quib. fundetur intentio actoris poteſt compelli ut ante omnia exhibeat, ut detur reo occaſio deliberandi, ſecundum Inno.in c.ex epiſtolæ, quem ibi omnes ſequuntur. & Bal.in l.fi.C.de pre imp.offi.& procedit concluſio indiſtinctè, ſi in libello fit mentio limitatiuè taliter, quod aduerſarius redditus dubius de narratis per actorem, puta uendidiſti talem petiam terræ prout conſtat tali inſtrumento,ſecundum Bart.in l.poſtquam. §.ſi dies.ff.ut leg.no.caueat.& in l.ædita pe. col.C.de eodē,& ibi Bal in pe.car.& Fely.
9 plenè in d.c.ex epiſtolę.†Adeo quod ſi fieret mentio inſtrumenti in libello narratiue. (ut ſi dicatur, quæ omnia conſtat publico inſtrumento exinde confecto) non fit æditio ante litem conteſtatam, ſecundum Bar. in d.l.ædita & Docto.in d.c.ex epiſtolæ, tu autem dicas contrarium ſeruari in magna curia uicariæ,& alijs curijs ubi extat communis ſtilus, quod ſi limitatiue uel narratiue fit mentio inſtrumenti in libello ſemper fit æditio ſi petitur ad effectum deliberandi,uel fundatur exceptiones, & ita pra-
10 cticatur.†Sed ſi actor negat ſe habere copiam inſtrumenti in promptu proceditur ad ulteriora, ſecundum Rot.in nouis deciſ. 33.de quo ſtatu iuramentum actoris,& no. expreſſe Bart.in l.qui ſtipendia in fin.C.de procu.& Felin.in d.c.ex epiſtolæ. nume.27.

11 †Item ſi ille qui petit ædi inſtrumentum ueriſimiliter habere debet,uel habet copiam inſtrumenti qualitercunque fiat mentio in inſtrumenti in libello non tenetur libellans ante omnia edere ſecundum Bal.in l.legatum.ff.de eden.& Rotam ubi ſupra.nam ſi legatarius petit legatum uirtute teſtamenti ab hęrede non tenetur edere teſtamentum ipſi hęredi, quia præſumitur habere notitiā contentorum in eo, de quo plene per Fely.
12 ubi ſupra nu.27.†Et adde quod in caſibus in quibus ante litem conteſt.fit ędito ſufficit oſtendere iudici originale, & relinquere in actis copiam ſecundum Innoc.in c.cum in iure.de offic.deleg.& Bal.in l.2.C.de eden. & Abb.in d.c.ex epiſtolæ, & ibi Fel.nu.31. in medio.Pet.Foll.V.I.D.
13 †Iſta autem acta, quæ fiunt in iudicio quędam dicuntur acta iudicij propriæ, & quædam acta litis ſiue cauſæ,& differunt inter ſe, quia acta iudicij ſunt illa, quæ tendunt ad iudiciorum ſolennitatem & ordinem, prout ſunt citationes,libelli, ſatiſdationes, & litis conteſtatio,publicatio, & concluſio & alijs ſimiles actus. Acta uero cauſæ,ſeu litis ſunt, quæ reſpiciunt factum pro uictoria cauſæ obtinenda, prout ſunt atteſtationes,cōfeſſiones,ſcripturæ,& aliæ probationes ita declarat glo.in cle.ſępe,in uer.deciſiones, & ibi etiam Car.in 3.not.& in 2.q. de uerb.ſign.& Abb.in c.cauſam, quæ.in 1.
14 not.de teſt.† & propterea in materia actorum ſolet fieri diſtinctio trimembris, uidelicet Quædam ſunt, quæ reſpiciunt litis ordinationem, & ſunt illa, quæ modo appellaui acta iudicij. Quædam ſunt, quæ reſpiciunt ueritatis indaginem,& ſunt illa, quæ modo appellaui acta litis, ſeu cauſæ. Quædam ſunt, quæ reſpiciunt litis deciſionē & ſunt ſententiæ diffinitiuæ, de quib.plene per Bar.in l.is,apud quem. C.de eden.& in l.cū lite mortua.ff de iu.ſol & Abba.Fel.& commo.Doct.in d.c.cauſam,quę,in quibus locis plenè declaratur, quæ acta per eant perempta inſtantia, & ad ibi dicta me remitto, & aliqua dixi in materia inſtantiæ ſupra in 5.par.princ.huius tracta.Quæ autē
15 ſit differentia † inter acta,geſta, & monumēta? Dic quod acta,propriè ſunt illa, quæ ſunt ſcripta a communi notario,& iudice,ſ per ipſum notarium actorum.Geſta poſſunt dici ea,quæ ſunt facta,ſed non ſcripta.Item

geſta



geſta cenſentur facta magnorum principum. & omnia regiſtrata in archiuis publicarum perſonarum,poſſunt apppellari geſta. Sed monumenta, dicuntur ſcripturæ publicæ & priuatæ, quas quis habet penes ſe extra iudicium, ex eo quia cauſam ipſius muniunt, quæ alio uocabulo appellantur documenta,ut habetur in c.cordi de appell.lib.5.& in auth.ſi quis in aliquo. C. de eden. & ita hanc differentiam declarat Car. in cle. ſæpe. §. & quia.in 7. q. de uerbo. ſing. Aliquando tamen acta & geſta confunduntur, & unum & idem important, ut eſt text.in leg.geſta.C.de re iud.& not. Barto.in leg.prima. ff.de offic. proc.cæſa.

VENIO Ad ſecundam quæſt. prin-
16 cipalem,uidelicet,†an indiſtinctè oīa acta iudicij faciant plenam fidem, & qualiter ſuper quæ oportet inueſtigare, quæ requirantur ad ualiditatem actorum ad hoc, ut tanquam publica faciāt plenā fidē,& hic quæ plura requiruntur. Et primo requiritur,quòd fiant parte pñte,uel citata,& abſente per contumaciam, aliàs non probant nec alteri parti pręiudicant, & in caſu, in quo ſumus in contradictorio iudicio. leg. de unoquoque. ff.de re iu.l.nam ita diuus, ff de adop.leg.ſi quando.C.de teſt.& cap.2. de teſt.
17 †Secundo requiritur, quòd acta fiant altera parte inſtante adeo, quòd debet apparere ex actis, ad cuius inſtantiam actus celebratur,alias acta non ualent. ita tenet Ang. in conſ.286.colu.2.ubi pręcipue loquitur de ſnīa lata,quod nō ualeat,niſi appareat ad cuius inſtantiam lata fuit, unde ſententia nunqua n debet ferri,niſi una pars faciat inſtantiam, & faciat aliam partem citari ad ſnīam,aliàs non ualet, ita tenet Imo. in d. l.unoquoque.ff.de re iud.& Bart.in l.1.C.ut quæ deſ aduo.Paul.de Caſt.ī leg.1.C.de iud. & Iaſ.in leg.properandum.§ & ſi quidem,
18 col.1.C.de iud.†Tertio, requiritur ꝙ fiant coram iudice, uel iudice mandante, ut no. Alex.& Imol in l.acta.ff.de re iud.gl.& Bal. in l.illud.C de ſacroſan.eccl.& Bald.in l. interrogatam.C.de lib.cau.& Lud.de Pen.
19 in l.inſtat.C.de iure fiſc.lib.10. †ubi per hoc infert, non ualere obligationem receptam penes acta curię, niſi ſit recepta coram iudice. Adde etiam, uel niſi recepta ſit iudice mandante,ut habetur in deciſ.135.cōſil.
20 Neap.ubi plus dī,† ꝙ rōne iuri in ea oppoſiti, poteſt recipi talis obligatio pœnes acta, etiam abſente creditore. Et per hoc patet,ꝙd iſtæ obligationes quas quotidie recipiunt notarij extra locum iudicij, & ſine pñtia iudicis,& dicunt illas recepiſſe penes acta,non ualent, nec habent executionē paratam,ut eſt de mente Luc.de Pen. in d.l. inſtat.& expræſſius tenet Matth.de Affl. in conſt.magiſtri camerarij, colum. penul. & conſt.cordi nobis,colum.pen.in princ. quòd not.quia quotidie notarij actorum erant in hoc.

ADDITIO Adde hic ea quæ dixi in practica mea cauſarum crim.in frag.par.in tit.de fideiuſſoribus. P. F.

21 †Quarto requiritur, quod acta ſcribantur per notariū actorum deputatum, adeo quod ille notarius, qui incepit ſcribere acta unius ꝓceſſus,ille debet ſcribere reliqua,aliàs acta non probant, niſi iſte eſſet impeditus, quia tūc poteſt alius ſubrogari,ita tenet Bald. per illum tex.ī leg.1.C.de ſport.& Bald in l.2.C. quo,& qñ iud.& Bart.in l.1.de off.conſul & Bald.in leg.repetita.C.de epiſc.& cl & Lud. R.in cōſil.281.& Bald.& Paul.de Caſt.ī leg.
22 teſtamenta oīa.C.de teſtamentis. † Quinto requirit̄,quod ille,qui ſcribit acta, ſit notarius creatus a rege aliàs acta ſcripta ab alia perſona,non ualent in hoc regno, ſecus eſſet de iure cōi,quin ubi non poteſt haberi notarius,pñt adhiberi duo ſcriptores,etiam priuatim ad ſcribendum acta quorum ſcripta faciunt publicam fidem in iudicio, ut eſt text.in c.qm contra.de prob. imo dicit ſimpliciter Bal.in l.comparationes.colum. 3.uer.quæritur etiā de forenſi &c.C.de fide in.quod de mandato iudicis poſſunt ſcribi per alium,quam per tabellionem. Sed hodie in regno eſt iuri cōmuni delegatum per conſtitutiones regni,quib. inductum eſt, ut acta non fiant per aliam perſonam, niſi per notarium creatum à rege, & ſic in hoc eſt correcta diſpoſitio dicti cap. quoniam contra, ut eſt conſt. quę incipit, Magiſtri camerari. & ita illum conſtōnem intelligit ibi Mat.in pen.col ſ.quod per eam ſit derogatum iuri cōmuni. Sed certe ego puto, quod non fuit iſta mens illius conſt.ſ. uelle corrigere d. c.quoniam contra. Nam legum correctio ſemper eſt euitanda. ubi

 non

non apparet expreſſe,leg.præcipimus. C.de
appe.& l.ſancimus. C.de teſt ſed dico.quòd,
potius illa conſt.eſt conformis cum iure,cõi,
Nam ius cõe ponit duos caſus,ſcilicet,quod
magr̃ actorum,debet eſſe notarius , ubi ha
beri poteſt, ſed ubi deeſt copia notario-
rum , poſſunt adhiberi duo probi , & idonei
uiri ad ſcribendum acta , quorum fides æ-
qui paratur fidei tabellionis. Sed conſtitu-
tio regni prouidit ſolum in unum caſum.ſ.
quòd magr̃ actorũ ſit notarius,& in hoc eſt
conformis cum iure cõi , & ultra non pro-
greditur corrigendo ius cõe de duobus ſcri-
ptoribus. Ergo ille ſecundus caſus, tanquam
obmiſſus per regni conſtitutionem debet
remanere in diſpoſitione iuris communis,
l. ſi cum dotem , in prin.ff.ſoluto matrim.
& l.commodiſſime , ff.de liber.& poſth.ut
euitetur legum correctio. Præterea, illa
conſt.non dicit , quòd ſiue poſſit haberi co
pia notariorum , ſiue non , ſemper magr̃ a-
ctorum debeat eſſe notarius creatus à re-
ge aliàs,acta non ualeant , merito debet de-
clarari & limitari per legem antiq̃ iuris cõis
ſcilicet , quod adhibeatur notarius creatus
a rege , ubi copia notarij haberi poteſt alias
ſufficiant duo ſcriptores priuati uiri ido-
nei, ut lex noua diſtinguatur per ueterem
leg.ſed , & poſter.ff.de leg.cum debeat læ
dere ius cõmune in minus , quam põt. Prœte
rea, ius cõmune in hoc fuit conforme cũ iu
regentium , ſecundum, ꝙ in ore duorum,uel
trium ſtat omne uerbium , cap.nouit.de iu.
l.ubi numerus. ff.de teſtibus. Vnde ſatis in
iuſta fuiſſet illa conſt.qñ in defectum no-
tarij uoluiſſet detrahere fidei duorum te-
ſtium,quos lex cõis in hoc adhibuit , ut ſcri
ptores, & teſtes,æquiparando eos fidei no
tarij , quia uideretur detrahere iurigen-
23 tium , †quod ſine cauſa princeps huius ſe
culi facere non poteſt, ut plenè tradit Fel.
c.quæ in eccleſ.colu.2.& colum 10.& ſeq.
de conſt. Ex quibus rationibus firmo hanc
concluſionem , quod diſpoſitio d.c.quo-
niam contra.non eſt hodie correcta in re-
gno , imo eſt in uiridi obſeruantia . Vnde
etiam hodie in defectum notarij poſſunt
adhiberi duo ſcriptores.

A D D I T I O.Adde quod iſti duo ui
ri , de quibus per do.Auctorem , debent eſ-
ſe idonei,& honeſti , & bonæ famæ , ſecun-
dum Hoſt.& Ioan. And. in d.c.quoniam
contra , & ibi plene per Pari.nu.153.debent
etiam iuramentum præſtare ſecundũ.Fel.ibi
poſt Bal & ibi Barb.& ibi Paris.& an omnes
debeant ſcribere , uel ſufficiat ſi unus ſcri-
bat,& alter ſubſcribat & concluditur, quod
unus debet ſcribere alter ſubſcribere ſe-
cundum Abb.& Pari.& omnes Docto.in d.
capitu, quoniam contra extra de probat.
Petrus.Follerius.V.I.D.

24 †Sed iuxta hoc cadit quotidianum dubiũ
in multis locis , terris , & ciuitatibus huius
regni , eſt quædam antiqua obſeruantia,
quod in curijs ſolet eſſe unus actorum
magiſter priuatus , & non notarius , qui tole
rante populo ſcribit acta iudicij , & coram
eo partes litigant ſine contradictione a-
liqua, quæro an acta ſcripta ab iſto faciant
publicam fidem , ſi forte altera pars uidens
ſuccumbere uult uenire ad hoc refugium
miſerorum, & allegare nullitatem actorum.
& proceſſus ? prout pluries hic caſus mi-
hi euerit in facto. Et certè nulli eſt dubium
quod ſcriptor talis nec de iure communi,cũ
ſit ſolus , nec per regni conſtõnem , habet
publicam fidem. unde eius acta non ualent,
ſolùm poſſet eſſe dubium , an ille cõis er-
ror pupilli , qui tenuit eum , ut actorum ma
giſtrum faciat ius,iuxta ea , quæ tradunt in
l.Barbarius ff.de præt. Super iſto caſu pro
deciſione pono hanc concluſionem nega-
tiuam ,quod talia acta non habeant publi-
cam fidem , quia iſte eſt caſus expreſſus con
tra conſtitutionem regni prædictam , quæ
uult , quod quando magiſter actorum
eſt unus debet eſſe notandus, & conſuetu-
do contraria non poſſet tollere illam con-
ſtitutiouem , quia in proœmio conſtitu-
tionum in fine , imperator tollit omnes
conſuetudines, etiam futuras, quæ facerent
contra illam conſt.ut not.ibi.gloſſ.& proba-
tur in alia conſt.quæ incipit , puritatem,
ubi mandat primo ſeruari conſtitutio-
nes regni , & in defectum earum tunc ſer-
uētur conſuetudines,unde dato, quod popu
lus per conſuetudinem introduxiſſet , quòd
priuatus ſcriptor poſſit eſſe actorum magi-
ſter,nõ tamē potuit derogare cõſtitutioni re
gni. Nec obſtat, qđ cõis error facit ius quia
in contrarium eſt ueritas in caſu iſto , ex
quo communis error non poteſt facere nota
rium eam , qui non eſt , unde acta facta
per talem notarium putatiuum , non ualent

ita



ita plene cõcludit Iaſ.in d.l. Barbarius,col.
12. ſuper illa q.an inſtrumenta geſta per no
tarium putatiuum ualeant, & concludit, ꝙ
non , & plures allegat. tanto fortius in caſu
iſto, ubi populus ſcit eum non eſſe notariũ,
unde ceſſat ille communis error , in titulo
notariatus : nam populus uellet tunc uendi-
care ſibi auctoritatem regiam,ſcilicet creã-
di tabelliones & publicas pſonas , quorum,
& quarum ſcripturis detur plena fides,quod
25 fieri non poteſt ubi per Iaſ. Iſtam conclu-
ſionem limito duobus modis. Primo niſi eſ-
ſet conſuetudo, cuius initij non eſſet memo
ria,quod ſemper in tali loco & ciuitate fue-
runt magiſtri actorum priuati , & non repe-
ritur memoria interruptionis huius conſue
tudinis , nam tunc ex quo talis conſuetudo
habet uim ſpecialis priuilegij principis,pu-
to quod talia acta facerent plenam fidem
ex præſumpto priuilegio principis , per ea,
quæ not. Abb.in c. ſuper quibuſdam.§.præ-
terea , de uerbo.ſignifi. Pro hoc eſt tex.in l.
hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.&
æſti.& tenet And.de Iſer.in cap. imperialē.
§.præterea ducatus.colum.penul. in prin.de
prohi.feu.alie.& per Fed.& in conſt.ſi dubi-
tatio. column.3. Nam per tantum tempus.
cuius initij non eſt memoria, &c.præſcribũ
tur omnia regalia , & principi reſeruata, ut
tenet idem And de Iſer.in conſt.quadrage-
nalem, col.1.& in c.1.uer. flumina nauiga-
bilia,col.2.quæ ſint regalia.

ADDITIO . Adde Alexan.ſic concluden
tem in conſi. 120.in pen. col.in lib.7.Petrus
Follerius. V. I. D.

26 † Secundo limito , quando duo litigaue-
runt coram iudice , ubi erat ſcriptor priua-
tus , & ambo produxerunt ſua iura coram
illo priuato actorum magiſtro , & fecerunt
pariformiter per illum ſcribi reciprocos a-
ctus in iudicio , nulla ipſarum partium di-
ſcrepante, nam ſi in fine cauſæ uellet altera
partium annullare proceſſum,tanquam ſcri-
ptum per nõ publicam perſonam,dico quod
non debet audiri, quia cenſetur dictum ſcri
ptorem, & eius fidem approbaſſe, patiendo
ab eo examinari ſuos teſtes, & alia ſua acta
ſcribi , unde non poteſt modo illius fidem
impugnare , & moueor per ea , quæ plene
cumulat Iaſo.in l.1.§. ædit.colum.3.& 4.ff.
de eden, & idem Iaſo. in l.1. in prin.colum-
27 na tertia. ff. quòd quiſque iur. † ubi plura
exempla ponit de eo, qui utitur aliqua ſcri-
ptura inhabili pro ſe, uel approbat aliquam
perſonam in aliquo officio , nam non po-
teſt alterius dictam ſcripturam , uel perſo
nam in eodem, uel ſimili officio, impugna
re,ubi multos Doct. allegat , & ad ibi alle-
gata me remitto . Nec poſſet obſtare,quod
priuati uellent creare tabellionem, quia di-
co, quod non citant, nec officium publicum
28 ſibi uendicant : † ſed ſolum dant fidei
uni uiro priuato, quod poteſt fieri per par-
tes.l.Theopompus. & ibi Barto. & Doct.ff.
de dot.præleg. & Barto.in leg. Lucius.ff. de
fideiuſ.ſicut dicimus etiam in arbitro ele-
cto per partes , cui per compromiſſum da-
tur fides, ut ſtetur dicto ipſius . Eodem mo-
do poſſunt partes eligere unum ſcripto-
rem , cuius ſcriptis habeant dare plenam
fidem in earum præiudicium , cum nihil
repugnet , nec in aliquo lædatur hic pu-
blica utilitas , imò in hoc caſu ſuggerit æ-
quitas illius edicti , quod quiſque iuris ,
&c.

A D D I T I O . Adde quòd conſenſus
partium facit,ut credatur copiæ cui alias nõ
crederetur ſecundum Doc.in auth.ſi quis in
aliquo,C.de eden. Item facit ualidare proba
tiones , uel atteſtationes inualidas , ſecun-
dum Inn.in c.cũ cauſam, in vlt.col.in prin.
in gl.ſua in uerbo præſumptionem. de teſt.
per Bald. in l.fin.C.de teſ.& Bar.in l.1.§.1.
ff.de ſe.fug.Abb. in cap.conſt.in fin de teſt.
Pet. Foll. V. I. D.

Nam eo ipſo , quod ego produco iura
mea coram tali ſcriptore , & facio per eum
examinari meos teſtes, & ſcribi omnia acta
mea in proceſſu, uideor habere hanc inten-
tionem , ut illa acta mea faciant publicam
fidem, & proſint mihi ad uictoriam obtinē-
dam contra aduerſarium meum , unde non
poſſum poſtea impugnare proceſſum, quem
ſemel approbaui , quia debeo pati , quòd
ſimiliter acta aduerſarij mei per eundem
ſcriptorem recepta , faciant fidem contra
me, propter æquitatem dicti edicti, per ea
quæ no. Iaſo. in d.leg.1.& in d.§. æditio-
29 nes. † Sexto requiritur, quod acta redu-
cantur in ſcriptis , niſi cauſæ eſſent breuio-
res , quia tunc non requiritur ſcriptura per
auth. niſi breuiores. & ibi Bart.C. de ſent.
ex breui.reci. ita tenet. Abb. in d.cap. quo-
niam contra in 3. notab. per illum text. &

ibi etiam Fel. de proba. & declarat Ant. de
But.in cap.cum ad ſedem.de reſt.ſpol.
30 † Et ſuper hoc poteſt cadere illud dubium,
an acta iudicij poſſint probari per teſtes, &
ſic aliter,quam per ſcripturam. Nam ſecun
b dum *b* communem concluſionem,acta cu-
riæ non requirunt teſtes, quia ſine teſtibus
habent publicam fidem. Bar.in l.emancipa-
tione.C.de fide inſt. & Bal.in l geſta uerſ.q̃-
31 ro,nunquid acta, &c.C.de re iud. † Quod
tamen notabiliter intellige, de actis factis,
coram iudice, ſecus, ſi fiant coram arbitro,
quia non ualent ſine teſtibus, etiam ſi per
notarium ſcribantur. ita tenet Alex in con-
ſil.13. in 4.colū.in 1.uol & conſil.19.col.3.
in 4.uol.Quod nota perpetuo, quia poterit
annullare multos proceſſus arbitrorum,quia
nunquam uel raro aduertunt in adhibendo
teſtes in eorum actis, unde ad q. incidenter
moram,dico, quòd acta poſſunt probari per
teſtes dummodo deponant de tenore ipſo-
rum,tex.eſt in l.quoniam.C.de heret.& Bal.
in l.ne in arbitris,col.2. uerſ.uenio ad uerſ.
ſi autem,&c. C.de arb. quod tamen intelli-
ge, quando acta requirentia ſcripturam fue
runt celebrata in ſcriptis, & ſunt deperdita.
tunc enim poſſunt probari per teſtes,ſecus,ſi
nunquam fuerunt ſcripta, quia ex quo ualēt
non oportet ea probari per teſtes. Sed ſi ſunt
talia acta, quæ de neceſſitate non requirunt
ſcripturam, poſſunt indiſtinctè probari per
teſtes.ita dec. Bal. in d.l.emancip. & Lanfr.
in d.c.quoniam contra.col.3.& habetur per
Cano in c.Albe.de teſtibus.

ADDITIO. Adde ꝙ contrarium ſer
uatur in actis factis coram arbitris electis,
ſecundum formam Regiæ prag. inter con-
iunctos: ut etiam dicit Alex. in d.conſi. 13.
& contrarium uidi ſeruari in quibuslibet
32 arbitris. † Ad unum tamen aduertas, quod
cum ubi de generali conſuetudine, ſolet ad-
hiberi teſtes in lectura ſententiæ, licet alias
non requirantur teſtes in actis, tamē in diſ-
finitiuis ſententijs, poſtquam ex conſuetu-
dine ſolent adhiberi,& conſuetudo eſt opti-
ma legum interpres,l. ſi de interpretatione.
ff.de leg debent omnino adhiberi, alias non
ualerent:ſm gl.& Ioan.de Imo.in c.qm̄ cō-
tra de prob. & ibi refert & ſequitur Lanfra.
nu.19.in uerbo probationes, & de actis co-
ram arbitrio uide dom. Bapt. de ſan. Bla. in
trac. de arb.nu.23.ubi plenè. Pe. Fol.V.I.D.

33 † Septimo requiritur, quod acta ſint in
iudicio publicata: nam ante publicationem
non habent publicam fidem, l.geſta.C.de re
iud.& Bald.in l.pub.in 5.C.de teſt.
34 † Et dicit Bald.in l.in bonæ fidei, colum.3.
uerſ.item quæritur. C. de reb. cred. quod
etiam ſemiplenè non probant atteſtationes
35 non publicatæ. † Acta enim non publica-
ta, ſunt ad inſtar imbreuiaturæ notari non
ſolemnis,ut not.glo,& Barto. in l.fideicom-
miſſa.§.1.ff.de leg.3.& hoc requiſitum poſ-
ſet referri ſolùm ad atteſtationes. Verum
magis communis concluſio eſt in contra-
rium, ſcilicet, quòd coram eodem iudice,
uel ſurrogato in eius locum acta faciunt fi-
dem, etiam ſine pulicatione, quia alias, ſe-
queretur,quòd nō ualeret ſenteutia lata ob-
miſſa publicatione, cuius contrarium tenet
Bart.in l.prolatam.C.de ſenten.& hoc tenet
Abb.in cap.cauſam quæ.columu.2. de teſti-
bus,ubi optimè declarat hanc materiam,&
ibi etiam Franc.de Aretin. in 1.& 2.col.
36 † Octauo requiritur, quod acta ſcribantur,
& recipiantur in die non feriato, alias non
ualent, maxime ſi eſt dies feriatas ad hono-
rem Dei,l.ſi.C.de fer.& c.ſi.de fer.ſunt tamē
multi actus, qui poſſunt celebrari die feria-
to, qui ſignantur pro fallentijs ad hanc re-
37 gulam. † Et primo limita, non procedere
in porrectione libelli, quia poteſt offerri, &
recipi in die feriato etiam ad honorē Dei,
l.miles.§.ſexaginta.ff. de adul. & idem in li-
bello appellat.l.1.& ibi Bald.C.de fer.& no.
Barto. in l.1.ff. ſi quis in ius uoc. non ie. Et
uide,quæ dixi ſupra in capit.1. de lib.oblat.
in hac 6. parte. ubi tractaui plene de uerita-
38 te huius dicti. † ſecundo limita, in execu-
tione facienda contra latronem inſignem,
quia poteſt mitti ad furcas, etiam in die fe-
riato.l. prouinciarum & ibi Barto. & Bald.
39 C.de fer. † Tertio limita,in omnibus actis
uoluntariæ iuriſdictionis, quia poſſunt exer
ceri die feriato prout eſt emancipare. ado-
ptare,tutores dare, & inſtrumenta ac teſta-
menta conficere, & alia ſimilia. ita tenet
Specu.in titu.de fer.§. ſequitur, uerſ.quid ſi
in ferijs,&c.& uerſ.porro,& Abb.in capitu.
conqueſtus, column. 5. de fer.& eſt text. in
40 l.actus.C.de fer. † Quarto limita, non pro-
cedere in examinatione teſtium, quia poſ-
ſunt examinari in die feriato ad honorem
Dei, dummodo iurauerint in die non fe-





riato,glo. eſt in cle. 1. de off.deleg & eſt ri-
tus magnæ curiæ in nume. 47. incip. item.
quòd ſi detur, &c. & dixi ſupra, in uerſ. te-
ſtium productio. & tenet Specu. in titu. de
fer.§.ſequitur, uerſicu. quod ſi tunc teſtis,
41 &c.† Quinto limita, in omnibus actis pijs,
& requirentibus celeritatem de quibus, in
42 l,1.& 2.ff.de fer.† An autem decretum in
alienatione rerum minoris, poſſit interpo-
ni die feriata? dic quòd non, ſecundum
43 Spec. in d.§.ſequitur, in fi. † Sexto limita
c *c* in captura debitoris ſupecti de fuga qui
poteſt capi, etiam in die feriato ad hono-
rem Dei glo eſt ſingularis in l.fin.C.de fer.
& Alber. & communiter Docto.in l.ſi feria-
tis.ff.de feri.& Bald.in capitu. fin. extra de
fer.& Iaſo.in l.2.colum.6 in prin.ff.de iur.
44 om.iu. † Septimo limita,in cōfeſſione par
tis, quia poteſt recidi in iudicio etiam in
die feriato,ſecundum Bald.in marg.in uer-
bo,feriæ.uerſ.ult.& Inno.in capitu.ultra 3.
45 de teſtibus.† Octauo limita,quando iuriſ-
dictio iudicis eſſet tempore peritura quia
tunc poteſt procedere tempore feriato ad
honorem Dei,& hominum, ſecundū Abb.
in capitu. fin. colum. fin. de iu. & Specu.in
46 titu.de fer.§.ſequitur.uerſ.pen, † Nono li-
mita, in curia principis, quia in ea procedi
poteſt die feriato,ut tenet Spe.in tit.de fer.
47 §.1.uer.eſt autem.† Decimo limita,in ſen
tentia excommunicationis, quæ poteſt fer-
ri die feriato, ſecundum Spec. in tit.de fer.
§.ſequitur,uerſ.porro ea,& Fed.de ſen.con-
48 ſil. 11. † Vndecimo limita, in cauſis carce-
ratorum,quia in eis procedi poteſt die feria
to,l.diuus, & ibi Alexan. & Doct.ff.de fer.
& habetur in l.cuſtodias.ff.de publ.iud.
49 †Duodecimo generaliter limita,hodie ĩ re
gno,quo ad ferias meſſium, & uindemiarū
quia omnes actus iudiciarij poſſunt in tali
bus ferijs expediri. ex quo in regno de con-
ſuetudine ſunt ſublatæ, & non ſeruantur,
gl.eſt in conſtit.regni,quæ incipit, baiūlos
50 omnes.† Nono principaliter requiritur, ꝙ
acta fiant de die,& non de nocte, c. conſul-
uit,& ibi glo.& Abb.in fi.col.de off. deleg.
& præſertim ſententia non poteſt ferri de
nocte, ut not. Doc.in l.non minorem.C.de
tranſ.Quid autem ſi extaret conſuetudo cō
traria, in quibus caſibus valeant acta de no-
cte? uide Iaſ. in d.l.non minorem,& Fel. in
51 d.c.conſuluit,col.antepen.† Decimo prin-
cipaliter requiritur pro ualidatione actorū
ꝙ in eis ſingulis inferatur locus,dies, & mē
ſis,& annus, in quo celebrantur, tex. eſt in
c.quoniam contra,& ibi in glo.uer. tempo-
ra,de prob.& habetur in c.Abbate ſanè, cir
52 ca ſi de re.iud.lib.6.† Sed iuxta hoc poſſet
cadere dubium,quid ſi ſunt facta acta alicu
ius proceſſus, & poſtea perditur proceſſus,
adeo quod eſt neceſſe facere acta de nouo
deinde celebratis nouis actis reperitur pri-
mus proceſſus,cui eſt danda ſides, an creda-
tur primis, uel ſecuudis actis? dic,ꝙ ſi non
dum eſt lata ſententia ſuper ſecundo pro-
ceſſu,creditur primo tantum,& non ſecun-
do,& ſecundum prima acta debet ferri ſen-
tētia, Secus ſi eſſet ſententiatum ſuper ſecū
dis actis, antequam eſſent inuenta prima,
ita tenet And. de Iſer. in conſt. cordi nobis.
VENIO Ad 3. quæſtionem principalem
53 ſcilicet † qualiter ſunt edenda acta, ſuper
qua firmo non nullas concluſiones ueras &
communes.Et prima cōcluſio generalis eſt,
d ꝙ *d* omnia acta iudicialia, ſiue cauſæ ciui
lis,ſiue criminalis, debent edi litigantibus
petentibus.l.2.cum ſua materia, C. de edē.
in tm̄, ꝙ ſi non edantur, poteſt appellari,l.
2.C.ut lite.pen.& ca.perpetuus,de fide inſt.
Probatur ēt in l 2.§.dēda.ff.de eden.ea præ
ſertim ratione attenta, quia actus iudicia-
rius eo ipſo,ꝙ factus eſt, cenſetur cōmunis
alteri parti,& ideo pōt petere copiā, ut ſu-
pra dixi,& hr̄ in d.§.edenda. & §. editiones
& ibi nota.eod.tit.Item is,qui iudice man-
dante non uult. acta edere, præſumitur in
dolo,ſm Alex in l.ubi.ff. de eden. pro hoc
eſt tex. in l. non poteſt dolo. ff.de regu.iur.
54 † Poteſt etiam aſſignari ratio quia editio
actorum,eſt ſpecies defenſionis. Patet, quia
fit ad effectum, ut petens poſſit deliberare,
ſi uelit cedere an contendere.l.1.in prin.ff.
de eden.& auth.offeratur.C. de li.tis cōteſt.
Item fit ad effectum ueritatis inueſtigan-
dæ,vt dicit tex in d l.is apud quem,nam ha
bita copia facilius poteſt quis reſpondere
confitendo,uel obijciendo, & ſic merita cau
ſarum partium aſſertione panduntur. l. fin.
C.ſi per uim uel alio modo, unde iudex po-
terit de ueritate cauſæ facilius iudicare, &
ipſam ueritatem inquirere uiſis allegatio
55 nibus utriuſque partis. † Limita hanc con-
cluſionem, dum modo talis editio fiat iudi-
ce mandante, alias ſine mandato iudicis

non tenetur notarius actorum edere acta, ſm Bal. in d.l. is, apud quem. col. 1. in prin. per illum tex. in uer. iubebit ubi etiam Pau.
56 de Caſt. C. de ed. † Secundo limita, non procedere in atteſtationibus teſtium, quæ ante publicationẽ edi non debent parti, ſed debent eſſe ſecretę penes iudicem, & actorum notarium, timore ſubornationis, glo. eſt in d.l. is apud quem. per illum tex. ſm quintam l. C. de ed. & ibi Bal. hoc expreſsè tenet in 2. col. uerſ. uenio ad quintam, &c. per §. quia
57 uero in auth. de teſti. † Tertio limita, in interrogatorijs teſtium quæ licet ſint de actis non tamen debent edi alteri parti ad euitandum ſubornationem teſtium, ut no. Abb. & Doct. in c. per tuas, de teſti. & Alex. in d.l.
58 is apud quem. † Quarto limita, in allegationibus iuris, quæ licet ſint in actis productæ, tamen non debent edi alteri parti, ex quo fiunt ad meram inſtructionem iudicis, ita tenet Inno. in d.c. per tuas, de teſti. & Alex. in auth. iubemus, C. de iud. contrarium tamen tenuit Iaſ. in d.l. is apud quem. col. 2. & in d.l. 1. §. edita. ff. de eden. & rõ eſt ſm eũ, quia poſtquam allegationes ſunt regiſtratæ in actis, ſunt effectæ communes, unde debent edi, ſicut alia communia, ſed Mat. de Affl. Doc Neap. in conſt. ſi dam. col. 12. tenet primam partem, ſcilicet, ꝙ non datur copia allegationum, & dicit qđ hoc iure utimur. Ego puto eſſe diſtinguendum. Aut is qui producit allegationes, facit ſcribi in eis pręſentatam, & facit illa regiſtrari in actis, & tunc teneo opi. Iaſ. ꝙ edi debent, per d. §. edenda. Aut non præſentat illas in modum actorum in proceſſu, ſed dat illas in manica iudicis, ad meram iudicis inſtructionem & non uult, ꝙ ſint de actis & tunc procedat alia opi. ſ. ꝙ non edantur, & quotidie uideo ſeruari in practica, quia tunc pars non põt petere copiam ex quo non ſunt effectæ communes, cum ſint productę extra proceſſum unde finita cauſa, poteſt producens illas ſibi reaccipere, quia de neceſſitate non debet in proceſſu remanere, cũ nõ ſint de pceſſu.
59 † Quinto limita, dummodo efferatur ſalarium actorum magiſtro, alias ſine mercede non tenetur edere acta text. in l. argẽtarius in prin. & ibi cõmuniter Doct. ff. de eden.
60 † Sexto limita, in e nominibus teſtium, in
e iudicio productorum, & examinandorum quia ante eorum publicationem nõ tenetur pars, quæ uult aliquos teſtes examinare, edere nomina eorum alteri parti ne ſubducantur, uel ſubornentur, ſed ſoli iudici nominare tenetur, ita tenet Spec. in ti. de teſte. §. qualiter, uer. poſt hoc & Alexan. in l. 1. §.
61 edic. col. pen. ff. de eden. † Secunda principalis concluſio in hac q. eſt, ꝙ acta publica iudicij debent edi indiſtinctè cuicunque ſuum intereſſe prætendenti, etiam ſi ad eius inſtantiam, nõ ſunt iſta acta celebrata, licet ſecus ſi in inſtrumento, ita tenet Alex. in d.l. is apud quem. C. de eden. & Bar. & Mod. in l. 1. §. editiones. ff. de ed. & Ang. in §. præcepta
62 in auth. de def. ciui. † Tertia concluſio eſt, quod acta debent edi ſumptibus petentis regulariter, ſecundum Car. in cl. cauſam, in 22. q. de cl. & per Doct. in d.l. is apud quem.
63 † Fallit in copia libelli primi, quæ debet dari ſumptibus actoris, ut eſt gl. in l. 2. in uer. oblatos, de app. & Card. in cl ſæpe. in princ. in 17. q. de uer. ſig. & eſt regia prag. quæ in
64 cipit, comparente. † Quarta concluſio eſt quod acta originalia nullo modo debent edi parti, nec iudici appellationis, ſed tantũ copia actorum edenda eſt, & ibi per omnes Docto. in capitu. quoniam contra. de prob. & glo. Barto. & Docto. in l eos. §. ſuper his. C. de ap. & habetur in regia pragm. quæ incipit concluſionem, ubi imponitur pœna falſi notario edenti originalem proceſſum.
65 † Quinta concluſio eſt, quod acta debẽt edi cum die & conſule, loco, & tempore, ut d. capitu. quoniam contra. & ibi glo. in uerſi. tempora, & ibi communiter Docto. ponun. & no. Bal. & Docto. in l. 2. C. de eden. & Alexan. in l. 1. §. edi. colum. 2. ff. de eden. De practica autem, qualiter ſit facienda iſta editio per notarium uide Spec. in tit. de inſt. edi. §. poſt quam. in fi. uerſ. poſtremo, & de multis alijs in materia editionis uide plene per Fely. in cap. 1. de proba. & per Bal. & Mod. in d.l. is apud quem. C. de eden. ubi eſt pro-
66 pria materia. † Sexta concluſio eſt, quod acta debent edi toties quoties quis petit ſibi edi etiam millies, ſiue amiſerit prima acta edita ſiue non. Et in hoc differt iſta editio ab editione inſtrumenti, quę non, ſit niſi probetur amiſſio. ita tenet Pau. de Caſt. in lege ueluti. §. hæc uox. & ibi communiter Docto. ff. de eden. & Ale. in l. 2. C. eo. titu. illud autẽ quod dixi de editione inſtrumenti, intelligas, quando inſtrumentum continet

tale



tale quod dependet ex uoluntate duorum, ſecus ſi dependet ex uoluntate unius, ſcilicet ex petentis ęditionem, quia millies poteſt peti, ut edatur, ſiue ſit amiſſum, ſiue nõ & ſine aliqua auctoritate iudicis, ita tenet Spec. in titu. de inſtru. edi. §. poſtquam. uerſic. 1. & uerſ. ſed nunquid. Bald. in l. ne caſu, C. de diſcuſ. lib. 10. & Alexan. & Doct. in d. §. hæc uox. & Iaſ. in l ſi quis. §. prætor ait. in 5. no. ff. de eden. per hoc eſt text. in l. unum. ff. de teſt. & in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 4. & l. fina. ff. de his quæ in teſt. delent. Rober. Marant. V. I. D.

ADDITIONES.

a Parte præſente. Marſil. ſing. 81. Caſſado. deciſ. 1. nu. 1. de except. Pedemontan. deciſ. 1. nu. 46. uerſ. poterit.

b Communem. De hac communi uideas Viui. in tract. com. opin. in prima par. opi. 345. teſtes non requiruntur.

c In captura. Supra. in 16. diſtinc. in uer. ualidum, uel inualidum 4. par. prin. nu. 92.

d Omnia acta. Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 5. acta omnia, Bello. lib. 2. ſupput. iur. cap. 12.

e Nominibus teſtium. Pro hac opin. Pyrrhus Alfanus in l. 1. nu. 44. C. de eden. contra per Veſtri. in praxi Rom. Cur. lib. 6. cap. 2. num. 18. Rom. ſing. 266. Ludouicus Alſerius.

## De proceſſus publicatione.

1 *Publicatio proceſſus, quare & qualiter fiat & qui ſit effectus eius, & an ſit de ordine iudicij.*
2 *Decretum primum, præambulum eſt ad ſecũdum.*
3 *Publicatio proceſſus fit iſpo iure in regno, eo ipſo quod labitur terminus probatorius.*
4 *Publicatio obmiſſa, uel facta die feriato non uitiat proceſſum.*
5 *Publicatio facta de uoluntate partium, non ualidat depoſitiones teſtium non rite examinatorum.*
6 *Delegatus, cui cõmiſſa eſt teſtium receptio, nõ poteſt illorum atteſtationes publicare.*
7 *Publicatio non requiritur, quando teſtes utraque parte preſente ſunt examinati, ſed ſolũ quando in ſecreto.*
8 *Publicatio ſolum poteſt fieri in atteſtationibus unius partis, quando citius expedita fuerunt, & poſtea alterius.*

VNdecimus actus, qui ſucceſſiuè emer-
1 git in iudicio eſt † publicatio proceſſus, nam elapſo termino probatorio ſiue ſint productæ probationes, ſiue non, poteſt altera partium inſtare, ut fiat publicatio in cauſa, & fit ad effectum, ut partes poſſint recipere copiam examinis teſtium ex tunc in antea. Item fit ut ſeruetur ordo iudicij, quia publicatio eſt de ordine, ſecũdum Bar. in l. prolatam. C. de ſent. Item per eam datur maius robur atteſtationis, ut habetur in l. geſta, & ibi per Bald. & Docto. C. de re iud. & per Can. in capit. cauſam quæ. de teſtibus, & Barto. in l ſolam. C. de teſt. eſt enim ordo præambulus ad concluſionem in
2 cauſa, quæ poſtea ſequitur. † ſicut dicimus de primo decreto, quod eſt præambulum ad ſecundum, ut tradunt Mod. in l. iubere. cauere. ff. de iuriſc. omn. iud. & Barto. in l. ſi finita, §. Iulian. ff. de dam. inſect. Fit autem iſta publicatio partibus præſentibus, uel altera parte citata, & contumace, alias non ualet ex quo pars per eam poteſt lædi per regulam l. de unoquoque. ff. de re iud. Notarius ergo actorum de mandato iudicis ſcribit in proceſſu, die tali, &c. facta eſt publicatio in præſenti cauſa, ſeu proceſſu, præſentibus partibus, uel altera parte abſente citata tamen, ac relata, &c. ita hæc omnia declarat Bald. d.l. geſta. colum. 2. uerſ. quæro qualiter, &c. & ex tunc cenſetur præcluſa uia producendorum teſtium, niſi in caſibus, quos ponit Barto. in auth. at qui ſemel. C. de prob. & Abb. & docto. in capitul.
3 fraternitatis, de teſt. † Hodie autem in regno fit publicatio ipſo iure eo ipſo, quòd labitur terminus probatorius ſiue ſint teſtes examinati, ſiue non, niſi pars infra quatuor dies poſt lapſum termini probauerit aliquod iuſtum impedimentum, quia debet allegare, quòd publicatio habetur pro non facta, ob tale impedimentum, &c. De hoc eſt regia prag. quæ incipit curſu dilationũ, in prin. unde lapſo termino non oportet petere publicationem fieri, ſed inſtare, ut
4 declaret ipſam eſſe factam ipſo iure. † An autem poſſit obmitti iſta publicatio, & ſi procedatur ad ulteriora, ea non facta, an ualeat proceſſus? Communis concluſio eſt, quòd ſic, ita plene tenent Abb. & Felin. in capitu. cum I. & A. de re iud. & Bar. in l. prolatum. C. de ſent. & Petr. Phil. Cor. in conſ. 102.

102.colum.fi.in litera R.in 1. uol. Plus etiã
dicit Per.Phil. Cor. ibid. quòd etiam ſi pu-
blicatio fit in die feriato, non per hoc uitia-
tur proceſſus tanto magis hodie in regno
per iura municipalia ſæpius allegata, ſunt
ſublata omnia ſubſtantialia iudiciorum iu-
ris poſitiui, & ſic poteſt ſine dubio obmitti
publicatio, imo nunquam poteſt dici ob-
miſſa, ex quo ſemper tacitè fit ipſo iure per
5 d. prag. † Quid autem, ſi teſtes in proceſſu
fuerunt non rite recepti, deinde ſunt publi-
a cati *a* de conſenſu utriuſque partis, an per
hoc ualidetur eorum depoſitio? dic quòd
non, ita tenet Bald. in authen. ſi quis in ali-
quo, colum. 1. uerſicul. iuxta primam ratio-
nem, &c. C. de eden. & tenet Inn. in c. ſignifi
cauit, &c. cum cauſam de teſt, quod nota,
quia prima facie quilibet diceret contra-
rium, ſicut dicimus in exemplo publicato
de communi conſenſu, & facit fidem, ſecun-
dum Bald. ibid. ſed in teſtibus eſt con-
6 trarium. † Sed quæritur, pone quòd iudex
commiſit, ſeu delegauit alicui teſtium rece-
ptionem, & examinationem, an ipſe idem
obligatus poſſit eos publicare? dic quòd nõ,
ſed debet examen clauſum remittere ad de-
legantem, & coram ipſo delegante fiet pu-
blicatio, ſecundum Bart. in l. cum ab initio
7 circa. fi. ff. quemad. teſt. appe. † Requiritur
autem iſta publicatio, quando teſtes ſunt
recepti in ſecreto ſecus, ſi utraque parte pręſente,
prout ſolent quandoque iudices ſum-
matim cognoſcendo, tunc non requiritur
alia publicatio, ſecundum Bald. in authen.
ſi quis in aliquo, colum. 3. in fin. uerſicu ſed
aduerte, &c. C. de eden. Reliqua de materia
publicationis teſtium, uide per Spec. in tit.
de teſte. §. ſatis utiliter, per totum.

8 † Quid autem, ſi citius ſint expeditę exa-
minationes teſtium unius partis, quam al-
terius, an poſſit peti fieri publicationẽ quo
ad illas tãtum, & poſtea completis alijs fiat
iterum alia publicatio in alijs? dic quod
ſic, de hoc eſt ritus magnæ curiæ in nume-
ro 190. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd
ſi examinationes, &c. licet in fine illius ri-
tus dicatur, quòd iſta non ſunt in uſu Rob,
Marant. Ven. V. I. D.

ADDITIONES.

a De conſenſu. De conſenſu uerò partium,
atteſtationes ipſorum licet inualidæ poſ-
ſunt conualidari. Duen. lib. 1. reg. utr. iur,
reg. 23. Ludouicus Alſerius,

## De incidenti criminali, contra aduerſarium quid falſo producentem.

1 *Criminale incidens utrum, & qualiter poſſit exerceri in iudicio ciuili. Quod reducitur ad practicam prout in num. 3.*
2 *Teſtis punitur de falſo a iudice, coram quo falſum depoſuit.*
3 *Clericus falſum deponens coram iudice laico non poteſt per eum puniri.*
4 *Clericus etiã de mãdato ſui epiſcopi nõ poteſt puniri neque torqueri per iudicem laicum.*
5 *Laicus examinatus qui coram iudice eccleſiaſtico falſum depoſuit, per iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem puniri poteſt.*

DVodecimus actus, q̃ ſucceſſiuè emer-
1 git in iudicijs eſt. † quia plerunque
facta publicatione, & recepta copia
proceſſus, altera partium aduertit in proceſ-
ſu eſſe aliquam falſitatem in teſtibus uel ſcri
pturis, & uult aduerſarium accuſare de fal-
ſo utrum, & qualiter poſſit iſtud iudicium
criminale exerceri in iudicio ciuili, uidea-
mus, & certe iſta accuſatio põt obijci, lite
pendente, ut habetur in l. nullum. C. de teſt.
& per Abb. & Io. de Ana. in cap. 1. de fal. &
Bald. & Doct. in l. fin. C. de fide inſtru. & eſt
ritus magnæ curiæ in numero 195. incip.
item ſeruat dicta curia non concedere, &c.
a Verum, ſi quæris an faciat *a* ſuperſederi in
cauſa principaliter intentata. dic, ſi quæſtio
falſi mouetur. contra teſtes, proceditur in-
terim in cauſa, ſecus ſi mouetur contra
principalem, qui teſtes, uel ſcripturam fal-
ſam produxit. ita tenet Bald. in d. l. fin. cir-
ca fin. & Bald. in l. ſi quis teſtibus, colum. 2.
in fin. uerſic. quæro. poſitio, &c. C. de teſt. de
qua materia uide aliqua per Mat. de Affli.
in conſt. ſi ciuiliter agens, colum. pen. & fin.
ubi allegat quandam nouellam conſt. regis
2 Cathol. † Et poteſt tunc teſtis falſus *b* puni-
b ri per iudicem, coram quo depoſuit, etiam
ſi alias eſſet ſuus in competens iudex, quia
ratione ſuæ falſæ depoſitionis efficitur de
eius foro, ut l. nullum, & ibi Bald. & Sal. &
3 habetur in d. c. 1. de cri. fal. † Et hoc autem
inole-



inoleuit practica, quod facta publicatione
in cauſa, pars quæ uult aduerſarium accu-
ſare de falſo, ſolet ipſum interrogari face-
re, ſi vult vti teſtibus, & ſcriptura per eum
productis, & ille dicit, quod ſic, poteſt tunc
accuſare, & falſitatem probare, qua proba-
ta punitur ad amiſſionem cauſæ, & eſt re-
gia prag. quæ incipit, teſtem falſum, ultra
quam pœnam punitur etiam pœna falſi,
ut ibi dicitur, & probatur etiam in l. in frau
dem. §. quoties. ff. de iure fiſci. Dicta autem
interrogatio fit ad effectum, ut ſi aduerſa-
rius dicit ſe uelle vti, non poſſit poſtea re-
nunciare teſtibus infra octo dies poſt pu-
blicationem, & euitare pœnam, vt dicitur
in d. pragm. & de hac materia qualiter de-
beat fieri reſponſio ad iſtam interrogatio-
nem, uidelicet, ſimpliciter uel conditiona-
re tractaui in deciſ. 189. conſi Neap. & dixi
de inſtrumenti productione, ſupra in octa-
uo actu. uerſicu. quid autem, ſi producatur
4 inſtrumentum falſum, &c. † Sed quid ſi fuit
c productus *c* clericus in teſtem coram iu-
dice laico, & falſum deponit, ante poſſit pu
niri per iudicem laicum? Bal. in d l. nullum.
tenet quòd ſic. Sed magis communis opin.
eſt in contrarium per capit. ſi diligenti de
foro compet. nam ſi clericus deliquit coram
iudice eccleſiaſtico non ſuo, uerum eſt, q̃d
poteſt per eum puniri ſecus per ſecularem.
ita tenet Inno. Ioan, And. & Ant. de Butr. in
c. uerum. de foro compet. & Ioan. de Ana.
in d. c 1. de cri. fal. & habetur in deciſ. 230.
5 conſil. Neap. † Iudex enim ſecularis non po
teſt imponere manum in clericum, cauſa
puniendi, etiam de mandato ſui epiſcopi
adeo quod etiam ſi epiſcopus mandaret
iudici laico, quod clericum torqueret, uel
verberaret, non poſſet hoc facere, ſed cape
re tantum poteſt ex ſuo mandato, ſcilicet
epiſcopi, & remittere eum epiſcopo. Ita te-
net Ioan. de Ana. in cap. 2. col. 2. in fi. de cri.
fal. & Petr. de Anch. in cap. uniuerſitatis. in
6 fin. de ſent. excom. † Quid autem econtra?
pone, quod laicus fuit examinatus coram
iudice eccleſiaſtico, & falſum depoſuit, an
poſſit puniri per iudicem eccleſiaſticum, &
ſecularem? dic, quod poteſt per utrunque
iudicem puniri, & habet locum præuen-
tio, ſi is, coram quo prius accuſatur, pro-
cedit contra eum. ita habetur in deciſ. 219.
conſ. Neap. ubi plures allegantur, Et etiam
plus dicitur, quod dato quod laicus proce-
dat cõtra talem teſtem, & punit eum, poteſt
nihilominus etiam iudex eccleſiaſticus pro-
cedere, & punire eum pęna eccleſiaſtica per
ea, quæ habentur in c. felicis. de pœnis. lib.
ſexto, & in alijs locis ibi allegatis. Rob.
Mar. Venu. V. I. D.

ADDITIONES.

1 Superſederi. Vide Rolan. à Valle conſi. 13.
per totum lib. 2. Plot. & Grauet. in conſil.
37. & 74. in 2. Thom. conſil. crim. diuerſ. do
cto. Capic. deciſ. 25. Afflict. deci. 133. & 229.
Declara ut ſupra in 20. diſtin. 4. par. prin. nu
mero 50.
b Puniri. Soci. reg. 428. Abb. & Dec. in c. præ
terea, de offic. deleg. Couar. pract. qq. ca. 19.
numero 8. uſque ad fin. Afflict. deciſ. 219. in.
foro Archiepiſcopi Alferi. diſputat. prima
in ſecunda par. num. 201.
c Clericus. Capic. deciſ. 5. num. 13. Soci reg.
428. teſtis. latè Viui. de communi opin. in
ſecunda par. opin. 47. clericus productus.
Ludouicus Alferius.

## De teſtium repulſa, Et quę, quotve ſint ad eorum uſum neceſſaria. Et quibus illa contingat.

1 *Repulſa teſtium qualiter, & quando petatur & quis terminus detur ad eam, & quid de repulſa.*
2 *Repulſa teſtium, fit contra perſonas uel contradicta, & ut concedatur altero de tribus requiſitis, maxime proteſtatio.*
3 *Repulſa contra teſtes, debet crimina in ſpecie continere, nec ſufficit probare in genere quod quis ſit criminoſus.*
4 *Teſtis deponens in fauorem partis aduerſę, non facit fidem, quando fuit contra eum proteſtata cauſa ipſum repulſandi.*
5 *Repulſam petens, & non probans ſaltem ſemi plene, punitur ad 10. tarenos. Idem ſi producit articulos impertinentes.*
6 *Teſtes debent citari, & etiam examinari infra terminum datum ad repulſam, & eo lapſo non admittuntur.*
7 *Repulſa teſtium, dicitur odioſa.*
8 *Repulſa teſtium, an poſſit ſimul fieri in primis capitulis cauſę principalis.*
9 *Repulſa non fit contra ſcripturas ſed ſolum contra teſtes.*

10 *Produ-*

10 *Producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare: etiam in alia cauſa.*
11 *Producens teſtem poteſt illum, repulſare ſi ſuperuenirent cauſa.*
12 *Producens teſtem poteſt illum, quo ad eius dicta repulſare.*
13 *Repulſa an, & quando admittatur in cauſa appellationis.*
14 *Repulſa an admittatur in cauſa attentatorũ*
15 *Repulſam opponens, & non probans contra teſtes, an teneatur iniuriarum.*
16 *Repulſa non permittitur in teſtibus per producentem approbatis,*
17 *Repulſa nõ cõceditur in crimine læſæ maieſt.*
18 *Repulſa non admittitur in cauſa blaſphemiæ Dei.*
19 *Repulſa in cauſis ſummarijs ubi ſemiplene probationes ſufficiunt admittitur.*

TErtius decimus actus, qui ſucceſſiuè
emergit in iudicio eſt repulſa teſtium.
1 † Nam facta publicatione proceſſus,
ſi aliqua partium habet teſtes contrarios,
qui ualde urgent contra eam, poteſt in iudi
cio petere terminum ad repulſam, qui ter-
minus conceditur per iudicem, & eſt medie
tas primi termini probatorij, ut deciditur
per regiam prag. curſu dilationum, & peti-
tur iſte terminus immediate poſt lapſos o-
cto dies, conceſſos per dictam prag. ad per
cunctandum proceſſum, quo termino dato
ad repulſam elapſo, ipſo iure cenſetur publi
catum in cauſa repulſæ. Sic diximus ſupra
de publicatione in cauſa principali. Et facta
dicta publicatione, ſi altera pars videt ſe gra
uari per dictam repulſam. i. quia ſui teſtes
fuerunt reprobati, poteſt petere nouum ter-
minum ad repulſam repulſæ, & datur ſibi
medietas termini dati ad repulſam, & ela-
pſo hoc termino, fit publicatio ſuper iſta
repulſa repulſæ, & ulterius non datur alia re
pulſa, ne procedatur in infinitũ. ita hæc oĩa
habent in d. prag. curſu dilationum. Pro ali
quali tamen introductione iuuenũ, ad hanc
materiam formo tres q. Prima erit, qualiter
debeat fieri iſta repulſa teſtium. Secunda,
an poſſit quis reprobare teſtes per eum pro
ductos. Tertia erit, an teſtes poſſunt repulſa
ri in cauſa appellationis, qui non fuerunt
2 reprobati in cauſa principali. † Ad primam
q. eſt ſciendum, ꝙ repulſa fit altero de duo-
bus modis, uidelicet, uno modo contra per
ſonas; alio modo contra dicta teſtium. Itẽ
præſuppono, quod repulſa non conceditur
petenti, niſi concurrat alterum de tribus re
quiſitis, quæ traduntur in cap. præſentium,
de teſtibus. Primum eſt, quòd ante publica-
tionem ſit proteſtatus ſe uelle reprobare te
ſtes, & ex hoc inoleuit in practica, qua quo
tidie utuntur procuratores, ut tempore quo
comparent uiſuri iuramentum teſtium, pro
teſtentur contra perſonas teſtium, & dicen
dam per eos, non tamen nego quin quando
cunque in alio actu ante publicationem poſ
ſit fieri dicta proteſtatio, ut d. c. præſen ium
de teſtibus. uide Franc. de Areti. de ueritate
huius dicti. Hoc tamen intellige, quando
teſtis habet aliquem defectum, per quem re
probatur fauorem ipſius reprobantis. quia
tunc requiritur proteſtatio, aliàs uidetur
conſentire, & teſtem approbare. Secus, ſi de
fectus eſſet in odium ipſius teſtis, ut quia
eſſet excommunicatus uel bannitus, quia
tunc etiam ſine proteſtatione poteſt repul-
ſari. ita declarat Bal. in l. ſi quis teſtibus. co
lum. 2. in fi. uerſ. dubitauit hic, &c. C. de teſt.
licet ſubdat, quòd cauti aduocati ſemper
interponunt dictam proteſtationem eo mo
do quo ſupra. Secundum requiſitum eſt,
quando probat, quòd poſt publicationem
habuit notitiam de defectibus, & exceptio
nibus contra teſtes idem ſi forte fuiſſet ab-
ſens tempore receptionis teſtium, uſque ad
publicationem ſecundum Bal. in d. l. ſi quis
de teſt. uerſ. dubitatur hic, circa fi. & no. glo.
& Bald in l. laudabilem. C. de aduoc. diuer.
iud. Tertium requiſitum eſt, quando non
fuit proteſtatus, & iurat ſe non petere repul
ſam ex malitia, alias ſibi non conceditur. ut
in d. c. præſentium. de teſt, ubi iſta tradũtur.
3 † Reuertor nunc ad primum modum repul
ſandi, ſcilicet contra perſonas teſtium, quo
caſu non ſufficit allegare crimina in gene-
re. dicendo qualiter ſunt homines malæ ui-
tæ, fures, adulteri, uel quid ſimile, ſed eſt ne
ceſſe, quod crimina opponantur in ſpecie,
puta quòd fecerunt tale crimẽ, tale furtum,
uel ſimile ita tenet Bart. in l. teſtium. §. lege
Iul. ff. de teſt. & Bald. in authen. ſi dicatur. in
fi. C. de teſt. & Bar. in l. 1. in fi. C. de teſt. pro
hoc eſt text. in cap. præſentium §. teſtes. de
teſt. lib. 7. & ſimiliter, quando uult quis re
pulſare dicta teſtium debet in ſpecie obij-
cere, quòd ſunt falſarij, quia falſum depo
ſuerunt



fuerunt ob talem rationem, & in tali loco
examinis. Itẽ, ꝙ ſunt uarij in eorũ dictis in
tali loco examinis, &c. iuxta l. q falſa aut ua
ria. ff. de teſt. & no. p Bar. in l. eos. ff. de fal.
Itẽ quia sũt ſingulares, iuxta no. per. Bal. ple
nè in l. teſtium. C. de teſt. item. quia nõ depo
nunt de ſenſu proprio, iuxta not per Alex.
& Mod. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & dixi ſupra de te
ſtium productione, & ſic de alijs ſimilibus
Pars uero cõtraria eodem tpe facit articulos
cõprobatorios, probando qđ ſunt hoĩes bo-
næ uitæ, & emendatæ, & quod per trienniũ
perſeuerauerunt in eorum bonis moribus, &
emendatione, quo caſu per tñ tps præſu
muntur boni, & emendari tex. eſt, ibi Aug.
in fi. in auth. de monachis. §. Item p̃t articu-
lare, quòd non ſunt uarij ſed reducibiles
ad concordiam iuxta no. per Alex. & Doct.
in l. 2 creditum. §. ff. ſi cer. pet. & Fel. in cap.
cum tuę, &c. in noſtra, & ibi gloſſ. de teſt. &
Bar. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de li. & poſth.
& ſic patet ex prædictis, quando repulſan-
tur teſtes, quo ad perſonas, & quando quo
4 ad dicta. † Vnum tamen ſcias, quod illa pro
teſtatio, quæ fit contra teſtes habet unum
mirabilem effectum, qui eſt talis, uidelicet,
quòd ſi contingat teſtes deponere aliquid
in fauorem alterius partis proteſtantis, non
faciunt fidem in eius fauorem & ratio eſt,
quia per dictam proteſtationem cenſetur
declarare ſe nolle eis fidem adhibere, ita de
hoc eſt tex. in d. c. præſentium. in fi. de teſti.
ubi hoc expreſſè tenet Fel. in ult. not. quòd
eſt menti tenendum, quia quotidie in ſin-
gulis cauſas fiunt iſtę proteſtationes, & pau-
ci aduertunt, nam ex hoc poſſunt eſſe dam
noſæ proteſtantibus, unde caueant procu-
ratores, ne paſſim faciant iſtas proteſtatio-
nes, niſi quando omnino ſunt certi, quod
uolunt teſtes repulſare. De cuius tamen di
cti declaratione, & ueritate, uide omnino.
Franc. de Are. in d. c. præſentium, colum. an
5 repe. & pen. † Ad euitandas tñ malitias pe
tentium repulſas, eſt in regno prodita una
regia prag. quę incipit, crimina. quæ irrogãt
pęnam 10. tarenorum opponenti crimina
contra teſtes, ſi illa non probauerit ſaltem
ſemiplene, uel per famã publicã, & ſimiliter ſi
quis ſub colore repulſę ꝓducit, nouos articu
los impertinẽtes, qui poſt publicationẽ pro-
duci non poterant obſtãtibus regulis traditis
in auth, at qui ſemel, & ibi per Bar. C. de ꝓb,
punitur pro quolibet articulo impertinenti
producto in cauſa repulſæ ad 5. tarenos, ſi
fuerit principalis ſed procurator punitur
duplicata pęna ut eſt alia prag. quę incipit,
† contingit ſępe, &c. † Super hac repulſa eſt
ſciendum, quod teſtes debent citari, & etiam
examinari infra terminum datum ad repul-
ſam, aliàs elapſo termino non admittuntur
ut eſt ritus magnæ curiæ, num. 256. qui in-
7 cipit, item quod facta, &c. & eſt ratio. † quia
repulſa eſt odioſa eſt reſtringẽda, & dilatio-
nes in ea conceduntur cum grandi cauſæ
cognitione, ſecundum Abb. in c. licet dile-
ctus. in fi. de teſt. licet ſecus ſit in cauſa prin
cipali ubi non uiget tale odium, quia teſtes
citati, & iurati, infra terminum poſſunt
examinari poſt terminum, ut dixi ſupra in
uerſicu. dilatio, cir. fin. & in uerſic. teſtium
8 productio. † Quid autem, ſi quis in primis
ar. uellet repulſare teſtes & facere ſuas pro
bationes ſimul cum repulſa an poſſet? Dic
quòd non quia ſunt articuli impertinentes
tunc. unde nõ admittuntur, niſi poſt publi
cationem, niſi uellet quis repulſare ex cau-
ſa inimicitiæ, quia poſt ante publicationem
& non ex alia cauſa, de hoc eſt alius ritus
magnæ curiæ, nume. 235. qui incipit, item
ſeruat ipſa curia, quod in exceptionibus.
9 † Fuit autem introducta repulſa ſolùm con
tra teſtes, ſed contra ſcripturas non conce-
ditur, ſed bene datur facultas parti accuſan
di utentem falſis ſcripturis, ut dixi ſupra in
actu. præcedenti, & de hoc eſt ritus magnæ
curiæ. nu. 165. incipiens. item, ſeruat dicta
10 curia non concedere, &c. † Ad ſecundam
q. principalem dico, quod communis con-
cluſio eſt quod producens teſtem pro ſe non
poteſt illum reprobare, quia per productio
nem cenſetur approbatus, unde non au-
ditur uolendo illum repulſare, tanquam ſi
bi ipſi notarius, text. eſt, & ibi Bald. in l. ſi
quis teſtibus. C. de teſt. & in c. de teſt. & ibi
Abb. & Fel. extra, de teſt. & Lud. Ro. in conſ.
104. in fin. & Lanf. in c. quoniam contra. in
uerſic. teſtium nonũ nõ obmitto, &c. de
probat. & Bar. in conſi. 92. col. pen. & Iaſ. in
l. 1. §. æditiones, colum. 3. in fi. uerſicu. adde
fortius, &c. ff. de eden. & ubi hoc ampliat,
etiam ſi producatur poſtea contra eum in
alia cauſa, & pro alia cauſa, & per aliam per
ſonam. ita tenet Ioan. And. in addi. Spec. in
titu. de teſte. §. ſæpe. uerſ. quid. ſi produxit,
&c.

&c.Et cenſetur approbatus teſtis per ſolam,
productionem licet alias producens eo non
utatur ſecundum Fel.in d.ca.præſentium,
colum.3.& uerſic habet locum, &c.de teſt.
& hanc opin tenet Ioan.And.in d.§.ſæpe,
uerſ.ſed quid ſi eum.&c.licet Spec.ubi ali-
11 ter diſtinguat. † Limita tamen hoc, quan
do poſt productionem naſceretur noua cau
ſa,puta quia ſuperuenirent inimicitiæ,quia a
poteſt repulſari ex noua cauſa, ut eſt tex.in
12 l.ſi quis teſt. C.de teſtibus.† Secundo limita
quo, ad repulſam perſonarum procedere
iſtud,ſecus quo ad repulſam dictorum per
teſtes quia poteſt producens reprobare te-
ſtes,quo ad eorum dicta,puta probando, ꝙ a
falſum depoſuerunt, ita tenet Abb.in d.ca.
præſentium. colum.3.& 4. fateor tamen, ꝙ
ſi facta publicatione producens taceret, &
non reprobaret dicta teſtium cenſeretur
approbaſſe, & ita poſſet procedere dictum
Lud.Rom.in conſil.114.in fin.ubi uidetur
13 contrariari huic dicto Abb.†Ad tertiam q.
principalem reſpondeo. quòd iſta q.deci-
ditur per And.de Iſer. in conſt.iuriſperito-
rum,ubi tenet, quod in cauſa appellationis
non admittitur repulſa, niſi ex ſola cauſa
falſitatis,& ita ſeruatur in regno,unde quili
bet litigator nitatur reprobare teſtes in cap.
principali, quia poſtea non admittitur in
cauſa appellationis, niſi uellet eos redargue
re de falſo. Verùm ego reſtringo iſtud dictũ
procedere in teſtibus iam examinatis in cau
ſa principali, ſecus eſt, ſi quis nouos teſtes
produxit in cauſa appellationis, quia puto,
quod aduerſarius poteſt illos reprobare, ex
quo non potuerunt repulſari in cauſa princi
pali,quia non fuerant producti, arguendo
14 a ratione ceſſante. †Quid autem in cauſa
attentatorum, an admittatur repulſa? uide
15 dec.351.conſ.Neap.†Et quid ſi opponens
crimina contra teſtes non probat, an tenea
tur actione iniuriarũ ipſis teſtibus, & quid
ſi fuerit proteſtatus, quod non animo iniu-
riandi,&c.uide unum pulchrum conſ.Soc.
16 in conſ.118.colũ.3.& 4.in 1.uol, † Vltimo
ex 2.q.præcedenti poteſt colligi una limi-
tatio ad regulam,quæ ſe habet. quòd repul
ſa teſtium eſt regulariter permiſſa, nam fal
lit in teſt. approbatis per producentem, ut
ibi fuit dictum,& not.Car.in cle.ſi.in fi. de
17 teſt †Secundo limita, in cauſa criminis læ-
ſæ maieſt.nam in ea non habet locum re
pulſa teſtium,l.famoſi.& in quæſtionibus
18 & ibi Bart.ff.ad leg.Iul.maieſt †Tertio li-
mita,in cauſa blaſphemiæ Dei, quia non
admittitur repulſa, quia hæc æquiparatur
crimine læſæ maieſt.ita tenet. Par.in tract.
19 ſyn.in uerſ.condem. colum.4 in fi.†Quar
to limita in cauſis ſummarijs,ubi ſufficiunt
ſemiplenè probationes.ſ quia non admitti-
a tur in eis *a* repulſa, ut no.Abb.in c.ueniens,
el 2.colum.5. in princip.de teſt.& ibi etiam
Fel. in 6.colum. de cuius dicti ueritate, ui-
de Fr. de Are.in d.ca.ueniens, colum.9.ubi
diſtinguit.Rob.Mar.

A D D I T I O.

a Repulſa.Adde tu hic Foller.in practi. cri-
mi.laico. in 2 par.2.par.in uer. concedatur
repulſa. Ludouicus Alferius.

## De quæſtione,quæ duplici nomine admittitur. In quibus locum illa habeat.Et quo ordine ad eam perueniatur.

1 *Tortura quandoque datur ad pœnã; quandoque ad ueritatem eruendam,num 4.*
2 *Tortura ad pœnam,eſt meri imperij.*
3 *Banna facta ab officialibus ſub tortura pœna an ualeant.*
5 *Tortura pro quibus criminibus irrogari põt.*
6 *Tortura irrogari poteſt teſtibus uacillantibus tam in cauſa ciuili, quàm in criminali.*
7 *Tortura an poſſit irrogari in crimine uſurarũ.*
8 *Tortura an poſſit ĩ cãm appellationis irrogari.*
9 *Tortura quandoque datur ad emendã ſolã reſponſionem affirmatiuam uel negatiuam, & tunc ad eam deuenitur ſine indicijs.*
10 *Proceſſus criminalis qualiter, & quo ordine dẽt a iudice fabricari, ut poſſit ad torturã deueniri.*
11 *Iudex habens aliunde plenas probationes, peccat mortaliter torquendo reum.*
12 *Tortura intẽta eſt ad ueritatem inueſtigandam ob defectum probationum.* (debet.
13 *Tortus in membris corporis,leſionem non pati*
14 *Iudices cauti clam interponat decretum de torquendo rerum, ne detur materia appellandi.*
15 *Confeſſio in tortura ratificari debet extra tormenta,cum breui termino producendum defenſione.*
16 *Iudicia purgata ſunt,reo ĩ tortura nõ cõſitẽte*

Quar



QVartuſdecimus actus qui ſucceſſi-
uè emergit in iudicijs, eſt tortura,
1 †quæ datur ad duplicem effectum,
quandoque enim datur ad pœnam, &
quandoque ad ueritatem eruendam. De
primo caſu non eſt materia noſtra, quia il
la eſt potius executio ſententiæ, nam datur
tortuta ad pęnam in omnibus criminibus,
in quibus eſt pęna arbitraria, in quibus per
mittitur iudici acriter uerberare in corpus
iuxta l.fi.ff.de iniu.& inquam pluribus alijs
legib.iuris ciuilis hoc cauetur, ut not.Bart.
& Mod.in l.imperiũ.ff.de iur.om.iu.& Bar.
in l.interdum. §.qui fure.ff.de fur.& in l.cũ
ſeruus.ff.de cond. ob cauſam in quibus lo
2 cis dicit Bar.ꝙ tunc †tortura eſt meri impe
rij ex quo irrogatur pro pœna criminis.
3 †poteſt etiam poni exemplum in bannis of
ficialiũ,ut in plurimũ faciunt banna, ꝙ nul
lus ambulet de nocte, uel portet arma, ad
pœnam, quatuor tractuum cordę, quę ban
na, quando fiant per iſtos officiales inferio
res non habentes proteſtatem ſtatuendi non
ualent, quia non poſſunt alterare pœnas le-
gales,ita declarat Paris ĩ trac.ſynd.uerſ.tor-
tura,in c.an in cauſa pecuniaria,&c Solum
ergo iſta banna ualerent in criminibus, in
quib.eſſet pęna arbitraria,vt ſupra dixi,quia
poteſt iudex tunc ex ſuo arbitrio eligere
4 iſtam pœnam. †De ſecundo effectu habe-
remus nos tractare. ſ.qñ irrogatur ad ueri-
tatem eruendam, & quia hæc eſt materia
multum prolixa, & in multis lib.& tractati
bus uentilata, nam plene eam tractat. Paris
a in d.uerſ.tortura, & Ang.de Are. in tract.
malef.in uerſ fama pub.&c. & Gan in trac.
malef.in titu.de qõnibus. & tormentis &
Fran.Beunus in ſuo ſolenni trac. de iudicijs
& tortura. & Cępol.in quam pluribus ſuis
conſ.& nouiſſime tractatur ſatis copioſe per
ſublimis ingenij Mod.Hippolitum de Mar
ſil.in ſua lec.ſuper tit.ff.de qõ.adeo quod ſi
uellemus hic ponere tractatum ſuo, ordine,
non eſſet aliquid addendum, ſed ſolum trã
ſcribendum, quod putau ſuperuacuum.
ideo quantum ad hunc tract ero ſola remiſ
ſione contentus ad loca prællegata, ſolum
pro introductione inuentum ad actum pra-
cticæ, tãgam duas breues quæſtio.Et prima
erit in quibus cauſis habet locum, & poteſt
irrogari tortura. Secunda erit, quo ordine
ſit deueniendum ad torturam.

5 †Ad primam q.dico, quod tortura quando
que datur principali, quandoque teſtibus,
primo caſu, quando datur principali ad ue
ritatem eruendam irrogatur ſolum in cau-
ſis criminalibus irrogantibus pœnam ultra
relegationem, & non in alijs criminibus &
ita ſeruatur in regno prout de hoc eſt cap.
regni, qđ incipit,tormenta, & aliud, quod
incipit,ſi iuſte,põt etiã de iure irrogari tortu
ra in cauſis ciuilibus habentibus crimen an-
nexum, ut eſt tex.& ibi Abb,in c.grauis de
poſiti, & tenet Soc.in conſ.219.in 2.uol.in
cauſis autem mere ciuilib.non deuenitur
ad torturã,quia in illis ſuccedit regula,acto
re nõ probante, &c.l.qui accuſ.C.de edẽ. &
6 c.fi.de iureiu.† Secundo caſu,quando ſumus
in teſtibus,põt torqueri teſtes tam in cauſa
ciuili, quam criminali, qñ uariant̃ ſeu ua-
cillẽt pp ſuſpicionẽ falſi,ut in auth.de teſt.
§ ſi uero ignoti. & not. Bal.in l.præsbyteri.
col.1.C.de epiſ.& cler.& Bar.in l.1.§.qui.q.
ff.de quæſt. & Alex.in conſ 63.in 1.uo'u.&
Cæp in conſil.60 & And.de Iſer.in conſt.
ſi damna claud.& Bald.in l.milites.C.de q.
7 †An autem in crimine uſurarum poſſit irro-
gari tortura,uide Soc.tenentem, quod ſic in
8 conſ.219.in fin.in 2.uol. † quid in cauſa
appellationis, an poſſit irrogari tortura ?ui
9 de Io.de Ana.in conſ.1.in fin.† Scias tamen
ꝙ quandoque poterit irrogari tortura non
ad eruendam ueritatem, ſed ad eruendam
b ſolam *b* reſponſionem affirmatiuam, uel ne
gatiuam,& tunc datur ſine alijs iudicijs, ut
qñ accuſatus uel inquiſitus non uult rñdere
iudici ſuper accuſatione uel inquiſitione,
põt torqueri ad hoc, ut rñdet.ita tenet Bal.
in l.accuſationem,in 3.colũ.C.qui acc.non
poſ.& ipſum ſequitur Paris in tra.ſyn in
uerſ.tortura.in cap.ſequitur, quo,&c.in fin.
10 †Ad 2.q. principalem dico, quod iſte eſt
cõis ordo, qui ſeruatur in criminalibus ad
aliquem torquendum,nam ſi proceditur per
accuſationem,& crimen eſt tale,quod proba
retur, ueniret irroganda pœna ultra relega
tionem citatur accuſatus, & dat ſibi copia
libelli ſumptibus accuſatorjs, & ſuper eo lis
conteſtatur,& datur terminus ad probandũ.
& fiunt articuli, & probationes ſicut in ci-
uilibus. Sed ſi proceditur per inquiſitionem
iudex uolẽs cautius agere, ne inſtruat reum
ad fugam, debet prius capere informatio-
nem honeſto modo, & clam parte non cita

ta,

ſa,& ſi uidet extare inditia per illam infor-
mationem,tunc capit reum de perſona , ne
fugiat , & ſi extat fama publica contra eum
formabit capitula inquiſitionis,nam illa fa-
ma ſuccedit loco accuſatoris, & ſine ea non
poſſet regulariter fieri inquiſitio , quòd dic
ut plene dixi ſupra circa prin. huius 6. par-
tis, in uerſic. inquiſitio , & not. Phi. Dec.in
conſil.170.colum.2.& conſil.275.colum.2.
& conſi.189.colum.fin.deinde formatis ca-
pitulis iudex facit reum citari ad recipien-
dum copiam capitulorum,quę capitula ſunt
ſicut articuli in ciuilibus,nam continere de-
bent omnia crimina,quæ inquirendo proba
c re intendit iudex contra reum, *c* & compa-
rente reo in termino,interrogabit primo iu
dex ipſum ſigillatim ſuper unoquoque cap.
& eius reſponſionem facit per notarium a-
ctorum annotari in calce uniuſcuiſq; capi-
tuli,& illa reſponſio habet uim litis conte-
ſtationis , deinde dat ſibi copiam capitulo-
rum reſponſionum ſuarum, ad hoc, ut poſ-
ſit formare ſuas exceptiones , & facere ſuas
defenſiones , & dat ſibi terminum ad pro-
bandum & defendendum qui terminus eſt
communis etiam curiæ inquirenti, & infra
illum terminum iudex repetit teſtes parte
citata,quia alias non facerent iudicium,di-
cit Bart.in l fin.in fin.ff.de quæſtio.& fabri
cato proceſſu ſiue per accuſationem,ſiue per
inquiſitionem , ut ſupra, iudex facit citari
reum ad publicationem ſicut in ciuilibus ,
& dat copiam proceſſus reo , ſi uult ſumpti-
bus tamen ipſius rei ad hoc, ut poſſit con-
ſulere aduocatum,& facere allegationes,&
diſputationes ad euacuanda inditia , & ſi
uult terminum ad repulſam reus , concedi-
tur ſibi . Et facta publicatione ſuper repul-
ſa,& admiſſus allegationibus,rei, iudex ma
turè uidet,ſi ex proceſſatis extant plenè pro
bationes, condemnabit reum ſeruato iuris
ordine ad pœnam legitimam ſine alia tor-
11 tura.† Nam peccat mortaliter iudex, tunc
torquendo reum,ſi habet aliunde plenas pro
bationes,ut dicit And. de Iſer. in d. conſt.ſi
12 damna,col.7.† Nam tortura fuit *d* inuen-
d ta ob defectũ probationum ad ueritatem in
neſtigandam, ut dicit idem And. de Iſer. in
c.1.§.inſuper, colu.1.de conten.inter.do. &
fid. de inueſt. ſi uero non eſt plenè proba-
tum,& tunc ſi inditia,quæ extant,non ſunt
ſufficientia,liberabit reum pręſtito ſibi prius
iuramẽto purgationis,ut declarat Iaſ.in l.5.
in prin.colu. 5. de iureiur.iudices tñ maiori
ſeueritate ſolent in iſto caſu liberare reum
cum fideiuſſoris cautione ad effectum, ut ſi
in futurum emergant noua indicia , poſſit
iterum procedi contra eum. ne delictum re-
maneat impunitum, ſi uero inditia ſunt ſuf-
ficientia ad torturam , & tunc iudex poteſt
reum tormentis ſubijcere, & ipſum torque-
re ſufficienter,& moderate,habito reſpectu
ad complexionem , & robuſtitatem ipſius
rei,ita ut non lædatur per eum in aliquo mẽ
13 bro. † nam in tortura debet adhiberi hoc
moderamen , ut tortus non patiatur læſio-
nem in membris corporis , ut inquit And.
de Iſer in d.conſt.ſi damna, col. 6. Et quæ,
& qualia ſint iſta inditia ſufficientia , non
pono hic,quia declarantur plene per Doct.
14 in locis præalleg. † Solent hic cauti iudices
non interponere decretum palam de torquẽ
do reum,ne detur materia appellandi, nam
cum iſta ſit executio irretractabilis, ligaren-
tur in anus iudicis per ſolam appellationem
ante inhibitionem,ut dicetur infra in mate
ria appellationis, ſed ducto reo in pede tor-
turæ , ſtatim cum incipit ligari ſolent inter
ponere decretum detorquendo , & eo inter-
15 poſito immediate torquetur. † qui reus, ſi
confitetur in tortura, iudex ante quam con
demnet,debet illam confeſſione ratificari fa
cere extra tormenta , puta in die ſeq. alias
non poſſet condemnare,ſecundum Bar.in l.
1.ff.de cuſt.reo.& Abb. in c.qualiter, & quã
do el 2.C.de cuſt.reo. & facta ratificatione
extra tormenta , debent iudex dare unum
breuem terminum reo ad producẽdum om-
nes ſuas defenſiones aduerſus ſuam confeſ-
ſionem, puta duorum dierum,qui terminus
eſt de communi obſeruantia,ut ex nulla par
te remaneat reus indefenſus,ut no. Sal.in d.
l.2.C de cuſt.reo.& habetur ꝑ Matt.in cõſt.
ſi damna,col.9 per l.4.§.ſi ad diem.ff.de re
mil.& l ſi non defendatur.ff.de pœnis,ſi ue-
16 ro † reus non confitetur in tormentis, tunc
per torturam ſunt purgata indicia, & debet
abſolui , ſed ſi facta publicatione uidet iu-
dex , quod ex proceſſu non ſunt inditia ſuf-
ficientia , tunc non expectata ſententia de-
bent ſtatim liberare reum à carcere ſub fi-
deiuſſoribus , ut eſt capitulum regni, quod
incipit.Ab illo inchoandum. Rob. Marant.
Venuſ. V. I. D.





ADDITIONES.

a Tractar.Foller.in pacti.crimin.laicor. in 2.
par.2.par.in uer.torturæ quæſtio.
b Reſponſionem Brun. de iudic. & tortur. in 2
5.par.2.par.nu.3 Blãc.de tracta.de iudic.&
tort.nu.271.Foller.in pract.crimi. laicor. in
2.par.2.par nu.5.& in 3. par 3. par.nu.4.ubi
dat intellectum ad iſtam doctrinam, Amplia
etiam inuolando reſpondere libello ſupra
in hac eadem parte, in 2. memb. 1. part.
nume. 29.
c Et comparente.Foller.in pract.crimi.canon.
in 2.par.iudi.nu.11.& 12.
d Inuenta ob defectum Gram.conſ.crimin.1.
nume.2. Lud .Alferius.

## De concluſione in cauſa , & de eius uerbis energia.

1 *Concluſio in cauſa qualiter fiat de iure cõmu
ni & qualiter ſecundum iura municipalia
regni,& quid importet.*
2 *Allegari in iure poteſt poſt concluſionem in
cauſa.*
3 *Reſtitutio in integrum , poſt concluſionem in
cauſa peti poteſt.*
4 *Concluſione facta in cauſa,defertur iuramen
tum ſuppletorium.*
5 *Probatio per confeſſionem admittitur,conclu-
ſione facta in cauſa.*
6 *Probatio per rei euidentiam & loci aſpectum
admittitur,poſt concluſionem in cauſa .*
7 *Interrogatio poteſt fieri poſt concluſum in cau
ſa ad inſtantiam partis,in ſummarijs.*
8 *Probatio ad defenſionem rei admittitur in
criminalibus , concluſione facta in cauſa.*
9 *Concluſio in cauſa,an ſit de ſubſtãtia iudicij.*

QVintuſdecimus actus , qui ſucceſſiuè
in iudicijs conſideratur eſt concluſio
1 in cauſa. † nam facta publicatione ,
& lapſis omnibus terminis , ipſo iure cenſet
in cauſa concluſum hodie in regno , per re-
giam prag.quæ incipit , curſu dilationum ,
unde non eſt opus inſtarę, quod fiat conclu-
ſio, ſed ſolum quod declaretur eſſe facta ip-
ſo iure ſed de iure , communi deberet fieri
concluſio, per quam concluſionem imponi-
tur finis productionis actorum , adeo quod
a ea facta nihil aliud *a* produci poteſt in cau
ſa, & non expectatur niſi ſola ſententia.Et
hoc ſignificat iſte terminus , concluſio.i. re-
nunciatio omnibus probationibus,& defen-
ſionibus producendis , ut gloſſ.in cap. cum
dilectus, de fide inſtr.† Sed in iure poteſt al-
legari poſt concluſionem, ſecundum Bal. in
3 auth iubemus.C.de iud. † Item poteſt peti
reſtitutio in integrum per minores mulie-
res,& eccleſias, quia eo ipſo , quod eſt con-
cluſum inducitur læſio contra tales perſo
nas,unde reſtitui debent , ut tenet And. de
Iſer.in conſt. obſcuritatem , & habetur per
Doc. in cap.auditis , de in integ. reſtitutio.
4 † Item,poteſt deferri iuramentum ſuppleto
rium, dummodo ſit petitum ante concluſio
nem,ut declarat Iaſ.in repet. l. admonendi ,
columu. 154. ff. de iureiu. & ibi per alios
doc.& ita debet intelligi,quod dicit Alexã.
re mentionem de ſubſtantialibus proceſſus,
puta,uiſa litis conteſtatione,iur̄o calumnię
teſtium depoſitionibus & alijs proceſſus me
ritis,&c.item,debet continere abſolutionē,
uel condemnationem.Itē, quod feratur par
tibus præſentibus, uel abſentibus per contu
maciam,& hoc ultimum ſolet ſcribi in lite-
ra lata per notarium actorum, ita tenet Spe.
in tit.de ſenten.§.qualiter,in fi.item ſenten
tia debet recitari in ſcriptis, & de ſcripti re-
citatione,ut ſupra dixi.& habere in l.1. & l.
fi.& ibi Bar.& Doc.de ſen. ex peti. reci. &
in conſt.& ab omnibus, & fuit dictum in q.
48 præcedenti,in 8.differentia. † Item , debet
iudex ſedere pro tribun.alias non ualet ſen-
tentia ſecundum Bart. & Bald. in d. l. 1. de
49 ſent.ex peti.recip. † Item debet ipſe iudex
legere ſententiam , non autem poteſt alij
mandare lectionem ſententiæ, niſi ſit perſo-
na illuſtris,uel epiſcopus.ut not.Spec.in tit.
de ſen.§.ſequitur in prin.& Alex.in rub. fin.
de off.eius,cui man.eſt iuriſ col. pen. & eſt
tex.in cap.ſi.de re iud.lib.6.& hr̄ in d.conſti.
a bomnibus, & ibi per Matthæ.la 1.colum.
50 † An autē requiratur,quod iudex exprimat
cauſam,qua mouetur in ſententia?dic quod
regulariter non requiritur unde ualet ſenten
tia , etiam ſiue expreſſione cauſæ , poteſt

tamen illam apponere,ſi uult,text.eſt & ibi
Abb.& Doc.in c.ſicut de re iud.Fallit tamē
in nonnullis caſibus , quos ponit Abb. in d.
capitu.ſicut,in ultimo notabili, & ibi uide.
51 † Item ferri debet q cauſa cognita,alias nō
ualet,ut hr̄ in l.probata C.de ſen.& in l.nec
quidquam .§. ubi decretum. ff. de offi. pro-
52 conſ. † Ego autem pro clariori intelligētia
& ut faciam magis ordinatum compendiū
intendo prædicta,& quam plura alia requi-
ſita ad ualiditatem ſententię,examinare per
quatuor cauſas.Sicut, enim ſecūdū philoſo
phos in oī actu humano, ut plurimū cōſide
rantur quatuor cauſæ , uidelicet cauſa effi-
ciens,materiatis,formalis,& finalis , prout
alias in iudicio conſideraui illas in prin.hu
ius operis , ita etiam dico , ꝙ in ſnīa debet
concurrere iſtæ quatuor cauſę,ita quòd ap-
53 pareant,ex prolatione ipſius. † Primo igi-
tur debet eſſe in ſententia, cauſa efficiens,&
hoc eſt quod dixi ſupra in 1.requiſito, ſcili-
cet quod ſententia debet continere nomen
iudicis, nam ipſe iudex eſt cauſæ efficiens ,
quia ipſe componit ſententiam,& intereſſe
producit,& debet exprimere , an ſit ordina-
rius,uel delegatus,ut not.Spec.in d. §. quali-
54 ter,in fin.† quia ſi iudex ignorat fundamē
tum ſuæ poteſtatis, non ualet ſententia , ut
not.Bart.in l.multum.ff.de cond. & dem. &
in leg.2.ff.de iud.& in leg. hæc autem ff. ex
quibus cau.in poſſ.ea.& Abb.in cap.pruden
tia,in prin.in fi.columm.de offi. dele. in qua
cauſa efficiente,ſi eſſet aliquis defectus,non
ualeret ſententia,ut quia iudex eſſet mutus,
uel furioſus, uel infans , uel excommunica-
tus,uel ſimilis,quos defectus ponit Spec. in
tit.de ſen. §.iuxta.columm. 1. & 2. & habēt
in l.cum prætor.ff. de iud. & per hoc infero
contra prauam obſeruantiam non nullorū
iudicum,qui quando formant ſententias, in
cipiunt,in Dei nomine , &c. unde nos, qui
ſupra nullam fecerunt mentionem de nomi
ne ſuo proprio nec dignitatis , ſed parendo
labore cauſa breuitatis , admittunt nomen
proprium,& debent unde nos,qui ſupra, nā
per hoc puto quòd dicta ſententia , quæ ita
ſcripta reperitur , poſſet dici nulla , quia
peccat in expreſſione cauſæ efficientis,non
obſtante , quod in lectione ſententiæ expri
meretur nomen iudicis , quia ſententia de-
bet tota ſcribi , & poſteà deſcripti reci-
tatione legi,& non ſufficit, quòd uoce pro-
feratur,

feratur,ut dixi ſupra in 8.differentia præce
55 dentis,ꝙ per ea,quæ dicit Ang.† Dicit etiã
ſupra, qđ iudex debet ſedere pro tribunali,
ut in §.ſedebunt.in auth.de iud. & cap.fin.
de re iud.lib,6.& iſta etiam eſt qualitas au-
dita,& annexa huic cauſæ efficienti, ut no.
Bar.Bal.& Doc.in d.l.1,C.de ſen.experi.re-
ci.ubi limitat hoc non procedere in interlo-
cutoria,quæ non requirit plenam cauſæ co
gnitionem. Item limitant non procedere
in iudice timente potentiam alicuius, quia
poteſt ſuper equo, uel ex turri ferre ſenten-
tiam,ut cito poſſit fugere,ut no.gloſ.in d.l.
1.& glo.in c.fin. de re iud.lib.6.de quo uide
Spec.in tit.de ſent.§.iuxta,uer.item eſt nul-
la,ratione modi,&c.& Lanfra.in c.qm̃ con
tra.in uer.interlocutiones,col,4.de probat,
& Gen.in d.c.fin.Et propter hoc poni ſolet
in ſententijs. Nos talis iudex ſedentes pro
tribunali,&c,tñ non procedit in cauſis ſum-
marijs,in quibus poteſt iudex etiam ſtando
& non ſedendo ferre ſententiam ut in cl,ſæ
pe.§.ſententiam,de uerb.ſig.& ex hoc patet
ꝙ hodie in regno non oportet,& iudex ſtat,
cum cauſæ ciuiles omnes ſint ſummariæ,
56 ut ſupra pluries fuit dictum. † Item dixi,
quod iudex debet per ſe legere ſententiam,
& non per alium, niſi ſit perſona illuſtris,
uel epiſcopus, ut d.c.fin. de re iud. lib. 6. de
quo dicto uide Fel.in c.ſuper q.in princ. in
fi.col.de offi.deleg.Certe ſi iſtud eſſet uerũ,
hodie nulla ſnĩa ualeret maxime in hoc re-
gno,cum generaliter omnes ſententiæ tam
maiorum,quam minorum iudicum, legant
per alios.ſ. per actorum magiſtros, & non
per ipſoſmet iudices, unde non poſſet aliud
dici,ꝙ hoc toleratur ex generali conſuetu-
dine,quæ poteſt in hac ſolennitate deroga-
re iuri poſitiuo,ut dicit Gem.in d.c.fi.col.2.
uerſi.in ea gl.ibi,Italiæ &c. de re iud. lib. 6.
& tenet in ſimili Arch.in c.ſtatutis.2.q.1.&
Bal.& Sal.in l.hac conſultiſſima,C.qui teſt.
57 facere poſſ. † Item dixi, quod ſententiam r
ferat in ſcriptis, hoc debet intelligi, quod
ſcriptura præcedat recitationem. nec ſuffi
ceret,ſi iudex ſcribendo unico contextu uo
ce proferret,ut declarat Gem.in d.c.fi.in 2.
58 & 3.not.† Secundo conſideratur in ſenten
tia cauſa materialis & eſt illa,quam in iudi
cijs conſideraui in prin.huius tractatus.Ma
teria.n.dr̃,ex qua aliquid fit,unde in propo-
ſito cauſa materialis ſententiæ eſt ipſa cau-
ſa deducta in iudicium per primum libellũ,
& ex conſequenti totus proceſſus ſuper ea
fabricatur,quia ex illo proceſſu. & cauſa in
eo contẽta,fit ſententia diffinitiua, & ppea
dixi ſupra de mente Spe. quòd in ſententia
debet inſeri tenor libelli, ad hoc ut ipſa cau
ſa materialis appareat in ſententia. Verum
illud non eſt omnino neceſſarium, imò ua-
let ſententia,etiam ſi tenor libelli non expri
matur in ea ſecundum Bar.in l,2,C.de ſent.
ſufficit enim, quod ſub epilogo fiat mentio
de libello actoris,& reſponſione rei,puta,ui
ſa petitione actoris continẽte iſtud,& iſtud,
&c. attenet Spe.in d.§.qualiter,uerſic. cęte-
rum & ita communiter ſeruatur in practi-
ca,imò etiam ſi iudex nullam faceret mẽtio
nem de libello,ſed ſimpliciter diceret, ſuper
præſenti proceſſu ita pronuncio.condemnã
do uel abſoluendo,&c. puto ſententia uale-
re. Nec iſtud contradicit his,quæ paulo an-
te dixi, inquantum dixi exprimendum eſſe
cauſam materialem,quia totus proceſſus eſt
cauſa materialis,& bene fit mentio de ipſa
cauſa,ſaltem per relationem, quia ſenten-
tia refertur ad acta, & per illa declaratur,
& habetur in l.3.C.de ſent.quę ſine cer.quã.
& per Alex.in l.præſes. ff. de re iud. & in l.
ait prætor.§.ſi iudex,eod.tit.Paria enim ſũt
aliqua eſſe certa de ſe,uel per relationem ad
aliud.l.certum ff.ſi cer.pet. leg.aſſe toto.ff.
59 de hær.inſti.† Hinc eſt,ꝙ dicimus ſupra di
xi,non ualere ſententiam latam ſine cauſæ
cognitione, & ſic ſine proceſſu, ut habetur
in d.l.prolatam.C.de ſent.& ibi Bar.& in l.
ex ſtipulatione,in fin.eo.tit.& in l.cauſæ.§.
cauſa cognita.ff.de mino. Pro hoc eſt text.
apertus in c.qm̃ contra.de proba.vbi decla-
ratur,quo ordine iudex debet cauſas diffini-
re,quia primo debet acta & proceſſum face
re in ſcriptis,alias pro eius ſententia non p̃-
ſumitur, quando proceſſus per legitima do-
cumenta non apparet. Hinc etiam dicimus,
ꝙ iudex debet iudicare r ſecundum allegata
& probata, & ſic ſecundum proceſſum, ut
habetur in l.illicitas, §. ueritas. ff. de offic.
præſ.ergo ſententia, quæ non habet proceſ-
ſum,dr̃ carere materia,& ſic eſt nulla, quia
ſecundum philoſophum, ex nihilo nihil fit.
60 † Quid autem ſi feratur ſententia ſine pro-
bationib.an ualeat? uide Soc.in conſi. 134.
61 uol.2.in 5.& 3.in 1.uol. † Ex hoc etiã orit
quædam ſolennitas materialis, quæ eſt, ut
ſententia



s ſententia feratur, s conformis libello, iuxta
l. ut fundus. ff. de communi diu. &c. licet
Hely.de Simo. & l. fin. C.de fideic.ubi di-
cit Bald. quòd faturus eſt iudex, qui ſuper
alijs, quam ſuper petitis pronunciat, unde
ſententia aliter lata, non ualet, quia habita
relatione ſententiæ ad eius materiam,nõ po
teſt eſſe conformitas,unde ſententia reperi
retur facta ex nihilo. Nam ſi peto bouem,&
proceſſus fabricauit ſuper boue,& ſententia
fertur ſuper quo, talis ſententia uidetur eſ-
ſe ſine proceſſu, quia nullus proceſſus eſt fa-
ctus ſuper equo, & ſic non haberet materiã
præexiſtentem correſpondentem, merito
eſt nulla,ſicut quando aliquis uult facere li-
brum,& habet chartas, & non uult librum
conficere ex chartis, & uult quòd ſit liber,
iſtud continet in ſe repugnantiam, quia nõ
poteſt eſſe liber ſine chartis, unde iſte liber
non poſſet eſſe niſi imaginarius ſcilicet men
te conſideratur,& ineſſe non productus, ita
iſta ſnĩa eſſet imaginaria,& nullius momen
62 ti,l.imaginaria.ff. de regul.iur.† Hoc tñ li
mitatur non procedere in cauſis in quibus
proceditur ſola facti ueritate inſpecta,quia
poteſt tunc iudex ferre ſententiam non con
formẽ libello,ut declarat Iaſ.in l.unum.col.
17.ff.ſi cer.pet.unde hodie in regno per c.de
teſtantes poſſet indiſtincte hoc fieri, & uale
ret ſententia, & ſic quoad hoc eſſet correcta
regula d.l.ut fundus. Idem qñ unum petitur
& aliud conſtet per confeſſionẽ partis, quia
poteſt iudex ad illud condemnare, non ob-
ſtante, ꝙ non ſit petitum,ut hr̃ in dec.32.in
63 fi.conſi.Neap. † Item poteſt iudex petentẽ
debitum condemnare ad reſtitutionem pi-
gnoris,non obſtante,quod pignus non ſit pe
titum,ut no.Bart.in l.eum qui §.qui ita. ff.
de uer. oblig.& Bal. in l.cum eorum. C. de
ſen.& hr̃ in dec.32.conſi.Neap.& ratio eſt,
quia dicta reſtitutio pignoris uenit ex natu
ra actionis intentare, plures alias fallentias
ad d.l.ut fundus,uide pleniſſimè per Fel. in
d.c.licet Hely.col.antepen.& pen. in fi. ubi
cumulãt,31.fall. & aliquas etiam ponit Iaſ.
in d.l.uinum col.16.& 17. & in §. curare.
64 col.5.inſt.de act.† Verũ,quia ſuperius dixi
quod ex nihilo,nihil fit,& iuris imitatur na
turam.§.minorem.inſt.de adop.ex quo ergo
põt ſubſiſtere ſententia in iſtis & alijs fallẽ-
tijs,ſi caret materia? Ad hoc reſpõdeo,& do
unam generalẽ declarationẽ prædictis, qđ
iſtæ fallentiæ procedunt, qñ unum fuit pe-
titum in libello, & pendente iudicio incipit
conſtare de alio, uel per probationes uel per
confeſſionem,nam iudex qui habet ſequi ue
ritatem,poteſt condemnare ad aliud in iſtis
caſibus ſpecialibus ex quo ſibi liquet ex eo-
dem proceſſu,uel ex natura actionis. inten-
tatæ,uel ex uirtute probationis ad hoc ut ue
ritas fortiatur effectum, obmiſſis ſcrupuloſi
tatibus iuris poſitiui generalis, uolentis, qđ
non feratur ſententia, niſi ſuper eo, ſuper
quod eſt facta litis conteſt. ut dicit Bart. in
d.l.prolatam.C. de ſen. & ſic bene formatur
ſententia ex aliquo quis ſubeſt materia quę
naſcitur pendente iudicio, ſed qñ unũ eſſet
petitum, & ſuper eo fabricatus totus proceſ
ſus,uſq; ad concluſionẽ, & nihil aliud con-
ſtaret ex illo proceſſu de alia re, tunc indu-
bitanter dico, quod etiam in iſtis fallentijs
non ualeret ſententia non conformis libel-
lo,quia nullam haberet materiam, ſm̃ exẽ-
plum præpoſitũ, & ita debent prædicta de-
65 clarari. † Conſideratur t etiam in iſta cau-
t ſa materiali non ſolum,quod ſubſit materia,
ſed etiam ꝙ ſit apta materia,unde ſi libellus
eſſet ineptus, ſententia ſuper eo lata non
ualet,ut no.gl.in uer.2.in fi. inſti. de obl.in
prin.& Abb.in c.cũ dilecti de empt. & uẽd.
& Ant.de But.in c.examinata,de iud.& Bal.
in l.ex hoc iure,& in l.fin.ff.de iuſt.& iu. &
in l.actor.in fi.C.de reb.cred.Sic etiam dici
mus de toto proceſſu, quia debet aptè &
ſm̃ iuris ordinem fabricari, alias ſententia
eſt nulla,ut d.l.prolatam. Verum in caſibus
in quibus non requiritur libellus, prout in
ſummarijs,& præſertim hodie in regno, ua
leret ſententia lata ſuper libello inepto, ut
declarat Alex.in d.l.uinum, col. fi. & ibi eſt
glo.ff.ſi cer.pet.& Fel.in c. cum ordinẽ de re
ſcrip.quia per iura municipalia ſunt ſubla-
tæ ſolemnitates libellorum in ciuilib. unde
illa materia inepta eſt reducta ad aptitudi-
nem,quia non inſpicimus aliud niſi, qđ ap-
paret intentio actoris quibuſcunq; uerbis
declarata,uel per talem qualẽ petitionẽ, uel
per articulos & merita proceſſus, ut pluries
fuit dictum ſupra in proceſſu huius tracta-
66 tus. † Sed iuxta hoc cadit pulchrũ dubiũ,
Pone,quod aliquis produxit libellũ bene cõ
ceptũ,tñ in eo intẽtauit actionem, quæ ſibi
non competebat, & ſic egit ſine actione.
Reus non oppoſuit, iudex protulit ſenten-
tiam

tiam pro actore ſuper illa actione, quæ non
competebat,an ualeat talis ſententia ? Cer-
te uideretur eſſe dicendum, quod nõ : quia
caret materia: nam ubi nulla eſt actio, nul-
la poteſt eſſe ſententia , & hoc in ſpecie te-
net glo.inſt.de obla.in princ.d.gloſſ.in uerſ.
67 2.in fi. † quæ expreſsè dicit , quod ſolutio
debet fieri per competentes actiones,& iudi
ces,alias õn ualet ſententia,& illa gl.cõiter
approbatur. Pro hoc etiam eſt regula trita ,
quod nemo ſine actione experitur,l.ſi pupil
li.§.uideamus.ff.de neg.geſt.ubi per Bartol.
68 & Doc.† Imo. iudex ex officio põt reppelle
re agentem ſine actione,ut no.gl. & Doc. in
l.ubi pactum.C.de.tranſa.contrarium tenet
Bart.in conſi.100.inci.A domino Cyn.&c.
uerſi.ſuper quarto,&c.ubi dicit, quod ualet
proceſſus , licet actor omni actione careat ,
& põt ſuper eo ferri ſententia ualida,per l.2.
C.de cond.indeb.cum alijs allegatis per eũ
ibi.Pro hoc eſt text.& ibi Alb.in l.cum puta u
rem ff.fami.her.& uide omnino Iaſ.in l. nã
& poſtea.§.ſi damnetur,col. 2. ff. de iureiur.
Puto in iſta uarietate poſſe ita diſtingui ,
quandoque aliquis agit narrando talem cau
ſam in libello,quod ex ea apparet non com-
petere ſibi ius agendi,ut quia dicit, peto ta-
lem fundum,quia rex eſt in Francia,& tunc
quia cõis concluſio eſt quod talis libellus eſt
ineptus, etiam parte non opponente , ut te-
net Bart. & Alex. in l. edita. C.de eden. &
glo.in leg. 2. §. circa. ff. de doli except. &
cõiter Mod.in l.1.in prin.ff.de edẽ. dico, ꝙ
ſententia lata ſuper tali proceſſu & libello,
non ualet , quia ex forma ipſius apparet ca-
lumnia manifeſta,& quod ſine actione agi-
tur,poſſet etiam poni exemplum , quando
aliquis agit rei uendicatione contra Titiũ .
narrando ipſum Titium nõ poſſidere, quia
ſeipſum excludit à iure agendi , unde ſi in
iſto caſu iudex ferret ſententiam contra Ti
tium,talis ſententia eſſet nulla , nec poſſet
habere executionem contra Titium, quem
ipſemet actor aſſerit non poſſidere,& ſic ex
ipſo libello apparet, quod non competit ius
agendi.hoc probatur ex his,quæ dicit Abb.
in c.cum dilecti.in 3. not. de empt. & uend.
ubi etiam, quod talis ineptitudo põt oppo-
ni poſt ſententiam , ergo reddit proceſſum
nullum,per ea,quę no.Bar.& Doc in l.licet.
C.de proc.idem tenet Alex. in d.l. in princ.
69 col.5.ff.de eden. † Qñque aliquis agit nar-
rando aptã cauſam in libello, ſed exprimit
ineptam actionem , ut quia dicit, ꝙ mutui
Titio centum , ideo peto ipſum mihi con-
demnari,actione ex locato & tunc cõis opi.
Doc.eſt,quod talis libellus ualet, & ſimili-
ter ſententia ualebit inſpecta narratione
apta,ex quo nomen actionis non eſt neceſ-
sè exprimi in libello,c.dilecti, de iud. vnde
ſi fuit expreſſa,& inepta non vitiat.ita tenet
Alex.in d.l.1.col.fi.ff. de ed, ubi plures alle-
gat,& tenet Inno.Ant. But.& Can.in c.exa
minata de iud.Dato ergo,quod non cõpetat
actio ex locato,põt tamen ferri ſententia ſu
per mutuo,quod perpenditur ex narratione
apta , quam concludit in mutuo. Et hunc
intellectum puto eſſet de neceſſitate dandũ
ad illam glo. quæ reputatur ſingularis inſt.
de obl.in princ.quem ſupra allegaui , & ita
interminis illã gl.intelligit ibi Ioa. Fab.ubi
dicit iſta formalia uerba uidelicet,caue,ꝗa
ſi eſſet competens iudex, quamuis u inepta
actio,teneret ſententia,&c.& ſic uidetur re-
prehendere illam glo. quæ dicit per compe-
tentes actiones,&c.poſſet tñ ſaluari,intelli-
gendo eo modo,quo dixi in primo mẽbro.ſ.
qñ ex facie libelli apparet , quod nullo mõ
competit ius agendi, ſed ſecundum dicta in
70 2.membro loquitur bene.Ioan. Faber.† Ter
tia cauſa principalis,quæ conſideratur in ſen
tentia, eſt cauſa formalis, & hinc eſt ſcien-
dum,quod iſta cauſa poteſt conſiderari tri-
pliciter,uno modo, reſpectu iudicis proferẽ
tis . Secundo modo reſpectu litigantium.
Tertio modo,reſpectu ipſius ſententiæ.Pri-
mo modo,dixi reſpectu iudicis,iſtud ſimili
ter inſpicitur trib.modis, uidelicet reſpectu
loci,temporis,& perſonæ ipſius iudicis.Pri-
mo mõ ſcilicet reſpectu loci hoc ideo dixi.
71 † quia iudex,qñ fert ſententiã , debet ſtare
in loco ſolito maiorum ſuorum,ubi ſui præ
deceſſores ſoliti ſunt reddere ius , alias ſen-
tentia non ualeret,tex.eſt & ibi Bal.& Doc.
in l.cum ſententiam.C.de ſent.& not.Bart.
in l.ſi ut proponis la 2.C. qũo & qñ iud.&
in l.1.C.de ſent.ex peri.reci.& Bar.Bal.Iaſ.
& cõiter Doc.in l.pen.per illũ tex.ff.de iuſt.
& iu.& Ange.in tract.male.in uerſic. ad no-
ſtrum ſolitum bãchum iuris,&c. Et ꝑpetua
in ſententijs ſolet apponi illa clauſula.Nos
talis iudex,&c. ſedẽtes pro tribunali in tali
loco,&c.ubi curia regi ſolet,& reddi peten-
tibus , &c, ad demonſtrandum , quòd iſta
ſolemni-



ſolemnitas formalis interuenit in ſententia.
72 † Limita tñ non ꝓcedere in iudice ordina-
rio, qui habet certam ſedem & locum red-
dendæ iuſtitiæ , ſecus in delegato , quia ex
quo non habet certam ſedem deputatã, po-
teſt ſibi eligere locum, ubi vult etiam in ca-
mera ſua, ſecundum Bal. in d.l.cum ſenten-
tiam,& Bal.in d.l.pe.in 2.lect.circa fi. ff. de
iuſt. & iur. ubi hoc intelligit in delegato ad
73 unam cauſam particularem. † Secus in de-
legato ad uniuerſitatẽ cauſarum, quia tene-
tur ſeruare locum delegantis, ſecundum eũ
& ita debet intelligi text. in l. ſi locus. ff.de
iud. ut declarat Bal. ibi.ſ. quod delegatus
particularis poteſt ſibi eligere locum , dum-
modo ſit congruus litigantibus & honeſtus,
alias,ſecus per l.ſi cum dies.§.ſi arbiter,ff.de
arb.quidquid dicat Paul. de Caſt. in d. l. ſi
locus,qui tenet, quod delegatus debet ferre
ſententiam in tribunali delegantis , quia in
telligendo de particulari non eſt verum , nã
non eſt idem tribunal . Quod patet , quia
ab eo appellatur ad delegantem , vt per Bar.
& Doct. in leg.1.§.fin.ff. quis & à quo app.
74 † & ibi probatur ſecus eſſe in uicario quia
cum eius tribunal ſit idem cum tribunali
principalis , debet ſedere in tribunali princi
palis, fateor tamen,quod poſt iudex delega-
tus elegit ſibi locum , ſemper debet ad illũ
locum facere citationes, & ibi ferre ſenten-
tiam,ſecundum Bart.& Pau. de Caſt.in d.l.
ſi ut proponis,leg.2.C. quomodo & quando
iud.& in leg.1. in fin. C.de ſen.ex peri.reci.
75 † Sed iuxta hoc cadit pulchrum dubium ui-
delicet, an delegatus ad unam cauſam, poſ-
ſit procedere, & ſententiare extra locum iu
riſdictionis delegationis,& an poſſit ibi eli-
gere ſibi iuriſdictionem delegationis , & an
poſſit ibi eligere ſibi locum.ſ. in loco nõ ſub
dito delegant. Et cum iſte caſus qñque mi-
hi eueniſſet in facto,quia illud Dux Succeſ-
ſę delegauit mihi unam cauſam ſuorum ſub
ditorum, & tamen tunc reſidebam in ciuita
te Melphię,qui eſt locus extra ſuam iuriſdi-
ctionem,& litigantes faciebant dubium, ꝙ
procedere non poteram, tamen ut eis morẽ
gererem feci ſupplicationem illuſtriſſimo
principi dicti ciuitatis Melphiæ, ut deberet
cõcedere mihi ſuum aſſenſum, qui fuit mi-
hi in ſcriptis conceſſus ad tollendum omnẽ
ambiguitatem . Dico tñ , quod non fuit ne-
ceſſe obtinere dictum aſſenſum ſed potius
fuit cautela ſuper abundans.Et nunc reſpon
deo ad q.præpoſitam,& dico,ꝙ ſi ambæ par
tes conſentiant,ꝙ delegatus procedat extra
territorium delegantis , ualet proceſſus , &
ſententia,abſque eo,quòd conſentiat domi-
nus illius territorij, tex. eſt ſingularis in ca.
76 ſtatutum.§.in nullo.de reſcr.lib.6.† per quẽ
ita interminis tenet Abb. in capitu. pen. &
glo.colũ.5.uerſ.uenio ad 4. &c. de offi. del.
ubi tenet , quòd in delegato poteſt fieri pro
rogatio de loco ad locum , & ratio poteſt
77 eſſe.† quia iuriſdictio delegati , non cohæ-
ret , nec terminatur territorio ſicut iuriſdi-
ctio ordinarij,ut d.Abb.ibidem , licet ſecus
eſſet ordinario,ſecundum eum,quia ordina
rius non poteſt procedere extra teritorium,
niſi interueniat conſenſus domini illius loci,
ultra conſenſum partium , idem tenet Bald.
in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſco. aud. &
Bart.& Doct.in l.quæro.ff.de ſol.& uide re-
miſſiue per Iaſ.in d.l.pen. ff. de iuſt. & iu. in
78 fi.col.† Secundo principaliter limita prędi
ctam regulam non procedere in epiſcopo ha
bente plures terras,& caſtra in ſua diœceſi,ꝗa
in quolibet loco de diœceſi,ubi reperitur, po-
teſt curiam regerę & citare , ac ſententias
ferre text.eſt in capit.cum epiſcopus,de off.
ord.lib.6.per quem ita tenet Bal.in d.l. pen.
in 1.lect uer.ſed an epiſcopi,&c.& ibi etiam
Ange.& Pau.de Caſtr.in l. fin. ff. de iuſt. &
iu.& Bald.in l.teſtamenta omnia. C. de teſt.
79 Tertio limita , niſi iudex de conſenſu par-
tium ferret ſententiam in alio loco non ſo-
lito,quia ualet propter prorogationem , dũ-
modo non egrediatur territorium ſuum ita
tenet Abb.in d.c.penul. & gloſſ. column.5.
uer.uenio ad quartam,&c.de off.del. & Bar.
in d.l.pen circ.fin.ff.de iuſt.& iu.& glo.ſi.in
l.cum non eo.die.C. quando prouo. non eſt
80 neceſ. † Quarto limita non procedere in
arbitro , qui poteſt eligere ſibi locum dum-
modo honeſtum l.ſi cum dies.§.ſi arbiter,ff.
de arb.& Bal.in l.cum ſententia . C.de ſen.
in dubio autem quando arbiter non eligit
locum , intelligitur de loco , ubi factum eſt
compromiſſum , ut tenet Alex.poſt.Bart. in
d.§.ſi arbiter,per illũ tex.& Bal.in d.l. pe.in
81 2.lec cir.fi.ff.de iuſt. & iu. † Quinto limita
nõ procedere in iudice appellationis, ꝗ po-
teſt etiã in domo ſua, & in oĩ alio loco ho-
neſto iuſtitiam regere, & ſnĩam ferre, gl. eſt
notabilis in d.l.cum ſnĩam.C. de ſent.& il ĩ

Bald.in 1.lect.& Paul.de Caſt. & communi-
82 ter Doc.ibidem.† Sexto limita in iſtis uica
rijs generalibus, & præſidibus prouinciarũ
qui uadũt diſcurrendo, per prouinciam, in-
quirendo maleficia & prouidendo oppreſſis
& alia faciendo, quæ ſpectant ad cultum iu
ſtitiæ, quia in quolibet loco illius prouinciæ
poſſunt ius reddere ad eorum electionem,
ita tenent Albe. de Rol. & Mod.in d.l. pe-
nul.ff.de iuſt.& iu.& Ange.in tranc.male.in
uer.ad noſtrum ſolum banchum iuris, &c.
in fin.& Bald.in l.teſtamenta omnia. C. de
83 teſt. † Septimo limita, quando locus ſoli-
tus non eſſet tutus, uel propter metum ty-
ranni, uel propter guerras, uel peſtem, uel
quia minatur ruinam, nam tunc poteſt iu-
dex eligere alium locum, & ibi ſententia re.
Debet tamẽ proteſtari, quod propter illam
neceſſitatem eligit talem locum, ita tenet
Bald.in d. l. col.2. uerſ.in gl. ibi, uel equo,
&c.de ſen.ex peri.reci.pro hoc eſt tex. in c.
84 ſtatuimus, de off.deleg.lib. † Octauo limi-
ta in epiſcopo expulſo à ſua ſede & diœceſi
per uim, nam poteſt in alieno diœceſi conui
cina exercere iuriſdictionem, procedendo
contra expulſores, & eorum fautores, ſecun
dum formam clem.1.de foro compet.
85 † Nono limita in cauſis in quibus procedi-
tur de plano, nam ualet ſententia lata in a-
lio loco ſolito maiorum, ſecundum Bartol.
in l.nec quidquã.§.de plano.ff.de offi. proc.
& Bal.in l.teſtamenta oĩa.C. de teſt. & Bar.
in l.1.colum.1.C.de confeſ. & habetur in l.
2.§.dies.ff.quis ordo in bo.poſ. ſeruetur pro
ut ſunt ea, quæ non requirunt plenam cau-
ſæ cognitionem, ut eſt tex, cum gloſſ.in l. uo
86 luit.§ fin.ff.de inter.act. † Decimo limita,
non procedere in cauſis uoluntariæ iuriſdi-
ctionis, quia in omni loco, etiam in itinere,
& de ambulando poſſunt expediri, ita te-
net Bal.in d.l.teſtamenta omnia, col.1.C.de
teſt.Bal.in d.l.1.colum.1.C.de confeſ.& eſt
text.in l.2.ff.de off.pro conſ.& in §.ſerui ue
87 ro, inſt.de libertinis.† Vndecimo limita, in
omnibus actis reſpicientibus litis ordinatio
nem, quia in illis non tenetur iudex ſerua-
re locum maiorum, ſecundum Bart.in d.l.1.
column.1.C.de confeſ.per d.l.uoluit.ff.de in
88 ter.act. † Reuertendo ad cauſam formalẽ,
dixi ſupra, quod in hac cauſa, quæ reſpicit
iudicem, conſideratur ſecundo loco tempus
hoc ideo dixi, quia ſententia debet ferri cõ
gruo tẽpore.ſ.ut ſit dies iuridicus, & non fe-
riatus, quia alias nõ ualeret, l.fi.C.de ferijs,
& no.Bar.& Doct.in l.2.ff.ſi quis in ius uoc.
non ie.& l.ſi ut proponis.la 1.C.quomodo
89 quando iud. † Item conſideratur tempus
congruum, ſ. ut feratur ſententia in die &
hora, in qua facta eſt citatio, alias ſi feretur
ante uel poſt terminum citationis, non ua-
let, tanquam lata parte non citata, text. eſt
notabilis in l.aut qui aliter, in prin. & in l.ſi
uicẽ.§.fi.& utrobiq; per Bar.ff. quod ui aut
clam & in l.cum non eo die.C.quando pro
uo.non eſt neceſ.& habetur per Doc.in c.cõ
ſuluit, de off.del.Quod tamen intellige, quã
do citatus non fuit contumax. alias ſecus,
quia ſi fuit contumax. in non comparendo
in termino, poteſt iudex ferre ſnĩam poſt ter
minum quãdocunque ſine alia citatione, ex
quo propter contumaciam ſemper eſt in
mora, unde non debet amplius citari, ita no
tanter tenet Bald. in d.leg.cum non eo die.
90 † Tertio, conſideratur tempus congruum,
x reſpectu inſtantiẹ, quia ſi iudex fert ſnĩam x
perempta inſtantia, puta poſt triennium nõ
ualet ſententia, ſecundum Bart. in l. prope-
randum, in prin.in fi.illius prin.C.de iud. &
ibi etiam Bal. in 2.q.Vbi idem dicit de ſen
y tentia lata y poſt deſertam appellationem,
ut non ualeat. Idem tenet Alex. in conſ.82.
91 in prin.3.uol.† Idem dicimus de ſententia
arbitri, quia ſi eſt lata poſt tempus præfixũ
compromiſſo, non ualet.§.ſi cum dies.§.ſi in
tra, & l.non diſtinguemus. §. compromiſſo,
& §. fin. ff. de arb. & Bald. in cap. quinta-
92 uallis de iureiu. † Quarto, conſideratur tẽ-
pus congruum, ut ſententia feratur de die,
z & non de nocte, alias z lata de nocte, non
ualet, ut no.glo.Barto.Paul.de Caſtr. Iaſ.&
cõmuniter Doc.in l.more Rom.ff. de fer. &
eſt tex.& ibi Abb.& Fel.in c. cõſuluit de of.
del.& per Mod.in l.non minorem.C.de trã.
& Petr.Phil. Cor.in conſi.54.col. pen. in 2.
vol. vbi dicit hanc eſſe magis cõem opi. qd
tamen limita, niſi conſuetudo aliter ſe ha-
beret.ſ.ut ferantur ſententiæ de nocte, quia
tunc ualet ſnĩa, idem ſi ambæ partes ſint p̃-
ſentes, & non contradicant: ſecundum Pau.
de Caſt.& Mod.in d.l.more Ro. & Fely. in
d.c.conſuluit, in quibus locis tradunt plures
aliæ limitationes, de quibus me remitto ad
93 dicta ibi. † Quinto conſideratur tem-
pus congruum ut non feratur ſententia
penden-



a pendente à dilatione, l. ſiue pars. C. de dil.
alias eſt nulla, ſicut, ſi eſſet lata die feriato ſe
cundum Bal.in l.pe.col.fin.uerſi. conſidera.
&c. & ibi etiam Cyn.C.de arbitr.
94 † Sexto conſideratur tempus congruum, ut
ſi cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, nã
interim non poteſt ferri ſnĩa ante habitum
conſilium, ſecundum Bald. in l.ex illo. C. de
app.& Barto.in l. 1. in princi. C. de rela. &
Phi.in c. intimaſti. de app. ſi tamen feratur
de facto, debet appellari, ſm Bart. in d.l. 1.
95 † Septimo conſideratur tempus congruum
ut iudex pronunciet tempore, quo utraque
b pars eſt præſens, uel altera b tm̃ abſens per
cõtumaciam, l. de unoquoque. ff. de re iud.
alias ſi utraque pars eſt abſens non ualet ſen
tentia, ita tenet Bald in l.1. colũ. 5. uerſ. &
prædicta faciunt ad q.&c. & uerſ. quæſitum
fuit, &c.de his quæ pœnæ no.ubi plus dicit
multum ſingulariter, q̧ ſi iudex incœpit le-
gere ſententiam, & ante completam lectio-
nem ſententiẹ ambẹ partes ſe abſentant, nõ
ualet ſententia, quod dictum nota, quia for-
te prima facie quilibet diceret contrariũ.Et
prædictis adde gl. in l. properandum.§. ſin-
autem alterutra, in glo.1.C.de iud. quod li-
mita, niſi in caſibus, in quibus iudex proce-
dit ex officio, quia tũc ualet ſententia utra-
que parte abſente, ſecundum Ange. in l. ſi
quis libertatem.ff.de peri.hær.& gl.in c.cu-
96 pientes.§.q̧ ſi per 20.de elec.li.6. † Tertio,
dixi ſupra, q̧ conſideratur ſolemnitas for-
malis reſpectu ipſius iudicis, quoad ſuam p-
ſonam, hoc poteſt intelligi multipliciter.
Primo, q̧ ſit iudex, & non priuatus, alias ſen
tentia non ualet, l. priuatorum. C. de iuriſ.
97 om.iud l.cum qui, & ibi glo.ff.eo.tit.† Itẽ
requiritur, q̧ ſit competens iudex, alias ſen-
tentia nõ ualet, ut toto tit.C. ſi à non comp.
98 iud † item, q̧ ſit ſanus mente, ſecus ſi eſſet
furioſus, ſurdus, uel mutus, ut l.cum prætor
§.non autem, & l.iudex datus.ff. de iud. Idẽ
ſi eſſet impubes uel ſeruus, uel mulier, ut d.
§. non autem Item debet iudex ſedere pro
tribunali, ut no.Bar, in l.1. C.de ſent.ex peri
99 rec.& dixi ſupra pluries. † Item, ſi eſſet iu-
dex excommunicatus, non ualet eius ſenten
tia, ut habetur in cap. pia. de except. lib. 6.
& no.glo.35.q. 9. in ſum na. & Bald. in l.1.
col.pe.in uer.unum obmiſi, &c. C.de iur. &
fac. ign. & Barto. in l. ſi arbiter. C.de ſen.
ibi hoc intelligit in publice excommunica-
100 to, alias ſecus. † Idem, ſi iudex eſt publice
infamis, quia non ualet eius ſnĩa ſm Bar.in
d.l.ſi arbiter & Bar.in l.quidã conſulebãt,
101 ff.de re iud.† Idem ſi ignoret ſe iudicem,
vel aliter dubitet, quia non ualet eius ſen-
tentia, ſecundum Bar.in l.quæ in lect.Nico-
lai de Neap.de eo, qui pro tut. ff. Doctores
102 in l. ſed ſi de ſua. ff. de acq. hær. † Idem
ſi iudex detulit appellationi, quia ſi poſtea
procedit, uel ſnĩam ferat, nihil ualet, quod
agit ſecundum gl.& Card in cle.1.in q.1.de
103 dolo, & cont. † Et ſimiliter, quando ſibi
eſſet inhibitum per ſuperiorem, c.non ſolũ,
de appel. lib. 6. poſſunt etiã multa & uaria
exempla poni de impedimẽtis reſpicientib.
perſonam iudicis, quæ diligẽs ſcrutator per
quirere poterit, & breuitatis cauſa omitto.
104 † Secundo principaliter conſideratur cau
ſa formalis in ſententia reſpectu litigantiũ.
Et hoc ſimiliter dicitur multis reſpectibus,
primo, quia nomina litigantium debent
exprimi in ſnĩa, ut ſciatur inter quos uenti-
latur negocium, & quis ſit abſolutus uel con
demnatus ut dixi ſupra in princ. huius ſecũ
dæ quæſtio.principalis, Item quia eſt neceſ-
ſe, quod litigantes ſint habiles ad comparẽ-
dum in iudicio, nam ſi aliquis eorum eſſet
pupillus, uel furioſus, & litigaret, ſine tuto-
re, uel curatore, non ualet ſnĩa, l. acta. §.fin.
& l. contra pupillum, & ibi Bart. & Alexan.
105 ff.de re iudi.† ubi idem dicitur de ſenten-
tia lata contra minorem indefenſum, ut
non ualeat ipſo iure.Pro hoc eſt tex. in l.cũ
& minores.C.ſi aduer.rem iu.& l.ſi præſes,
& ibi Bar.C.qũo, & qñ iud.De furioſo, aũt
q̧ non ualet ſnĩa, eſt text.in l. furioſo, & ibi
Barto.& Alex.ff.de re iud.quod procedit, e-
tiam in ſentẽtia lata in cauſa appellationis,
106 ſecundum Bal. in l.alienã.C.de proc.† Il-
lud aũt quod dixi non ualere ſnĩam intelli-
ge, qñ fertur contra minores indefenſos ſe-
cus, ſi pro eis, quia tunc bene ualet.l. non eo
minus, & ibi Alex. & communiter Doct. C.
de proc.& Alex.in d.l.furioſo, col. 1. ſed in
furioſo non valet ſententia etiam pro ea la-
ta, quia pro abſente reputatur, ut d.l.furioſo
& ibi Alex.& Doc.Et per hoc infert. Alex.
in d.l.furioſo, q̧ idem eſſet in pupillo, nul-
lum habente intellectum, puta quia eſt in-
fans, quia minime ualet pro eo ſententia,
& ſic eſt pulchra limitatio ad d.l.non eo mi-
107 nus. † Similiter non ualet ſnĩa quãdo fer-

c tũr cõtra eũ, qui eſt *c* mortuus tempore pro
lationis ſententiæ,l in ſumma.§. fi. ff. de re
iud.& l.1.§.fi.alias eſt l.2.ff.quæ ſẽ.ſine app.
reſc. imò ẽt in fauorem mortui, non ualet
ſnĩa,ſecundum Bart.in d.l.in ſumma, & ibi
ẽt Alex.in fi.& ibi uide per Doct.idem,qñ
ſnĩa fertur contra infirmum graui infirmita
te l.quæſitum.ff.de re iud. uerum in hoc da-
tur cautella, ut infirmus citatus mittat excu
ſatorem,ad ſignificandũ iudici, qualiter eſt
eſt infirmus, quia tunc, non obſtante infir-
mitatæ iudex profert ſententiam, talis ſnĩa
eſt nulla,ſm Alex.in d.l.quæſitum, col.fi.&
ibi vide per Doc.an teneatur mittere procu-
108 ratorem.† Quid autem,ſi quis litigat per
procuratorem, & facta litis conteſtatione
dñs moritur an poſſit ferri ſententia contra
procuratorem? dic quod ſic,quia tale man
datum more non extinguitur,ex quo procu
d rator eſt effectus *d* dñs litis,ſed qualiter ſint
concipienda verba ſententiæ, quia ſi nomi-
natur mortuus,uidetur ſententia non ualere,
per prædicta Bar.tangit hanc q. in l. nulla.
C. de proc. & relinquit eam in deciſam.
Veritas eſt, quam tenet Alex. in d.l. nulla,
vbi elicit cõmunẽ, & magis totam opi.ſ. ut
iudex dicat, condẽno talem procuratorem
quondam Titij defuncti, procuratorio no-
mine hæredum, uel eorum, ad quos ea res
109 pertinet, & ita ualebit ſententia. † Sed
hoc ceſſaret in procuratore prælati uel re-
ctoris eccleſiæ, quia quamuis efficiatur do-
minus litis, tamen extinguitur mandatum
quandocunque per mortẽ prælati, uel recto-
ris,text.eſt in cl.fin.de proc.& no.Iaſ.in d.l.
nulla, unde tunc non ualeret ſententia con-
tra illũ procuratorem, niſi haberet nouum
110 mandatum à ſucceſſore. † Similiter non
ualet ſententia,qñ fertur cõtra eum, qui nõ
eſt legitimus defenſor, tam in agẽdo, quã in
defendendo puta in falſo procuratore nõ ha
bente mandatum. l. licet & ibi per doc. C.
111 de proc.† & idẽ dicimus de eo, qui ſuſce-
pit iudicium pro aliquo abſente, quẽ crede-
bat uiuere,cum eſſet mortuus, nam non ua-
let ſententia lata in tali cauſa,ut eſt text.in
112 l.de qua re.§.fi.ff.de iudicijs.†eodem mõ,
e qñ lis eſſet agitata *e* cum procuratore,& iu-
dex ferret ſententiam in perſonam dñi, nã
non valet,text.eſt in l.1.C.de ſent.tamẽ iſta
ſolennitas hodie in regno hoc non curatur,
ex quo proceditur ſine figura iudicij in cau-
ſis ciuilibus,unde ualeret talis ſententia,ſe-
cundum Bart. in extrau. ad reprimendam.
114 in uerſ.& figura. † Similiter, quando ſen
tentia eſſet lata contra tutorem inhabilem,
& minus legitime conſtitutum, non ualet,
text.eſt in l.ſi tutor.C. in quibus cau. in in-
114 teg. reſt. non eſt neceſ. † Similiter non
ualet ſententia lata contra carceratum, uel
alio modo ſimili impedimento, impeditũ,
ſi iudex ſciuit impedimentum, ſecundum
Alex. in leg quæſitum,column.1. in fin. ff.
115 de re iu. † Tertio, principaliter conſide-
ratur cauſa formalis, reſpectu ipſius ſenten-
tiæ,& hoc multipliciter euenit. Primo,quia
debet ſcribi, & recitari deſcripti recitatio-
ne,leg. fin.& ibi Bart.& Doc. C. de ſen.ex
bre. rec,& dixi ſupra plene,quòd limita plu
ribus modis,de quibus per Iaſ.in §. re. col.
fin.inſtitu.de act. & in l.nec quidquã.§. ubi
decretum, column.14 & 15.ff.de off. proc.
116 † Secundo, quia debet ſnĩa continere iu-
ſtitiam, alias ſi contineret manifeſtã iniqui-
tatem,eſt ipſo iure nulla. cap.inter ceteras,
& ibi per Abb.& Fely.de re iud.Secus, ſi ini
quitas non eſt manifeſta, quia tunc ualet, &
debet reſcindi per appellationem, tunc dici
tur eſſe contra ius litigatoris ita habetur per
Doct. in leg.1.§.item contra ſacras, ff. quæ
ſen.ſine appe.reſcin.& Alex.in leg. cum pro
latis.ff.de re iud.& per Bart.& Doct. in l.2.
C.de erro.cal.& Abb.& Doc.in cap.1.de re
iud.de hoc articulo, vide plenè Phil.in c.dile
117 cto.in 55.de app.† Tertio, peccat ſenten-
tiam in ſe ipſa, quando continet expreſſum
iuri errorem, qui põt legi oculo corporali
quo caſu eſt nulla l.2.C.quandò prou. non
eſt neceſſ. Secus,quando error iuris non põt,
legi oculo corporali, de quo uide plene per
Alexand in add.ad Barto.in d.l.2 & in d. l.
cum prolatis ff. de re iud. & Abb. & Fely.in
d.cap.1.de re iud.& Alex. in conſ.79. in fin.
118 in 2.uol.† Quarto, dr̃ ſententia cõtinere
expreſſum errorem, qñ iudex exprimit cau-
ſam in ſnĩa,ex qua mouetur ad ſententian-
dum, & illa cauſa relata ad acta, eſt falſa,
ſeu erronea,quo caſu ſententia eſt nulla, ita
tenet Rapha.Cu.in l. 1. §. item cum contra
ſacras.ff.quæ ſen.fine.app.reſc.& Pet. Phil.
Cor.in conſ.4.in litera f.in 4.uol. nam licet
alias in ſententia non debeat exprimi cau-
ſa,tamen ſi exprimat falſa, & erronea ſnĩa
uitiatur,& non ualet ita tenẽt Abb.& Doct.
in



cap. ſicut, ubi eſt ſua materia, de re iud. &
119 dic ut ibi.† Quinto, non ualet ſententia
f lata contra *f* aliam ſnĩam, quæ tranſiuit in
rem iudicatã.l.1.& ibi Bart.& doc.C.quãdo
120 prou. non eſt neceſſ. † Sexto, peccat ſnĩa
g in ſe ipſa, *g* qñ eſt in certa,& non ualet re-
gulariter,quod dic,ut hr̃ in l.1.2.& 3. C. de
ſent.quæ ſine cer. quant. prof. & per Iaſ.in
§.curare,inſt.de act & per Bar. & doc. in l.
121 ait prætor,§.ſi iudex.ff.de rei iud.† Septi-
mo,non valet ſnĩa, qñ facit mẽtionẽ de ali
quo procuratore litigante, de cuius manda-
to non apparet, ita tenent And.& Matth.in
conſt. uniuerſos concluſiuè debet ſnĩa con
tinere ea, de quibus feci mentionem ſupra
in prin. huius ſecundæ q. principalis,& ui-
122 de, quæ ſupra dixi.† Quarta cauſa prin-
cipalis,quæ cõſideratur in ſententia,eſt cau
ſa finalis,quæ cauſa cõſiſtit in uno ſolo uer
bo ſententiæ,uidelicet in uerbo.condemno,
uel abſoluo, nam ad hunc finem fit totalis
inter litigantes, ut per eam ſententiam me-
diante iudice obtineatur condemnatio uel
abſolutio,& quantum ad hunc effectum po
teſt dici cauſa finalis ipſa condemnatio uel
abſolutio,ſed quantum ad hæc uerba, po-
teſt dici cauſa formalis, & ſubſtantialis ip-
ſius ſententiæ, quia ſi ſententia non conti-
net uerbum,cõdemno,uel abſoluo,uel ęqui
pollens,eſt ipſo iure nulla,& nõ dicitur ſen
tentia,ut colligitur ex diffinitione ipſius,
quam tradidi ſupra in 1. q.princi.& de hoc
123 eſt tex.in leg.1. ff.de re iud. † Quod autẽ
poteſt eſſe uerbum ęquipollens condemna-
tioni,uel abſolutioni, declarat Alex. in d.l.
124 1.colum.2.in fi. ff. de re iud. † Inter alia
nota unum, quod ſi iudex declarat in ſen-
tentia, Titium teneri mihi ad centum, pe-
rinde eſt, ac ſi condemnaſſet eum ad cen-
tum, ita tenet Pet.Phil. Cor. in conſi. 301.
in litera f, in 3. uol. & eſt glo. in leg. diem
125 proferre.§.ſi plures.ff. de arb. † Quid autẽ
ſi iudex dicere, pronuncio Titium condem
nandum,an cenſeatur condẽnare? dic quod
non, quia tractus futuri temporis non ſpe-
ctat ad iudicem leg. non quemadmodum.
ff.de iud.l.1.in prin. ff.de uſu. gl. eſt, & ibi
Bart.& Doc.in leg.1.C.ſi ad uer.liber. Iſtã
q.tangit Alexand. in l 1.§. ſi quis ita, colu.
4.ff.de uerb.obli.& plures allegat. Tandem
firmat hanc opi.tanquam ueriorem per iu-
ra allegata ibi per eum. Tangit etiam Ale
xand.in d.l.1. colum. 2. in fin. ff.de re iud.
Aliud.n. eſt condennare, & aliud pronun-
ciare condemnandum, nam talis pronun-
ciatio expectat aliam ſententiam poſt ſe.
126 † Sed ſtat dubium, quid ſi iudex mittit
h proceſſum *h* ad conſilium ſapientis, & ſa-
piens ſcribit, uotum ſuum. ſ. Titium eſſe
condemnandum, &c. & iudex dicit, pro-
nuncio, prout in tali conſilio continetur
an uideatur condemnaſſe? deciſio præce-
dens facit, quod non. Tamen communi-
ter Doc. tenent contrarium, quia talis eſt
mens iudicis relata ad conſilium.ſ.ut con-
demnet, & ita debet interpretari. ut actus
magis ualeat, quàm pereat, ita cõcludit Ale
xand.in l.1.in fi.ff.de re iud.Quod ſanè in-
tellige, quando iudex ſimpliciter diceret,&
ego ita pronuncio, prout in tali conſilio cõ
tinentur. Secus,ſi adderet, pronuncio con-
demnandum, prout in dicto conſilio, &c,
quia tunc nõ cenſetur condemnaſſe de præ
ſenti.ita declarat Bald.in l. cum iudex. cir-
ca fin.C.de ſent.& ita reſtringe,& declara
id quod dixi ſupra in 1. q. prin. huius ult.
partis.in 8. differentiæ, uerſ. ſed iuxta hoc
moueor,&c.& uerſ.ſequen.ubi de hoc.
127 † Quid autem ſi iudex dicit cõdẽno,ſi eſt
probatum,an ualeat ſentẽtia? uide plene de
his,& alijs ſimilibus Alex.in l.ait prætor. §.
ſi iudex,colu. 3. cum duab. ſeq.ff.de re iud.
Et quid ſi dicat, condemno. imò abſoluo?
uide Alexan.in l.actorum,eo.titu.& quid ſi
dicat.pronuncio,prout talis iudex pronun-
ciauit in tali cauſa? uide Alexand.in leg. ſi
conuenerit,in fin.ff.de re iud. Et quid ſi di-
cat, condemno uel abſoluo? Tunc non ua-
let.ſecundum Alexan.in l.iudex poſtquam,
colum.2 eo.tit.Et quid ſi dicat, condemno
ſaluo eo, quod infra dſcam? uide Alexan.
in d.l.iudex poſtquam, col.2

VENIO ad tertiam q.principalem,&
128 quero,ſequẽdo ordinem præpoſitum,†in
quibus caſibus ſententia nõ trãſit in rem iu
dicatam. Et quia multi, & quaſi infiniti sũt
iſti caſus, colligã aliquos magis quotidia-
nos.tñ prius uolo declarare hunc terminũ,
quid eſt hoc dicere, quod ſententia tranſit
in rem iudicatã.Hoc declarat Abb. qui ple
nè tãgit in rub.extra de re iud.Et concluſio
uera eſt,quod qñ dicimus ſimpliciter rẽ iu-
dicatam,põt accipi largo modo,pro ſenten-
tia, quæ imponit finem controuerſiæ per

abſolutionem uel condemnationem, ut l.
1. ff. de re iud. & l. litigatoribus. & ibi glo. &
Bar. C. de appel. Iaſ. in leg. & poſt rem. ff. de
tranſ. Sed qñ dicimus, quod ſententia tran-
ſiuit in rem iudicatam, intelligitur. i. quia
accepit auctoritatem, & uires rei iudicatæ,
quæ pro ueritate accipitur, & pro leg. habe
tur. leg. res iudicata. ff. de reg. iur. quod eſt,
qñ per lapſum 10. dierum ſnĩa firma rema-
net, ſi ab ea non fuit appellatum infra 10:
dies. c. quoad conſultationem de re iud. &
auth. hodie. C. de app. Idem, qñ fuit appel-
latum & appellatio eſt deſerta, auth. ei, qui
appellat. C. de temp. app. & habetur in conſt.
129 appellationum tempora. † & eſt *i* tantæ au
i ctoritatis ſnĩa, quod facit de non ente ens,
& de falſo uerum, & de albo nigrum, ſecun
dum Iaſ. in l. Iulianus, la 2. ff. de cond. inde.
Primo, igitur dicitur res iudicata, largo
modo, inhærendo ſolis uerbis, ex eo, quia
per iudicem iudicatũ eſt non tamẽ aſſumit
auctoritatem rei iudicatæ, niſi elapſis de-
cem diebus, & poſtea dicitur tranſiuiſſe in
rem iudicatam. ſ. irreuocabiliter, quia ul-
terius per remedium appellationis reuo-
cari non poteſt, nec cauſa reuideri, de qua
materia remitto me ad dicta per Abb. in
130 d. ru. extra de re iud. † Hoc præſuppoſito
dico, quod multi ſunt caſus, in quibus ſen-
tentia non tranſit in rem iudicatam. Et
primus caſus eſt, quando ſententia eſt lata
de conſilio alicuius Doctoris, ſeu iuriſpe-
riti, nam nunquam tranſit in rem iudica-
tam, imò ſemper poteſt retractari, quando
cunqe apparebit conſilium alterius Docto-
ris rectius ſentientis. ita tenet Ludo. Roma.
in conſ. 228. col. fin. & Ant. de But. in c. pro-
poſuiſti, de prob. & Alex. in l. ſi ab hoſtib.
col. 3. ff. ſol. mat. & in c. intimaſti, in fin. de
app. & Iaſ. in rep. l. admonendi. colu. 21. de
iureiu. Verum hunc caſum, & omnes ſe
quentes declara, & limita, ut dicam infra
131 in fin. huius tertiæ, & ult. q. † Secundus ca
ſus eſt, in ſententia lata ex iudicio exper
K torum, K ſeu peritorum in arte, quia nun-
quam tranſit in rem iudicatam, ſecundum
Bald. & Alex. in d. l. ſi ab hoſtibus. colu. 3. ff.
ſol. mat. & Fel. in d. c. propoſuiſti, colu. pen.
uer. 4. concl. &c. de prob. & Phil. in cap. cum
ceſſante, & c. intimaſti, de app. & Ang. in
l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil.
edic. & Iaſ. in d. rep. l. admonẽdi, colum. 20.
quod limita, niſi illi periti in arte, ſeu ex-
perti eſſent aſſumpti de uoluntate utriuſ-
que partis, quia tunc non põt ulterius retra
132 ctari, ſecundum Iaſ. ibid. col. 22 † Tertius
caſus eſt, in ſententia mercatorũ, quia non
tranſit in rem iudicatã, ex quo cenſetur ſen
tẽtia expertorum, ita habetur in dec. 33. cõſ.
133 Neap. † Quartus caſus eſt, in ſententia la-
ta ex iuris pſumptione, & ſic ex probationi
l bus *l* præſumptiuis tex. eſt in l. ſi quis adult.
C. de adult. & Lud. Ro. in l. cum quidã, §. qđ
dicitur. ff. de acq. hær. & Alex. in d. l. ſi ab ho
ſtibus, ubi idem generaliter dicunt, in om-
ni ſententia lata ex probationibus priuile-
giatis, ut quandocunque retractari poſ-
ſit. idem tenet Fel. in d c. propoſui, colu.
pen. & Iaſ. in d. rep. l. admonendi, colum. 19.
134 † Quintus caſus eſt, in ſententia lata per
teſtes deponentes de crudelitate. Ita tenet
Ant. de But. in d. cap. propoſuiſti, & Iaſ. in
135 rub. de iureiu. colum. fin. † Sextus caſus
m eſt, in ſententia lata in cauſa *m* matrimo-
niali, glo. eſt in l. 3. §. pen. in uerſ. agatur. ff.
de iur. iu. & text. & Abb. & Fel. in cap. lator,
de cõſanguin. & affi. & ca. teneor, de re iud.
& Abb. in c. 1. col. 2. extra ut lite nõ conteſt.
136 † Septimus caſus eſt in ſententia lata ſu-
per ætate ex aſpectu, quia cum ſit proba-
tio præſumptiua, non tranſit in rem iudi-
catam, ſecundum Bald. in leg. ſi minorem,
C. de in integ. reſt. & Bal. in l. 2. colum. 2. in
fin. uer. ſed hic dubitauit, &c. C. quando fi.
uel pri. & Barto. in l. minor 25. annis adit. &
137 in l. de ætate. ff. de mino. † Octauus caſus
eſt, in ſententia lata ſuper excuſſione, per
quam pronunciatur bona debitoris exta-
re, uel non extare, ſecundum Bald. in d.
l. 2. colum. 2. circa fin. C. quando fiſ. uel pri.
138 † Nonus caſus eſt, quando uictor fatetur
ſnĩam per ſe latam, eſſe iniquam, quia non
tranſit in rem iudicatam, & põt eſſe rõ, quia
illa præſumptio iuris, & de iure, quam fa-
cit ſententia, tollitur per confeſſionem ui-
ctoris, ita tenet Inno. in cap. quia plerique
colu. 1. de immut. eccle. & Abb. & Ant. de
Butr. in cap. is qui fidem deſpon. & Abb. in
c. quanto. de præſc. & in c. 1. in fin. de con-
ceſ. præb. & Iaſ. in d. rep. l. admonendi, co-
lum. 24. uerſicu. ego inter alios, &c. in leg.
ſi duo. §. idem Iul. in 6. not. ff. de iureiuran.
139 † Decimus caſus eſt, quando ſententia eſt
lata ex probationib. à iure reprobatis, puta
per



n per *n* duellum, ſuper experientiam ferri ca
dentis, nam tunc non ſolum non tranſit
in rem iudicatam, imò eſt penitus nulla,
ſecundum Bald. in libertorum C. de teſti
140 bus. † Vndecimus caſus eſt, quando iudex,
condemnaret delinquentem ad confiſca
tionem bonorum in caſibus prohibitis. per
auth. bona damnatorum. C. de bo. proſc.
quia talis ſcientia non tranſit in rem iu-
dicatam ſecundum Bald. in c. 1. colu. 4. uer.
ſed pone iudex, &c. de pace tenen. in uſi.
141 feu. † Duodecimus caſus eſt, qñ ſententia
eſt taliter lata, quod ex eius tenore perpen-
ditur iniquitas, ſecundum Innoc. in c. cum
Bertoldus, de re iud. Pro hoc eſt text. in
cap. inter ceteras, & ibi per Doct. eod. titu.
142 † Tertiuſdecimus caſus eſt, in ſnĩa lata
in cauſa uſuraria, ſecundum Alb. de Roſa.
in rub. C. de uſur. colu. pen. & ſequitur Iaſ.
in d. repet. l. admonendi, colum. 23. in fin. &
in l. 1. §. ſi procurator, colu. 5. ff. ſi quis ius
143 di. non ob. † Quartuſdecimus caſus eſt,
quando ſnĩa fertur per teſtes aſſignãtes cau
ſam ſcientiæ, quia ſum uicinus, uel conſan
guineus, & ratio eſt, quia talis probatio
eſt præſumptiua, & priuilegiata. ita tenet
Iaſ. in l. 1. colu. 6. ff. ſi cer pet. unde hoc cen-
ſetur potius exemplum eorum, quæ dixi ſu
144 pra in 4. caſu. † Quintuſdecimus caſus
eſt, quando per euidentiam facti apparet de
iniquitate ſnĩæ, quia põt quãdocunq; retra
ctari, ſecundũ Bal. in l. 1. C. ſent. reſc. nõ poſ.
& Inno. & Ca. in cap. fraternitatis, de frig.
& malef. & Bald. in l. contra negantem, in
fi. C. ad leg. aquil. & Iaſ. in l. eũ qui. §. in po
pularibus, colu. 4. circa fi. ff. de iure iur. &
145 alle. in conſ. 1. in 4. uol. † Sextuſdecimus ca
o ſus eſt, quãdo ſnĩa eſſet lata ex *o* falſis teſti
bus, uel inſtr̃is, ut probatur in leg. 3. & per
totum. C. ſi ex falſ. inſtr. & per Alex. ĩ leg. ſi
ab hoſtibus. colum. 3. ff. ſol mat. & Iaſ. in d.
rep. leg. admonendi, eo. titu. & Alex. & do. in
146 l. diuus. ff de re iu. † Decimuſſeptimus ca
ſus eſt, in ſnĩa lata prætextu iuramẽti neceſ
p ſario falſi, *p* ut eſt text. in d. l. admonendi, &
ibi Iaſ. in rep. colu. 3. & col. 19. 21. Secus in
iur̃o uoluntario. & quæ ſit ratio, uide ibi.
147 † Decimuſoctauus caſus eſt, quãdo, ſi ſen
tẽtia ſeruaretur, tractaretur de periculo ani
mæ, quia nunquam tranſit in rem iudicatã
gl. eſt in c. inter monaſterium. in gl. fin. de re
iud. & Iaſ. in d. rep. l. admonendi, colum. 25.
148 † Decimuſnonus caſus eſt, quando cauſa
redit ad non cauſam, ut ſi fullo conducit
ueſtimenta, & his amiſſis condemnatur
per ſententiam ad ſoluendum precium loca
tori, ſeu domino, nam ſi poſtea dñs inuenit
ueſtimenta, quandocunque poteſt ſnĩa retra
ctari. ut fullo recuperet ſolutum pretium,
caſus eſt in l. ſi fullo, ff. de cond. ſine cauſa,
149 Vigeſimus caſus eſt, in ſentẽtia ueniali, ut
q quando iudex *q* corruptus pecunia malam
profert ſnĩam, nam non tranſit in rem iu-
dicatam. l. ueniales. C. quando prouoc. nõ eſt
150 neceſ. † Vigeſimus primus caſus eſt in
r cauſa *r* beneficiali, nam ſnĩa lata in cauſa
beneficij eccleſiaſtici, non tranſit in rem
iudicatam, quoad præiudicium ſuperioris,
c. cum Bert. & ibi Doct. de re iud. ſed bene
tranſit quoad pręiudicium ipſarum partiũ
ut eſt glo. & Abb. in c. 1. de conceſ. præb. &
habetur in c cum dilectus, de elect. & in c. ad
151 audientiam, de reſcr. † Vigeſimus ſecũdus
caſus eſt. in ſnĩa excõicationis, quæ nũquã
tranſit in rem iudicatam, propter pericu-
lum animæ, & hoc quoad publicam utilita
tem, quę concernit animas, ſed quoad pri-
uatam bene tranſit, ita declarat Abb. in c.
conſanguinei, de re iud. in pen. colum. ubi
etiam loquitur de omnibus ſententijs cenſu
rarum & interdictis eccleſiaſticis, ut idem
ſit. Pro hoc eſt tex & ibi per Doct. in ca. ad
reprimendam, de off. ord. & cap. ſacro, de
ſent. exc. & in c. uenerabilibus, de ſen. exc.
lib. 6. & eſt glo. in uerſ. ſuſpendatur, in d. c.
ad reprimendam, & Phil. in c. qua fronte. de
152 app. † Vigeſimuſtertius caſus eſt, in ſen-
tentia lata contra minorem ex falſis allega
tionibus, quia eſt nulla ipſo iure, & non
tranſit in rem iudicatam. l. 1. & ibi Bart. C. ſi
tutor ex fal. alleg. Idem, ſi contra abſentem
ex iuſta cauſa. l. ſi prætor. §. Marcel. ff. de iu.
153 Soc. in conſ. 18. colu. 6. in 1. uol. † Vigeſi-
muſquartus caſus eſt, generaliter in omni
ſnĩa nulla, quæ nunquam tranſit in rẽ iudica
tam, imo ſemper poteſt retractari, text. eſt
cum gl. & ibi plene Bart. in leg. ſi expreſ-
154 ſim. ff. de app. † ſed uſque ad quod tp̃s re
tractari, & dici de nullitate? Vera conclu-
ſio eſt, quod uſque ad 30. annos. & non ul-
tra ubi non uertitur periculũ animæ. alias
poſſet agi, & ultra in perpetuum, ita decla-
rat Car. in cl. 1. in 14. q. de re iud. & Sal. in
l. ſi pręſes. C. qũo. & qñ iud. & Soc. in titu. de

ſen.§.iuxta.in fin.& Phil.in c.dilecto.col.5.
uerſi.5.quęritur,&c.de appel.& Bal.in l.da-
ad ſuperiorem per uiam grauaminis, & tũc
includit appellationem, & reſtitutionem,
text.eſt,& ibi gloſſ.in uerſicul. querelam, in
l.ab eo.C.quo,& quando iud.& ita illam gl.
declarat Abb.in c.querelam,colu.2. in glo.
1.de proc.& Fel.in c.querelam, colum. pen.
de iureiur.idem etiam tenet gloſſ. in uerſi.
querela,in l.ſi. ab arbitro. & ibi Bart. Alex.
& Doc.ff.qui ſat.cog.& Soc.in conſi.96.col.
3. in fin. in 1. uol. ſecundo modo accipitur
ſtricte,& tunc differt ab appellatione,ſecũ-
dum glo.& Abb.in d. c. querelam, de proc.
& Fel.in d.c.querelam, colum. pen. de iure-
iur. Nam ille dicitur adire iudicem per que-
relam, qui non poteſt appellare propter ali-
quod impedimentum iuris, & ſic tunc dici-
tur propriè querela, quando circa remediũ
appellationis iudex aditur,ut habetur in lo-
cis præallegatis. Eſt enim querela,qñ oppreſ
ſus reclamat,ut ſibi p uiam iuris ſuccurrat.
ita dicit Phil.Dec.in conſ.125.col. fin.in 1.
uol. & habet locum querela, ut plurimum
quando quis grauatur in actibus extraiudi-
cialib.uel per aliquam interlocutoriam ſine
cauſæ cognitione prolatam, in quibus caſi-
bus ſi aliquis appellauit, & appellationem
deſeruit poteſt recurrere ad querelam, &
ſic deſertio appellationis non præcludit uiã
querelæ, ita pulchre declarat Car. Alexan-
drinus,in c.cum ſit Romana.colu.1.in fi.&
2. de appel. ubi etiam allegat dominos de.
Rota in ſuis deciſionibus, nam fatalia, quæ
currunt in appellatione, non habent locum
in querela,ſecundum Alex.in l.ſi ab arbitro,
in fin.uerbis.ff.qui ſat.cog.pro hoc, eſt.tex.
in cap.concertatio.& ibi per Doct. de app.
lib.6.idem tenet Matth.de Affl.;in conſt.ap-
pellationum tempora,col. 11. Eſt enim iſta
querela quoddam implorare officium iudi-
cis ſine appellatione pro grauamine, ſecun-
115 dum Alex.in d.l.ſi ab arbitro. in fi. † No-
ta tamen inter alios unum uſum,in quo eſt
neceſſaria iſta querela, nam in omnibus ca-
ſibus, in quibus ſnĩa lata, nunquam tranſit
in rem iudicatã,prout eſt,qñ fertur in cau-
ſa matrimonij,ut not. Abb.& Doct.in cap.
conſanguinei,de re iud.& in c.ſicut, de teſt.
Item,qñ fertur ex conſilio doctoris,ut not.
Abb.in cap.propoſuiſti.de prob. & Alexan.
in l.ſi ab hoſtibus,col.3.ff.ſol. matr.& Phil.
in c.intimaſti,in fin.de app.& Lud.Rom. in
conſ.228.& idem in ſententia lata ex iudi-
cio expertorum,ut habetur in deciſ.33.cõſ.
Neap.& in quam pluribus alijs caſibus, de
quibus plene dixi ſupra in uerſic. ſententia
in 3. q. princi. Si contingat in dictis caſibus
aliquem prætendere grauamen de tali ſen-
tentia, ſi uult per appellationem contradice
re,debet appellare infra 10 dies,& tunc de-
uoluet cauſam ad ſuperiorem alias elapſis
decem diebus, non poteſt ulterius appella-
re,debet enim contradicere per uiam quere-
læ, ſi uult ſe grauare poſt decem dies, glo.
eſt ſingularis in cap. ad reprimendam, uerſ.
ſuſpendatur,de off.ordin. quam ualde excla
mat ibi Abb.in d.capitu.conſanguinei, col.
pen.in fi.de re iud.& Phil.in cap.directe.col,
pe.de appel.& Fel.in c.lator.col.4.de re iud.
116 † Verum tunc non poteſt adiri ſuperior,
ſed debet querela proponi coram eodem iu-
dice,ita dicit Abb.in d.cap.ad reprimendã,
& in d.cap.conſanguinei, & hoc uidetur dif
ferre querela ab appellatione, prout hoc ple
ne declarat Paul.de Caſt.in l. fi. C. de edict.
diui Adr.tol.& ibi etiam Alex.in 11.colum.
circa fin. & ſeq.Iaſ. etiam ibi column. pen.
117 † Similiter circa reuocationem attenta-
torum,quando aliquid eſt attentatum appel
latione pendente in tali cauſa, in qua non
poterat appellari, quo caſu non ligantur
manus iudicis ante inhibitionem, cap. non
ſolum,de appella.lib.6. nam iſto caſu atten
tata tenent,& ex quo lege permittente fiũt,
unde non reuocantur ex priuilegio attenta-
torum,ſed poſſunt reuocari per uiam quere
læ,& tunc fit reuocatio per ſuperiorem, ita
dicit Abb.in c.paſtoralis,column.4.uerſicul.
tertius effectus, & in uerſic.in 3.q.&c.& ibi
118 etiam Phil.in 3.colu.de app. † Plus etiam
dicit Abb.in d.c.paſtoralis,in d. uerſic. in 3.
quæſt.&c.quod etiam in caſibus, in quibus
prohibita eſt appellatio, ſi aliquis appellat,
operatur hæc appellatio,quo ad iudicem ad
quem,ut ſi uidet grauamẽ,poſſit illud emen
dare,& corrigere, licet non operetur aliquẽ
effectum ſuſpenſiuum reſpectu iudicis a
quo,& ad hoc ponderat gloſſ. ſing. in cl. 1.
10.gloſſ.in uerſi.oneramus de iure patrona.
119 † Competit etiam iſta querela, ubicun-
que

que iudex tardaret circa expeditionem cau
ſæ, nam tunc ab iſta tardatione non poteſt
appellari;ſed poteſt exponi querela ſuperio-
ri,ita tenet Bal.in l.fi.§.illud,per illum text.
C.de temp.appel.
120 † Plures alias ſignificationes habet iſte
terminus,quia querela, quandoque ponitur
pro querela criminali, ut not. gloſſ. in cap.
Maximianus 81.diſtinct. & eſt text. in leg.
querela.C.de falſis,& not.gloſ.in l. ſi quis ſe
iniuriam. C. de accuſ. & de hoc dixi ſupra
in 4. parte,in 1.diſt.uer.ex prædictis: infe-
ro,&c.Item, quandoq; ponitur pro querela
inofficioſi teſtamenti, uel inofficioſæ dona-
tionis, & hoc non eſt materia noſtra, ideo
remitto ad ſuos titulos.
121 † Quæ autem ſit differentia inter lamen
tationem,querelam,quærimoniam, & quæ-
ſtionem? Dic quòd lamentatio, eſt extra-
iudicialis,querela uero iudicialis,text. eſt in
conſtitu.regni,quæ incipit,peſſimam, & ibi
Matth.in 1.notab.Quærimonia uero,eſt an
te litem conteſtatam,ſecundum Fel. in cap.
1.in fi.de app.& declarat Abb. in ca. quia in
dicante,col.pe.de præſcr.
122 REDVCTIO † eſt nonus actus ſu-
ſpenſiuus, quæ dicitur eſſe ſpecies appella-
tionis,licet non ſit uera appellatio,l. non di
ſtinguemus.§. cum quidam, & ibi no.ff. de
arb.hinc dicit Spec.in tit.de arb.§. 1. uerſi.
quid ſi à tempore,quod reductio ad arbitriū
boni uiri, non dicitur proprie appellatio,
ſed potius quædam atteſtatio, habet tamen
quandam ſimilitudinem cum appellatione,
quia ſicut appellatio impedit executionem,
ita etiam reductio,ſecundum Bal.in capitu.
fin. column. 1. uerſ. quod nota, quod tria
ſunt,&c.lata ſententia ſuper reductione, ſe-
cundum Ang.in conſi.162.in fin. ubi etiam
ſentit Ang. quod non obſtante reductione
poteſt fieri executio, præſtita cautione per
petentem ſicut dicimus in reſtitutione in-
tegrum,de qua materia dixi ſupra in uerſic.
reſtit. circa fin.& per Bar.in leg. defenden
te,in fin.ff.de auct.tut.ſed Bald.in l.tale pa
ctum.§.qui prouocauit col. fin. in pen. q. ff.
de pact.tenet indiſtincte,quod impedit exe-
cutionem laudi, adeo quod ea pendēte nul-
lo modo pōt fieri executio.Sicut dicimus in
appellatione,idem tenet Abb.in cap.quinta
ualis,column.23.uerſic. ſed hic annecto du-
bium, &c.de iureiu. ubi etiam dicit, quod
iſta reductio, eſt quædam querela. Verum
Sal.in l.1. C.quando prouo.non eſt neceſſ.
tenet, quod non impedit executionem, &
ſic uidetur uarietas opin. inter Doct. ſed in
tanta uarietate puto ueriorem eſſe opin.
Bald.& Abb.& ſequacium ſcilicet quod im
pediat executionem, ſicut appellatio, & hoc
probatur ex text.in d.l.non diſtinguemus,
§.cum quidam,recte ponderādo illum text.
hanc etiā opin in effectu tenet Soci. in cōſ.
227.col.penul.in 4.uol. ubi dicit æquipara-
ri iſta duo, ſcilicet eſſe factum compromiſ-
ſum, & eſſe petitam reductionem, unde ſi-
cut non poteſt fieri executione pēdente cō-
promiſſo, ita nec pendente reductione, &
cum hac opin. pertranſeo, quæ uidetur tu-
123 tior.† Super hanc tamē materia reductio
nis,quæ quotidiana eſt, breuiter attingam
tres quæſtio. de reliquis autem ad materiā
facientibus remitto me ad ea,quæ plenè po
nit Abb.in d.cap. quintauallis,& Bart. in l.
ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. &
Lud. Rom.in rubr. de arbitr. & Lanfran.in
tract.de arbitr.quorum dicta eſſet ſuperua-
cuum reepigolare. Solum attingam iſtas tres
quæſtiones, quæ uidentur habere opin.
Doct.hincinde, ad hoc ut ponam ueram &
communem deciſionem. Et prima quęſt.
erit, uſque ad quod tempus poteſt peti iſta
reductio. Secunda, coram quo iudice peti
poteſt. Tertia, quid ſi per pactum eſt renun
ciatum huic reductioni,& iuratum, an poſ-
ſit peti,non obſtante iuramento abſque alia
124 abſolutione? † Primo igitur quæro, uſq;
ad quod tempus peti poteſt reductio? dic
quod communis concluſio eſt uera, quod
poteſt peti uſque ad 30.annos, quidquid di
cant alij Docto. hanc opin.tenet Bartol.in
d.§.arbitrorum,& Soci.in conſil.220.colu.
4.in 2.uol.& eſt deciſum in deciſi.232.cōl.
Neap.idem tenet Ange.in conſ.314.in prin
cip.ubi dicit,quod eſt ius perſonale, & ideo
non præſcribuntur niſi ſpatio 30.annorum
idem tenet Bald.in l. fin. uerſi. quæro uſque
ad quantum tempus,&c.de contrahen. em-
ptio.& Alex.in conſ.93.colu.fin in 2.uol.&
Phil. Dec.in conſ.39.col.pen. in fi. ubi plu-
res allegat, & dicit hanc eſſe communē opi.
125 † Nec obſtat.l.cum antea.C.de arb.ubi di
citur,quod taciturnitate decem dierū emo-
logatur ſententia arbitri, ſi non fuerit con-
tradictum, quia illa l. loquitur in arbitrio,
qui



qui habetur,ad inſtar iudicis nō autem loq
mur in reductione ad arbitrium boni uiri,
quæ fit contra ſententiam arbitratoris, qui
eſt uelut amicabilis compoſitor, & procedit
de facto potius quam de iure iſta ſententia
non emologatur, niſi ſpatio 30. annorum,
ita declarat Abb. in d.capitul.quintauallis,
126 col.6.uerſ. octaua differentia. † Secundo
quæro, quis erit iudex adeundus in iſta re
ductione? ſuper hoc reperio uarietatem opi.
nam Bar.in d.§.arbitrorum,col.4.uer. quæ-
ro quis erit iudex, &c. ff. pro ſocio tenet qđ
debeat adiri iudex rei,& ſic ille,qui eſſet fu-
turus iudex,ſi actor uoluiſſet in iudicio liti-
gare, idem uidetur tenere Alexā. in conſil.
13.in prin.in 2.uol.ubi dicit, quod iudex or
dinarius litigantium, eſt iudex in cauſa re-
ductionis, non autem iudex appellationis.
Idem tenet Soc.in conſil.18.colum.13. in 1.
uol.& Paul.de Caſtr. in l. cum hi. §.tranſac.
ff.de tranſac.& Abb.in d. cap.quintauallis,
col.21.in fi.uerſ.ſed dubitabatur quis iudex,
&c. de iureiur. Contrarium tenet Lud. Ro.
inconb.265.ubi dicit,quod debet peti redu-
ctio coram illo iudice,qui eſt iudex arbitra-
toris ad inſtar appellationis, & hanc partem
tenet Matth. de Affl.doct. Neap.in io. lib.
conſilio, Neap. uerum dicit, quod non fuit
hoc deciſum per ſacrum conſilium. Breui-
ter ego teneo primam partem ſcilicet quod
petatur coram iudice ordinario,qui eſſet fu
turus iudex cauſæ,per deciſiones prædictas,
quæ uidentur facere opin.magis communē.
Quod poteſt corroborari, quia arbitramen-
tum,eſt quæda tranſactio, & ſicut ille, qui
uult agere cōtra tranſactionē,debet adire iu
dicem rei,ita etiam,& ueniens contra arbi-
tramentum,quod tamen declara, & limita
niſi ex forma alicuius ſtatuti, haberent lau-
da executionē,& actionē,quia tunc ad iudi
cem arbitratoris eſt recurrendum per ea quę
dicit Bartol.in leg.2.C.ubi, & apud quem,
127 &c. † Tertio quæro an contra laudum iu
ratum, quando eſt renunciatum reductio
ni, poſſit peti reductio, & an ſaltem ſit ne
ceſſaria abſolutio a iuramento? Breuiter
uera, & communis concluſio eſt, quod ſi læ
ſio eſt modica, & ſupportabilis, non poteſt
peti reductio, & tunc illa renunciatio cum
iuramento, operatur, ut non reducatur ad
arbitrium boni uiri, ita tenet Pau. de Caſt.
in conſ.200. colum. 2. in 1.uol. Si autem læ-
ſio eſt magna & enormis,uel enormiſſima,
tunc poteſt peti reductio non obſtante renū
ciatione, & iuramento, quia dato quod
ampla uerba ponantur in compromiſſo,non
tamen poteſt fieri quin reductio habet lo-
cum, ſtante enormiſſima læſione, & ſemper
iuramentum intelligitur, ſi quæ arbitratus
fuerit arbitrator, & enormiſſima læſio non
præſumitur cogitata, & iuramentum non
extenditur ad incogitata, ita tenet Alex. in
conſilio 131.col.pen.in 2.uol.& Soc.in cōſ.
220.col.5.in 2.uol.& in conſ.104.col.4.in
fi.in 4.uol.& Phil. Dec in conſil.11.colu.6.
uer.4.principaliter,&c.& conſil.60. colu.2.
ubi dicit, quod non poteſt dari clauſula, per
quam ad arbitrium boni uiri a laudo non
poſſit peti reductio. Sequitur ergo, quod
ubi eſt enormis læſio,non requiritur abſolu-
tio a iuramento, ſed poteſt indiſtincte peti
reductio,quia non detegitur periurium ubi
iuramentum ſe non extendit ad illud. Item
tenet Ang. in conſilio 172. conſilium tamē
theologorum eſt,quod petatur abſolutio ad
cautelam a tali iuramento, quam defacili
concederet epiſcopus, licet hoc non ſit de
præcepto,ita tenet Bald.in l.fin. C. de non
num.pec. Reliqua de materia reductionis,
dic.ut habetur in d. cap. Quintauallis, & in
d.§.arbitrarum, & ibi per Docto. & dicam
infra in hoc tracta. de appellatione in 4. q.
principi. uer. octauo limita.&c.
128 DILATIO † eſt decimus, & ulti-
mus actus ſuſpenſiuus, nam impedit proceſ
ſum ad ulteriora, quia dilatione pendent
officium iudicis conquieſcit, l.ſiue pars. C.
de dilat.c.ſignificante, de app.Et quia hanc
materiam dilationis plenè tractaui ſupra
in ſecunda arte iudicij in tractatu de dilatio
ne,ideo ad ibi dicta me remitto. Et per hæc
ſit expedita prima quæſtio. principalis.

SECVNDO, principaliter ſequen-
do ordinem præpoſitum, quæro qualiter
129 fiat appellatio. † Dic quod fit à iudice in
feriore, a quo lata eſt ſñia ad iudicem ſupe
riorem, nam ad inferiorem uel parrem ap-
pellari non poteſt l.1.§. ſi quis in appellatio-
ne ff. de app.in tantum, quod non ualeret
conſuetudo permittens appellare de maio-
ri ad minorem, uel equalem, ſecundum
Abb. & Fel. in rub. extra de appell. colu. 1.
130 † Item, debet appellatio continere nomen
appellantis & appellati, continentiam

ſententiæ, a qua appellatur, ut eſt tex.& ibi
131 Bar.& Docto.in l.1.§.ſi.de app.† Item, de
bēt in ipſa appellatione peti Apoſtoli alias
non ualet appellatio ſine petitione apoſtolo
rum, ſecundum. Inn. in cap. 1. de app. pro
hoc eſt tex. in l.eos.§. apoſtolos, & ibi Bart.
& Docto.& l.quoniam la 1. C. de app.& de
bent Apoſtoli peti inſtantius, & inſtantiſſi-
mè, ac ſępius, & ſufficit, ꝙ unico actu ſępius
petantur in uno & eodem libello, vt eſt tex.
in quamuis, de app. & habetur in cap. ab eo
132 &c. ut ſupra ad appell.lib. 6. † An autem
ualeat appellatio ſimpliciter facta, & gene-
raliter, non expreſſo proprio nomine iudi-
cis, ad quem appellatur, ut ſi aliquis dicam
ſimpliciter, appello, uel ſi dicit. appello, ad
iudicem competentem? Dic ꝙ ſic, & ita cō
muniter tenetur per l.2.ff.de appell.ita tenet
Bartol.in l.1.§.ſi quis, uer.quæro, quid ſi ali
quis, &c.ff.de appell.& Bal.in l.apertiſſimi.
C.de iud.in 1.col.& Abb.in c.inter certa.de
app. ubi limitat hoc procedere de iure ciui-
li, ſecus de iure canonico, ſecundum eum, &
Phil in capitul.dilecti.el 3.in 16.q. de appel.
133 † Debet autem appellatio præſentari per
appellantem coram iudice a quo, ut not.
Phil.in cap.ſi iuſtus, colum. 4. de appe.& in
fra decem dies a die latæ ſententiæ, ut C.de
appell. auth. hodie, & poſtea perſecutio fit
coram iudice ad quem, præſentando coram
eo ſupplicationem, & narrando materiam
cauſæ, & ſententiæ contra ſe latæ, & inſtan
do pro literis inhibitorialibus. Verùm, ſi
x non poteſt haberi *x* copia iudicis a quo, ut
quia abſens, vel per metum non poteſt corā
eo appellari, tunc poteſt appellari coram
honeſtis perſonis, uel poteſt adire iudicem
ad quem, & coram eo porrigere ſupplicatio
nem appellatoriam, abſque eo, quod aliter
appellatum fuerit coram iudice a quo ita di
cit Bald. in d. leg. apertiſſimi, column. 1.
C.de iud.& in l.2. C.de his, qui per metum
iud.non appel. & de hoc eſt glo.expreſſa in-
uer.maiori.in cle.1.de appe. & declarat ple
ne Soc.in conſi.55.in 1.column. in 1. uolu.
Erit ergo practica in caſu iſto, quando quis
non poteſt appellare coram iudice a quo,
uel propter abſentiam uel propter metum,
ut adhibeat ſecum iudicem, notarium &
teſtes, & coram illis declaret ac proteſte-
tur, quod intentio ſua erat appellandi a
iudicio & a tali grauamine per talem iudicē
ſibi illato. Verum quia propter eius abſen-
tiam, uel propter iuſtum metum non potuit
iudicialiter appellare, nunc appellat extra iu
dicialiter coram honeſtis perſonis, & de di-
cta appellatione faciat ſcribi actum publi-
cum. Ad quod facit, quod habetur in cap. ſi
iuſtus metus, & ibi per Docto.de app.& not.
Bart.in l.1.§.dies.ff.quando app.ſit Et nota,
quòd ultra iudicem notarium, & teſtes, de-
bent adeſſe aliæ honeſtæ perſonæ, coram
quibus appelletur, & hoc quando iſta appel-
latio eſſet probanda per inſtrumētum, quia
tunc iudex, notarius, & teſtes omnes ſimul
iuncti, faciunt fidem de illo actu, & non poſ
ſunt repræſentare duas uices ſcilicet teſtiū,
& perſonarum, coram quibus appellatur,
ita declarat Pet.Phil.Cor.in conſi.292. col.
2.uer.2.in 3.uol.& Abb.in d.c. ſi iuſtus, col.
1.ubi plus dicit, quod ſufficit, quòd ſit unus
134 probus uir coram quo appelletur. † An
autem ſit neceſſe præſentare appellationem
iudici ſedenti pro tribunali? Dic quod non
ſed poteſt ubique præſentari, imò poteſt prę
ſentari ſolum actorum magiſtro, *y* ſeu no-
y tario abſque iudice, & ualet, ſecundum Bal.
in auth. quæ ſupplicatio in prin. C. de pre.
imp.offe.& ſequitur Alexan in l.1.§.libelli,
in addi.ad Barto.quæ incipit cui detur, &c.
ff.de app.& idem Alexā.in l.1.§.dies.ff. quā
do appel. ſit. Et quod in omni loco poſſit
præſentari quo ad effectum, ut ſententia nō
tranſeat in rem iudicatam, tenet Card. in
cle.2.§.ſimiliter, in 2. quæſt. in fin. de appel.
cum poſſit etiam die feriata appellari, cum
non ſit actus iudicialis appellatio, ſecundū
135 Card. ibi.not. Bartol.in d. l.1.§, dies.† Fit
etiam appellatio per hæc uerba, ſubmitto
me protectioni, & tuitioni talis iudicis: nam
iſta uerba importani uim appellationis, ſe
cundum Bald. in l. 1. in fin. C. ſi quacun-
que præd. & pote. & eſt text. in cap. ad au-
dientiam, & ibi Card. Alexand. ad app.
136 † Vtrum ſit neceſſe quod ſemper appel-
z latio *z* fiat in ſcriptis an uero ſufficiat, quod
uiua uoce appelletur? Communis conclu-
ſio eſt, ut diſtinguatur inter appellationem
a diffinitiua, & ab interlocutoria. Nam à
diffinitiua, ſi quidem appellatur incontinē
ti, ſcilicet eodem inſtanti poſt latam ſenten
tiam poteſt appellari uiua uoce, & ſufficit
quod aggrauatus dicat, appello, & faciat
hoc ſcribi in actis per notarium. Si uero ap-





pelletur ex interuallo poſt latā ſniām, tunc
debet appellari in ſcriptis alijs nō ualet ap-
pellatio, de hoc eſt tex.in l. 1.in fin.cū l. ſeq.
de ap.in l.litigatoribus & ibi gl.Bar.& Bal.
C.de ap.& not.Spe.in ti.de ap.§.qualiter in
prin.& Pet.Phi.Cor.in conſ.95.col.1.in fi.
137 & ſeq.in 4.uol. † Sed qn̄ dicatur appellari
incontinenti, & quando ex interuallo? Dic
a quod communis concluſio eſt, quod *a* incō-
tinenti dicitur dum iudex ſedeat pro tribuna
li in illo ſero, & non diuertit ad extraneos
actus. Secus eſt, ſi iudex iret ad prandium,
uel ad alium actum extraneum à iudicio, &
poſtea reuerteretur ad tribunal, quia propter
actum extraneum intermedium non dicere
tur ulterius incontinenti fieri, & idem ſi ap
pellans, diuerteret ad extraneos actus, poſtea
appellaret, ita dicit Spec. in titul. de app.§.
qualiter in princ. & ibi Ioan. Ant. in add.
ſuper uerbo, diuerterit, ſed Bald. in d. leg.li
tig.tenet quod iudice ſedente pro tribunali,
dicitur incontinenti, non diſtinguendo u-
trum diuertit ad extraneos actus, uel non,
imo Bartol. expreſsè tenet in d.l.litigator,
quod etiam ſi diuerterit ad extraneos actus
dicitur fieri incontinenti, dummodo eadem
die fiat, & iudice ſedente pro tribunali l.di-
uus.ff.de in inte. reſtitu, idem tenet Bartol.
in l.eos.§.ſin autem.C. de app. & gloſſa ma-
gis expreſſa in l.2.ff.de app.& Bartol. in l.
1.§.libelli, column.1. eodem titu. & hoc ui-
detur eſſe de mente Bald.in d.l.diuus, in 2.
lect.in fin.ubi proprie loquitur de iudice ſur
gente, & ſtatim reuertente, idem uidetur ſen
tire Phil.in capitu.ſi iuſtus uerſiculo 6. quæ
ritur, in fin.de app. In hac uarietate, quæ ui
detur eſſe inter Speculatorem & Ioan. And.
ex una parte, & gloſſ. Bartol. & Bald.
ex allia parte, ego ita concordarem opin. ut
diſtinguamus. Aut iudex proceſſit ad actus
extraneos, ſcilicet, ab illa cauſa, quàm ſentē
tiauit, ut quia poſt expeditam illam cauſam
incepit expedire alias in eodem tribunali, &
tunc procedat opin. Bartol. & ſequacium,
quia ſi tota illa die ſederet pro tribunali
poſſet appellari uiua uoce, quia iſti actus
non uñr omnino extranei, ex quo ſunt de iu
dicio, & pertinentes ad illud tribunal, licet
uideatur extranei ab illa cauſa deciſa, & ita
pondero uerba Bart. in d.§, libelli, ubi ſuper
iſto pūcto refert tres opi.quas ēt refert Bal.
in d.l.litigatorib. Prima eſt generalis, ſcili-
cet quod tota illa die ſit permiſſum per d.l.
2.ff. de app. ubi ſit mentio de die. Secunda
opin.eſt ſtrictiſſima, ſcilicet, ut intelligatur
incontinenti, ſcilicet ante, quàm iudex pro-
cedat ad alia facienda, quod intelligo, ſcili-
cet ad alias cauſas expediendas, non autem
ad actus penitus extraneos qui fiunt extra
tribunal, & hoc eſt de mente gloſſ.in d.l.liti
gatoribus in uerſ illico, quæ relata prius iſta
ſtricta opin. refert poſtea ultimā opin.Hug.
quæ communiter approbatur per Barto. &
Bald.ibi, ſcilicet quod dicitur illico, dum iu
dex ſedet pro tribunali, vnde innuit ſubtili-
ter intuenti, quod illa facienda, ad quæ di-
uertat, erant negocia, quæ expediebantur in
tribunali, & hoc etiam eſt de mente Bald.
in d.leg.diuus, in d.lect. in 1.not.ff.de in in-
teg. reſtit. ubi dicitur incontinenti compa-
rere ille, qui uenit iudice pro tribunali ſedē-
te, licet ad alia iam diuertit. Et dicitur di-
uertiſſe ad alia, quando habuit ſententiam
pro lata & abſoluta, unde illa uerba reſpi-
ciunt alia negocia eiuſdem tribunalis, &
ita intelligo Barto. in d. l.litigatoribus, qui
fundat ſe per d.l.diuus, & de iſta diuerſione
non curamus. Tertia opin.relata per Bartol.
in d. §. libelli eſt mediocris, quæ eligit me-
diam uiam, ſcilicet, quod dicitur incontinē
ti donec iudex ſedet pro tribunali, & iſta
communiter approbatur, quam tenet Lanfr.
in capitu. quoniam contra, in uerſ. interlo-
cutiones, & appellationes, column. 16.
uerſicul.ſequitur aliqua uidere, &c. de pro-
bat.& Phil.in d.capitu.ſi iuſtus, uerſi.6.quæ
ritur, in fin. Aut iudex proceſſit ad actus pe-
nitus extraneos, ſurgendo a tribunali cauſa
faciendi aliud negocium extraneum, & tunc
aut ſurrexit cum animo ſtatim reuertendi,
non relinquendo totaliter tribunal pro illo
ſero, quia dimiſit ibi actorum magiſtrum
negociantem in actis interim, & tunc ſi ſta-
tim reuertitur, habetur ac ſi non receſſiſſet,
& poteſt ad hoc appellare uiua uoce per ea
quæ dicit Bald. in d. leg. diuus, in 2. lectu.
in fin. Ad quod facit text. in leg. 3. ff. de
diu. & in l. plerique. ff. de ritu nup. & per
ea quæ habentur per Alexan. & Docto. in l.
cum antiquitas. C. de teſt. aut ſurrexit iudex
a bancho cum tota eius curia cauſa eundi
ad prandium, uel ad deambulandum, ita,
quòd non apparebat de animo reuertendi
pro illo ſero, & tunc dato quòd poſtea re-

uerteretur , non dicitur fidei incontinenti
quia illa uidetur alia rectio curiæ propter il
lam interruptionem, unde tunc eſſet appel-
landum in ſcriptis , & ita puto procedere
opin. Specu. in d §. qualiter, in prin. quam ad
hoc ſequitur Phi. in d capitu. ut debitus co-
lumn. 8. uerſi. 7. quæritur, &c. de app & Gem.
138 in c. cordi. colū. 4. in prin. de app. li. 6 † Et
prædicta procedunt , quando appellatur a
diffinitiua, ſi uero appellatur ab interlocuto
ria, & tunc , ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo ,
ſemper debet appellari in ſcriptis, alias non
ualet appellatio. Tex. eſt in capi. cordi nobis
de app. lib. 6. & not. Specu. in titu. de app. §.
qualiter, poſt prin. & Bartol. in leg. eius, ff.
de app. rec. & Phil. in capitu. ut debitus, co-
lumn. 7. uer. 2. quæritur, &c. de app. ubi dicit
illud communiter ſeruari tam de iure ciu.
quam cano. & Pau. de Caſtr. in conſi. 270. in
prin. in 2. uol. & Bald. & Ange. in leg. patris,
& filij. ff. de uul. & pup. & Lud. Roman. in
139 conſil. 41. † Quando dicatur fieri appel-
latio in ſcriptis, & an ſufficiat comparere in
iudicio, & dicere notario , ſcribe qualiter e-
go appello a tali ſententia in tali cauſa, &c.
Dic quòd non, ſed tunc dicitur in ſcriptis ,
quando porrigitur libellus ſcriptus appella-
torius, aliàs ſi uiua uoce dictaret appellans ,
& notarius redigeret in ſcriptis, non dicere-
tur appellatio in ſcriptis, & elapſis 10. die-
bus ſententia tranſiret n rem iudicatam, nō
obſtante tali appellat. inualida. ita intermi-
nis tenet Phil. in d. capitu. ut debitus, in 7. co
lumn. uerſi. 4. quæritur , &c. de ap. & plene
hoc tangit Per. Phil. Cor. in conſil. 95. colū.
1. in fin. & ſeq. in 4. uolu. pro hoc eſt gloſſ. &
ibi Bartol. in l. in ſacris. C. de prox. ſac. ſcr. li.
12. & Iaſo. in l. 1. column. 3. in princ. ff. de
140 eden. † Ex prædictis hucuſque habemus
unam differentiam inter appellationem a
diffinitiua, & ab interlocutoria, ex qua ha-
bes colligere duas practicas pro aduocato
appellati contra appellantem, ſcilicet ut ad-
uertat, quando quis appellat uiua uoce a dif-
finitiua in eadem die, ſi ibi extra iudex præ-
ſens & pro tribunali ſedens , quia licet aliæ
appellationes in ſcriptis poſſint porrigi qua-
cunque hora, loco, & die, & etiam ſoli nota-
rio, ut ſupra dixi, & dicetur infra in ſeq. q.
prin. quæſtio. 3. q. huius principalis diſt. ſeu
tract. de ap. tamen iſta appellatio uiua uoce
non ualet aliter, niſi fiat iudice pſente & po
tribunali ſedente, per ea quæ ſupra dixi, un-
de ſi a tali app uiua uoce facta, iudice abſen
te, uel pro tribunali ſedente laberentur de-
cem dies, ſententia tranſiuiſſet in rem iudi
141 catam, poſſet *b* peti executio. † Secunda
b practica eſt, ſi in caſibus , ubi eſt appellandū
in ſcriplis compareret appellans , & diceret
notario actorum ſcribe qualiter ego appel-
lo, &c. ſit cautus aduocatus appellati, ut non
opponat , quòd appellatio non ualet ſed ta-
ceat donec labantur 10 dies & poſtea petat
executionem ſententię, quę tranſiuit in rem
iudicatam , quia multos uidi in hoc errare.
142 † Limita tamen id, quod dixi de interlo-
cutoria non procedere , quando habet uim
diffinitiuæ , quia ab ea poteſt appellari uiua
uoce incontinenti, ſicut a diffinitiua, & oēs
ſolemnitates in ea ſeruantur , quæ ſeruari
debent in appellatione à diffinitiua , ſecun-
dum Phi. in d. capitu. ut debitus column. 8.
uerſicul. 7. quæritur , &c. & Aug. in conſil.
297 & Lud. Rom. in conſ. 41. in prin. ſicut in
ſimili dicimus, q licet alias in appellatione
ab interlocutoria ſit neceſſe inſeri cauſam
grauaminis, ut dicam infra in 2. differentia,
tamen quando interlocutoria habet uim dif
finitiuæ, non eſt neceſſe, quod inſeratur cau-
ſa, ſicut non eſt neceſſe , quando appellatur
a diffinitiua ſecundum Bal. in l. minoribus,
col. 2. C. de his quibus ut in d. & Abb in ca.
peruenit, col. 2. de ap. & Phil. in d cap. ut de-
143 bitus, in 14. q. de app. † Item illud quod di
xi a ſententia diffinitiua deberet appellari
in ſcriptis ex interuallo, limita non procede
re in cauſis breuior, in quibus poteſt appel-
lari uiua uoce, ſecundum Bal. in l. & maio-
ribus, in fin. C. de app quæ autem dicantur
cauſæ breuiores, remittit ſe ad ea, quæ habē
tur in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex bre.
reci. Hodie autem in regno habemus ritum
magnæ curiæ, in num. 164. qui incipit. item
in cauſis, &c. quo cauetur, quod in cauſis dua
rum unciarum ciuiliter petitarum non ap-
pellatur, uerum nunquam uidi ſeruari illum
144 ritum. † Sed iuxta prędicta quæro de
una q. quæ quotidie euenit , quod ſi aliquis
c appellat uiua uoce *c* cum reſeruatione ap-
appellandi in ſcriptis , & deinde appellat
inſcriptis , quæ appellatio dicatur ualida,
prima, an ſecunda ? & hoc , eſt utile ſcire,
ut ſciamus , quando incipiat currere tem-
pus proſequendi , an a prima appellatione,
uel



uel a die ſecundę appellationis hanc quęſt.
mouet Bar. in l. cum procurator. §. ſi domi
nus. ff. de ope. no. nunc . ubi inuolutæ loqui
tur. Tamen eius intentio uidetur eſſe quod
prima appellatio teneat, & iſtam opin. tan
quam ueriorem communiter ſequuntur
Doct. ibi maxime Ioan. de Imo. Idem magis
clarè firmat Paul. de Caſtr. in conſilio ſep-
timo, in primo uolumine, & in conſilio 270.
eo uolumine, ubi dicit, quod primam appel
lationem debet proſequi appellans, & ab il-
la prima currit tempus proſequendi, idem,
tenet Ludo. Rom. in conſilio. 41. & uidetur
magis communis opin. ubicunque prima
appellatio ualuit, quia ſecunda, uidetur fru
ſtatoria , & nullum effectum poteſt impor
tare, niſi quia per ſecundam cenſetur pri-
ma redacta in ſcriptis , & ſic ſecunda trahi-
tur ad primam . Sed quando prima non ua
leret, ut quia ab interlocutoria fuit appella
tum uiua uoce , tunc ſecunda in ſcriptis ua
let , & ab ea incipit currere tempus proſe-
quendi , dummodo ſit facta infra 10. dies
ita declarat Phil. in capit. tua nobis. colum.
5. uerſiculo ſecunda concluſio, &c. de appel.
& ibi ponit. 7. concluſiones ſuper iſta quęſt.
& plenè declarat, ipſam de mente Bald. in l.
appellationes. C. de appel. & in capitu. ſanci
mus. quo tempore miles , ſed Alexand. in d.
§. ſi dominus. colum. pen. & ſic uidetur tene
re cōtrarium, ſcilicet , quod ſi aliter non ap
paret de mente appellantis , debet attendi
ſecunda appellatio, propter eius proteſtatio
nem, per quam reſeruauit ſibi ius appellan-
di in ſcriptis, & hāc contrariam opin. tenet
Sal. in l. ſi quis libellos. C. de appell. Mihi ta
men uidetur , quod uerior ſit prima opin.
Bartol. Lud. & paul. de Caſtr. non obſtante
quod etiam Iaſ. in d. §. ſi dominus, ſequatur
opin. Alex. & Pau. de Caſtr. ibidem ſibi ipſi
contrarius ab eo, quod tenuit in conſilijs.
Et uolendo corroborare iſtam primā opin.
Barto. & ſequacium, quā habeo pro uera &
indubita , maxime hodie in regno , per ea,
quæ infra dicam , conſidero , quod totum
fundamētum Alex. & Iaſ. & aliorum tenen-
tium contrariam partem conſiſtit in eo, ui-
delicet, quod per dictam reſeruationem ui
detur eſſe facta, proteſtatio, quòd ſi contin-
gat me appellare in ſcriptis , uolo quod pri
ma appellatio habeat pro non facta , & in
his quæ dependent ex mera uoluntate pro-
teſtantis , ſtatus ſuæ proteſtationi , in l. qui
in alte. §. ſi. & ibi Bar. & Doc. ff. de acq. hęr.
item quia in dubio debet ita interpretari
illa proteſtatio, ex quo eſt utilius pro pro-
teſtante , quia maiorem habebit dilatio-
nem ad proſequendum , & hanc rationem
etiā ſentit Ioan. de Imo. l. in dicto. §. ſi domi
nus. Tertio mouentur per l. ſi quis libellos.
C. de appella. ubi Angel. per illum tex. tenet
illam opi. contra Bar. nam ibi dicitur, quod
permittitur appellanti reuocare ſuam ap-
pellationem per pœnitentiam , & ſuum ar-
bitrium commutare . Iſtis ergo rationibus
in effectu mouentur præfati Docto. ad te-
nendum contra Bart. Ego aūt ſequor opin.
Bar. & Lud. quam etiam tenet Abb. in c. di-
lecto. col. fi. de app. pro qua facio unum no-
145 uum, & urgens fundamentum. † Et capio
hoc aſſumptum , ubicunque dilatio legalis
datur aliquibus ob aliquam cauſam , ſi illa
cauſa finitur ante finitiuam dilationem. fi-
nitur etiam & dilatio. tex. eſt, et ibi Bar. in l.
a filia. §. alumno. ff. ad Treb. & in l. ſi quis, hę
res. la 2. & ibi per Fran. de Are. ff. de acq. hęr.
quæ iura ſolent cōiter allegari , quod finita
cauſa dilationis , finitur dilatio, idem tenet
Barto. in leg. ſine pars. C. de dil. quo proce-
dit , etiam in dilatione legali, ut eſt tex. in l.
1. §. ſi ita. ff. de ſucce. edict. in l. ſi maritus.
§. ſi negauerit . ff. de adul. gl. in c. fi. in glo.
pen. de conſtit. lib. 6. ſed appellanti datur di-
latio decem dierum a lege ad appellandum
ut in auth. hodie. C. de appel. & ſic ob hanc
cauſam datur , ut appellet . Ergo ſi appella-
uit uiua uoce , & appellatio ualuit inconti-
nenti, eſt finita cauſa dilationis, ſcilicet , ad
illud idem, ergo debet eſſet finita dilatio, ſci
licet, ut non poſſit iterum eandem appella-
tionem facere , nam dicta appellatio uiua
uoce facta , ex quo permittitur incontinen
ti fieri, fuit ſortita ſuum effectum ſcilicet ſu
ſpenſiuum , & deuolutiuum cauſæ ad ſupe-
riorem, ut dicit Abb. in d. c. dilecto colum.
fin. & Lud. Roma. in dict. conſilio. 31. & Pau.
de Caſtr. in dict. conſilio ſexto, & 170. in 1.
uolumin. unde alia appellatione opus non,
eſt circa idem , argumen. leg. qui bis idem
ff. de uerborum obligationib. Et per hoc nō
in merito poſſet attentari, quòd ſecunda ap
pellatio ſi fit ad eundem iudicem . & conti-
net idem , quod prima, debet cenſeri facta
extra terminum , & ſic non ualet , quia ſta-
tim facta prima appellatione uiua uoce fuit
finita dilatio decem dierum ad appel-

laudum ad eundem iudicem, unde de ne-
ceſſitate tempus proſequendi, currit a pri-
146 ma appellatione. †Sed contra hoc poſſet
inſtari de l ſi qu is libellos de app. C. ſecun-
dum intellectum Bar. & Ange. & Sal. ibi. Nã
uult illa l. quod poſt interpoſitam unam
appellationem permittitur uariari, & ap
pellari ad alium iudicem infra decem dies,
ut plene declarat Phil. in d. c. tua nobis. col.
5. uerſ. 5. concl. & c. de app. Ergo non erat fi-
nita dilatio, quia ſi eſſet finita, non ualeret
ſecunda appellatio. Ad hoc reſpondeo, &
dico, quod facta appellatione uiua uoce ad
unum iudiçem, eſt finita cauſa dilationis,
reſpectu eiuſdem iudicis. Quod patet ad
ſenſum, quia ſecunda appellatio ad eundem
iudicem facta, nullum habet effectum, quia
omnem effectum appellationis ſortita fuit
prima appellatio, ut ſnpra dixi, argum. d. l.
qui bis idem. Vnde fruſtra duraret dilatio
reſpectu eiuſdem, uerum quia appellanti
permittitur uariare infra decem dies, & a
lium iudicem adire, quod ad hoc, non eſt
extincta dilatio, ex quo iſta appellatio eſt
alia a prima, & aliam perſonam continens,
& tunc uerum eſt, quòd uidetur eſſe à pri-
ma receſſum, quia uidetur quodammodo
quædam nouatio a iure permiſſa, ex quo
ſecunda continet aliquid noui a prima.
147 †Et hoc dictum corroboro per bonum
ſimile, nam quando ſit unum mandatum
alicui, & poſtea fit aliud eidem, & de eodẽ,
nihil. ualet ſecundum, ſed tantum primum,
ut glo. in l. licet. §. ea obligatio in fi. de proc.
& Bal. in rub. de proc. & per Mod. in l. qui
bis idem dicunt de uenditione geminata,
& de ſtipulatione, & de alijs contra-
148 ctibus. † Non obſtant modo rationes
Alexan. & ſequacium, & primo ad id, quod
dicunt de proteſtatione, ergo non uideo
unde poſſit elici illa appellatio conditio-
nalis ex illa reſeruatione, cum appellatio
uiua uoce apparet facta purè & liberè, po-
tiùs eſt dicendum, quod illa reſeruatio ite-
rum appellandi, ſit facta ad exaggeratio
nem animi appellantis, qui uult quod di-
cta ſua appellatio uiua uoce facta, reduca-
tur poſtmodum in ſcriptis, ut ſentit Ioan.
de Imol in d. l cum procurator. §. ſi domi-
nus. ff. de ope. no nun quam quod ſit facta
ſub illa conditionaliter, cum hoc non ſonẽt
uerba apellantis, argum. l. non aliter. ff. de
149 leg. 3. †Præterea, proteſtatio ſeu reſerua
tio facta de illo actu, cuius nihil operatur
euentus, nihil ualet. l. hęc ſtipulatio. §. diuus.
ff. ut leg. no. cau. & l. non cogendum. §. fi. ff.
de proc. & leg. 3. §. ibidem. ff. ad exhi. ſed in
propoſito, euentus ſecundæ appellationis
nihil operatur, quando prima ualuit, ergo
150 reſeruatio fuit fruſtatoria. † Non ob-
ſtat, quod datur proteſtatio in his, quę de-
pendent ex animo, &c. quia fateor quando
proteſtatio eſt clara, & ſpecificat animum
proteſtantis, ita loquitur, d. l. qui aliena. §. fi.
ff. de acqui. hære ſed hæc proteſtatio non ſo-
nat id, quod dicunt Alex. & ſequaces. Simi-
liter non obſtat, quod uerba debet intelligi-
ſecundum intentionem proferentis, prout
eſt ei utilius, quia uerum eſt, quando uerba
ſunt undique ambigua, & poſſunt pati il-
lam interpretationem, ſed in caſu noſtro
uerba appellationis uoce facta ſunt, clara
ex quo ſimpliciter & pure fuit, appellantur
unde non ſunt trahenda ad alium ſenſum.
151 non obſt. d. l. ſi quis libellos. †quia fateor,
quod appellando ad alium iudicem, poteſt
uariare, & tunc ſecunda inſpicitur appella-
tio, ſed quando appellatur ad eundem, &
ex eadem cauſa, nõ reperitur iure cautum,
quod admittatur iſta uariatio fruſtratoria,
quia hoc eſſet contra, d. l. quis bis idem cũ
152 ſua materia, ff. de uerb. oblig. †Ex quibus
omnibus concludo ueram eſſe opi. Bartoli,
Lud. & Abb. & iſtam firmo, quam opi. puto
hodie in regno eſſe indubitatam, per con-
ſti. appellationum tempora, quæ uult, quod
appellans habeat quinquaginta dies ad
proſequendum à die interpoſitæ appella-
tionis, & ſic non dicit, quod poſt. 10. dies
dantur illi quinquaginta, ſed quod currunt
à die interpoſitæ appellationis, unde eo ip-
ſo, quod quia appellat uiua uoce a diffiniti
ua incontinenti dicitur appellatio interpo-
ſita, merito ab illo die currunt ſibi alij quin
quaginta ad proſequendum, non obſtante
fruſtratoria reſeruatione, quia ſi appellans
haberet animum appellandi in ſcriptis, nõ
deberet appellare uiua uoce, ſed ſufficeret
ſibi dicere, ergo ſeruo mihi ius appellandi
in ſcriptis, & tunc tempus proſequendi cur
153 reret à die appellationis in ſcriptis. †Se-
cũda differentia inter appellationem ab in
terlocutoria, & a diffinitiua eſt, quia appel-
latio ad diffinitiua non habet neceſſe, quod





cõtineat cauſas grauaminis in ſpecie, ſed ſuf
ficit, quod appellans in genere, dicat ſe gra
uatum, & quod dicat ſententiam iniuſtam
ſine alia cauſa, ut eſt tex. in l. 2. ff. de appella.
& not. gloſſ. & Abb. & Phil. in capitul. cũ in
eccleſia. de appel. & Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de
appel. & gloſſ. in capitul. quod ad conſulta-
tionem. in uerſiculo non exprimens de re
d iud. ſed appellatio *d* ab interlocutoria, non
ualet aliter, niſi exprimatur cauſa grauami
nis in ipſa appellatione, tex. eſt & ibi Gem.
in cap. cordi nobis. de app. lib. 6. & no. Abb.
& Phil. in d. cap. cum in eccleſia, & Barto. in
l. eius, qui colum. 1. ff. de appe. rec. & eſt tex.
& ibi communiter doct. in capi. ut debitus,
de app. & Card. Alex. in cap. cum ſit Roma-
na, colum. pe. eod. tit. Et tunc cauſæ graua-
minis debent exprimi in ſpecie, & non ſuf-
ficit in genere, & ſi plures cauſæ ſint, omnes
debent exprimi nominatim, & non ſufficit
facere relationem ad acta, ſecundum Phili.
in capi. conſuluit. el. 2. in 2 colum. de appel.
per tex. in cl. appellanti. & de app. & Soci. in
conſil. 45. colum. 4. in 1. uolum. & Card. in
d. cle. appellanti. in 3. no. & in 3. & 4. quæſt.
& Phili. in d. cap. ut debitus. colum. 5. in 12.
q. & Bal. in l. minor. colũ. 1. C. de his qui. ut
in d. unde non ſufficeret dicere, appello ex
tali cauſa, & ex alijs ſuo loco, & tempore
proponendi, nam iſta clauſula generalis
nihil operatur, ſecundum Card. in d. cle ap-
pellanti. in 4. queſt. & Philip. in d. capi. con-
ſuluit. Idem ſi diceret ex alijs cauſis ex pro-
ceſſu, ex actis apparentibus, quia nih l ua
let, ſecundum Bal. in d. l. minoribus. & Phi.
lib. ubi ſupra. Item talis expreſſio cauſæ de-
bet fieri coram iudice a quo, non autem co
ram iudice ad quem, ut eſt tex. in d. capi. ut
debitus. & ibi Abb. in 2. colum. uerſicu. al te-
rius nota, &c. Barto. in l. ait prætor. ff. de mi
nor. quod nota, quia ſæpe uidi nonnullos
aduocatos errare, qui appellant ſimpliciter
coram iudice a quo, & poſtea exprimit cau
ſas grauaminis coram iudice ad quem, nam
talis appellatio ab interlocutoria non ua-
let, per d. capi. ut debitus. ibi, coram eodem
iudice cauſa probalis appellationis expo
ſita, &c. & prædictis adde dec. Rot. 7. in no-
uis. ubi plene. Itẽ debet exprimi cauſa gra-
154 uaminis, etiam ſi ſit notoria. †quia licet
notorium releuat ab onere probandi, non
tamen releuat ab onere proponendi & alle
gandi, ut eſt glo. in uerſi. iudicis, in d. c. cle. ap
pellanti, & ibi etiam Card. in d. 5. quæſtio. &
Philip. in d. cap. ut debitus. colum. 19. in 11.
quæſt. & Gem. in capi. 1. colum. 2. in prin. de
app. lib. 6. Si ergo non fuerunt iſtę ſolemni-
tates ſeruatæ in appellatione ab interlocu-
toria, tranſit in rem iudicatam per lapſum
decem dierum ſecundum Ang. conſil. 217.
colum. 3. & Socin. in dict. conſilio 45. colum-
na quarta.

ADDITIO. uide Aymo. Crau. in con-
ſilio 181. & 182. 1. lib. & notes perpetuo, qđ
ex quo hodie in regno iſto, omnes cauſæ ſũt
ſumariæ, & proceditur ſine ſtrepitu, & fi-
gura iudicij, non requiritur in appellatio-
ne ab interlocutoria exprimere cauſas gra-
uaminis, & appellare in ſcriptis, ſed ſufficit
ſi uiua uoce appelletur, ſecundum Ange. in
conſil. 267. incip. conſtitutio, & per Philip.
Fran. in cap. ut debitus. extra de appella.
nume. 15. quæ omnia notes, quia alias ob-
tinui cum ingenti honore. Pet. Foll.

VNVM tamen ſcias, quod licet cauſæ
grauaminis non ſint ſpecificatæ in ipſo li-
bello appellationis, poſſunt tamen quando
cunque poſtea ſpecificari coram iudice a
quo dummodo infra decem dies, alia ſecus.
ita declarat Philip. in d. cap. ut debitus col.
11. in 15. q. Et iſta ſecũda differentia habes
colligere duas regulas. Prima eſt, quod ap-
pellatio a diffinitiua ualet ſine expreſſione
cauſæ. Secunda regula eſt, quod non ualet
appellatio ab interlocutoria ſine expreſſio-
155 ne cauſæ grauaminis † Primam regulam
limita generaliter non procedere in omni-
bus cauſis, in quibus de iure prohibetur ap
pellatio a diffinitiuæ, nam tunc ſi appellat,
debet exprimi cauſa grauaminis, alias non
ualet appellatio, ita dicit Spe. in tit. de exec.
ſent. §. nunc dicendum, uerſic. ſed nunquid.
Pro hoc eſt glo. in uerſi. mandetur in capit.
Romana, ſi autẽ, & ibi Gem. in fin. colum.
de appe. lib. 6. & Philip. in cap. cum ſpeciali.
§. porro. colum. 3. uerſic. ex prædictis. &c. de
appel. & Lud. Rom. in conſil. 324. quod pro-
cedit, ſiue appellatio ſit prohibita a lege ſi-
ue ab homine, ut quando committitur cau
ſa appellatione remota, ſecundum Gemin.
in dict. capitu. Romana, §. ſi autem. in fin. &
Philip. in capitu. 3. de appel. & in d. capi. ut
debitus colum. 10. in 14. quæſtione, ubi po-
nit quatuor notabiles fallentias ad hanc re-

gulam, quam poteris ibi uidere. Adde Fely.
in cap.quod ad conſultationem. colum.10.
& 11.de re iud.Et ratio huius fallentiæ pa
tet ad ſenſum , quia cum appellatio ſit pro
hibita,appellans habet iuris præſumptionē
contra ſe , unde iudex non tenetur eius ap-
pellationi deferre , ſed quoniam allegat iu
ſtam cauſam,ceſſat illa iuris præſumptio,&
iudex deferre tenetur,ut dicit Lud Rom in
d.conſil 324.& iſta fallentia ſeruire poteſt
ad infinitos caſus , qui iure reperiuntur , in
quibus appel.prohibet , quos ſtudioſus po-
156 terit per ſe ſeruari.† Secundam regulam,
limita,non procedere , quando cauſa graua
minis conſiſteret in mero iure , adeo quod
nullam requirit probationem in facto,quia
tunc ualet appellatio ab interlocutoria ſi-
ne expreſſione cauſæ,quia in allegationibus
iuris deduci poteſt, ita tenet Bald in d.l.mi-
noribus.C.de his,qui.ut in d.& in l.per hanc
colum.pen.in fi.C.de temp. appella.& Ge
min.in dic.capitu.cordis nobis colum 2.&
Card.in d.cle.appellanti.colum.1.in 1.opp.
& Philip.in d.capit.ut debitus in 11.quæſt.
157 † Secundo limita , non procedere in inter
locutoria habente uim diffinitiuæ,quia non
requiritur expreſſio cauſæ , ſecundum Bal.
in d.l minoribus & Abb.in capit.peruenit,
colum.2.de app.& Phil.in d.c.ut debitus,in
158 14.q.& Card.Alexan.in d.c.peruenit †An
autem in appellatione extraiudiciali requi
ratur expreſſio cauſæ , uide eundem Phi.in
c.conſuluit,el 2.in 2.colum de appel.& in
cap.bonæ.colum 6.in prin. uerſi. & permit-
te,& c.eod.tit.ubi tenet,quod ſic.& Abb.ī d.
159 c.conſulit. †Tertia differentia inter ap-
pellationem a diffinitiua, & ab interlocuto-
e ria eſt , quia appellatio a diffinitiua e po-
teſt iuſtificari ex nouis cauſis, & ex nouis
probationibus, quia dicit appellans , non
probatum probabo , & non producta pro-
ducam.d.l.per hanc,& ibi Bar.& doct.C.de
temp.app.& habetur in capit fraternitatis,
de teſt.& no.Bart.in l.eius,qui.col.2.in fi.ff.
de app.rec.Ad idem eſt tex in l.eos.§.ſi quid
autem.C.de app.ſed appellatio ab interlo-
f cutoria , non f poteſt iuſtificari, niſi ex eiſ
dem cauſis antiquis , & in appellatione ex
preſſis , & nihil de nouo produci poteſt , ut
eſt tex.in d.cle.appellanti.de app.& no.Bar.
in d.l.eius.qui,col.2.in fi. & Bar.in l.ait præ
tor.col.1.in fi.ff.de min,& Bart,in d.l.eos.§.
ſi quid aūt,ubi dicit, quod appellatio ab in
terlocutoria , iuſtificatur ex eiſdem actis,&
in d.l.per hanc, & habetur in deciſ.79.con-
ſil.Neap.Et ratio diuerſitatis declaratur no
160 tabiliter per Bar,in d.l.ait prætor, †nam
a diffinitiua poteſt appellari , etiam ſi iuſte
lata fuerit,& etiam ſi iudex nullam iniuriam
fecerit,quia is,qui appellat, ſperat ex nouis
cauſis & probationibus uincere in cā appel
lationis , uñ ſi de iure pmittitur appellatio,
etiam a ſententia iuſta , fuit conceſſum ap-
pellāti,ut nouas cauſas deducat, quia alias,
ex eiſdem actis uincere non poſſet.ſed ab in
terlocutoria non appellatur, niſi iudex iniu
riam fecerit, & ſic iſta iniuria non poteſt de
tegi,niſi ex eiſdem actis,& ex antiquis cau-
ſis coram iudice a quo expreſſis , & non ex
nouis deducendis , quia non poteſt imputa
ri iudici a quo , quando appellans obtinet
ex nouis cauſis , tunc enim non detegitur
161 iniuria iudicis a quo †Ex iſta tertia diffe-
g rentia habemus colligere duas regulas g Pri
ma eſt , quòd appellatio a diffinitiua poteſt
iuſtificari ex nouis actis, unde ſtat in arbi-
trio appellantis, an uelit appellare ex eiſdē
actis,quod eſt,quando per diffinitiuam, pa-
titur iniuria , an uero ex nouis deducen-
dis , quod eſt, quando ex primis probatio-
nibus diffinitiua fuit iuſte lata. Secunda re
gula eſt, quod appellatio ab interlocutoria
non poteſt iuſtificari ex nouis actis, niſi ex
162 primis.† Primam regulam limita procede-
re,dummodo nouæ probationes , quæ pro-
ducuntur per teſtes , non ſint ſuper eiſdem
articulis , uel directo contrarijs propter ti-
morem ſubornationis , ſed ſuper nouis arti
culis dependentibus a ueteribus & facien-
tibus ad cauſam,ut eſt tex. in cl.2.de teſt.&
no.Bar.in d.l,per hanc,& Abb.& Fel.in d.c.
fraternitatis.de teſt.& Bar.& Docto.ī auth.
at qui ſemel.C.de prob.in quib.locis plenè
declarat materiā iſtorum articulorum , ſed
probationes per ſcripturas poſſunt produ-
ci,quia in ſcripturis non poteſt timeri ſubor
163 natio.†Secundo limita , dummodo nouæ
probationes recipiantur, & producātur ſu-
per repetita , & educta in cauſa principali,
& non ſuper noua re , & nouo libello , nam
ſi in cauſa principali petij bouem , non poſ-
ſum in cauſa appellationis petere equum,
& producere probationes ſuper equo.Simi
liter ſi petij rem una actione , & ſuccubui
non



non poſſum in cā appellationis proſequi
eandem in alia actione,quia eſt nouum capi
tulum.Secus qñ in appellatione mutatur cā
quæ pōt includi ſub gñalitate primi libel-
li,ut ſi petij rē ad me ſpectare iuri dñi,non
adſtringendo me ad aliquam cām ſpālem,
& deinde in primo proceſſu ſum proſecu-
tus cām emptionis,& ſuccubui , poſſum in
appellatione proſequi cām legati, uel alia
ex qua dñium poteſt acquiri,quia iſta noua
cauſa poteſt includi ſub primo libello ge-
neraliter loquente de dominio.ita hæc om
nia declarat Bald.in add.Specu.in titul.de
appellat.in 15.colum. circa fin.& Philip.in
capitul.cū in eccleſia col.fi.ff.de appel.nam
iudex cauſæ appellationis non cognoſcit in
ſi de eo , de quo cognouit iudex cauſæ prin
cipalis,ita dicit Bart.in l.1.C.ſi aduer.liber.
164 †Hoc tñ limita, niſi quis exiſſet ex teſtō,
ut hæres, quod teſtm̄ fuit pronunciatum in
ualidum , quia pōt in cā appellationis age-
re ad idē ab inteſtato , quia iuri quod igno-
rabat ſibi competere,non uī renūciaſſe, per
leg mater.ff.de inoff.teſta.ita deciditur in
deciſ.53.conſ.Neap.Secundā regulā reſtrin
ge,& limita,ut procedat,& intelligatur, qđ
appellans ab interlocutoria , non poteſt de
ducere nouas cauſas coram iudice ad quē,
nec pōt probationes facere ſup alia cauſa,
quam ſuper deducta in cauſa principali, ta h
men bene poteſt deducere nouas probatio-
nes ſuper cauſa antiqua expreſſa in appella
tione, quando illa cauſa requirit probatio-
nes in facto.Vnde diſpoſitio l.per hanc.C.
de temp.app.habet locum etiam in appella
tione ab interlocutoria,quo ad probandum
cauſas deductas,ita tenet Cy.in d l,perhāc.
in 1.& ſecunda quæſtione,& Philip.in dict.
capitulo cum in eccleſia columna.2. uerſi-
culo ſcias tamen,&c.de appel.& eſt gloſſ.in
d.cle.appellanti.in uerſic.probandis , quod
not.quia multi erant ſuper hoc , qui putant
appellationem ab interlocutoria, non poſſe
iuſtificari , niſi ex eiſdem actis,quia hoc nō
debet ita generaliter intelligi , ſed ut modo
165 ſupra dixi.†Secundo limita,niſi cauſa no
ua ſuperuenit de nouo , in qua nulla poteſt
imputari culpa appellanti, quare ipſam non
deduxit in appellatione , ex quo tunc non
ſuberat , nam poteſt tunc interlocutoria iu
ſtificari ex iſta noua cauſa , ſecundum Old.
in conſilio 130.columma fin.& Bald.in leg.
inuitus,columna fi.C.de proc.& Bald.in d.
l.per hanc.colum.pen.in fi.C.de temp.app.
166 †Tertio limita , niſi appellans obtuliſſet
cauſas grauaminis , & probationes coram
iudice a quo , & non fuit amiſſus , quia po
terit deducere , & probare coram iudice ap
pellationis , ex quo non ſtetit per eum,ſed
per iudicem,ita tenet Bar.in l.per hanc, co
lumna.pen.in fi.per l.ait prætor.§.quid ta-
167 men.ff.de min.† Quarto limita non pro-
cedere, quando appellatur a diffinitiua, nā
in ea poteſt reparari grauamen, etiam illa
tum per interlocutoriam ex nouis cauſis,&
probationibus , ex quo non directo tunc ap
pellatur ab interlocutoria , ita tenet Bald.
in leg.generaliter.§.ſed iuramento , colum.
ſecunda,uerſiculo item nota.in uerbo, non
audiant,&c.de rebus credi.& Inno,ī capit.
quo ad conſultationem.colum.1.de re iud.
168 †Quinto limita non procedere , quando
interlocutoria eſſet lata contra contuma-
cem , quia tunc poteſt iuſtificari ex nouis
cauſis, & ex nouis probationibus. ſecun-
dum Barto in leg.ait prætor.columna pri-
ma.in fin.ff de mino.& Alexand.in dic.leg.
eius.qui.in add.ad Bar.in ult.col.ff.de appe.
169 rec.† Sexto limita,quando interlocutoria
continet grauamen irreparabile , quia tunc
poteſt ex nouis cauſis iuſtificari , puta ſi
iudex interloqueretur aliquem eſſe h tor-
quendum,uel aliud ſimile,ita tenet Bald,in
d.leg.per hanc,colum.ſeq.C.de temp.appe.
170 † Septimo limita, niſi eſſemus in interlo-
cutoria habente uim diffinitiuæ , quia po-
teſt ex nouis actis iuſtificari ſecūdum Card.
in d.cl.appellanti.col.fi.in 9.q.de appel.ubi
ponit exemplum in interlocutoria lata ſu-
per attētatis.& Bal.in l.minoribus.C.de his
qui.ut inſtig.facit quod not.Bald.in leg.1.
colum,pe.uer.denuo quæro,&c.C.quando
171 prouo.nō eſt neceſſ.† Quarta differentia
inter appellationem a diffinitiua , & ab in
terlocutoria eſt , quia appellatio a diffiniti
ua ſtatim cum fuit interpoſita, ligat manus
iudicis a quo, ut non poſſit procedere ad ali
quem actum ulterius in illa cauſa , text.eſt
in l.appellatione.C.de app.& in l.1.in prin.
ff nil.not.appella.pen.& in capitul.non ſo-
172 lum.in prin. de appel. lib. 6. † Sed appel-
latio ab interlocutoria , non ligat manus iu
dicis a quo quin poſſit procedere ad ulterio-
ra,donec per iudicē appellationis fuerit in-
hibitum

hibitum prout eſt tex.in d.cap. non ſolum,
circa fi.& not.Bart.in l.eius.qui.col.1.ff.de
appel.recip.& Bart.in l.intra utile, col.2.ff.
de min.& Ang.in conſil.217 col.5.adeo qđ
uſque ad diffinitiuam incluſiuè procedere
poteſt ante inhibitionem,non obſtante app.
& tunc nō requiritur aliqua citatio partis
ſed iudex poteſt procedere ad oēm actum
uſq; ad ſententiam parte non citata,ex quo
appellando uř ſe facere contumacem.& de-
clarate animum ſuum, quod non uult con-
parere.tex. eſt in c.cum,qui de dolo & cōtu.
lib.6.& cl.1.eod.tit.& non Bart.in d.l.intra
utile, col.2.Verum qñ iudex appellationis
pronunciat bene appellatum, omnia atten
tata reuocantur,ſm Bart.ibi.& Bart.in d.l.
eius,qui.col.2.& prædictis adde Bal.in l.2.
uerſic.ſed incidenter quæro, &c.de epiſ.au.
173 †Ex iſta quarta differentia habemus col-
ligere duas regulas. Prima eſt, quod appel-
i latio à diffinitiua, i ſuſpendit iuriſdictio-
nem iudicis à quo ſine alia inhibitione,
adeo quod nihil poteſt facere appellatione
pendente. Adde, quod idem eſt ante inter-
poſitam appellationem infra 10.dies, ut eſt
tex.in d.c.non ſolum.de appel.lib.6.& not.
Alex.in l.3.§.ſi ſeruus.col.pen.ff.de acquir.
poſſ.Secunda regula eſt,quod pendente ap-
pellatione ab interlocutoria non ligantur
manus iudicis, quin poſſit procedere,ante-
quam inhibeatur, ex quo ſequit à fortiori
quod ſi poteſt procedere poſt appellationē,
multo magis ante appellationem infra 10.
dies,glo.eſt & ibi Bald.in l.à precedente.C.
de dila.& idem Bal.in l.ita demum, uerſic.
174 ſed hic quæritur, &c.C.de procu.†Primā
regulam limita procedere inter ipſos prin-
cipales litigantes, inter quos nō poteſt ali-
quid innouari pendente appellatione. Se-
cus eſt cōtra tertium, licet ſit de eadem re,
unde ſi ſunt duos rei debendi inſolidum,&
unus conuenitur, & condemnatus appellat
pendente appellatione poteſt cōueniri alius,
& index à quo poteſt contra eum procede-
re,tex.eſt ſingularis in l.creditor. in prin.ff.
mand per quem tex.dixit not.Bart.in l.3.§.
ubi duo.ff.de duo.reis, quod pendente iu-
dicio contra unum ex reis debendi, poteſt
175 alius conueniri.† Secundo limita non pro
cedere, quo ad illos actus,qui poterant fie-
ri, & innouari pendente cauſa principali,
quia poſſunt fieri etiam pendente cauſa ap-
pellationis,prout eſt compellere litigantem
ad cauendam ita tenet Bar. per illum text.
in l.poſtquam.§.imperator, in 1.oppo.ff.ut
legat.no.c.Bar. in l.furti.§.1. in princ.ff.de
his,qui no.inf.& Alex.in rub.ff.nil.no.app.
176 pen.†Tertio limita nou procedere in pa
trono præſentante duos in beneficio, nam
ſi primo præſentauit unum, & ille appella-
uit,ſut non præſentetur alius, poteſt nihilo-
minus patronus alium pręſentare appella-
tione pendente,& iudex à quo admittit ta-
lem præſentationem,& ratio eſt, quia ante
appellationē permittebatur ſibi huiuſmodi
præſentatio,& non debet hac facultate pri-
uari per dictam appellationem, ita tenet
Abb.in c.paſtoralis.in 2.no.de iure patron.
Et hæc limitatio in effectu recidit in idem,
177 quod pręcedens.†Quarto limita non pro-
cedere,quādo debitor,qui appellauit,fuit ex
noua cauſa factus ſuſpectus de fuga, quia
etiā appellatione pendente, poteſt capi per
creditorem propria auctoritate, ſicut ante,
per ea, quæ no. Ang.in rept.l.nemo carce-
rem.uerſi.item,quæro, quid ſi lite penden-
te, &c.de exact.trib. lib.10.& ſequiť Alex.
in conſi.106.col.fin.in 3.uol.& Iaſ.in l.ſi ab
arbitro.col.3.ff.qui ſat.cog.ubi dicunt,quod
lite pendente poteſt capi debitor ſuſpectus
ergo etiam appellatione pendente per tex.
& ibi Bar.in l poſtquam.§.imperator. ff.ut
leg.no.caue.& hanc quæſt. decidit in termi
nis Phil.in c.cum teneamur, col.3. de appe.
178 †Quinto limita,non procedere in appel.
K à ſententia K excōicationis, quia ea non
obſtante poteſt iudex à quo denunciare, &
publicare excōicatum, ut ab omnibus eui-
tetur,tex.eſt in cap.paſtoralis, uerum. & ibi
179 Abb.& Phi.in 1.no de appel.†Item poteſt
iudex priuare interim excōicatum fructib.
ſui benefici, & diſtributionibus quotidia-
nis,ſecundum Abb. in d.§.uerum. col.5.ſu-
per glo.fi.& ibi etiam Ioan.de Imo.& Phil.
col antep. Nam excōicatus,qui eſt excēptus
à communione eccleſiæ, non debet de fru-
ctibus eccleſiæ alimentari. unde ipſo iure
eſt priuatus fructibus, etiam ſi nihil dicatur
in ſententia, prædictis adde Spec.in tit.de
appel.§.in quibus.uer.17.& ibi plus decla-
rat,quid operatur appellatio ab excōicatio
ne,& hř in c.per tuas,de ſent.excom. & per
glo.in uerſi. ſuſpendatur,& ibi Abb.in c. ad
180 reprimendā. de offi.or.† hoc tñ intellige,
& de



& declara, qñ appellatur ab ipſa ſententia
excōicationis. Secus, ſi appellatur à decla-
ratoria iudicis, per quam declarat aliquem
incidiſſe in ſententiam excōicationis, quia
tunc appellatio ſuſpenditur, & iudex nihil
poteſt interim innouare, ita tenet Fel.in c.
cum non ab homine.col.fi.de iud.& rō eſt,
quia eſt poſſibile, quod index male decla-
rauit,& ideo à declaratoria permittitur ap-
pellari, licet non appellaretur à ſententia,
ſm Abb.in c.fi.col. 5.de iura.calum. Item
poteſt innouare iudex abſoluendo ab excōi
catione, non obſtante appellatione, ſecun-
dum Abb.& Phi.in c.qua fronte,&c.quęſt.
de appel.etiam ſi appellans non renunciet
181 appellationi,ut ibi hř.†Item,prędicta in-
tellige,qñ quia appellat à ſententia excom-
municationis iam lata,ſecus,quādo appellat
à futuro grauamine,& ſic à cenſura futura,
quia tunc excōicatio poſtea lata, eſt ipſo
iura nulla,text.eſt, & ibi Aba.& Phil.in 1.
not.in c.dilecti.el.2.de appel.& in c.ſolet.de
ſent.excom, lib.6.& Ang.in conſi.88.quod
procedit etiam in appellatione extraiudi-
182 ciali,ut in cap dilecti.†Sexto limita, non
procedere. qñ appellatio eſſet manifeſte fri
uola, & fruſtatoria, interpoſita contra le-
ges,quia tunc ea non obſtante poteſt iudex
procedere ad executionem, & innouare dū
modo non deferat appellationi, ex quo iu-
ſtitia non defert tali appellationi, unde ha-
bet effectum ſuſpenſiuum tex.eſt in c.cum
appellationibus de appel.lib.7.& ibi Gem.
& Abb.in c.conſuluit.el.3.de appel.& Spec.
in tit.de appel §.nunc dicamus, uerſi. item
appellatione pendente,&c.& Soc.in conſi.
39.col.6.in 4.uol.ad quod facit tex.in l.iu-
tor.ff.de uſu & quod no.glo.Bar.& Doct.in
l.2.C.de uſu.rei iud.& Soc.in cōſ.76.col.2.
in 1.uol.in quibus locis habetur, quod qñ
appellatio eſt fruſtatoria, non impedit cur-
ſum uſurarum, & tempora currunt à prima
ſententia periude,ac ſi appellatum non eſſet
183 †Septimo limita, non procedere in om
nibus caſib.in quibus de iure appellari non
licet,quia tunc appellatio non ſuſpendit ef-
fectum ſententiæ, & poteſt iudex à quo in
nouare, ſecundum Inno in c.paſtoralis. de
offic.deleg.& eſt gl.in uer.caſibus, in c.non
ſolum,de appel.lib.6.& toto tit.C quo app.
non recip.& Bald in c.ſancimus, col.1 quo
ſemp.mil.quod tamen limita,niſi in talibus
caſibus, prohibitis appellans allegaret ali-
quam iuſtam cauſam, ex qua debet admit-
ti eius appellatio, quia tunc iudex tenetur
eius appellationi deferre & non debet inte-
rim innouari, glo.eſt in c.Ro.§.ſi autem,&
ibi Gem.in fi.de appe.lib.6.& Lud.Rom.in
conſi.324.& Abb.in c.conſulit.el.3.in 1.
184 no.de appel.†Et ſub iſta fallentia poteſt
includi appellatio à poſſeſſorio, quæ non
retardat executionem per ea,quæ plenè no.
Bald.in l.1.C.ſi de momen poſ.fue.appella.
185 & Ang.in conſi.107.† & ſimiliter appel-
latio a decreto affirmatiuo,prout eſt,quādo
iudex concedit. aſſiſtentiam uigore inſtru-
menti, quia à tali decreto non appellatur in
regno.ſ.ad effectum retardandæ executio-
nis, per ritum magnæ curiæ uicariæ,ſed de
nullitate dici poteſt, & talis nullitas oppo
ſita,retardat executionē, ut eſt regia prag.
quæ incipit,magnæ curiæ,& uide deci.261
186 conſi.Neapo.†Octauo limita, non pro
l credere l in factis notorijs, nam in illis ap
pellatio non ſuſpendit executionem, ſm
Old.in conſi.18.col.2 & Lud Rom.in cōſ.
124.& per Doct.in c.cum ſit Romana.§.prę
terea.de appe.& glo.in cap. Rom.§.ſi autē,
187 in uerſi.caſib.de appella. lib.6.†Hinc di-
cimus,quod notorie criminoſus non audiť
appellans, quia eius appellatio non ſuſpendit,
ut hř in c.propoſuit.de appe, & in d.§.ſi au
tem,& Spec.in tit.de no crim.§.1.uer.quid
188 ſi auditis, &c †Nono limita, non proce
dere, qñ timetur de lapidatione fructuum
quia pōt iudex etiam pendente appellatio
ne fructus, ſequeſtrare.l.imperatores.§.fi.ff.
de appe.& c.fi.de ſeq.poſ.& fruct.& no. Spe.
in tit.de appella. § & nouiſſime. in princ.&
hř in l ab executore.C.quo app.non recip.
& per Phil.in c.cum teneamus.col.3.de ap-
pel.Sed per quem iudicem fiat hæc ſeque
ſtratio; quidquid dicat Bar. in d.l.Impera
tores. dic quod cōis concluſio eſt, quod ſi
petitur antequam appellatio ſit pręſentata
iudici ad quem, & per eum recepta, debet
fieri per iudicem à quo, ſed ſi poſtea debet
fieri per iudicem ad quem, ita tenet Ioan
And.& Abb.in d.c.fi.in fin.& Phi.in c.cum
teneamur.col.3.de appella. & Alex in add.
189 ad Bar.in d.l.imperatores. §.fi †Decimo
limita non procedere in eo, qui detinetur
in carcere pro crimine,pro quo fuit condē-
natus,quia licet appellat à ſententia,tamē
adhuc

adhuc poteſt detineri,& ſic iudex a quo in-
nouat detinendo in futurum, & non libe-
rat ipſum,ut no.Bald.in l.2.uer.ſed inciden
ter.C.de epiſ.aud.& Spec.in titu.de app.§.
nouiſſime,colum.1.uer.tertius &c.& Alex.
in add.ad Bar.in l.1.ff.de cuſt.reo.& Barto.
in l.ab executione.C.quo app.non rec.& ui
de in l.eos.§.ſuper his. C.de appel.& in l.mi
190 nime, eo.tit.†& ſi iſte carceratus eſſet re-
mittendus ad iudicem appellationis debet
mitti cum cuſtodibus ad expenſas ipſius
carcerati , ſecundum Bald.in l.generaliter.
191 §.his.de præſentibus.C.de reb.cred.†Vn-
decimo limita non procedere , quo ad im-
pediendam abſolutionem ab excommuni
catione,non obſtante appellatione ,tex.eſt,
& ibi Abb.in 3.colum.& Phi.& Car.in cap.
192 qua fronte.de app.†Duodecimo limita,
ut non poſſit iudex appellatione pendente
innouare contra appellationem, ſed pro eo
poteſt innouare, ſecundum Inno. in c.quia
propter,de ele.& Soc.in conſil.45.col.3.in
193 fi.1.uol.† Decimotertio limita , non pro-
cedere , quando ſententia fuit lata contra
poſſeſſorē beneficij in curia Romana, quia
tunc interim ſi fuerit appellatum.beneficiū
ſequeſtratur per ordinarium loci iuxta cle.
1.de ſeq.poſ.& fruct.nam tunc etiam ſi ab
ordinario appelletur , poteſt interim proce
dere ad ſequeſtrum non obſtante appella-
tione,ſecundum Card. in d.clem.1.in 9.no.
194 †Decimoquarto limita , quando appella
tus attentaſſet aliquid in præiudicium ap-
pellationis,nā poteſt iudex a quo, ſe intro-
mittere, & reparare,non obſtante appella-
tione puta , ſi appellans turbaretur in poſ
ſeſſione per aduerſarium appellatione pen
dente,nam poteſt iudex a quo , reformare
ſibi poſſeſſionem . caſus eſt in capitu. cum
teneamus, & ibi Abba.in fin.colum.& per
195 alios Doct.ibi de app.†Decimo quinto li
mita , non procedere in eo , cui factum eſt
mandatum, ut ueniat ad reſidendum , in lo
co beneficij, quia ſi interim appellat poteſt
iudex a quo pendente appellatione pone
re unum ſubſtitutum in dicto beneficio,
qui interim nutrietur de fructibus illius be
neficij,text.eſt in cap.peruenit.el. 2.de app.
196 †Decimo ſexto limita generaliter , quia
iudex à quo , poteſt pendente appellatione
attentare omnia illa,quæ tendunt ad faci
liorem exitum cauſæ appellationis dūmo
do ſe non impediat de ipſa appellatione
ita tenet Abb.per illum text.in ca.ex literis.
de matr.contract.con.interdi.eccleſię, & in
197 cap cum teneamur.in 1.uol.de app.†De
cimoſeptimo limita, non procedere quoad
taxationem expenſarum , quia iudex a quo
poteſt pendente appellatione taxare expen
ſas ad quas condemnauit , quia non dicitur
innouare , ſed potius declarare pronuncia-
ta.ita tenet Lapus in allegationib.ſuis in al-
le.72.in capitu.in cauſa matrimoniali, &c.
198 †Decimo octauo limita, non procedere
contra admiſtratorem alicuius loci pij,
qui ſi fuit condemnatus ad reddendum rō-
nes , & appellauit , poteſt interim iudex a
quo ipſum conſtringere ad reddendum rō
nes non obſtante appellatio ita pulchre te-
net Ang.in §.œconomos . in fi.in authen.de
199 ſan.epi. †Decimonono limita , niſi ap
pellatio ſit deſerta , quia tunc non obſtante
app.poteſt iudex a quo procedere ad exe-
cutionem, quia hr̄ ac ſi appellatum non eſ-
ſet,ut deciſū eſt hodie in regno per cōſt.ap-
200 pellationū tempora . †Verum ſuper illo
dubio,an iudex a quo pronunciet deſertam,
m *m* uel iudex ad quem,ſcias,quod ſi appella
tio deſerta efficitur ex non proſecutione
ſiquidem nunquam ſit aditus iudex ad quē.
& nullus actus eſt factus coram eo , & tunc
non eſt opus alia,pronuntia , niſi quia pars
appellata poteſt adire iudicem a quo , ut
ſententia exequatur, & ſi ille uidet lapſum
terminum iuris uel hominis ad proſequen
dum , pronunciabit illam deſertam , & con
demnabit appellantem ad expenſas , & ob
hoc eſt utile,ut pronuncietur , propter con
demnationem expenſarum ſecundum Abb.
in c.ſæpe.colum.3.de appel. Verum poteſt
ſi uult exequi ſine alia pronuntia , & hoc ēt
eſt utile ,ut cā citius expediat,ne detur ma
teria ulterius appellādi.Si uero fuit aditus
iudex ad quem, & appellatio fuit coram eo
introducta ? & tunc ipſe debet pronuntiare
ſuper deſertione,& non iudex à quo , ita di-
ſtinguit notabiliter Phi.in ca.ex rōne.col.
19.in fi. uer.circa ſeptimum , &c de. app.&
Fel.in c.ex.parte el. 2.co.6.in fi.& ſeq.col.pe.
de reſcr.Adde text.& ibi Bal. in l.ſi contra.
& in l.pręcipimus.§.officijs.C.de app. & ibi
per Bar.adde etiam Alex.in l.præſes.ff.de rei
201 iud.†Et quod poſſit appellari à ſnīa , per
quam pronunciatur,appellationem eſſe de-
ſerta



n ſertam, *n* tenet Phil. in d. c. ex ratione,col.
23.uerſ. circa nonum, &c. vn̄ cauſa uitandi
appellationem cautius eſt , ut iudex a quo ,
exequatur ſine alia pronuntia iudicis ad
quem,ut declarat plene Phil. in d.c.ex rōne
col.antep.in fin.& colum.penul. & Ang. in
conſilio 140.& Bald.in conſi.390.in 3. uol.
202 † hodie tn̄ cōiter ſeruatur in regno, q qn̄
eſt deſerta appellatio , quæ erat introducta
coram iudice ad quem , ſolet pars appellata
adire iudicem ad quem, & inſtare, ut reſcri-
bat iudici a quo , ut exequatur ſententiam,
ex quo appellatio eſt deſerta , qui iudex ad
quem reuiſo,calendario proceſſus , ſi liquet
ſibi ex eo, quod appellatio eſt deſerta , non
facit aliam pronunciam , niſi quia reſcribit
per literas iudici a quo, ut ſententiam exe-
quatur , ex quo liquet ſibi appellationem eſ-
ſe deſertam,& ſic iudex a quo,ad literas iu-
dicis ad quem exequitur ſententiam , & iſta
eſt communis practica , quam uidi ſeruari
in hoc regno, & tenet And.de Iſer. in conſt.
appellationum tempora,colum.3.in prin.&
ibi etiam Matthæ.in 5 column in princip.
203 † Imo quando iudex ad quem pronūtiat
appellationem eſſe deſertam,non requiritur
citatio partis, ſecundum Phil. in cap. ſæpe,
column.7.de app.& eſt hodie cautum in re-
gno,quod fit decretum,qualiter eſt deſerta,
ſed non legitur,ut eſt ritus magnę curiæ in
num. 229. inc. Item ſeruat ipſa curia , &c.
204 ſub rubrica,de appellationibus.† Vigeſi-
mo limita, non procedere in ſententia lata
o contra officialem *o* in ſyndicatu , quia non
ſuſpenditur per appellationem , ut eſt regia
prag.quæ incipit,regię dignitati,quod intel
lige de diffinitiua,ſed ab interlocutoria , &
grauamine incidenti pōt appellari,ſecundū
Par. in trac. ſynd. in uerſicul.appellatio.col.
8.Item,a ſnīa ferenda poteſt appellari,ſecū
205 dū Pari.ibi,col.7.in fi. † Vigeſimoprimo
limita non procedere , qn̄ iudex a quo, uult
ſtatuere terminum appellanti ad proſequen
dum,uel ad ſe repreſentandū corā iudice ad
quem,nam licet pendente appellatione, cen
ſeantur ligatæ manus iudicis,non tn̄ cenſen
tur ligatæ quoad hoc , quia poteſt iudex a
quo ſtatuere terminum cōpetentem, & bre-
uiare tempus iuris, infra quem terminum ſi
appellans non ſe præſentat iudici ad quem
uel non proſequitur appellationem,remanet
appellatio deſerta,& poteſt ſententiam exe-
qui,tex.eſt in c.perſonas,& ibi Abb.& Phil.
& in cap.cum ſit Romana,& in cap. oblatæ
& in c.reprehenſibilis,& in cap ſæpe.de ap.
& Spe.in tit.de app.§. nouiſime. uerſ. 15.&
& uerſic.16 & Car.in cl. 1.in 22. q. de app.
& Bart.in l præſes,C.de app. In hoc tamen
ſi uis ſcire qualem terminum poteſt iudex aſ
ſignare appellanti , uide notabiliter Phi. in
d.cap. perſonas , col. 2.de app. ubi declarat
nouem modos dandi terminum in hanc ma
teria . Et primus eſt , ad iter arripiendum
ad iudicem appellationis , quem terminum
dat iudex a quo cap. peruenit , el 2. de app.
Secundus eſt,ad ſe præſentandum coram iu-
dice ad quem , & iſte ſimiliter dari poteſt
ut d.cap.perſonas.Tertius eſt terminus ad ſe
præſentandum cum apoſtolis , de hoc habe-
tur in d.l.præſes,& ibi per Bal. & hic ſimili-
ter dari poteſt , ut ibi. Quartus eſt terminus
ad recipiendum apoſtolos petitos , nam po-
teſt iudex a quo ſtatuere certum terminum
appellanti , infra quem debeat recipere apo
ſtolos, quo elapſo , ſi non recipit appellatio
eſt deſerta , ut in clemn. 2 de appel. Quin-
tus eſt terminus ad proſequendam appella-
tionem , & iſte etiam dari poteſt capitul.
cum cauſa,de re iud. & cap. ad hæc, el.3.de
app.quidquid tenuerit Bart in d.l.præſes cu
ius opi.in hoc reprobatur. Sextus eſt termi-
nus ad ſe præſentandum,& redeundum , cū
literis impetratis,& hoc fieri non poteſt per
iudicem a quo , quia eſſet imponere legem
ſuperiori.cap ex inſinuatione , ibi Abb. de
app.Septimus eſt terminus ad ſe præſentan-
dum,uel proſequendum , & faciendum fidē
de ipſa proſecutione , & hoc minime fieri
poteſt ad faciendum deſertam appellationē
elapſo termino, alius terminus eſt ad finien-
dam appellationem coram iudice ad quem-
& hoc minime fieri poteſt,quia īponeret le
gem ſuperiori,ut d. capitul.ex inſinuatione,
quæ omnia proſequere, ut per Phi. in d. c.
206 perſonas,& dec.Rotæ 94.in nouis.†Vige-
ſimoſecundo limita , quia iudex a quo po-
teſt pendente appellatione examinare teſtes
ſenes , uel ualitudinarios ad perpetuam rei
memoriam, & non dicitur innouare ita per
plura tenet Matth. de Affl. in conſtitu,pro-
207 bationum in curſibus, col. 2. in fin. † Se-
cundam regulam principalem.ſ. appellatio
ne ab interlocutoria,limita primo non pro-
cedere, quando fuit iudici à quo inhibitum
per

per ſuperiorem, quia tunc non poteſt ulte-
rius procedere in illa cauſa, vt eſt tex.in d.c.
non ſolum, de app.lib.6, & no.Ang. in conſ.
217. Quod tn̄ intellige, qn̄ inhibitio fuit le-
gitimè interpoſita, & cum cauſæ cognitio-
ne, & parte citata, nam quãdo eſt appellatū
in caſu, in quo nõ debuit appellari, uel quia
cauſa eſt iniuſta, uel appellatio eſt friuola,
& fruſtratoria, tunc nunquam debet iudex
ad quem inhibere, niſi prius adhibeat cau-
ſæ cognitionem ſuper iuſtitia appellationis,
aliàs inhibitio non ualet, ut no. Spec.in tit.
de app. §. de off. uer. ſed quæritur, & Fel.
in c.dilectus, el.2.col. pen.de reſcr. Pro hoc
eſt tex.in c. Romana.§.ſi vero, & §. ſi autem
& ibi Gem.de app. lib. 6. Item quod debeat
fieri parte citata inhibitio, aliàs non ualet,
tenet Alex.in conſi.91.col.pen.in 2.uolu.&
Fran.de Are.in conſil.20.col.pen. uer. circa
fin, &c.& cõſ.33.& Alex.in l.Titia. in fi. ff.
ſolu.mat. Vbi dicit hanc eſſe cõem opin. &
idem Alex.in l.4.§.condemnatum, col.4.in
fi.ff.de re iud. & Alex.in conſ.9.in 4.uolu.
& Iaſ.in l.ſi opus, col.2.in fin. ff. de op.no.
unde dicit notabiliter Abb.in cap.cū ueniſ-
ſent, columna 2. in 4.not. de reſti. in integ.
208 † quod inhibitio iudicis contra ius facta
non inducit nullitatem actus poſtea geſt.
209 † Secundo limita, niſi iudex a quo detu-
lit appellationi corã eo interpoſitæ ab inter
locutoria, quia deferendo, ſeu admittendo
ipſam, ligat manus ſibi ipſi, & ipſemet tunc
ſibi inhibet, unde non poteſt ulterius in cau
ſa procedere, text.eſt in cap.cum appellatio-
nibus, & ibi Gemi de appel.lib. 6. & Bartol.
in l.eius, qui col.2.de appel.recip.& Bar.in l.
intra utile, col.2 ff.de min. & Soc. in conſil.
210 38.col.7.in fi.1. uol. † An autem teneatur
deferre iudex appellationi? Dic, quod ſic, ſi
eſt interpoſita ex iuſta cauſa, alias punitur,
text.eſt in c.de priore, de app. & in l. quoniã
iud C.de app. & circa iſtam pœnam eſt ua-
rietas inter ius canonicum, & ciuile, quia
de iure canonico, ſi cauſa eſt criminalis, iu-
dex non admittens deponendus eſt, ſi uero
eſt ciuilis, punitur pœna arbitraria, ſed de
iure ciuili, ſi cauſa eſt criminalis, punitur pę
na arbitraria, ſi ciuilis punitur ad 30. libras
auri, ut d.leg. quoniam iudices, ita declarat
Phil. in d cap.de priore, colum. fin. & Lud.
Ro.in conſi.501. colum.1. Verum aduerte,
quia Phil.in d.capit.de priore, in fin. dicit,
quod iſtæ pœnæ ceſſant ubicunque appel-
latur a mera interlocutoria, ex quo iudex
poteſt procedere antequam ſit ei inhibitum.
Ex hoc ſequitur, quod non tenetur deferre,
in hoc, ego puto, quod non bene loquitur
Philip. quia, ſi appellans ab interlocutoria
mera aſſignat aliquam rationabilem cau-
ſam, ex qua ſi uera eſſet, apparet grauamen,
tenetur iudex appellationem admittere, qa
ad hunc effectum voluerunt iura, quod cau
ſę grauaminis exprimantur, ut ſi uideantur
iuſtæ, debeat iudex admittere appellatio-
nem, aut ſpecificare cauſam rationabilem,
quare non admittit, ut dicit text. in capitu.
cordi, de appell. lib. 6. unde ſi iudex repellit
appellationem ab interlocutoria ex rationa
bili cauſa interpoſitam, puto quòd ita puni-
tur, ac ſi repuliſſet appellationem a diffi-
nitiua, & ita in effectu concludit Card. in
d.c. de priore in fin. qui melius loqui uide-
tur, & Lud. Rom.in conſil.501. colum.1.&
211 ſecunda. † Quid autem, ſi iudex non ad-
miſit ſimpliciter appellationem, ſed cum il-
p la *p* clauſula, ſi & in quantum, prout com-
muniter ſcribi ſolet admiſſio per actorum
magiſtros, an per illa uerba habetur pro ad-
miſſa, uel pro non admiſſa? Lud.Rom.tan-
git hanc q.in d conſil.501.colū.2 & conclu
dit, quod ſi appellatio erat iuſta, & ex ratio-
nabili cauſa interpoſita, quæ de iure admit-
tenda erat, habetur pro admiſſa, aliàs ſi ad-
mittenda non erat, habetur pro non admiſ-
ſa, & ſic illa clauſula refertur ad iuris diſpo-
ſitionem. Idem tenet Fel. in ca. cum contin-
gat, col.penul.de off.del.& Phi.& Card.in c.
ſępe, in 2.no.de app.& Bald.in l.edita.in re-
pe.Paduama, col. 17. uerſi. item dubitatur ſi
iudex, &c. C.de eden.& Bar.in l. ambitioſa-
col pen.in fi.ff.de decr.ab.or. fac. & Ang.in
cõſilio 217.in 5.columna, & iſta eſt ueritas.
212 † Tertia limita, niſi appellaretur à tali in
terlocutoria, quæ continet grauamen irrepa
rabile, & executionem irretractabilem, ut
ſi iudex interloqueretur aliquem eſſe torquē
dum, quia tunc pendente appellatione ſta-
tim ligantur manus iudicis ante aliam inhi-
bitionem, ſicut quando appellatur a diffini-
tiua ſecundum Bald.in leg.generaliter.§.ſed
iuramēto.col.2.uerſ.ſed quid ſi eſt talis, &c.
C.de reb. cre. facit quod no. Bart.in l.2.co-
lum.2.& 3. ff.de app. recip. & Bald. in l. 2.
colum.2.C.de epiſc.aud.& in l. ſiquis in pro
uoca-



uocatione, C.de appella.& in l.ante ſenten-
tiam, col.1.C.quo appe.non reci.& Paris in
tract.ſynd.in uerſi.tortura, in ult. char. uerſ.
an ab interlocutoria, &c.& Andr. de Iſer.in
conſt.intentionis, & hoc hodie eſt prouiſum
in regno per capitulum regni, quod incipit,
ſi iuſte, quo cauetur recipiendam eſſe appel-
lationē a tortura, & ſi iudex uoluerit admit
tere, ſed proceſſit ad torturam poſt appella-
tionem, ſi quidem tortus fuit mortuus, uel
in tormentis, uel per condemnationem ad
mortem, tunc iudex debet ultimo ſupli-
cio dãnari, ſi uero non fuit mortuus in tor-
mentis, nec aliter condemnatus adhuc, tūc
iudex debet damnari ad pęnam carceris biē
nalis, & ad publicationem tertiæ partis ſuo
rum bonorum. Si uero tortus fuit condem-
natus ad aliam pęnam per iudicem præter
mortem, tunc iudex eandem pœnam ſu-
bire debet, ita hæc omnia deciduntur in
d.cap.ſi iuſte, & eſt in nu.capitu.regni. 143.
TERTIO, principaliter ſequendo ordi-
213 nem propoſitum, quæro † quando fiat ap-
q pellatio, dic, quod debet fieri *q* infra decem
dies a die latæ ſententiæ, ut eſt text ſæpius
alleg. in auth.hodie.C.de appe. & in cap.cū
dilecti, in fi.de ele.& in capi. ſignificauerūt.
de teſt.& in cap.quoad conſultationem, de
re iud Quod amplia procedere non ſolum,
quãdo appellatur a diffinitiua, ſed etiam ab
interlocutoria debet appellari infra 10.dies,
tex.eſt, & ibi gl.in uer. dies, in d.cap.ſignifi-
cauerunt, & in d.c.cum dilecti. in fi. gl.in c.
cum ceſſante, de app.& Bal.& Iaſ. in l.ſi ar-
bitro.ff.qui ſatiſ.cog.imò etiã a quocunque
grauamine, & actu ēt extraiudiciali debet
appellari infra decem dies a die illati graua-
minis, ut not.Soc.in conſil. 45. colum. 4. in
214 fi.in 1.uol. † Sed de iure fforum & C. erat
minus tp̄s.ſ. quia in cauſa propria poterat
quis appellare ſolum infra biduum, in cau-
ſa aliena, infra triduum, & non ultra, ut eſt
tex.in l.eos.§.ſin autem.C.de app.& in l. 1.§.
biduum, & §.dies, & §.in propria, ff.qn̄ app.
ſit. Hodie uero p ius Authenticorum eſt au-
ctum tp̄s uſque ad decem dies, ut ſupra, quo
termino elapſo, ſi non appelletur, ſn̄ia tran-
ſit in rem iudicatam & executioni manda-
tur, ut d.c. quo ad conſultationem, & currit
iſtud tp̄s de momento ad momentum a die
latæ ſn̄iæ, ut eſt glo.& ibi ēt Bar.in d.§.dies.
215 † Limita tamen hoc, dummodo appellans
ſciuerit latam eſſe ſententiam cõtra ſe, quia
tunc currunt decem dies a tempore latæ ſen
tentiæ. Secus, ſi ignorauit, quia etiam ſi ſte-
tiſſet per menſem, uel annum, & ultra ſem-
per poteſt appellare, poſt quam ſcire incepit
à die ſcientiæ currunt ſibi decem dies capi-
tul.concertationi, de app. lib. 6. & gloſſ. &
Bart.in d.auth.hodie C.de appel.& gloſſ. in
capitulo ab eo.de appe.lib.6.& tex.in l.1. ff.
quando app.ſit. Ex hoc ergo ſequitur, quod
iſtud tempus eſt utile in princip. quia nun-
quã incipit currere impedito, ſed poſtea ef-
ficitur continuum, ut eſt tex. & ibi Bartol.
in d.l.1.§.dies, quibus adde Spec. in titu. de
appel.§. reſtat. uerſicul. ſed nunquid tamen
bonum eſt, ut proteſtetur appellans, qn̄ uidet
ſe impeditum, maxime, quando fiat per iu-
216 dicē, ſecundum Bartol.in d. §. dies † Se-
cundo limita, niſi grauamen illatum habe-
ret tractum ſucceſſiuum, quia tunc ſem-
per poteſt appel. quandiu durat grauamen,
etiam poſt decem dies, ita tenet, Ioan. And.
in capitu.dilectus, el 2. de reſc. & Bald. in l.
2.column.2.in fi.uerſicul.2.quæro.C.de epiſ.
aud.& Spec. in tit. de app. §. reſtat, uerſ. &
no.ſecundum Vinc.idem tenet Angel. in d.
auth.hodie, & Paris in tract. ſyn. uerſ. app.
colum.2. in quibus locis ponitur exemplum
r de eo, qui detinetur *r* in carcere, nam ſemper
poteſt appellare, quia ſemper grauatur, ita
etiam tenet Phil.in cap. ſuper eod.el 2. col.
1.de app.& in cap.ex parte, el 1.colum.2. eo.
tit.ubi notanter limitat hoc de mente Bald.
in d.cap de teſtibus, extra de teſtibus, non
procedere, quando iudex expreſsè fuiſſet
interlocutus illum eſſe carcerandum, quia
tunc debet appellari infra 10.dies à die pro-
lationis interlocutoriæ, alias tranſiret in rem
iudicatam, & ulterius appellare non poſſet,
quibus adde Alex. in leg. inficiando. §. in-
fans.in add.ad Bar.ff.de fur. & Alexand. in
leg.1.§.1.ff.de fer.& in l.eum, qui § in popu
217 laribus. ff.de iureiu. † Et poteſt iſta appel
latio præſentari etiam in die feriata ad ho-
norem Dei. ſecundum Bartol. in l.1.§.dies.
ff.quando app.ſit, & Car.in cl.2.§. ſimiliter,
in 2.q.in fi.de app.& eſt gl.in c. app.in uerſ.
lect.de app.lib.6.& Bal.in l.1. per illum tex.
C.de ferijs, & Fel.in ca.fi.colum.5. de ferijs.
218 † Ex prædictis infertur, quod ſi aliquis ſi
ne mandato, alieno nomine appellauit ab
aliqua ſn̄ia, debet illam appellationē ratifi-
cari

cari facere à domino litis infra decem dies, computandos a die, quo ſciuit latam eſſe ſententiam cōtra ſe, alias elapſis decem diebus non poſſet ratificare, & ſententia tranſiret in rem iudicatam, quia ratificatio debet fieri infra tempus habile, l. bonorum.ff. rem rat.hab. ita tenet Spec. in tit.de app.§.1. uer.porro, & Petr.Phil.Corn.in conſil. 292. col.2.in litera a, in 3. uol. nam actus iudiciarij debent fieri per legitimā perſonā habentem ſpeciale mandatum. l. licet. C.de proc. & ſi fuerint facti ſine mandato, debent ratificari infra tp̄s habile, aliàs non ualet, ut dicit, ibi Pet.Phil.Cor. Et pondera, quod uerba Spec.ubi ſupra, dicunt, ꝙ debet appellationē ratificare infra decem dies tpe, quo ſciuit appellatum, & non dicit a tpe ſcientię latę ſnīæ, ego puto quod debet ratificare infra decem dies a tempore, quo ſciuit ſnīam eſſe latam, per ea quæ hñr in d.auth.hodie, quia ex illo tpe currunt ſibi 10. dies ad appellandum, ergo illimet dies currunt ſibi ad ratificandum, quia illud cenſetur tempus habile, per d.l. bonorum, & iſta eſt pura ueri-
219 tas.† Viſo primo tpe appellādi, uideamus nō de ſecundo tpe.ſ.petendi apoſtolos, & ſcias, ꝙ de iure cōmuni apoſtoli debent peti
f infra 30.dies, & etiam recipi, ut eſt text. in l.iudicib.C.de app.& in c.ab eo.de app.lib. 6. adeo quod ſi appellans infra dictum tp̄s non petat, uel recipiat apoſtolos, cenſetur appellationi renunciaſſe, & efficitur appellatio deſerta, ut d.cap.ab eo.& clem. quāuis de appella.& quando ſtaretur per iudicem, qui requiſitus non dat apoſtolos, debet appellās proteſtari, ut habetur in d.clem.quam-
220 uis, & per gl. in l.1.ff.de libel.dimiſ.† Sed dubitatur, qñ incipiant currere iſti 30. dies, utrum a die ſententiæ latæ, uęl a die appellationis? in hoc magna fuit uarietas Docto. quos refert deciſ.Rotæ 26.in nouis, & Car. in c.ut debitus col.22.de app.nam aliqui tenent, ꝙ currunt a die ſententiæ latę, per tex. qui hoc dicit expreſsè in d l.iudicibus. Alij tenet, ꝙ currunt a die appellationis interpoſitę, hanc opi.tenet Hoſt.in c. 1 de app.lib. 6.ſed Car.in d. clem. quamuis in prin. in 4. q. tenet ſimpliciter primam opi. per d. leg.
g iudicibus, ſed quidquid teneant alij, g magis cōmunis & æqua opi.eſt, ut dicamus, ꝙ ſi appellans habuit notitiā ſnīæ latę currat ſibi tp̄s die ſnīæ latæ, & ita ꝓcedit d.l.iudicibus. Si uero non habuit notitiam, qñ fuit lata ſnīa, & tunc 30. dies currant ſibi a die ſcientiæ, a quo die habuit facultatem appellandi, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur unū inconueniens, ꝙ poſſet appellans ignorare per 30.dies, & ſic eſſet ſibi ignorāti lapſum tp̄s petendi apoſtolos, cui nō eſſet lapſum tp̄s appellandi, per ea, quę no.gl.& Bar. in d.auth.hodie, & tex.in d.c.concertationi de app.lib.6.& iſtam opin.tanquam æquiorem, & iuri conſonam teneo, quā tenet gloſ. in d.c.ab eo.& ibi etiam Gem.& eſt de mente Io.And.ibi, & dicta dec. Rotæ 19. in no-
221 uis. † Sed iſtud tp̄s petendi Apoſtolos infra 10.dies, eſt de iure cōi, ut dixi, poſſet tñ dubitari an hodie in regno ſeruetur, cum conſt.appellationum tempora.ſtatuerit ſimpliciter terminū 50. dierum ad proſequendum coram iudice ad quem, poſt interpoſitam appellationem. Dic quòd in regno non ſeruatur, ſed iſtud tempus 30.dierum, includitur in tempore 50.dierum, unde ſufficit, quòd appellans petierit apoſtolos infra 50. dies, & illos præſentauerit iudici ad quem, una cum proceſſu, & ſic quo ad hoc eſt correcta d.l.iudicibus, ita tenet And. de Iſer.in cap.ſi autem, col. 2. in fi.& ſeq.quo tempore mil.& idem And.in d conſt. appellationum tempora, in prin.& ibi etiam eſt glo. & hoc eſt confirmatum per ritum magnæ curiæ, in nume.189.incip.item ſeruat ipſa curia, ꝙ qñ, &c & magis clare firmatur per regiam pragm.quæ incipit, appellationum tempora, & eſt in num.prag.23.quæ expreſsè confirmat tempus inductum per conſt.regni, in proſequenda appellatione. Sic ergo in regno in curia ſeculari ſeruatur diſpoſitio conſtitu.regni, & regiæ pragmaticæ, ſed in curis eccleſiaſtica ſeruatur diſpoſitio iuris canonici ſcilicet dicti ca.ab eo.& d.cle.quamuis, ut recipiantur apoſtoli infra 30. dies, quia in hoc non reperitur correctum ius canonicū.
222 † Ex hoc infertur, ꝙ in regno in curia ſeculari ſuperuacua eſt illa quæſt. ſuperius facta.ſ. ex quo tempore incipiant currere 30. dies ad petendum apoſtolos, quia habemus conſt.expreſsè loquentem, quod 50.dies currunt a die interpoſitæ appellationis, unde ab illo die habet idem tempus ad petendum apoſtolos, ſecundum And. de Iſer. ubi ſupra. Bene uerum eſt, ꝙ procedit illa quæſt. de iure canonico, & ſic in curia eccleſiaſtica

† Præ-



223 † Prædicta limita, ſcilicet de iure canonico, niſi iudex ſtatuerit certum terminum appellanti ad recipiendum Apoſtolos, quia ſi infra illum terminum ſtatutum non recipit uel petit illos, & non proteſtatur, appellatio remanet deſerta non expectato aliter lapſu 30 dierum, quia iudex à quo, poſſet ſpecialem, & breuiorem terminum ad hoc ſtatuere, ut eſt text.in d.clem. quamuis, de appellatio.& ibi per Card.& Docto.
224 † Sed cuius expenſis debeant mitti, ſeu præſtari apoſtoli utrum expenſis appellantis, & petentis, vel iudicis. Communis concluſio eſt, & uera, quod dentur expenſis appellantis, gloſſ. eſt in uerſiculo oblatos, in dict.capitul.quamuis, de appel. & ibi Card. in §.uerum 3.not.& in §. ſimiliter, in quinta, quæſtione, & Bald.in leg.eos, §.apoſtolos columna tertia, uerſiculo quæri conſueuit, &c.C.de appellatio. & Alexand. in add.ad Bartol. in leg. ſi poſtulauerit. ff. de adult.
225 † Iſtorum autē apoſtulorum plures ſunt ſpecies, quas omnes numerat Specu. in tertia parte in titul. de appel.§.ſequitur per totum. Sed quantum ad materiam noſtram, tres tantùm ſpecies ſunt in frequentiori vſu, videlicet, apoſtoli dimiſſorij, & iſti dicuntur quando iudex admittit appellationem, & ſcribit literas dimiſſorias, cum quibus dimittit appellantem iudici ad quem, illæ literę ſignificantes, quòd admiſit appellationem, dicuntur apoſtoli dimiſſorij, de quibus loquitur l. 1.ff.de libel.dimiſ.&c.ab eo.& de app.lib.6.&c.ab eo.2.quæſt.6.Alij dicuntur apoſtoli refutatorij, ut quando iudex à quo, non uult admittere appellationem, tunc ſcribit literas ſignificantes qualiter refutauit, & nō admiſit appellationē, & de iſtis loquitur tex. in l. fin. §.in refutatorijs.C.de appe.Alij dicuntur apoſtoli reuerentiales, ut quando appellatio non erat admittenda, ſed iudex eam admiſit ob reuerentiam ſuperioris, de quibus habetur in l. eos.§ ſuper his.C.de appel. & in c.cordi.de appe.lib. 6. & de iſtis tribus ſpeciebus apoſtolorum uide Card. Alex. in c. ut debitus, col.21.in fi.& ſeq.de app. & Spec. plene in d.§.ſequitur, ubi ponit formam omniū iſtorum Apoſtolorum, & uide Abb.in c. bonæ, colum.2.uer.quinta differentia, &c.de app.
226 † Vnde autē dicantur apoſtoli, dic u ab
u apo, quod eſt ſupra, & ſtoli.i.miſſio, quaſi literę miſſę ad ſuperiorē, ita declarat Card. in d.cle.quamuis, in prin.in 2.q.de appel.&
227 uide gl.in uerſ.petat, in d.c.cordi.† An autē in app.extraiudiciali debeant peti apoſtoli, gl.in d. c. ordi.in uer. uel extra, uidetur tenere, quod nō, ſed gl.in c.ut ſuper.in uerſ. ille iudex, de app.libr.6.tenet, quòd debent peti ſub cōditione.ſ.ſi eſt, qui illos dare poſſit. Super hoc concludo, ꝙ qñ appellatur à iudice extraiudicialiter procedente, ſemꝑ debent peti Apoſtoli, quia eſt, qui illos dare poſſit.ſ.iudex, ſed qñ appellatur a parte, non puto, ꝙ ſit neceſſarium illos petere, qa non eſt qui illos dēt. Tñ tutius eſt, ꝙ tunc petantur ſub illa conditione, ut dicit gl. in d.c.ut ſuper, & ita tenet Phil.in c.bonę, col. 6.in fi.uerſ.6.requiritur, &c.de app.& ibi ēt ſentit Abb.in 2.colum.in 4.& 5. differētiæ.
228 † Sequitur modo uidere de tertio tempore.ſ.proſequendi appellationem, ſuper quo ſcias, ꝙ eſt uarietas inter ius cōe, & ius conſtitutionum: nam de iure cōi appellans poſt
x interpoſitam appellationem, habet x unum annum ad proſequendam coram iudice ad quem, & iſtud appellatur primum fatale, & ſi eſt impeditus habet ex cauſa ſecundum fatale, ut eſt tex.in auth.ei, qui appellat C.de temp.app.& habetur in cap.ex ratione, de appel.& eſt tex.in cle.ſicut, de app.ubi dicit hoc procedere tam in appellatione iudiciali, quam extraiudiciali. Si uero etiam in ſecundo fatali fuit impeditus, ſolet ei dari ēt tertius annus, ex iuſtiſſima tñ cauſa, & iuſto impedimento, ut probatur in d.cap. ex ratione, & ibi Card.& no.Spec.in titu.de app. §.nunc breuiter uer. præmiſſa. Quod tamē intellige, qñ in toto ſecūdo anno fuiſſet impeditus, alias reſtituitur ſibi non annus integer, ſed tantum tempus infra quantum durauit impedimentum, ita declarat Abb. in d.ca.ex ratione, in 4.col.& iſtud tempus quod datur poſt ſecundum fatale, datur ſolum per uiam reſtitutionis in integ. & non ipſo iure, ſed primus & ſecūdus annus dātur ipſo iure a lege, ſecundum Inn.Abb.& in d.c.ex rōne & gl.Bar.& Doct. in d.auth. ei, qui appellat, ſed de iure conſt. Regni eſt additum iſtud plus, quia poſt interpoſitam appellationem dantur 50.dies appellanti, infra quos debet recipere Apoſtolos, & præſentare proceſſum coram iudice ad quem, & facere citari partem & licentiatus rece-

dere,alias appellatio eſſet deſerta,hæc om-
nia ꝓbantur in conſt.appellationũ tẽpora
& ibi And.de Iſer.Deinde in ante præſenta
to proceſſu, & facta citatione partis, infra
50.dies,habet appellans primũ fatale & ſic
primum annum ſeruata forma iuris com-
munis,quia conſt.regni, non corrigit fata-
lia, ſed ſolum interponit illud tempus 50.
dierum. Verum eſt ſciendum, quòd fatalia
incipiunt currere à die interpoſitæ appel-
lationis,ut eſt tex in d.cle.ſicut de appel.&
no.Abb.in d.c.ex ratione,in 1.no.unde per
hoc dico,quòd illi 50.dies interpoſiti ꝑ cõ-
ſtit.includuntur,& ſic à die interpoſitæ ap-
pellationis etiam hodie in regno currit an
nus ad proſequendum, cum in hoc iura cõ-
munia non reperiantur correcta,argu.leg.
229 ſancimus.C.de reſt.† Iſta autem obſeruã
tia de 50.diebus,procederet ſolum in Re-
gno in curia ſeculari,quia Rex qui fuit au-
ctor illius conſt. non potuit imponere le-
gem eccleſiæ, & eccleſiaſticis perſonis per
ea,quæ plenè habentur per Abb. & Fel. in
cap.eccleſiæ S.Mariæ, de conſt. unde in cu-
ria eccleſiaſtica ſeruaretur diſpoſitio cle.ſi
cut,& cle.quamuis,de app. ſcilicet, ut apo-
ſtoli infra 30.dies , & proſecutio fiat infra
annum à die appellationis,& ſtante impedi
mento,datur ſecundus annus.
230 † Sed iuxta hoc quæritur, an ſit neceſſe,
y quòd appellans proteſtetur y de impedimẽ
to,ad hoc ut reſtituatur ſibi tempus:in hoc
uera concluſio eſt, quòd ſi ſtat per iudicem
debet proteſtari,& non ſufficit una proteſta
tio , ſed debet pluries proteſtari., ita dicit
Alexan.in conſilio,19.col.2.in 1.uol.& po
nunt Doct.in leg.properandum.§. ſin autẽ
utraque.C.de iud.& Bald.in d.c.ex ratione
in fin.Si uero impeditur ab impedimento,
quàm facto iudicis, non requiritur de ne-
ceſſitate proteſtatio,ſed ſufficit quod poſtea
impedimentum probetur.Cautius tamẽ eſt
quòd ſemper proteſtetur de impedimento,
ita pulchrè diſtinguit Phil.in d.cap.ex ratio
ne, colum.4 in fin.& ſeq.uerſi. ſed dubita-
tur ad hoc,&c.& ita intelligitur gloſſ. in c.
cupientes.§.quòd ſi per uiginti, & ibi Gem.
& Pet.de Anch.de elec.lib.6.& Bart. in leg.
1.§.dies.ff.quando app. ſit,& uide omnino
Card.in d.cap.ex ratione,in 4.colum.
231 † Vlterius ſuper iſta quæſtio. dubitatur ,
utrum elapſo primo anno poſſit iudex in
diſtinctè ſententiam exequi tanquam ap-
pellatione deſerta,ſi non conſtat aliter ſibi
de impedimento.Doct.communiter tenẽt,
quòd non,quia ſi non ſit lapſum biennium
iudex non poteſt exequi, quia ſententia nõ
confirmatur ex ſolo lapſu primi anni, ni-
ſi etiam labatur ſecundus annus,dicit tex.
in d.auth.si qui appell.& ita expreſsè tenet
ibi Bar.in fi.& idem Bar.in l.1.in fin.ff.nil
no.app pen.& Bald.in l.eos. in prin.col.2.
uerſ.ſcias tñ,& C.de app. & Phil. in d.cap.
ex ratione,col.24.uer.2.quæritur,&c. nam
ſecundum Bal. in d.l.eos. elapſo primo an-
no,eſt dubium ,propter impedimenta,quæ
potuerunt interuenire , & ſic ſolus lapſus
primi anni non clarificat iudicem de deſer
tione,niſi labatur etiam ſecundus . Et licet
iſta opi.uideatur eſſe magis cõmunis,tñ mi
hi uidetur,ꝙ ita ſimpliciter intellecta non
procedat,Et primo pondero,quòd lex non
dat ſecundum annum appellanti, ſimplici-
ter,ſed conditionatiua,ſcilicet exiſtente iu-
ſta cauſa impedimenti , ita dicit text. in d.
auth.ei qui appellat. Ergo intentio legiſla-
toris fuit, quod in primo anno appellatio
ſit deſerta , ſi non probatur de iuſta cauſa
habendi ſecundum annum,ſcilicet de impe
dimento.Cum ergo impedimentum conſi-
ſtat in facto oportet probari per eum, qui
ſe fundat in illo,per ea, quæ habentur in l.
2.ff.ſi quis cau.& per Bart.in l.hoc iure. ff.
de uerb.ob. Si ergo non apparet de impedi
mento , iudex habeat ſuam intentionem
fundatam ex lapſu primi anni, unde pote-
rit ſententiam exequi non expectato lapſu
ſecundi anni. Et per hoc non uidetur obſta
re illud,quod dicit Bald.in d.l. eos,ſcilicet
ꝙ in primo anno eſt dubium propter impe
dimenta,quæ potuerunt accidere,quia hoc
eſſet præſumere impedimentum , ubi non
probatur,quod eſt contra omnia iura,cum
impedimentum ſit facti , & facta non præ-
ſumuntur,niſi probentur,leg.in bello.§ fa-
ctæ.ff.de con.& c.1.de conſtitu.lib 6.& no.
Pet.Phil.Corn.in conſil.171 colum.8.in li-
tera r,in 2.uol.Secundo pondero ordinem
legis , quæ primo dat primum annum , &
poſtea ex cauſa dat ſecundum , nam ſi opi-
nio illorum , qui tenent eſſe neceſſe la-
biennium, eſſet uera, iſte ordo fuiſſet fru-
ſtratorius , quia debuiſſet dicere lex, quod
appellanti datur biennium ad proſequen-
dum



dum , quo elapſo appellatio efficiatur de-
ſerta,& non oportebat dari primum annũ
& poſtea ſecundum , & lex nihil operatur
232 fruſtra.§.quibus,in 1.conſtit.† Tertio põ
dero,quia lex appellat primũ annũ, primũ
fatale,& ſm annũ ſm fatale, ut eſt text. &
ibi gl.in l.2.in prin.C.de tẽp.app.& dñr iſta
fatalia à fato.i.morte,quia ſicut mors extin
guit hominẽ,ita lapſus fataliũ ſeu uniuſcu
iuſque fatalis extinguit appellationem, ita
declarat Abb.in d.c.ex ratione,col.3.& ſen
tit glo.in d.l.2.in prin.& Bal.in l.fi.in prin.
in 2.col.uerſic.modo reſtat,&c.C.de temp.
app.Si.n.primus annus nõ extingueret ap-
pellationem,nõ diceret fatale, ſed quia lex
ita appellat fatale, primum annum , ſicut
ſecundũ,quod patet ex tex.in d.l.2.in prin.
quę dicit tempora fatalium,&c.& ſic loqu i
tur in numero plurali de pluribus fatalib.
Ergo ita extinguit appellationẽ lapſus pri- z
mi anni,non dato impedimento, ſicut lap-
ſus ſecundi anni,adde Phi. in d.c.ex ratio-
ne,col.2. Quarto pro hoc do.tex. formalẽ
in d.cl. ſicut de app.cui non puto poſſe da-
ri rectum reſponſum,nam ibi clarè dicitur
quod per lapſum anni appellatio debet cẽ-
ſeri deſerta ceſſante iuſto impedimento,er-
go non eſt opus expectare biennium,quan-
do non liquet de impedimento.Quinto põ
dero text.in l.fi.§.illud C.de temp.app. qui
expreſſe ſentit,quod elapſo anno,& ſic pri-
mo fatali,mandatur ſententia executioni,
niſi appellans doceat de impedimento. Sex
to,ad hoc pondero dictum Bald. in d. c. ex
ratione,col.2.in fi.ubi dicit, quod appellãs
debet eſſe diligens in primo anno,diligen-
tior in ſecũdo,& diligentiſſimus in tertio.
Sic ergo requiritur diligentiſſimus in ter-
tio.Sic ergo requiritur diligentia in primo
anno , ſequitur quod ſi fuit negligens ſine
aliquo impedimento,appellato remanet de
ſerta, hanc opi. tenent Inn. Ant. de But. &
Imol.in d.c.ex rõne,& Ang. in conſ. 309.
ubi dicit,quod iſta op. eſt uera ſicut Euan-
gelium.Septimo,ad idem adduco tex. in c.
cum ſit Romana de app. ubi eſt text.clarus,
quod appellanti datur annus ad proſequen
dum,& ex iuſta,& neceſſaria cauſa,ſcilicet
impedimenti,datur biennium . Ergo ſequi
tur,quod ubi non apparet iuſta, & neceſſa-
ria cauſa, non datur biennius, unde ſequi-
tur , quod iudex poteſt ſententiam exequi
elapſo anno, ſi non conſtat & impedimen-
to, & hoc uidetur ſentire Bart. in auth.itẽ
ſi appellatione.C.de app. ubi ponderat im-
pedimentum primi anni,ut detur ſecũdus.
233 † Octauo pondero,quia omnes Doct. cõ
muniter in d.c.ex ratione, & in dicta auth.
ei qui app.concludunt,ꝙ quando ſtat per iu
dicem,debet appellans in primo anno pro
teſtari,ad quid ergo requiritur iſta proteſta
tio,ſi non diceremus,quod elapſo anno ap
pellatio ſit deſerta ? certè fruſtra fieret , ſi
in omnem euentum daretur biennium. Et
ſic per iſtas rationes, & iura concludo,ꝙ ſi
elapſo primo anno non conſtat de aliquo
impedimento,nec apparet aliqua proteſta-
tio,intentio iudicis eſt fundata ipſo iure in
exequendo , unde poterit ſententiam exe-
qui per d.cl.ſicut tanquam appellatione de
234 ſerta.† Fateor tamen,quod antequam exe
quatur,debet z citare appellantem ad dicẽ
dum quare ſententia executioni mandari
non debeat,quia poſſet pars citata docere
de impedimento, & ſic daretur ſibi ſecun-
dus annus,aliàs ſi nõ docet,poterit exequi.
Et quod debeat pars citari ſuper executio-
ne facienda,tenet Bart.in l.1.in fi.ff.nil no.
app.pend.& Alex.in l.præſes,col.fin. ff.de
re.iud.& Abb.in c.ex ratione,col.fi.ubi te-
net in effectu iſtam opi. quam modo tenui
ſ.quod elapſo primo anno iudex põt exeq
parte tñ citata.Idẽ.ſ. quod debeat pars cita
ri,tenet Bal.in l.ſi contra.C.de app.& Bald.
in l.2.in fi.C.de temp. app.ubi dicit eſſe ibi
tex.ad hoc meliorem de iure, & Phi.in d.c.
ex ratione,colum.24.uerſi.4.quæritur, &c.
Ex prædictis ergo habes declaratos tres
terminos,qui conſiderantur in appellatio
ne,& remanet concluſio, ꝙ ultimus termi-
nus,ſcilicet proſequẽdi, eſt unius anni,duo
235 rum annorum ſtante impedimento. † Li-
mita tamen,hoc niſi iudex à quo , ſtatuerit
breuiorem terminum ad proſequendum ,
quia eo lapſo remanet appellatio deſerta ,
& poteſt ſentẽtiam exequi,ut c. cum ſit Ro
mana,& ca.perſonas, & ibi Phi.& Doct.&
ap.& dixi plenè ſupra in præcedẽti q.prin-
cipali in 22. fallentia , & ſic non eſt neceſſe
tunc expectare lapſum anni uel biennij.
236 † Secundo limita , niſi de uoluntate par-
tium fuiſſet prorogatus terminus proſe-
quendi appellationem, quia tunc poteſt du
rare ultra biennium , prout , partibus pla-

 cuerit

tenerit,quia iſtè terminus, proſequendi ap-
pellationem,poteſt conſenſu partium ꝓro
gari, & etiam breuiari,ſecundum Baldum
in l.fi.col.1.de temp.app.& ibi etiam Bart.
idem uĩ tenere Alexã.in l. properandum in
prin.C.de iud.& Ale.in add.ad Bar.ĩ auth.
ei,qui appellat.C.de temp.app.& ibi etiam
Bal.in fi.col.& Phi.in c.ex ratione. colũ.5.
in fi.uerſ.ſed dubitatio eſt, &c. de app. &
ibi etiam Fel.in 2.col.pro hoc eſt tex.quem
põderat Bald.ad hoc in l.quod ſi nolit.§. ſi
qđ ita.ff.de ędi.edic. ubi de conſenſu par-
tium poteſt prorogari tẽpus redhibitoriæ,
qđ eſt legale. Sed contrariũ tenet Bart. in
auth.ſi tñ.C.de tem.app.ubi dicit, quod ta
cite per uiam compromiſſi poteſt elongari
tẽpus,ſed expreſsè prorogari nõ põt, ſicut
non poteſt prorogari tempus inſtantiæ pri
mę cauſę,ut eſt gl.Bart. & cõmuniter Doc.
in l.properandũ,in princ.C.de iud.& Lud.
a Rom.in conſ.171.in fi.& hanc *a* contrariã
partem tenet Ioan.And.in add.Spec.in ti.
de app.§.nunc hř.uerſ. licet autem in add.
magna circa fi.& Abb.in đ.cap.ex ratione.
col.3.& Lud.Ro.in l.2.ff.de re iud.& Car.
Alex.in d.c.ex rõne,col. 15.uerſ. 14. eſt q.
&c.ubi ſe inuoluit,&.neſciuit decidere. In
iſta tamen uarietatem mihi plus placet pri
ma op.ſ.quod poſſit tẽpus proſequendi ap-
pellationem ꝓrogari per expreſſum cõſen
ſum partium,quum opin.tenet etiam Cyn.
in đ.auth.ei,qui app.& iſtam partem firmo
per tex.in l.fi.§.fi.C.de temp.app. ubi dicit
tex.quod poſſunt partes paciſci,quod nul-
lum fatale ſeruetur in appellatione, ergo
clare patet,ꝙ per pactum partium poſſunt
alterari, & tolli fatalia iuris. Si ergo poſ-
ſunt partes proſequi appellationem ſine fa
talibus,ſequitur,qđ poſſunt ipſa elongare,
uel breuiare ad eum libitum;hoc enim pa-
tet ad ſenſum,quod ſi in appellatione non
ſeruantur fatalia, poteſt durare ulteriori
tempore de conſenſu partium, & ita tenet
ibi.Bartol. Secundo moueor per text.in d.
l.quandiu.de app.ubi dicitur, quod nõ cur
rit tempus appellanti,quando de conſenſu
expreſſo ipſarum partium proſecutio ap-
pellationis differtur, ergo poſſunt facere
partes per earum pactum,quod fatalia non
currant. Et licet tenentes contrarium, re-
ſpondeant ad illum text. quod loquitur de
ſuſpenſione,& non de prorogatione, ꝓut
dicit Abb.in d. capi. ex ratione, colum.3.
ego non uideo in effectu, quæ differentia
reſultari inter ſuſpendere,& prorogare cũ
utroque caſu habeatur idem effectus, pro
ut inferius dicam. Tertio moueor per tex.
in d.l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ędil.
edi.vbi partes per pactum poſſunt proroga
re tempus legale, ut duret in perpetuum.
Quarto adduco tex.in capitu.in cauſis, de
offi.del. ubi terminus datus in reſcripto de
legatorio, infra quem cauſa debeat finiri,
poteſt de conſenſu partium prorogari, &
ſic poſſunt partes prorogare iuriſdictionẽ,
quæ certo tempore finiri debebat. Quin-
to conſidero, quod omnes Doct. tenentes
contrariam partem fundant ſe ſuper duo-
bus fundamentis. Primum eſt arguendum
a ſimili,de inſtantia primæ cauſæ,ut ſicut il
la non poteſt prorogari,ut no.in d.l.prope
randum, iu princ. C. de iud.ita etiam non
poteſt prorogari inſtantia appollationis.
Secundum eſt, quia iſta tempora reſcipiũt
publicam utilitatem,ut citius litis finiãtur,
unde non poſſunt prorogari per partes in
præiudicium reip.ut dicit Abb,in d.cap.ex
237 ratione,colum.2.† Ego autem uolens ſu
ſtinere op.quã tenuit,tollo de facili iſta duo
fundamenta, quibus ſublatis corruit opin.
contraria,& tantò magis eluceſcit illa quã
teneo.Et primum fundamentum, quod fit
à ſimili,tollo per bonam inſtantiam, iuxta
not.per glo.in capitu.ſicut urgeri.1.quæſt.
1.nam inſtantia cauſæ principalis, non eſt
aliquo modo prorogabilis nec tacitè nec
expreſsè per partes, adeo quod etiam per
compromiſſum non ſupſenditur, ſecundũ
Abba.in capitu.penul. colum. 6. & ibi etiã
Felin.in 5.colum.uerſicu tertia declaratio,
&c.de iud.& pleniùs per Mar.Soc.in d.cap.
penul.in 16.argu.& per Soc.in conſ.31.col.
4.in 1.uolum.& Pet.de Anch.in conſ.26.4:
& Phil.d.ca.ex ratione,colum.6 uer.2.quæ
ritur, & tamen inſtantia cauſæ appellatio-
nis,prorogatur,& ſuſpenditur per compro
miſſum,ut d.cle.quãdiu.& d.auth.ſi tamẽ.
C. de temp. appel. ergo non eſt bonum ar-
238 guere ab una inſtantia, ad aliam. † Ad
ſecundum fundamentum, inquantum con
ſideratur publica utilitas, dico ꝙ ſi hoc eſ-
ſet in conſideratione, minime deberet per
compromiſſum ſuſpendi,quia poſſent par-
lauerit, remanet appellatio deſerta, ob non





petitionem Apoſtolorum text. in clem. quā
uis de appel. in c. ab eo de appel. libr. 6.
& in l. ducib. C.de appel. & Bart. in l. 1. ff. de
libel. dimi & Lud. Ro. in cōſ. 2. Et hoc eſt de
iure communi, ſed in regno in curia ſecu-
lari debent peti Apoſtoli, ſed non de neceſ
ſitate inf. 30 dies, ſe ſufficit, qd petātur & p̄
ſentent infra. 50. dies d itos ad proſequendo
per conſtit. regni. ita tenet And. de Iſer. in
d. conſt. app. tpa, & ibi etiam Matth. in 7. col.
in prin. unde remanet cōcluſio, q̀ hodie in
regno remanet appellatio deſerta, ſi non
fuerint petiti Apoſtoli, ſaltem infra 50 dies
de qua materia dic ut plene dixi ſupra in
7. quæſt. princ. uerſ. uiſo primo tempore ap-
417 pellandi, &c. † Collige ergo ſub compen-
dio, quod hodie in regno appellans debet
omnia iſta expedire copulatiue, infra 50.
dies, uidelicet p̄ntare appellationem, & pro-
ceſſum, & Apoſtolos iudici ad quem, facere
citari partē ad proſequendum, & hr̄e reſpon
ſum congruum a iudice appellationis, & li
cētiatus recedere, ut dicit And. de Iſer. ibid.
in pen. & fin. colum. Alias ſi unum ex iſtis
deficit, appellatio remanet deſerta, ut de-
clarat. Matth. in d. conſt. appellationum tē-
pora. in 10. not. & ibi probatur in text. in
fi. iuncta declaratione, quam facit ibi And.
de Iſer. Et prædictis adde Fel. in cap. perſo-
nas, de app. ubi dicit Apoſtolos eſſe par-
tem appellationis, & ſic non uidetur appel
418 laſſe, qui Apoſtolos non petit. † Adde ta-
men, quod hodie in regno non eſt neceſſe
petere Apoſtolos inſtanter, & inſtantiſſi-
me prout dicit, c. q̄uis. de app. ſed ſufficit.
q̀ ſimplr̄, & ſemel petatur, ſecundum. Matt.
in d. conſt. appellationum tpe, col. 7. in prin.
419 in. 9. not. † Quintus caſus eſt, ſi appellans
fecit diligentiam in proſequendo, & adi-
uit iudicem appellationis, & non potuit ꝓ
ſequi propter abſentiam iudicis, nā licet fe
cerit quidquid potuit, & fuerit proteſtatus
quod per eum non ſtabat, prodeſt tamen
ſibi hoc impedimentum durante abſentia.
Si tamen iudex reuerſus fuit, debet appel
lans iterum inſtare, & cum importunitate
ſolicitare iudicem, alias eo reſeruato, ſi non
ſolicitetur, ex tunc efficitur deſerta appel
latio, non obſtante priori impedimento,
ita tenet Alexand. in conſi. 19. col. 2. & 3.
& in 1. uol. ubi idem dicit, quando ſtatu-
tum dictaret, quòd cauſa appellationis cō-
mittatur, & decidatur infra tot dies, quia
ſi appellans non ſolicitat cauſam commit-
ti, cenſetur deſerta appellatio. cui adde
Paul. de Caſtr. in conſ. 135. in 2. uol. & Petr.
Phil. Corn. in conſil. 44. colum. 3. in 3. uol.
420 † Sextus caſus eſt, ſi iudex ſtatuit q termi-
q nū appellāti ad recipiēdum apoſtolos ꝓ tali
die, & appellans non comparauit in illa die,
cenſetur deſerta app. etiā ſi iudex non uene
rit illa die ad locum, quo caſu ēt ſi cōparuiſ
ſet appellans non potuiſſet illos hr̄e, nam
non curatur de p̄ntia iudicis, ſed tantum lex
conſiderat diligentiam appellantis, qui de
bet ſumma ope niti, unde debet compare-
re, & proteſtari, quod per eum nō ſtat, alias
appellatio efficitur deſerta. ita tenet Car. in
cl. q̄uis. §. fin. in 1. q. de app. quod nota, quia
prima facie quilibet r̄nderet in contrarium
421 propter iudicis abſentiam. † Septimo ca-
ſus eſt, qn̄ aliquis appellauit ab interlocuto-
ria, & iudex non admiſit appellationem, de
bet etiam ab iſta non admiſſione appellare,
alias appellatio cenſetur deſerta, & non po
teſt grauamen repari per appellationem a
diffinitiua, ſecundum Car. in cle. i. col. 4. uer.
& ex hac gloſſ. & c. de dolo, & cont. & Inn. in
c. paſt. colu. 1. ſuper gl. in uerſ. ſuſpendatur
de off. del. & Matth. in ſuis not. in 22 no.
quòd nota, quia poteris per hoc ſæpius ap-
422 pellantem illaqueari facere. † Octauus ca
ſus eſt, quando appellans pendente appella
tione aliquid innouat ſeu attentat, in præ-
iudicium aduerſarij, ut quia ipm̄ ſpoliat
nam ex hoc ipſo cēſetur appellationem de
ſerere & illi renunciare, ex quo ſuæmet ap-
pellationi non defert, unde qualitercun
que faciat actum contra appellationē, cen-
ſetur illam deſerere, ita tenet Bald. in cap.
ex parte Adæ. colum. pe. uer. item ſcias, &c.
de teſt. & Abb. in c. ex parte, S. col. 2. uerſic.
pro declaratione, &c. de reſc. & Ang. in leg.
fi. C.de temp. ap. & Matt. in ſuis no. in 27.
no. eſt text. & ibi per Doc. in c. an ſit. de app.
423 † Nonus caſus eſt, qn̄ appellans poſt inter
poſitam appellationem accipit terminum
ad ſoluendum id, quod erat in ſn̄ia pronun
ciatum, ut ſolueretur, quia hoc ipſo cenſetur
appellationē deſerere, & ſn̄iæ acquieſcere.
Caſus eſt in l. ad ſolutionem, & ibi Bald. C.
424 de re iud. & Lud. Ro. in conſ. 19. in fi. † De
cimus caſus, eſt, qn̄ is qui appellat poſt in-
terpoſitam appellationem, litigat adhuc co

ram iudice à quo, quia per hoc cenſetur appellationem deferre, & illi renunciare tex.eſt in c.ſolicitudinem. de appel.& not. Abba.in c.gratum, de offic.deleg.in 2.col. Quod tñ intellige,& declara,qñ litigat poſt appellationem,ſecus ſi ante appellationem, puta infra tps appellandi ſm Abb.in d.ca.
425 gratum. †Item intellige, qñ facit actum incompatibilem, & cõtrarium appellationi ſecus, ſi facit aliquem actum coram iudice à quo tendentem ad maiorem corroborationem ſuæ appellationis, ut quia requirit ipſum, ut non procedat executionem,quia tunc nõ cenſetur renunciare appellationi. ita de hoc eſt deciſ.Rotæ in nouis, in deciſ. 475.inc.ſi ille, qui à ſententia,&c.& tenet Abb.in c.queſtioni. de appe.& in c.cum ueniſſent de eo, qui mit.in poſſ.& plenè per Phil.in d.c.ſolitudinem. col.4.& 5.Et generaliter,quãdo appellãs adit iudicem à quo ſuper innouatis, & attentatis non ur renunciare appellationi, ſm Abb.in c.cum teneamus in 2 no.de appe.Plures alios caſus põt diligens perquiſitor inueſtigare aſſidue ſtudio,ſed pro nunc iſtos decem tanquam magis quotidianos dixiſſe ſufficiat Et per hęc remaneat expeditus iſte ſecundus actus huius ultimę partis,iudicij,in quo fuit copioſa tractata materia appellationis quoad capita magis principalia. Sequitur tertius & ult. actus ſcilicet de executione.Laus Deo.

Rob. Mar. Venuſ.V.I.D.

## ADDITIONES.

a Non recognoſcens ſuperiorem, D.And.de Alfer.conſi.63.in fin.

b Compater. Dec. in c.cum ſpeciali. nu.6.de appellat. Tiraq.in tract.de pen. cauſa 21. nu.5.6.& ſeq.

c Reſtitutio.De reſtitutione uideas Octau. Veſt.in pract. Rom.Cur.lib.8.ca.3. ubi Grauat.in addit.

d Minoribus.De hac reſtitutione minorum, uideas Couar.lib.1.reſolut. cap.3.4.5.& 6. Tiraq.lib.1.de retract.§.35.gloſſ.2.nume.2. Soc.reg.266.

e Vltra dimidiam. Recur.ad Cagno.& ad Pine.in d.l.2.& ad Couar.lib.1.prac.qq c.3. nu.8.uer.13.& lib.1.reſolut cap 10.Gozad. conſi.44.nu.15 Grauer.conſil.151.Soc.reg. 226.& 436.Boer.conſ.30.& 39.nu.3.

f Quadriennium. Cur.iun.cõſi. 110.nu. 14. lib.2.Dec.conſi.36.nu.1.& conſil.42. in fin. Plura cumulat Cagno.in l.2.nu.44.& 46. C.de reſcin.uend.& quando incipiat currere,uide Bello.conſi.18.nu.12.& 13.

g Per clauſulam ſi plus. Laurent.Sil. in conſi.4.nu.6.dicit quod ceſſat,ſicuti etiã quãdo in contractu fuit appoſitum iuramentum, Couar. in relect. c.quamuis. in 3. part.§.4. nu.4 de pact.in 6.& etiam decretum iudicis.Fel.in c.qm contra. nu.13.extra de prob. & in c.cum cauſam, de teſtib. Add.ad deci. Guid.Pap.quæſt.22.litera C.

h Muliere,& Ruſtico.Grauet.conſ.142.

i Clauſula, ex certa ſcientia. Latè de iſta clauſula Dec.& Cagno. in l.in totum omnia.ff.de reg.iur.

k Vſque ad quod tempus. Couar.lib. 2 reſolut.cap.3.nu.13.

l Eccleſiæ.Eccleſiæ,Couar.ubi ſupra nu.13. cap.3.& nu.8.

m An Ruſticus,& An,& quando,& in quibus caſibus ruſticus excuſetur Tiraq.in tracta. de pen.cap.11.per totum.

n Omne caſtrum. Et eſt cõis, de qua per Plo. in l ſi quando, nume.24.C.unde ui,& Dec. conſi.42.in fin.

o Mulieribus. Videas de reſtitutionibus mulierum.Viui.in ſuis commu. opin.in 1.par. opinio.221.

p Cum iuramento. Vide Couar. ubi ſupra in 4.§ nu.4.Franc. Mar.q.delfin.21.num 2. Bello.conſi.18 nu.7.

q vniuerſitas. Rolan. à Valle conſil.59. nume.7.lib.1.

r Impediat executionem. Veſtr.tenet quod ſic in pract.Rom.Cur.lib.8.cap.3.nu.15.ubi Grauat. in addit. litera.E.nu. fin.Soc.regu. 246.Bello conſi.18 nu.21.

ſ An ſaltem poſſit peti. Rip.in l.4. §.condenatum. nu.31. ff.de re iud. dicit quod datur beneficium reſtitutionis in integrum,etiam. contrarium conformium, latè Nico Ant. Grauat.in annot.ad pract. Octa.Veſtr.lib.8 cap.1.nu.29 & Veſt.d.lib.cap.3 nu 8.

t Coram quo iudice. Couar. lib.1. reſoluit. cap.4.latè examinat hunc articulum, uide ſupra in 5.par.nu.36.

u Quis erit iudex. Videas de hac re Couar. lib.2 de reſolut cap.12.per totum.

x Copia iudicis Grama.deciſio.36.nu. 76. Dec.in c.ſuggeſtum. num 4.de appellatio. Bellame concluſio. 391.Caſſado.deciſio.8. de appellat.





y Seu notario. Secus quando copia iudicis haberi poteſt,Guido.Pap.deciſ.436.nu.64 Soc.latè conſ.45.libr.1.Corne.conſi.292. col.2.lib.3.

z In ſcriptis.Socin.in tracta.fallen, reg. 19. Appellatio.

a Incontinenti. De iſta dictione incontinenti uideas Ferret.conſ.31.Zaſi.conſ.5.lib.2. Rip.in l.ſi conſtante.ff. ſolut.matr.Tiraq. de retract.conuen.§.1.gloſ.5.nu.6. Fran. Mar.q.delfin.579.& 601.

b Peti executio.Cor.conſ.95,lib.4.Iaſ.in l.1. col.3.C.de eden.

c Cum reſeruatione. Vide Guid. Pap. d.deciſ.436.nu.91,Caſtren.conſ.7.& 270. lib. 1.Rom.conſi.41.

d Ab interlocutoria Rot.deci.748.in antiq. Veſtr.in pract.Rom.Cur.lib.3.cap.10.nu. 3.ubi Grauat.nu.9.quo in loco ponuntur differentię inter appellationem à diffinitiua,& ab interlocutoria.

e Poteſt iuſtificari.Pet.Duen.lib.1. reg. utr. iur.reg.48.appellatio à diffinitiua.

f Non poteſt iuſtificari.Pet. Duen. ubi ſupra reg.47,afflict.deciſ.79. & habet locum tm in mera interlocutoria,Bonifa.de Vital.in d.clem.appellanti,de appellat.Bellame,deciſ.417.Fely.in c.quo ad conſultationem, col.9.de re iud.Dec.c.peruenit.il 2.in fin. eo.tit.Grauat.in annot.ad pract.Veſt.li.3. cap.10.nu.6.& 8.limita etiã, ut per Oldr. conſ.130.nu.13.& Rom.ſing.278.

g Prima.Circa iſtam primam,uide Bello.cõſ. 25.num.7.Menoch.de arbi.iud.li.1.q.32. Gabriel li.1.cõclu.tit.de teſtib.conclu.21.

h Torquendum.Veſtr.in pract. Rom. Cur. lib.7.cap.3.nu.3.& infra nu.212.

i Suſpendit iuriſdictionem. Limita, ut per Soc.reg.21.Duen.li.1.reg.utr.iur.reg.42. Cotra in memo.in uer.appellationem, Paris.cõſ.28.nu.22.& ſeq.li.4.Veſt. in prac. Rom.Cur.lib.8.cap.pen.num.1.& ſeq. ubi addit.Grauat.ſub nu.27.qui alios adducit latè etiam uideas per Couar.pract.qq.cap. 23.per totum.

K Excommunicationis. Due. ubi ſupra reg. 42.nu.8.infra nu.351.

l In factis notorijs.Grama.deciſ.36. & deci. 72.nu.5.& conſ.4.nu.13.& uoto.1. nu.2. & 3.Cappe.Tol.deci.176. ubi addi. Gui. Pap.dec.74.Car.latè in ſua pra.i prin.inf. enim.293.

m Vel iudex ad quem. Nicol. An. Grauat in annot.ad pract.Veſt.cap.fi.lib 8.nume.30.

n Tenet. Idem tenet & comprobat Grauat. in annot.ad d.pract.Octa.Veſtr.lib.6.ca.3. in litera G.

o In ſindicatu.Soc.reg.17.Paris.de Puteo,de de ſindic.uerſic.appellatio.cap.1.nu. 17.& amad.de ſindic.nu.236.Conſtitu.Marchiæ Anchonit.lib.6.cap.2.

p Clauſula ſi & in quãtum.Franc.Mar.q.delfin.271.Soc.iun.conſ.18.uiſis num. 14.& 15.lib.1.Viui.in ſuis commu.opi.in 1.par. opi.167.Iudex à quo,latè per Petr. Beninten. deciſ.Bononien.1.per totam.

q Infra decem dies.Soc.in tracta. fallen. reg. 397.& quando dicti decem dies incipiant currere,uide Veſt.in pract.Rom.Cur.lib.7. cap.3.nu.21.ubi Grauat.ſub nu.52.& eſt à die ſcientiæ,Grauat.conſ.66.infra nu.215.

r In carcere. D. Nicol.Ant. Grauat.in addit. ad pract.Octau.Veſtr.lib.7.cap.3.nu.56.in litera Q Andr.de Alfer.conſil.57. in cauſa uertente in curia,nu.24.

ſ Infra triginta dies.Guido. Pap. deciſ. 436, nu.13.& Caſſado.deciſ.8.nu.3.de appel.

t Magis communis. In hac opinione etiam eſt Miſenger.in ſing.obſerua.centur.4. obſer.36.Graua.in ann. ad pract.Octa.Veſt. lib.7.cap.2.nu.65.ſeq. ubi latè de materia apoſtolorum.

u Apo. Alberi. in diction.in uer. apoſtoli.

x Habet annum.Veſtr.in pract. Roma. Cur. lib.4.c.5.& 10.nu.2.& li.7.c.fi.nu.8 & 12.

y De impedimento.Alex.conſi.64.lib.1.& li. 6.conſil.64.Affli.deciſ.50. Capic.deci.11. col.fin.Gomes.de hac re uideas in regu.de ann.poſſ.quæ.76.

z Citare appellantem. Infra in ultimo actu nu.16.ubi dixi.

a Contrariam partem. Tenet etiã hanc partẽ Boer.deciſ.283.Rom.conſ.174 Siluan.cõſilio.40. num.3.& alij quos refert Veſtr.in pract Rom.Cur.li.7.cap. fin.nu. 18.ubi de cõmu.ibi per Grauat.in annot.ſub nu.42. & hanc prorogationem ſoli principi facere conuenit,ut per Grauat.d.loco, nu. 43. Viui,in commu.opi.in 2.par. opin.23.

b In tpe appellandi.Abb.cõſ.77. lib.2. Corſet.ſing.in uerſi.appellatio interponitur,& eſt receptior ſnĩa, de qua p Veſtr. in pract. lib.7.cap.pe.ubi addit.Grauat.nu.51.Viui in 2.par.opi.commu.opi.23.

c Regulam Circa quã regulam uideas Soc. conſ.95.nu.1.lib.2.Iaſ.l.1.nu.17.ff. ſi quis cãuti. Veſtr,in pract. Rom,Cur.lib.7, ca.3. nu.1, Patris conſ.27.num.11.lib 4. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit, le uiſ. in 6. par declar.6.num.9

d Limita primo. Centũ & uigintiuno modis limitat hanc regulam Nico. in concord. gloſſ.concord.6.à nu. 15. vſque in fin. Bernar. de. Luco etiam limitat, in reg. 35.

e Ab executione. Coraſ.lib.3. Miſcella.ca. 2. num.5. Soc.reg.26. Grauat.conſ.109.lib. 2. Duen.lib.1.regul.utr.iur.reg.41. appellare. Viui.in 2.par.opi.commu.opi. 19.

f Modum excedat. Alexan.conſ.113. nu. 10. lib.1. Grat.conſ.16.lib.2. Rui.conſ.40.li 5. Berous q,131. Veſtr.in pract. Rom.Cur. lib. 7.cap.3.nu.6.ubi Grauat. ibi ſub num. 44.

g Sententia arbitri. Coraſ. libr. 3. Miſcella. c.2.nu.12.quod limita,ut per Soc.reg.17. Tamen qñ fuerunt electi uigore ſtatuti eſt ſecus. Soc.reg.24 & infra nu.27. limita ẽt, ut per Duen.lib.1.reg.utr.iur.reg.57.arbitri. Viui.in 2.par.opin.commu.op.18.

h Legis, uel ſtatuti. Soc.in tracta.fallen. reg. 24.ſupra uerſi.præcedenti.

i Regulam affirmatiuã. Limita, ut per Soc.d. reg.24. Veſtr.in pract. Ron.Cur.lib.3.c. 2.

K Magnum effectum. Nicol. Ant. Grauat.in annot.ad pract. Veſtr,d.l.3.cap.7. nu. 4.

l Ad expenſas. Couar.pract.qq.ca.25.nu.6.

m Tertio prouocare. Veſtr. ubi ſupra li. 7. c.3.nu. 19. Duen.lib.1.reg.utr.iur.reg.50.

n Verus contumax. Soci.reg.73. Grauat. in addit.ad pract. Veſtr.li.7.c.fi.nu,54.& ſeq.

o Tradit plenè Foller.in pract.crim. laicor. in 4.par.in ver.& ſi cõfitebitur,nu.4. Veſt. in pract.Rom.Cur.lib.7.c.pen.nu, 22. ubi addit. Grauat. num. 53. & ſeq. ſupra in 2. memb.1.par.6.par.prin.nu.8

p Tertio. Limita pluribus modis, ut per Duẽ. lib. 1.reg.utr.iur.reg.156.conuictus.

q Conuictus. Quis dicatur conuictus uide Fulgoſ.conſ.123.nu.3.

r In actis notorijs. Guid. Papa.deci.74. Nico. Ant. Grauat.in annot.ad pact. Octa. Veſtr. lib.7.cap.3.nu.47. Tiraq. in tracta. de pœnis in præfat.nu.69.ſupra nu.185.

ſ Officiali condemnato. Viui. in 2.par. opi. commu.opin.17.

t Interlocutoria. Ioan.de Amicis conſ. 128. nu,2.ubi de cõmu, Duen.li,1,reg.utr.iur, reg 52.& Viui.in 2.par.opi.com.opin.17. Grauat.in addit. d Veſtr.li.3.c.10.nu.6.

u In cauſa poſſeſſorij Viui.in 2. part. opin. commu.opin.22.dixi ſupra in 9. diſtinct.4 par.prin.nu.44. Beninten.deciſ. Bononien. 18,nu.5. latè dixi in meis regeſtis ad l.cum de poſſeſſione. C. ſi moment. poſſeſſ. ſub. nume.144.

x Declaratur. Dec.cõſ.28. Berous q. 52. nu. 8. Cotta in memor.in uerſic.appellari il 1. Veſtr.in d.lib.7.cap.3.nu.2. & nu. 38. & ſeq.per Grauat.in addit.

y Poſſeſſione momentanea. Soc.in tracta.fallen.reg.18.& 264.

z Appellatione remota. Vide etiam de hac clauſula. Rip.reſpon.1.tit.de conſtit.& ſtatu. Aretin.in §.ius autem,nu. 25. inſtit. de iur.nat. Couar.pract.qq.cap.15.col.2. ſupra in 4.par.5.diſtinct.nu.76.

a Per Principem. Si quando fuit iuſta & licita, Duen.lib.1.reg.utr.iur.reg.43.

b Quæ renunciatio. Duen.lib.1. reg.utr. iur, reg.49. Tiraq.de utro.retract.ad fi. tit.§.36. nu.25. Præpoſit.decem modis limitat, in c, interpoſita.§ ille,nu.7 de appellat.

c Cenſet renunciaſſe. Soc.reg.25. Duen. lib. 1.reg.utr.iur.reg. 51.

d Renunciari. De commu. Grauat. in addit. ad pract. Veſtr.lib.7.cap.3.nu.50.

e Sententia excõicationis. Supra num. 178.

f Grauamine. Octau. Veſtr. vbi ſupra in ſua pract.Rom.Cur.lib.5.cap.10.nu. 1.

g Obmiſſo medio Franc.Mar.q.delfin. 281. nu.4. Couar.pract.qq.cap 4.nu.9.

h Epiſcopus. D. And. Alferi. conſil. 63.tenet contra, & dicit quod Eps poteſt eſſe iudex in ſua cauſa, licet dicat ſibi uideri durum.

i Ad Vicarium. Tiraque. in præfat. tract. de pœn.nu.34.in fi.

K Vnus clericus. Ferrat.caut 10. Soc.conſil. 12.lib.1. Soc.iun.conſ 34.col.1.lib.2. ſupra in 4.par 11.diſtin.nu. 22. nec poteſt laicus iſtorum punire, ut per Boer. deciſ. 289.

l Affirmatiua Dec.conſ.28.& 34.& 49.

m Iure canonico. Rot.deciſ. 366. ſi appellãt in nouo. Caſſad.deciſ.8.nu. 10. de appellat. Iaſ.in authen.ad hæc.nu.3. C.de iud.

n Attentatorum. In hac materia attentator, uide Couar.prac.qq.ca.23.& 24. per totũ. & Excellentiſſi.D.meus obſeruand.D.Rob. Lancellottus Peruſinus in ſuo eleganti tractatu de attentatis, vbi ſemper recurras

o Ex



o Ex uarijs. Et ex Guid. Papa conſ.77.

p Apoſtolos. Quia pati debent Guid. Pap. deciſ.436,nu.12. Caſſad.deciſ.8.nu.20.de appellat.& ſufficit bis petere,& unico contextu, Veſtr,in pract.Rom.Cur.lib.7. ca.3. nu.32.& 35, ubi Grauat.in annot.

q Terminum. Et poteſt iudex tale terminũ ſtatuere, Veſter.ubi ſupra li.2.cap.fi.nu.2. ubi addit. Grauat.nu.23.

Ludouicus Alferius.

## De executione ſententiæ, ſummo actu iudicij. Quando huic ſit locus, à quoque ordine. In quibus rebus, & contra quas perſonas competat. In ſumma, ex quib. cauſis ea poſſit impediri.

### TERTIVS, ET VLTIMVS ACTVS.

1 *Sẽtentia mandatur executioni, poſtquam trãſiuit in rem iudicatam.*

2 *Sẽtentia executioni mandatur ab eodem iudice, qui eam tulit.*

3 *Sentẽtia valida, executioni mandatur, ſed nõ inualida.*

4 *Iudex ordinarius exequitur ſentẽtiam ab eodem delegato.*

5 *Sententiam ſuam arbiter non exequitur, ſed iudex ordinarius.*

6 *Iudex appellationis mãdat executioni ſentẽtiam appellationis.*

7 *Sententia exequitur per iudicem à quo appellatione deſerta.*

8 *Sententiæ executio, quo ordine fiat.*

9 *Debitor non habens bona ſufficientia carceratᷣ*

10 *Sententia mandatur executioni, ſecundum ſtatuta loci.*

11 *Bona minus dãnoſa ĩ executione capi dẽnt.*

12 *Debitor fiſcalis ſine alia executione perſonaliter capitur.*

13 *Ordo l. à diuo Pio.§. in venditione.ff. de re iud.in actione perſonali ſolum ſeruatur. Secus in hypothecaria.*

14 *In executione ſententiæ interlocutoriæ non ſeruatur ordo illius.§. in venditione.*

15 *Executio fienda contra pupillum, primo id nominibus debitam fieri debet.*

16 *Citatio requiritur in executione ſententiæ per appellationem deſertam.*

17 *Citatio non requiritur ſuper executione fienda ſuper eadem re, ſuper qua lata fuit ſententia niſi fiat appellatione deſerta.*

18 *Citatio requiritur in executione, quę ſit contra condemnati ſucceſſorem ſeu per iudicẽ in officio ſucceſſorem.*

19 *Executio ſententiæ in ciuilibus qualiter fiat.*

20 *Datio in ſolutum in aliqua parte plus debito facta, in totum vitiatur.*

*Fallit in tenuta vigore pacti executiui lata & quando actione reali agitur.*

21 *Citatio partis ĩ taxatione expẽſarũ requiriẽ.*

22 *Appellatio ab immoderata expenſarum taxatione.*

23 *Capi poteſt perſona in executione ſententiæ, vt bona ſua indicet.*

24 *Iudex in modicis cauſis poteſt ſine libello, & ne aliquo iuris ordine compellere quem ad ſoluendum.*

25 *Executio in criminalibus contra damnatũ ad mortem, vel ad membri mutilationem, qualiter ſit facienda.*

26 *Iudex pro iuſtitia exequenda põt aſinũ, ſeu currũ alicuius mediante mercede capere, vt cum eo malefactor ad ſuppliciũ ducatur*

27 *Barones indebitè angariant vaſſallos ſine ſalario, tam in perſonam quam in bonis.*

28 *Executio non poteſt fieri in lecto, veſtibus, & ſuppellectilibus domus, niſi quando alia bona non extant.*

29 *Veſtes cedenti bonis ſunt relinquendæ.*

30 *Damnatis ad mortem veſtes nõ auferuntur.*

31 *Boues aratorij, & alia inſtrumenta ad agriculturam deputata, non poſſunt pro executione ſententiæ capi.*

32 *Sententia non exequitur contra tertium non nominatum in iudicio.*

33 *Inſtrumenti executio poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem non citatum, & negocio nõ liquidato, quando continet precarium, & pactum de capiendo.*

34 *Executio pro debito vel delicto patris, nõ poteſt fieri in peculio profectitio filij.*

35 *Filio condemnato non fit executio in peculio aduentitio, etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filij.*

36 *Peculium caſtrenſe filij condemnati, non debetur executioni.*

37 *Vſusfructus aduentitiorum filij, an pro debito uel delicto patris publicetur.*

38 *Executio pro condemnatione pupilli non fit in bonis tutoris, niſi pro expenſis.*

39 Tutor

39 *Tutor qui inſtant cauſam litigandi non ha-*
*buit debet in expenſis condemnart, & con-*
*tra eius bona fit executio.*
40 *Executio expenſarum litis factæ cum procu-*
*ratore, an & quando fiat contra procurato*
*rem, uel dominum.*
41 *Sententia lata contra emptorem, mandatur*
*executioni contra auctorem laudatum ex*
*eodem proceſſu.*
42 *Executio an in bonis ſingulorum fieri poſſit*
*pro debito vniuerſitatis.*
43 *Executio fit in bonis monaſterij pro debito*
*monachi, niſi ſint bona quæſita monaſterio*
*per medium ipſius monachi.*
44 *Fructus beneficij eccleſiaſtici pro debito cleri*
*ci capi non poſſunt, niſi quanao alia bona*
*non habet.*
45 *Executio fieri non poteſt in ſtipendijs, neque*
*in armis militum neque etiam doctorum.*
46 *Executio non fit in libris ſcholariũ, niſi quã-*
*do non habent alia bona.*
47 *Libri ſcolarium retineri poſſunt pro expenſis*
*eius funeralis.*
48 *Scholaris qui ceſſit bonis, poſtea libros emit*
*non debet illis priuari.*
49 *Fructus feudi, pro debito capi non poſſunt ni-*
*ſi in ſubſidium.*
50 *Executio pro debito vaſſalli defuncti, an fiat*
*in fructibus feudi, contra ſucceſſorem.*
51 *Executio an fieri poſſit in uijs publ. & thea*
*tris, & alijs ſimilib. ꝑ vniuerſitatis debito.*
52 *Executio non fit in bonis mariti pro debito*
*vxoris, uel contra.*
53 *Tutrice ſecundo nubente, non reddita ratio-*
*ne, bona ſecũdi uiri ſunt obligata, & in eis*
*protulerari debito fit executio.*
54 *Executio ſententiæ uſque ad 30. annos peti*
*poteſt.*
55 *Appellari non poteſt ab executione, niſi mo-*
*dus in exequendo excedatur.*
56 *Executio in perſonam non fit contra perſo-*
*nas priuilegiatas.*
57 *Executio impeditur per exceptionem nullita*
*tis, niſi coram inferiori iudice opponatur.*
58 *Petitio reſtitutionis in integrũ impedit exe-*
*cutionem ſententiæ, niſi malitioſe petatur.*
59 *Exceptio litis pendentiæ non impedit ſenten*
*tiæ executionem.*
60 *Executio in criminalib. ſuſpenditur ob excel*
*lentiam delinquentis in arte ſua, & quan-*
*do delictum eſt antiquum, uel quando car-*
*cerem habuit pro delicto.*
16 *Reſtitutio in integrũ ex clauſula generali pe-*
*ti poteſt aduerſus ſentẽtiã latam cõtra ius*
*litigatoris, quæ tranſiuit in rem iudicatã.*
62 *Sententia non poteſt continere pœnam in ca-*
*ſu quo illi non paretur.*
63 *Exceptio requirens altiorem indaginem, quę*
*incontinenti probari non poteſt, nõ impedit*
*executionem ſententiæ.*
64 *Sententiæ executio an impediatur per denũ*
*ciationem Euangelicam, vel per compenſa-*
*tionis exceptionem.*

1 TErtius † & ultimus actus principalis,
qui in iudicio emergit, eſt executio.
Nam lata ſententia, & ea tranſacta in
rem iudicatam, debet fieri ipſius executio,
quia alias fruſtra ferentur ſententiæ, niſi
a deditè mandarentur *a* executioni, c. quod
ad conſultationem, de re iud. & no. gloſ. in
rubr. C. de execu. rei iud. & And. de Iſer. in
conſt. dilationes, col. 2. circa fi. Et quia hęc
materia longa eſt, & per uarios iuris titulos
ac leges diſperſa, ſolum reaſſumam ipſam
breuiter, & ſuccincte per quatuor q. princi
pales, quantũ ad caſus magis quotidianos
in practica, quibus expeditis imponetur fi-
nis huic tract. Et prima q. erit, quę ſentẽtię
mereantur executioni demandari, & à qui
bus iudicibus. Secunda q. erit, quo ordine,
& qualiter ſit facienda executio. Tertia q.
erit, in quibus rebus, & contra quas perſo-
nas poſſit fieri executio. Quarta, & ultima
q. erit, ex quibus cauſis executio impediri
2 poteſt. † Venio ad primam q. principalem.
Et quæro, quæ ſententiæ mereantur execu
tioni demandari, & à quibus iudicib. Iſta
q. eſt bimembris, vnde pono reſponſionem
& regulam ad utrunque membrum, vide-
licet. Regula eſt, quod omnis ſentẽtia põt
executioni demandari, poſtquam tranſiuit
in rem iudicatam, & ab eodem iudice, qui
eam tulit, ut d. c. quo ad conſolationem. l.
cum quædam puella. ff. de iur. om. iud. Nã
ſentẽtia habet executionem paratam. l. mi
nor 25. annis, cui fideicommiſſum. ff. de mi
3 nori. † Limita primo hanc regulam proce
cedere in ſententia ualida, ſecus in ſenten-
tia nulla, quia non meretur executionem.
l. 4. §. cõdemnatũ, & ibi Bar. Alex. & Doct.
ff. de re iud. & l. ſi cũ nulla, eo. tit. & eſt gl.
in l. 2. C. de edic. diui Adr. tol. & Bar. in l. 1.
C. de exec. rei iud. & Bal. in auth. ꝗ ſuppli-
catio.



catio. C. de præ. imp. offe. & Ang. in l. 1. ff. nil
no. appel. pend. & dic, ut habetur plene, per
4 Mod. in d. § condemnatum. † Secundo limi-
ta, procedere in iudice ordinario, ſecus in ſẽ
tentia delegati, quia non poteſt executioni
mandari per ipſum delegatum, ſed debet e-
ius executio fieri per delegantem. l. à Diuo
Pio. in princ & ibi Bart. & Doct. ff. de re iud.
& l. properandum. § ſin autem. C. de iud &
no. Abb. in c. ſi quis contra clericum, col. fin.
de foro comp. & dixi plenius ſupra in 4. parte
in 5. diſt. uer. 18. differunt, & c. ubi limitatur
5 non procedere in delegato principis. † Ter-
tio limita non procedere in ſententia arbi-
tri, quia non poteſt executioni mandari per
ipſum arbitrum, ſed per iudicem ordinariũ,
qui eſt iudex rei conuenti, text. eſt in l. cum
antea. & ibi Bal. col. fin. uerſi. ulterius nota,
& c. C de arb. & not. Bart. in l. non ex omni-
bus. ff. de arb. & glo. & Doct. in d. l. à diuo
Pio, in princ Quod procedit etiam in ſentẽ-
tia arbitrorum iuris, ſecundum Bald. in l. fin.
6 in 6. not. C. de iud. † Quarto limita in ſentẽ
tia, a qua eſt appellatum, quia ſi cõfirmatur,
non mandatur executioni per primum iudi-
cem à quo, ſed per iudicem ad quem, & ſic
iudex appellationis exequitur, ſecundum
Bart. in l. eos, in fin. illius princ. & in l. præci
7 pimus, § officijs, C. de iud. † niſi appellatio
ſit deſerta, quia tunc executio fit per iudicẽ
à quo, ſecundum Bart. Bald. & Docto. in l. ſi
contra. C. de appe. & in d. §. officijs, & Bald.
in authen. ſi quis litigantium. C. de epi aud.
Reliqua pertinentia ad materiam huius q.
dicam infra, in quarta, & ultima q princ. Se
8 cundo principaliter, quæro, quo † ordine, &
qualiter ſit facienda executio. in hoc eſt ſciẽ
dum, quòd executio petitur altero de duo-
bus modis, ſcilicet, uel per actionem in fa-
ctum orientem ex ſententia, iuxta tex. cum
ibi no per Doct. in l. miles, §. iud. ff de re iud.
uel per officium iudicis, ut declarat And. de
Iſer. in conſt dilationes, col. 2. in fi. & ibi di-
cit, quòd melius eſt petere eam officio iudi-
cis, quia tunc non requiritur libellus neque
litis conteſtatio, ſecus, quando petitur iure
actionis, quia eſſet neceſſe formãre nouum
proceſſum & not. Alexan. in conſ. 50. col. 3.
in princ. in 2. uol.
Hoc præſuppoſito dicendum eſt, quoad
reſponſionem quæſtioni faciendam, quòd in
executione ſnĩæ in ciuilibus debet ſeruari
ordo traditus per l. à diuo Pio. §. in uendi-
tione. ff de re iud. ſ. vt primo capiantur mo-
bilia, & deinde ſtabilia, & poſtea nomina
debitorum, & his deficientibus ultimo loco
1 deuenitur ad capturam perſonæ. † non. n.
debet capi perſona pro debito, niſi prius
excuſſis bonis, ſecundum Barto. in l. 3. § tu-
tores, & ibi etiam gl. ff. de ſuſp. tut. ſ. quan-
do facta excuſſione bona non reperiuntur
ſufficientia, ut no. Abb. in c. quod ad conſul
tationem. col. 6. in fi. de re iud. & Bal. in l. 1.
in fi. C. de iur. & fa. ign. & Par. in tract. ſynd.
in uerſi. captura in prin & Bald. in c. tuæ. ut
lite non conteſt. & Alex. in d. §. in uenditio-
ne. col. 3. & 4. Alias autem non ualet execu-
tio, ſi peruertitur ordo prædictus, ſecundum
Ioan de ſmol. & Alex. in d. §. in uenditione.
col. 5 & Feli. in d. c. quod ad cõſultationem,
col. 9. de re iud. quidquid dicat Abb. ibi, qui
dicit ualere executionem, niſi appelletur, &
Bar. in d. §. uenditione, nam uerius eſt ut di-
camus, quòd ille §. in uenditione. ponit for-
mã, à qua recedi non debet, ſecundũ Alex.
& Imo. ibi, & Felin. ubi ſupra, & habetur in
16 deciſ. 303. conſil. Neapo. † Item quando fit
executio debent ſeruari ſtatuta loci, ubi fit,
ut no. Iaſ. in l. cum quædam puella. col. fi. ff.
de iur. omn. iud. uide tamen And. de Iſer. in
conſt dilationes. col. 3. in fi. ubi tenet, quòd
ualet executio non ſeruato ordine, ſed de-
bet appellari, poteſt tamen intelligi, quando
nuncius peruertit ordinem. Secus, ſi iudex
in commiſſione peruertit, quia propter ex-
preſſum iuris errorem, eſſet nulla executio,
quod etiam tenet Matth. in d. conſtit. dila-
11 tiones col. 10. † Item, debet in tali executio
ne adhiberi alius ordo ſcilicet, ut capiantur
ea prius, quę ſunt debitori minus damnoſa,
gloſ. eſt in d. § in uenditionem, in uerſi. ani-
malia, & licet illa gloſſ. quæ communiter ap
probatur, ibi loquatur tãtùm de mobilibus,
tamen Alex. ibi extendit eam etiam ad im-
mobilia, ut in eis etiam habeatur ratio ad
minus damnoſa, quod tenet etiam Bald. in
l. ordo. C. de execut. rei iud. & gloſſ. in l. quã
diu. C. de diſtr. pignor. Quod tamen intelli-
ge, quando executio fit coacte poſt ſenten-
tiam, ſed quando debitor ante ſententiam
offerret ſponte dare bona ſua in ſolutum cre
ditori, tũc poſſet creditor eligere meliorem,
ita loquitur auth niſi. C. de ſolut. prout decla
rat Ale. in d. §. ĩ uend. col. 1. & poteſt tunc cõ

pelli creditor accipere, ſecundum Bal. in d.
12 l.ordo.uerſ.quęro,quid ſi creditore. † Limi
ta tamen prædicta non procedere in debi
tore fiſcali,quia poteſt capi de perſona,etiã
nulla facta excuſſione in bonis, tex. eſt in
13 l.nemo.C.de exac.trib.lib.10. † Secundo li
mita non procedere, quando agitur actio
ne hypothecaria, quia tunc in executione
non ſeruatur dictus ordo, ſed ſolum ſerua-
tur in actione perſonali. ita tenet. Sali.in l.
nomen.C quæ res pig.ob.poſſit Soc.in cõſ.
14 158.col.8.in fi.2.uol. † Tertio limita, non
procedere, quando executio fieret,auctori-
tate ſententiæ interlocutoriæ, puta propter
contumaciam, quia tunc non ſeruatur ta-
lis ordo illius §. in uenditione, glo. eſt in §.
ſi uero.in auth.de exib reis,& Bald. in l. 2.
colum. 3.uerſi. 3.quæritur.ff.ſi ex noxa. cau.
aga.& Bald.in l.2.colum.1.in fi.uerſi. dein-
15 de reuoco,&c.C.qñ fiſc.uel priua.† Quarto
limita, in executione facienda in uenden-
dis rebus pupillaribus, quia primò capiun-
tur nomina debitorum, & ſic non ſeruatur
ordo,l. magis puto.§. non poſſum. uerſicul.
16 quærere,& ibi Bart.ff.de rebus eo.† An au
b tem in executio facienda requirtur *b* par-
tis citatio? Doctores uario modo loquũtur,
tamen ego ſoluam iſtud dubium per ali-
quas ueras concluſiones. Et pono primam
concluſionem, quæ eſt talis. Quando a ſen
tentia fuit appellatum, & eſt deſerta appel-
latio, tunc in executione debet pars citari,
alias non valet executio, ita tenet Barto. in
leg.prima.ff.nil.no.appella.pend.& Bald. &
communiter Doctor.in l.ſi contra. C.de ap-
pellat.& Phili.Decius in conſi.97. colum.2.
& Bald.in l.2.§.fin.C.de temp.appel.& Ale
xan.in dicto §. in uenditione, col. antepen.
17 † Secunda concluſio eſt quando executio
fieret in eadem re,ſuper qua fuit lata ſenten
tia,non requiritur partis citatio, ſecundum
Bar.in d.§. in uenditione. & ibi etiam Ale-
xan.in antepen.colum.niſi fieret appellatio-
ne deſerta, quia tunc ſemper requiritur, ut
18 ibi per ea,quæ modo dixi. † Tertia conclu-
ſio eſt, quando executio fit contra ſucceſſo
rem condemnati, ſeu per iudicem ſucceſſo,
rem in officio,ſemper requiritur citatio, ſe-
cundum Alexand.in d.§. in uenditione, co-
lum.antepenul.per iura ibi allegata per eum.
19 † Supereſt modo unus caſus, uidelicet quan
do executio fit in alia re, ut quia quis con-
demnatur ad pecuniam, & fit executio in
bonis per eundem iudicem, & contra ip-
ſum condemnatum & non ſumus in appel-
latione deſerta. Iſte eſt caſus dubius, in quo
Docto uariant, nam Barto. in d.§. in uendi-
tione.ſentit, quod requiratur citatio, & eũ
ſimpliciter ſequitur Lanfr. in capitu. quo-
niam contra. in uer. interlocutionem, col.
12.ver.quęro nunquid,&c.& Barto.in l.me
minerint. C. unde ui. unde debet fieri cita-
tio, ut compareat ad allegandum quare
ſententia executioni mandari non debeat,
& hanc practicam ponit Barto. in l.defen-
dente.ff.de auct.tut ſed multi Doct.quos re
fert. Alexan in d.§.in uenditione. tenent cõ
trariũ. Aud de Iſer.tangit iſtam q. in conſt.
dilationes,col.3.& ibi etiam Matt.in 7.col.
in fin. & ſeq. Pro ſolutione tamen iſtius q.
& dubij,puto conſiderandum, quod in exe-
cutione ſententiæ plures actus interue-
niunt, primo enim pignora cadunt in cau-
ſam iudicati, & poſtea ſubhaſtantur, & vlti
mo loco emptore non reperto, adiudican-
tur creditori pro iuſto precio, l. ordo. C. de
exec. rei iud.l. 2. C.ſi in cauſa iud. & l.a di-
uo Pio.§.ſi pig. & ibi per omnes Doct.ff.de
re iud. & ponit de hac materia practicam.
Socin.in conſil.37.colum.3.in fin.& ſeq. in
4. uol. Nunc in propoſito quoad primum,
& ſecundum actum,ſcilicet de captu pigno-
rum,& de ſubhaſtatione,non requiritur, de
neceſſitate citatio,ex quo non eſt actus præ
iudicialis ſed reparabilis, ſed quando iu-
dex procedit ad ultimum actum, ſcilicet in
terponendum decretum ſuper alienatione
ſeu iudicatione,tunc debet pars citari, quia
tractatur de magno præiudicio & de tran-
ſlactione dominij,ita tenet Albe.de Roſ per
illum tex.in l.creditor.C.de diſtr.pig.& ha-
betur in deciſ.358.conſ.Neap.& ita uidi ſẽ
per practicari in iudicijs, nam lata ſenten-
tia, & ea tranſacta in rem iudicatam uictor
facit extrahi literas executoriales, & iudex
committit nuncio, ut auctoritate illarum
literarum capiat tantum de bonis debito.
ris condemnati,quod aſcendit ad ſummam
debiti, ſeruando ordinem dicti. §. in uen-
ditione, & illa bona capta ſubhaſtare de-
beat, & plus offerenti uendere, & emptore
non reperto, creditori tradere in ſolutum
pro iuſto precio æſtimando per expertos,
& ſic nuncius exequitur illos duos actus ſi-





ne alia citatione, ſed antequam exequatur
tertium & ultimum, iudex facit unam cita
tionem, parti, ut infra duos dies ueniat ad
releuandum pignus,& ſoluendum debitum,
alias ad allegandum uendi non debeat uel
creditori tradi inſolutum, ſed adiudicari,
& hanc practicam ſemper uidi obſeruari,
& uidetur tuta,& poteſt capi ex his,quæ ha
20 bentur in deci.358.conſ.Neapo. † Nota ta
men quod adiudicatio,quæ fit creditori in
ſolutum, debet fieri pro menſura debiti
aliàs ſi fieret plus debito, uitiatur in totum
ſecundum Bar in l ſi non ſortem §.ſi cent.
ff.de cond.iud.& hoc eſt multum utile, ut
refert ibi Iaſ. in 1.col.quia fructus interim
percepti computabantur in ſortem cui ad
de Alexan.ubi plene trac.in l.iuſte poſſidet.
21 colum. 5 & 6.ff.de acquir. poſſe.† Hoc ta
men limita, quando ſumus in tenuta, quę
datur uigore pacti executioni,quia illa non
uitiatur ſecundum Franciſ.de Aret.in leg.
1.§.pen.ff.de uerbo. oblig. per l.1.§.ſi duæ,
ff.quo.leg.& ſequitur Iaſ in d §.ſi centum,
colum. 2.in prin. Secundo limita, quando
ageretur actione reali ſeu hypothecaria,
quia non uitiatur, licet plus detur, ut not.
gloſſ.in l.3.C.de proc.& Alexand.in l.3.§.fi
na. colum. 6.ff.de acquirend. poſſeſſ. Et
c quid in *c* taxatione expenſarum, an requi
ratur citatio partis? uide Bald.in l.termina
to,colum.2.C.de fruc.& litium exp.& Iaſo.
in l.nec quidquam.§.ubi decretum. colum.
10.ff.de off.procu.ubi Iaſ.tenet, ꝙ non ta
men non refert fideliter Bald. quia Bald. in
d.l.terminato. diſtinguit, ſed poſſet dictum
Iaſ.intelligi,quando eadem die eſſet facien
da taxatio, quia fuit facta condemnatio,
tunc enim non requiritur citatio.ſecus, ſi
poſtea fiat ſecundum Bal.& hoc tenet Phi.
in cap.ſæpe.in 13.quęſt.de appel. ex hoc ſe-
quitur, quòd cum hodie taxatio nunquam
fit eadem die, ſed iudex reſeruat ſibi illam,
ut in d l.terminato, ſemper deberet pars ci-
22 tari, quod patet etiam, quia † a taxatione
poteſt appellari ſcilicet, quando exceditur
modus in taxando, ſecundum Bart.in l.ab
eo executore, colum.fi.ff.de appel.pro hoc
eſt tex.in l.fi. & ibi Bar. C.quando prouoc.
non eſt neceſ.& Iaſo.in in l.properandum.
ſin autem alterutra, colũ.antepenul.in fi.C.
de iud.& Philip.ĩ d.c.ſæpe.in 12.q.ubi opti
mè declarat, ꝙ tunc debet exprimi cauſa
exceſſus in appellatione, aliàs non procedit
23 † Prædictis adde,quòd licet exequendo non
ſit incipiendum a captura perſonæ, tamen
poteſt nuncius, & executor incipere a ca-
ptura, compellendo debitorem perſonali-
ter,ut indicet bona ſua, in quibus erit faciẽ
da excuſſio.ita tenet Paris in tract.ſynd.uer
ſi. exec. colum.3.per glo.in l.pen.ff. de ceſſ.
bon.nam poteſt dicere executor, ego neſcio
ſi habes bona, ubi faciam executionem, ex-
hibeas illa alias exequar in perſonam tuam
carcerãdo te, & ibi etiam dicit Paris,quod
24 † iudex in modicis cauſis poteſt ſiue libel-
lo, & ſine aliquo iuris ordine compellere
quem ad ſoluendum, argu.l ſi & ibi glo.ff.
25 de iud.† Qualiter aũt ſit facienda executio
in criminalibus, ut quando aliquis eſt dam-
natus ad mortem uel ad membri mutila-
d tionem, dic ꝙ ſi iudex non habet *d* cer-
tum carnificem deputatum, poteſt capere
unum hominem uilem,puta mendicantem.
& illum compellere ad exequendum, cui
dari debet ſalarium quinque aureorum,
& ſi damnatus habet ueſtes, & annulos,de-
bent dari carnifici ſpoliatori uſque ad di-
ctam ſummam aureorum quinque, per l.
diuos.ff.de bon.dam. Item, quando iudex
non inueniret hominem uilem ad hoc de-
putandum, poteſt capere unum de carcera
tis, qui forte erat cõdemnatus ad mortem,
uel ad deportationem, ꝙ remittere illam
pœnam,& compellere eum, quod hanc exe
cutionem faciat imo poſſet iudex illum
condemnare, ut ſit perpetus executor, quia
cenſetur tunc damnatus ad opus publicum
& eſt ſeruus pœnæ, & hoc ſi delictum
ſuum erat tale, quòd ad opus publicum
damnari potuiſſet. ita hæc omnia declarat
Paris in tract.ſynd. in uerſ.manigoltus,ubi
plura allegat, & ibi uide per eum tamen
ego ſemper putarem hoc ultimum proce-
dere in perſonis uilibus, & ſic iudex in pœ-
nis irrogandis debet ſemper habere reſpe-
ctum ad qualitatem perſonarum, l.fin. ff.
de iniu.& in leg.capitalium. §.non omnes.
ff de pœnis, & leg. Pedius.§. 1.ff.incen.rui.
naufr.& prædictis adde Bal. & Doctor. in
leg.fina.§. Titius. ff.de pign.act. & quod ha
betur in euangelio, Angariauerunt quen-
26 dam Simonem Cyreneum &c. † Similiter
poteſt iudex pro iuſtitia exequenda cape-
re aſinum, uel equum, uel currum a ſubdi-

te, ut cum eo ducatur malefactor ad ſuppli
cium, eorum debet ſibi dare ſalarium ſeu
penſionem de publico, & ſic non debet ca-
pere gratis. ita tenet Bar. in l. iubemus nul
lam nauem. in princ. C. de ſacroſ. eccl. Bal.
& Alber. de Roſa. in l. fi. §. Titius ff. de pig.
act. & Paris in tract. ſynd. in uerſic. captura
col. pen. uerſi. an officialis poſſet capere &c.
& tradit Matth. in conſt. omnes officiales, &
27 iſti etiam declaratur, † quãdo officiales pro
ſeruitio publico poſſit capere iuramentum
alienum, puta pro mittendis uictualis in
exercitum, uel pro ſeruitio regis uel baro-
nis, uel facere mãdatum de perſona, & ſem-
per debet dati ſalarium angariato, per il-
lam conſt. etiam de hoc extat capitulum re
gni, tamen, hoc malè ſeruant barones no-
ſtri temporis, & nemo eſt qui eorum fa-
cta dijudicet. & dicit Andr. de Iſer. titu-
lo, quæ ſint reg. in uerſi. flumina nauiga-
bilia. Guai a chi la leua. Hinc optimè inue
hit Iuuenales Aquinas, Satyra. 3. Libertas
pauperis hęc eſt pulſatus rogat, & pugnis
concuſſus adorat. Vt liceat paucis cum
dentibus inde reuerti.
28 TERTIO principaliter quæro in
quibus rebus, & contra quas perſonas
e poſſit fieri executio? & hic facias *e* regu
lam contra omnes, & in omnibus rebus
poteſt regulariter executio fieri niſi a iure
reperiatur prohibita, & hoc per generalem
regulam iuris, quæ ſe habet, quod in iure
omnia cenſentur permiſſa, niſi reperian
tur prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex
qui cau. maio. Limita primo, non procede-
re in ueſtibus, lecto, & alijs ſimilibus ad
uſum neceſſarium deputatis, prout ſunt
uaſa fictilia, & ſupplectilia, deputata ad
quotidianum uſum? nam in iſtis non fit
executio, quia iſta minime tranſeunt in
hypotheca, ſecundũ Bart. & Bald. & Docto.
in leg. 1. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Quod
29 corroboratur. † quia ueſtes etiam ceden-
ti bonis ſunt reliquendæ, ſecundum. Bart.
30 & Docto. in l. pen. ff. de ceſſio. quæ. † quia
etiam damnatis ad mortem non auferun-
tur ueſtes leg. diuus. ff. de bon. dam. Idem
tenet Ioan. Fa. & Iaſ. in fin. colu. pen. inſt.
de actio. prædicta autem intelligo, ut alijs
bonis exiſtentibus non fiat executio in
iſtis ſuppellectilibus, adeo quòd non erra-
ret nuncius, quòd iſtis obmiſſis deueniſ-
ſet ad ſtabilia, ſed qñ aliud non haberet de-
bitor, poſſunt capi, & ſuppelectilia, & lectus
& ueſtes, debent tamen ſolùm derelin-
qui ueſtes, quibus cooperitur per ea, quæ
in ſimili dicam infra in ſequenti limita-
31 tione. † Limita ſecundo, non procedere
in bobus aratorijs, & inſtrumentis ad agri
culturam deputatis, text. eſt in l. executio-
res, & auth. agricultores. C. quę res pig. obl.
poſſ. & hoc hodie eſt prouiſum in regno,
per duo capitula regni. Vnum uidelicet in
nu. 4. quod incipit, pridem contra inſoler-
tiam, quo cauetur, ꝙ ẽt ſi bona debitor non
habebat, nõ fit executio in duobus aratorijs.
Aliud capitulum eſt in num. 153. & in c. con-
ſtitutioni boues, &c. qđ reſtingit ac corrigit
capitulum prædictum, & uult ꝙ ſi alia bo-
na nõ habeat debitor, poteſt in illi fieri exe-
cutio. Idem qñ debitor in ſpecie illis obli-
gaſſet, & ex hac inoleuit cõis practica nota
riorum, qui in inſtrumentis obligari fa-
ciunt iſta talia in ſpecie, & hanc materiam
tract. Math. in conſt. ab officialibus, colu.
32 fin. † Tertio limita, non procedere contra
tertium non nominatum in iudicio quia
contra eum non poteſt fieri executio, ſecun
dum Bal. in conſ. 140. in 3. uol. facit ꝙ no.
Bald. & Imo. in l. ſi binę. ff. de iniuſt. rup. te-
ſti. & Bal. in l. ſi pro te. in fi. C. de dotis, pro
miſ. ubi traditur, ꝙ is, qui non reperitur no-
minatus in inſtrumento, non poteſt ex illo
prætendere executionem nec actiuè, nec
paſſiuè, quamuis ex eo intereſſe pretendat,
fecit etiam text. cũ ſua materia in l. a diuo
33 Pio. § ſi ſuper rebus. ff. ſi de re iud. † Nota
hic tñ unum ſingulare uerbum, quod nun-
quam obliuiſcaris, quod qñ in inſtrumen-
to eſt pactum de capiendo, & conſtitutum
precarij, prout cõiter iſtæ clauſulæ in in-
ſtrumentis apponuntur, poteſt fieri execu-
tio aſiſtentiæ contra tertium poſſeſſorem.
etiam non citatum, & etiam negocio non
liquidato, ita mirabiliter tenet Franc. de
Are. in conſil. 21. columna penul. in fin. &
col. fi. Soc. in conſ. 82 colu. 3. in 3 uol. quod
nota, quia multi Doctores de hoc interro-
gari contrarium reſponderunt, & certe pri-
ma facie contrarium uideretur reſponden
dum, quando deciſio in terminis non oſten
34 deretur. † Quarto limita non procede-
re in peculio profectitio filij, nam pro
delicto, uel debito patris non poteſt fie-
ri execu-



ri executio in dicto peculio aui profecti-
tio, ita tenet Bart. & Bald. in l. 3. §. ſed utrũ.
de min. & Bald. in l. penul. C. qui bon. ced.
35 poſſ. † Similiter pro delicto filij, non po-
teſt fieri executio in peculio aduentitio,
etiã ſuper proprietate, quæ eſt tota filij, ita
tenet Bar. in l. fin. §. ſi de uectigalibus. ff. de
dam. infect. quem ibi ſequuntur Imo. & Ale.
in 17. col. & cõiter Doct. nã arguendo a for-
36 tiori. † pro delicto filij, non poteſt fieri exe-
cutio, etiam in peculio caſtrenſi, ut eſt tex. in
l. 2. C. de bon. proſc. quod eſt liberum ipſius
filij, ergo multo minus in aduentio, in quo
minus habet iuris, & idem tenet Bald. in l.
37 3. §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. † & an ex
delicto patris publicetur uſusfructus aduen-
titiorum, qui eſt patris, uide Ale. ubi plene
hæc omnia deſputat in d. §. ſi de uectigali-
bus, colu. 18. cum tribus ſeq. & ſimiliter an
pro debito patris poſſit creditor capere di
ctum uſumfructũ, uide Ioan. And. in add.
Spec. in tit. de pec. cl. uerſ. ad materiam, &c.
38 † Quinto limita nõ procedere in bonis tu
toris, in quibus non fit executio, qñ fuit con
demnatus pro pupillo tutorię nomine, ſed
fit in bonis pupilli, tex. eſt & ibi Bal. & Doc.
in l. 1. C. qñ fiſ. uel pri. & not. Bart. in l. 2. ff.
de adm. tut. quod limita non procedere,
qñ executio fieri põt pro cõdemnatione ex
39 penſarum, † nam ſi tutor non habuit iu-
ſtam cauſam litigandi, & propterea fuit
condemnatus in expenſis, fit executio con
tra eum, & non contra pupillum, text. eſt
in leg. non eſt ignotum. C. de admi. tut. &
Bart. in leg. edita. colũ. fi. C. de eden. & Bart.
in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & in l.
40 4. in princ. ff. de re iud. † Quid autem in
procuratore? uide Bart. in d. l. 4. & Ang. &
Doct. in leg. Plautius. ff. de proc. & Abb. in
c. ſæpe. in 1. no. de app. & ueritas eſt, quando
condemnatio expenſarum fit ob delictum
procuratoris, fit executio contra eum, uel
ſi facit aliquod, ad quod non habeat man-
datum, aliàs fit contra dominum, & ſic pa-
tet, quod contra falſum procuratorem fit
executio, ut in d. leg. Plautius, & ibi Bald.
& Docto. Similiter contra procuratorem
in rem ſuam fit executio, unde uendi-
tor, qui defendit emptorem patitur exe-
cutionem ſecundum Bald. in d. l. Plautius.
41 † & hoc eſt inductum in regno per regiam
prag. quæ incipit, dubitationem, quod
ſententia lata contra emptorem, manda-
tur executione cõtra auctorẽ laudatũ ex eo
dem proceſſu. Et ad id qđ dixi de falſo pro
curatore, adde Alexan. in l. inter quos. ff. de
dam. inf. Item adde, quod ſi dominus ſcit.
& patitur falſum procuratorem agere, uel
defendere, tunc ſi procurator non eſt ſoluẽ
do, fit executio contra dñm in ſubſidium.
ita not. in authen. qua in prouincia. C. ubi
de cr. ag. opor. & Ang. in auth. ut omnes obe.
iud. prouin. col. 1. in fi. uerſi. 2. no. & uerſi. 3.
no. &c. † Sexto limita, non procedere in
42 bonis ſingulorum ciuium pro debito uni
uerſitatis, quod dic, ut per Bald. in leg.
etiam, col. 4. circa fin. C. de execu. rei iudic.
† Septimo limita non procedere in bo-
43 nis monaſterij, quia in illis non fiat exe-
cutio pro debito monachi, quod intelli-
ge, niſi ſint bona quæſita monaſterio per
medium ipſius monachi, ipſe autem mo-
nachus non poteſt pro debito carcerari, ita
tenet Bald. in auth. cã, quæ. colum. 2. uerſic.
quartum conſiderandum. C. de epiſ. & cl.
† Octauo limita, non procedere in fructi-
44 bus præbẽdæ, ſeu beneficij eccleſiaſtici, quia
in eis nõ fit executio pro condẽnatione cle-
rici dummodo habeat alia bona, ſed ſi alia
non habeat, põt tunc fieri in dictis fructi-
bus ita tenent Bart. Ale. & comuniter
docto. in l. commodis. ff. de re iud. & glo. &
Bald. in l. ſtipend. C. de execu. re iud. & ca-
no. in cap. peruenit, de fideiuſ. & in cap. 1. de
app. † Nono limita, in ſtipendijs militum,
45 quę ſimiliter capi non poſſunt, niſi in ſubſi-
dium ſ. non exiſtentib. alijs bonis, tex. eſt in
d. l. commodis, & in d. l. ſtipendia, & idem
in ſtipendijs Doct. ſecundum Abb. & Doc.
in d. c. peruenit, & idem in armis militum.
ſecundum gloſſ. in l. nepos proculo. ff. de
46 uerb. ſig. † Decimo limita in libris ſcho-
larium, In quibus non põt fieri executio
ſẽm gl. in d. l. nepos proculo. quod tamẽ eodẽ
mõ intelligas. ſ. qñ ſcholaris habet alia bo-
na, aliàs ſecus, per d. leg. ſtipendia. & d. leg.
commodis, & not. Specul. in tit. de exec.
47 ſent. §. ſequitur. in fi. † Item intellige, ni-
ſi aliquis feciſſet expenſas funerales ſcho-
lari mortui, quia poteſt pro illis expenſis
retinere libros, ita no. Iaſ. in l. ſi non ſortem.
§. ſi centum. col. fi. ff. de cõd. iud. & per illam
gl. in d. l. nepos proculo. dicebat Bald. in
48 rub. C. qui bo. ced. poſſ. † quòd ſi ſcholaris

cedat bonis, & poſtea emat lib non debet
49 illi priuari. †Vndecimo limita, in fructi-
bus feudi, in quibus non fit executio, niſi
in ſubſidium, ſcilicet alijs bonis non exi-
ſtentibus, ſecundum Ale.in d.l.commodis,
ff.de re iud.& Imo.in l.ſi finita.§.ſi de uecti
galibus. uer.quid ſi agatur contra feudata-
rium,&c.ff.de dam.inf.& Ang.in l.pro hær.
50 §.ſi quis. ff.de acqu.hæred. †An autem de
functo feudatario, fiat executio in fructi-
bus feudi contra ſucceſſorem? dic, quòd
non, ſi eſt feudum ex facto, & prouidentia,
& ſucceſſor fecit inuentarium, aliàs ſecus ſi
non fecit inuentarium, uel ſic eſt feudum hę
reditarium, quia tunc fit executio pro de-
bito defuncti, ita habetur in deciſ. 26.in fi.
51 & deci.240.in fi.conſi.Neap.†Duodecimo
limita, ut pro debito uniuerſitatis non poſ-
ſit fieri executio in uijs publicis, & theatris,
& alijs ſimilibus, quę ſunt ad uſum ciuium,
& ipſius uniuerſitatis, ſed compellitur po-
tiùs uniuerſitas imponere collectam, ſecū
dum Alex.in d.l.commodis. ff. de re iud.
52 & Bar.& doc.in l.4. in prin.eod. tit.†Deci-
motertio limita, ut non fiat executio in bo
nis mariti pro debito uxoris, uel econtra
53 l.1.& 2.& per totū, C.ne uxo.pro mar.†fal-
lit in caſu ſingulari leg. ſi mater. C.in qui.
cau. pig.uel hypot.contrahi. ſi uxor mor-
tuo uiro ſuſcepit tutelam filiorum, & tran-
ſit ad ſecunda uota, nō redditis rationibus,
& non petito tutore, poteſt pro debito tu
telari fieri executio, etiam in bonis ſecundi
mariti, quę cenſentur ad hoc ipſo iure obli
gata, ut ibi, & tenere perpetuo mēti illum ca
ſum ſingularem, quia ſi de hoc nō eſſet lex
ſcripta, quilibet reſponderet in contrarium.
54 †Vltimo, poſſet hic dubitari, uſq; ad quod
tempus poteſt peti executio ſententiæ. Dic
ꝙ uſque ad 30.annos, & non ultra ita tenet
Bald.in l.debitori, col.fi.C.de pact.& habe-
55 tur in deciſ. 255.conſil.Neap.†An autem
poſſit appellari ab executione? communis
concluſio eſt, quòd non, niſi excedatur mo
dus in exequendo, tunc enim poteſt appel-
lari, & debet exprimi cauſa exceſſus, & gra
uaminis, ita tenet Bar.in leg.ab executore,
colum.1.ff.de appella.& Barto.& Doct.in l.
ab executione.C.quo.app.non reci. & Abb.
in c.quod ad conſultationem. columna pe.
de re iud.& Pet Phil.Cor.in conſi.71.col.4.
56 in fin.1.uolu. † Reſpectu autem perſonæ
non poteſt fieri executio contra perſonas
numeratas, in leg.ſecunda, tertia, & quarta,
ff.de in ius.uoc.Item contra Doctorem actu
legentem, leg.medicos. C.de profeſ.& med.
lib.10.& Card.in cle.2. in 4.q.de mag.nec
contra clericum pro debito.ſecundum Abb.
& Can.in capitulo peruenit, de fideiuſſ.&
in l.miles, ff.de re iud.
57 QVARTO, † & ultimo quæritur, ex
quibus cauſis executio impediri poteſt. Et
quoniam iſtas cauſas plenè attingit Spec.
in tit.de execut.ſent.§.fi.ideo breuibus me
expediam. Et quia inter alias exceptiones
f impeditiuas *f* executionis eſt exceptio nul-
litatis, l.4.§.condemnatum, & ibi per Doct.
ff.de re iud.& dixi ſupra in 1.q.adde unam
ſingularem declarationem, quam poſuit
Ang.in d §.condemnatum, uidelicet, quod
qn̄ exceptio nullitatis proponitur coram in
feriori iudice ab eo, qui pronunciauit, nun-
58 quam impedit executionem. †An autem
petitio reſtitutionis in integrum, impediat
executionem ſententiæ? Dic, quòd ſic, tex.
eſt in l.ſi cauſa cognita. C.de trāſact.& Bal.
in conſil.338.in 3.uolum. & Soci. in conſil.
109.in fin.4.uolum. & Bart.in l. defendēte,
ff.de auct.tut.& idem Bart.in l.ſi prætor.§.
Marcellus.in fi.ff.de iud.ubi limitat, niſi re-
ſtitutio peteretur malitioſè, uel haberet al-
tiorem indaginem, adde Abb.in c.ſuſcita-
ta, de reſtit. in integ.ſed quando executio
eſſet irretractabilis, indiſtinctè impeditur
ſecundum. Ale.in conſi.17.colum.2.in 1.uo
59 lum.†Quid de exceptione litis pendentiæ,
an impediat executionem ſententiæ? Dic,
quòd non ſecundum.Inno.in c.cum in re,
de off.deleg.& Lud.Rom.in conſ.76 in fi.
& Bald.in l.1.C.ſi plu.una ſent.& Moder.in
60 l.4 §.condemnatum.ff.de re iud.†Item, cir
ca executionem, quæ eſt facienda in perſo-
na pro delicto, puta quia aliquis commiſit
tale delictum pro quo ueniret damnandus
ad mortem, uel ad membri mutilationem,
poteſt opponi, quòd ille eſt homo ualde di
g ſciplinatus, puta quòd habet *g* aliquam
excellentiam in ſua arte, uel peritia, adeo ꝙ
eſt utilis reipub. ꝙ ſanus uiuat, nam ex hac
cauſa non dēt mori, nec mutilari, ita tenet
Alex. in additio.ad Bar.in l.quid ergo.§ pę-
na grauior.in addit.quæ incipit, unde dic,
ꝙ iudex, &c.ff.de his, qui not.inf.Idem eſt
qn̄ poſt delictum commiſſum eſſet lapſum
lon-



h longum tempus, quia eſt moderando *h* exe
cutio pœnæ corporalis, l. ſi diutino, & ibi,
gloſſ.ff.de pœn.ubi etiam dicit gloſſ. idem
quando aliquis ſtetit pro delicto carcera-
61 tus.†Prædictis etiam adde, quòd licet alias
ſit dictū ſuperius, quòd ſententia lata con-
tra ius litigatoris, mandatur executioni, ſi
non fuit ab ea appellatum, tranſit in rem
iudicatam, ſuper hoc ſciendum, quòd quan
uis elapſo tempore appellandi, non poſſit
appellari a tali ſentētia, tamen poteſt cōtra
eam peti reſtituitio in integ. ex clauſula ge
nerali, & hoc fuit dictum Hoſt. quod refert
Abb.in c.2.in fi. de purg.vulg. Verum dicit
Abb.ꝙ talis reſtitutio non poteſt obtineri,
62 niſi a ſolo principe, ut ibi per eum.† Quid
autem ſi iudex poſuit pœnam in caſu, quo
eius ſententiæ non pareretur, an poſſit fieri
executio ad talem pœnam? Dic ꝙ non ſe-
63 cundum Ale.in conſi.81.in fi.2.uol.† Item
circa materiam huius quartæ quæſtio. po-
tes dare unam magiſtralem doctrinam, quā
tradit Alex.in conſ.95.col.3.uerſi.hodie ta
mē, &c.in 2.uol.uidelicet, ꝙ nulla exceptio
requirens altiorem indaginem, quæ ex pro-
ceſſu non patet, & quæ incontinenti proba
ri non poteſt, impedit executionem ſenten-
tiæ, & colligitur ex dictis Docto.in d.§ con-
demnatum.& per Ale.in conſi.83.in 5.uol.
64 ubi plus etiam tangit †An per uiam denun
ciationis Euangelicæ poſſit impediri execu
tio ſententiæ, quæ tranſit in rem iudicatā,
& concludit, quòd non, niſi in caſu, quando
uictor fateretur eam eſſe iniquam. Et an poſ
ſit opponi exceptio compenſationis ad im-
pediendam executionem ſententiæ, uide
Ale.in conſ.61.in 3.uol. Reliqua autem per
tinentia ad materiam executionis, uide per
Spec.in tit.de exec.ſenten.per totum, & per
Ale.& Doct.in d. §. condemnatum, & in d.
l.a diuo.Pio.per totam l.ff.de re iud. & per
Bal.Sal.& ſcribentes in toto titu.C.de exec.
re iud.& in quam pluribus alijs locis. Et per
hæc ſit impoſitus finis huic tractatui, qui
fuit per me Robertum Marantam Venuſi-
num, incœptus die 13.menſis. Nouembris,
ſub anno domini 1520. completus autem
fuit Deo fauente, die 20.menſis Septembris
ſub anno iubilei 1525.in vigilia B. Matthęi
Apoſtoli. Sit laus omnipotenti Deo, & glo-
rioſo Apoſtolo, & Euangeliſtæ Matthæo,
i quibus præuijs *i* finem tanto labori im-
poſui, quem tractatum ſcripſi originaliter
manu propria, & ſimiliter iterū manu pro-
pria totū exēplaui, & correxi. Si gitur in eo
aliqua reperiatur mendoſitas, non mihi ui-
tio attribuatur, ſed potius impreſſoris er-
rore eueniſſe, quilibet lector arbitretur. In
quorum fidē manu propria me ſubſcripſi.
Rob.Marant.Venuſ.V.I.D.Manu.propria.

## ADDITIONES.

a Executioni. Videas Veſtri. in pract. Rom.
Cur.lib.8.capi.fin.ubi Doct. annotat Nico.
Ant.Grauat.

b Partis citatio. Deci.conſil.97.Afflict.deciſ.
157. in fi.& deci.396.nu.9.de cōi, quod nō
requiratur citatio, quando tranſiuit in rē iu
dicatā, teſtatur Grauat. in addit. ad practi.
Veſtr.lib.8.cap.fin.num.26.litera.D.Duen.
lib.1.reg.utr.iur.reg.94.citatio.

c In taxatione expenſarum. Nicol.Ant.Gra-
uat.ubi ſupra in lib.8.cap.fin.nu.35. ſupra.
per Foller.in 9.actu.2.par.6.par.prin.nu.3.

d Carnificē. Et an talis executor peccet, dic
quod non, ut per Dumber. in ſuo Enchir.
crim.cap.fin.

e Regulam. Duen.lib. 1.regul. utr.iur. reg.
275 & ſeq.ubi latè.

f Exceptio nullitatis. De hac exceptione. Co
uar.pract.qq cap.24.nu.6.col.2.in fi.& ſeq.
& latiſſimè cap.25.per totum.

g Aliquam excellentiam. Tiraquel.in tract.
de pęnis, cauſa 50.Couarr.lib.2.reſolut.ca-
pitu.9.nume.6.

h Longum tempus. Tiraq.d.tract.de penis,
cauſa 29.Foller.in pract.crimin.laico.in 2.
par.2.par.in uer.dentur capitula, nu.24.

i Finem tanto labori impoſui. Die prima
Nouembris 1568. Legere incepi, & finem
impoſui die octaua menſis Februarij 1569.
quo tempore dum legebam, hæc pauca ra-
ptim annotaui. Ego Ludouicus Alferius,
Cortonenſis V. I. D. Paduæ &c.

# DOM. ROBERTI MARANTAE I. V. D. QVAESTIONVM LEGALIVM. DISPVTATIONES DECEM.

## DISPVTATIO PRIMA.

An ordinarius loci ad mandatum delegati à principe teneatur exequi ſententiam ipſius delegati euidenter iniuſtam, & an poſſit ſibi de facto reſiſtere.

1 *Delegatus principis in cauſa ſibi comiſſa eſt maior quocunque ordinario: & hoc qualiter intelligatur, num.40.*

*Iudex inferior an cognoſcit de viribus ſententiæ ſuperioris, neque poteſt imponere legem ſuperiori.*

2 *Iudex ordinarius habet firmiorem iuriſdictionem, ſed de legatus principis digniorem.*

3 *Cauſa delegata per principem, cenſetur quo ad illa ſublata omnis poteſtas ordinario, etiam delegato mortuo, & proceſſus per ordinarium factus ſuper ea, eſt nullus.*

4 *Delegatus principis poteſt mandare ordinario, ut ſuam ſententiam exequatur, n.5.10.*

*Princeps ſi mandat hominem occidi, debet ſibi obtemperari, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè faciat, quia non habet hominem, qui ſua facta dijudicet & eius ſola voluntas habetur pro cauſa.*

6 *Delegatus principis repræſentat perſonam Principis, & eius uice fungitur.*

7 *Delegatus principis poteſt mulctare executorem, & punire vnumquemque impediẽtem ſuam iuriſdictionem,*

8 *Iudex unus an teneatur exequi ſententiam alterius, ſi fuit ab eo requiſitus, nu.10.*

*Iudex eccleſiaſticus poteſt implorare brachiũ Iudicis ſecularis, & ſi non dat, excommunicat eum, numero.26.*

9 *Iudicis auctoritas facit licitum, quod alias erat illicitum, num 44.*

*Iudex poteſt moueri ad ſententiandum ex cõfeſſione ſibi facta uiua uoce, & ex aliqua ſcriptura ſibi oſtenſa, licet in actis non reperiatur deſcripta,*

10 *Delegatus principis habet merum, & miſtum imperium, & poteſt exequi ſentẽtiam ſuam, & excommunicare, & accipere manum militarem ab ordinario.*

11 *Præcepto ſuperioris, qui non obedit, morte moriatur & dicitur rebellis, & hoc qualiter intelligatur, nu.37.*

*Carceratus eximens de carcere, qui erat confeſſus, uel condemnatus de crimine, tenetur, l.Iul maieſt.*

12 *Executor merus non habet cognoſcere de iuſtitia, uel iniuſtitia cauſæ.*

13 *Appellatio fuit inducta ad releuandum grauamina officialium num 45.*

*Appellari etiam poteſt a delegato principis.*

14 *Appellans non poteſt uerbo iniuriari iudici à quo.*

*Ordinarium remedium facit ceſſare extraordinarium.*

15 *Iudex ordinarius an poſſit reſiſtere delegato exequenti ſententiam ſuam.*

15 *Iudex dicitur miniſter dei in terris, & eius iudicium prodit de uultu Dei.*

*Iudex qui non facit iuſtitiam dicitur miniſter diaboli.*

*Iuſtitia eſt magis accepta apud Deum, quam immolare hoſtias.*

17 *Iudex debet habere duos ſales.*

*Iudex nõ faciens iuſtitiam, numeratur inter animalia bruta, & non dicitur homo.*

18 *Defendere oppreſſos omni iure præcipitur, numero.25.*

19 *Litteris principis iniuſta ſcribentis, an ſit obediendum, nu 20 21.*

20 *Obediri debet potius Deo, quàm principi iniuſta iubenti.*

22 *Iudici an, & quando ſit licitum de facto reſiſtere, quando contra ius exequitur.*

23 *Aſſeſſores debent contradicere, & proteſtari contra officiales iniuſtè exequentes.*

24 *Iudex inferior poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, & illud impedire, quando eſt notoriè iniuſtum.*

25 *Delegato uolenti exequi ſententiam nullam poteſt reſiſti.*

26 Bra-



26 *Brachium iudicis ſecularis, an, & quando poteſt iudex eccleſiaſticus implorare.*

27 *Defendere offenſum, uel aliter oppreſſũm, uel expulſum de re ſua, quilibet tertius poteſt impune, etiam ſi ſit priuatus homo, & non ſolùm amicus, ſed etiam penitus extraneus.*

*Defenſio ubi eſt permiſſa, ibi etiam poſſunt cõuocari amici ad defendendum, nume.39.*

*Defenſio debet fieri incontinenti, & quomodo intelligatur illud verbum, incontinenti, quando offenſio fit perſonæ, uel in rebus & quid in magnis dominis.*

28 *Baiulo qui indebitè expignorat aliquem, poteſt de facto reſiſti.*

*Executori ultra modum exequenti poteſt de facto reſiſti, & defenſio eſt permiſſa toti populo, quando unus de populo offenditur.*

29 *Capienti aliquem in domo ſua, etiam ſi ſit officialis, poteſt cum armis reſiſti.*

*Iudex iniuſte exequens, dicitur inferre uiolentiam, & poteſt ſibi reſiſti.*

30 *Spolium ita committit iudex iniuſte priuans aliquem poſſeſſione, ſicut priuatus, & poteſt ſibi contradici, etiam ſi habeat literas Papæ cum clauſula contradictores, &c.*

31 *Argumentum de contractibus ad iudicialia ualidum eſt. Et clauſula, contradictore, &c. & habet locum contra iniuſtè contradicentes non autem contra iuſte.*

32 *Vaſallus tenetur defendere dominum in bello iuſto, non autem quando dominus iniuſtè præliatur.*

33 *Delegatus principis, an, & quando teneatur expectare ſecundã iuſſionem principis, & ſuper ſedere in exequendo.*

*Princeps ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa, & eius ſola uolũtas habetur pro cauſa.*

*Appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorẽ, & iudex a quo remanet priuatus, nu. 38.*

34 *Iudex procedens extra iudicialiter, dicitur procedere ut priuatus & poteſt ſibi impune reſiſti idem quando procedit in negocio ſibi non commiſſo, num.35.42.*

36 *Executio iniuſta poteſt indiſtinctè impediri, quando eſt irretractabilis.*

38 *Apell. pendente, ſi iudex uult exequi poteſt ſibi de facto reſiſti.*

39 *Reſiſtere qui poteſt iniuſtè iudici exequenti, poteſt ad hoc etiam conuocare amicos, & conducere ſtipendiarios.*

41 *Reſtitutio in integrum præſupponit ſententiã ualere.*

*Inferior prælatus poteſt amoueri per inquiſitionem datum a Papa.*

43 *Defenſionem poteſt laicus implorare a iudice ſeculari contra clericum, qui ipſum expulis de poſſeſſione ſua.*

a PLERVNQVE *a* contingit, quod ſumus Pont. uel princeps ſecularis delegat aliqnam cauſam alicui delegato, quod procedens auctoritate principis profert in illa cauſa ſententiam euidenter iniuſtam, & uult illam exequi pro cuius executione facit mandatum ordinario illius loci, ut dictam ſententiam exequatur, ordinarius autem uidens ſententiam iniquam, denegat uelle ipſam exequit, imò uult reſiſtere etiam armata manu, ne talis ſententia executioni mandetur. Quæritur quid iuris. Solet enim iſtud multoties euenire, quod iſti delegati principis ſeu apoſtolici ſub prætextu eorum auctoritatis, & quod dicunt ſe maiores quocunque ordinario, excedunt modum iuſtitiæ, & exequuntur ſententias notorię iniquitas, in graue pręiudicium ſubiectorum, & contra mentem delegantis.

1 † Et pro parte affirmatiua, ſcilicet quòd dicto mandato ſit obtemperandum, & non poſſit ordinarius reſiſtere adducitur primo, quia delegatus principis in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunque ordinario, c. ſane quia. de offi. delega. & c. paſtoralis. §. præterea. de offi. ord. & tenet Fran. de Aret. in l. aduerſus, C. ſi aduer. rem iudic. Quæ maioritas intelligitur reſpectu dignitatis, ſed reſpectu firmitatis eſt firmior iuriſdic. ordinarij, ſecundum Alex. & communiter Docto. in rub. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. & Arch. in cap. ſi quis epiſcopus. ſecunda. q.6. & Fel. in c. ſane quia.
2 † Nunc ſequitur conſequentia, quod iudex inferior non poteſt ſe intromittere ad cognoſcendum de uiribus ſententię ſuperioris, & maxime delegati a principe, ſed ſolus princeps cognoſcit, ut dict. leg. aduerſus, & ibi Bald. & Doct. & Bar. in l. nam. & poſtea. §. minor. ff. de iureiurand. Non enim poteſt inferior iudex imponere legem ſuperiori, cap. uenientes, de iureiu. & cle. ne Romani. & ibi not. per gl. & Car. de elec. & Bald. in authen. ſed nouo iure, colum. 2. de ſer. fug. Si ergo ordinarius vult dicere, nolo exequi ſenten-

ſententiam tuam,quia eſt iniqua?uideretur
ſe intromittere ad cognoſcendum de ſnīa
ſuperioris, ergo hoc facere non poteſt, ſed
3 debet obedire ſuperiori. † Secundo, quia
quando princeps delegat cauſam alicui ſpe
ciali delegato,cenſetur tollere oēm iuriſdi-
ctionē,& oēm poteſtatem inferioribus ordi
narijs qui alias poterant de illa cā cogno-
ſcere. Ita d.Bald.in c.ad hoc,col. 4. de pace
iur.fir.& Lud.Ro.in conſ.330.col.3.in cōſ.
35.p hoc ur̄ tex.in c.paſtoralis.§. præterea,
& ibi Fel.de offi.deleg.& Fel.ī c.qm̄ Abbas,
in fi.eo.ti.& Imo.in l.ſi expreſſum. ff.de ap
pel. & Iaſ.in l.more.col.fi.ff.de iur.om.iud.
in tm̄ ꝙ dicit Bald. in l.ſi ut proponis, la 1.
col.3.uerſ.quæro Papa,&c.C.qūo,& quan
do iud.ꝙ p delegationē principis in tm̄ cē-
ſetur auocata iuriſdictio ab ordinario, qđ
ēt ſi moriat̄ delegatus,non reuertitur cauſa
ad ordinariū,ſed uadit ad Papā,qui delega
uerat. Nam per talem delegationem cenſe-
tur princeps aduocare cauſam ad ſe,quo ca
ſu quilibet inferior cenſetur in illa cauſa
priuatus iuriſdictione,c.ut noſtrum, & ibi
Abb.& Philip.de appella.& l. iudicium ſol-
uitur.ff.de iud.unde ſequitur,ꝙ cum iſte or
dinarius ſit priuatus iuriſdictione,& omni
poteſtate ſuper cauſa delegata, non poteſt
aliter ſe immiſcere in reſiſtendo delegato
4 uolenti exequi,uel mandanti.† Tertio,hoc
confirmo per tex.in c.paſtoralis.§. quia ue-
ro.de offic.dele.ubi eſt caſus de hoc,ꝙ dele
gatus pōt mandare ordinario,ut ſuam ſen-
tētiam exequatur, & tenetur illam exequi
ordinarius,ēt ſi ſciat illam eſſe iniuſtam, ut
ibi expreſsè dr̄.Idem probatur in c.ſignifi-
caſti.in fi.de off. deleg. ubi delegatus Papæ
pōt mādare ordinario,ut exequatur,& pōt
ipſe delegatus reſiſtnti compeſcere per cē-
ſuram eccleſiaſticam,unde per iſta duo iu-
ra clarè probatur,quòd eſt obtemperādum,
5 nō reſiſtendū tali delegato.† Quarto addu
co tex.in c.ſtuduiſti.de off.delegati.ubi loq̄
tur in legato ſedis apoſtolicæ, qui eſt ordi-
narius,tamen ibi dr̄, quod non poteſt ſe im
pedire contra ſnīam delegati ab eadem ſe-
de apoſtolica. Imò poteſt delegatus ipſi le-
gato mandare, ut exequatur ſnīam ipſius
delegati,uerum non pōt compelli legatus,
ſi non uult,ſecundum gl.fi.in d.c.ſtuduiſti.
licet Ab.ibi in fin.dicat eſſe uerius, ut poſ-
ſit ēt compelli,quia quo ad cām delegatam
cenſetur delegatus maior legato. ergo quā-
to magis alius ordinarius inferior non de-
bet ſe intromittere circa oppugnationē ſen
6 tentiæ delegati principis † Quinto, quia
delegatus principis fungitur uice delegan-
tis, & repreſentat perſonam ipſius princi-
pis, d.cap.ſanè quia.de off. dele. & c. paſto-
ralis.§.præterea.de offi ord.& Fran. de Are.
in d.l.aduerſus.C.ſi aduer.rem iu. Sed quam
do princeps mandat aliquid fieri, puta ho-
minem occidi,uel aliud exequi, non quæri
tur,utrū iuſtè uel iniuſtè mādet. Sed debet
ſibi indiſtinctè obtēperari, ut not.And.de
Iſer.in c.1.colu.4.in fi. ſi de inueſt. inter do.
& uaſ.lis ori.& Fel.plene in c.quæ in eccle-
ſiarum. columna uigeſimaquarta. uerſicu-
lo 5. concluſi. &c. de conſtitu. Nam prin-
ceps non habet hominem, qui ſua facta de
iudicet,ut dicit And.de Iſer.in cap.1.uerſi.
flumina nauigabilia,colum.1.in fi.quę ſint
rega.& in pœn.conſt.columna 5. Et quic-
quid facit princeps, præſumitur ex cauſa
facere,& eius ſola uolūtas habetur pro cau
ſa,ſecundum Fel.ubi ſupra.& no.gl.& Bar.
in l.relegati.ff.de pœnis.& Alexan. in conſ.
2.colu.7.& pen.in 1.uol.& Abb.in cap.niſi
ſpecialis.de off.leg.ergo idem eſt dicendum
in eius delegato, qui principem repreſen-
7 tat, per pręd.icta. † Sexto, quia delegatus
principis poteſt mulctare executorem per
eū deputatū ad ſuā ſnīam exequendam.l.2
C. de ſport.Item poteſt punire unumquen-
que impedientem ſuā iuriſdictionē per cen
ſuras,& alia iuris remedia, ſ̄m Abb. in cap.
1.col.fi.de off.del.& ibi ēt Fel.in 7.col.in fi.
& Ang.in conſ.7. per quæ ur̄ dicendum, ꝙ
ordinarius reſiſtens ſuæ ſententiæ executio
ni mandari, impediret eius iuriſdictionem,
& poſſet puniri,unde reſiſtere non poteſt.
8 † Septimo, quia quādo unus iudex requiri-
tur,ut exequat̄ ſnīam alterius, & ſumus in
cā ciuili indiſtinctè tenetur eā exequi licet
ſcias eam eſſe iniuſtam,ſecundū Inn.in c.cū
inre.de off dele.& And.de Iſer. in c.1 colu.
fi.de contro.int.uaſ.& aliū de bene.& in cō
ſti.poſt mundi machinam. Tenetur.n.unus
officialis alium adiuuare, ut no. And. de
Iſer.in cōſt.Iuſtitiarios regionum,la 2.Item
poteſt iudex eccleſiaſticus implorare bra-
chium iudicis ſecularis pro executione ſuæ
ſnīæ,& ſi nō dat,pōt eū excōicare,ſ̄m Abb.
in c.1.col.2.in.fin.& 3. de offi.ord. Ad hoc
eſt



eſt tex.in l.2.C.de his qui latr.Itē dicit Bal.
in auth.clericus.in fi.C.de epiſ.& cle. quòd
qn̄ iudex ſuperior mittit ſententiam ſuam
exequendam inferiori,tenetur inferior exe-
qui,& nō debet aliud quęrere.Et quòd unus
iudex teneatur concedere brachium alteri,
tenet Paris in tract.ſynd.in uerſi.brachium,
unde in propoſito dicendum eſt,quod ordi-
narius tenetur potius iuuare delegatum prin
cipis,tanquam maiorem,quàm ibi reſiſtere.
9 † Octauo, quia auctoritas iudicis facit lici-
tum,quod alias erat illicitum leg. 1.§. idem
Pomponius.ff.quod fall tut.auctor. & And.
de Iſer. in conſt. appellationum tempora.
colu. 3. Et poteſt iudex moueri ad ſenten-
tiandum ex aliqua confeſſione facta ſibi ui
ua uoce,& non redacta in ſcriptis, nec ap-
parente ex proceſſū, & ualet eius ſententia,
ita notanter tenet Bal.in l.1.col.fi.C.de ma-
nu.uind.& Fel. in cap.cum uenerabilis, col.
15. de excep. ubi etiam dicit, quòd poteſt
moueri iudex ex aliqua ſcriptura ſibi cogni
ta,& in actis non producta.Idem dicit Ale.
in l.ait prętor.§.1.colum.3.ff.de re iud. un-
de quamuis ſnīa delegati appareat iniuſta,
tamen fulcitur auctoritate ipſius iudican-
dis, qui potuit moueri ad ita pronuncian-
tum ex aliqua iuſta cauſa, ergo non de-
10 bet ſibi reſiſti,ſed obediri. † Nono, quia
delegatus principis habent merum & mix-
tum imperium, & poteſt exequi ſententiam
ſuam, mittere in poſſeſſionem, & excom-
municare,ut no. in gl. in l.ſi quis miſſus.ff.
ne uis fiat ei, pro hoc eſt tex. in c. paſtora-
lis. §. præterea. & ibi Abb. in 3. no. de off.
ord. & Bart. & Doc.in l.a diuo Pio.in prin.
ff.de re iud.& Alex.in l.2.colu. 3. in prin.ff.
de iu.om.iud Et poteſt implorare familiam
a iudice,ut etiam manu militari, & armata
ſententiam exequatur,ut no. Abb.in c.ſigni-
ficaſti.colu.fin.& ibi etiam Fel.de off.del. Si
uero ordinarius teneturprętare auxilium,&
arma delegato exequenti non debet ipſum
impugnare,& contra eū reſiſtere, non enim
debet quiſpiam impugnare eum, quem de
fendere tenetur,l. uendicantem. ff.de euic.
& no.And.de Iſer.in c.1.§.item ſi fidelis co.
11 2.quibus mod.feu.amit † Decimo,qa præ
cepto ſuperioris eſt obediendum, & qui
non obedit, morte moriatur. c. 2.de maio.
& ob.& ad hoc eſt inductus totus titul. ff.ſi
quis ius di.nō obtemp.& ibi Bar.in §.1.cir
ca fi.hic uidemus, ꝙ eximens carceratum
qui erat confeſſus, uel condemnatus de cri-
mine,tenetur pœna,l.Iulię maieſtatis,ſecun
dum Bar. in l. cuiuſque.ff.ad l.Iul. maie. &
Bal.in l.additos.in fi. C. de epiſ.aud. ex quo
impedit executionem officialis. Item, quia
non obedit ſuperiori, pōt ēt dici ribellis, ſe
cundum Abb.in c.ſane quia.in 4. no. de of.
del. Vndecimo quia. † merus executor non
12 habet cognoſcere de iuſtitia uel iniuſtitia
cauſę, quia hoc non ſpectat ad eius officiū,
niſi ſolum exequi.tex.eſt in cap. decreto,&
ibi Abba.& Doc.de re iu.& in l.ſi prætor.&
ibi Bal.ff.de iudicijs,& l.executorem. C. de
exe. rei iud. & in l.ſi prætor,& ibi Bal.ff.de
iudicijs,& l.executorem. C.de exec.rei iud.
& l.ſi ut proponis.eo.titu.& no.Bar.in d.l.a
diuo Pio.ff.de re iud. Vnde quia delegatus
principis mandat ordinario, ut exequatur,
ille dr̄ merus executor,& non habet cogno-
ſcere de iniuſtitia,ſed debet tantum exequi,
13 per prædicta. Duodecimo,quia † quando iu
dex aliquid iniuſtum facit,eſt proditum re-
medium gn̄le per uiā appellationis, quæ ap-
pellatio fuit principaliter inducta ad rele-
uanda grauamina illata per officiales, cap.
ſuggeſtum,& c. cū ſpeciali.§.porro.de app.
Si ergo eſt proditum grauato remedium iu-
ris non eſt recurrendum ad reſiſtentiam fa-
cti. Cū ēt a delegato principis, ſit pmiſſum
appellare,l.ēt.C. de appel.alias fruſtra eſſet
inductus titulus de app. ſi licitum eſſet de
14 facto reſiſtere officialibus. † Præterea ui
demus, ꝙ appellans non poteſt uerbo iniu-
riari officiali,a quo app. l.iud.ff.de iniu. &
l.illud,la 1. ff.de app. ergo multò minus fa-
cto,ſ.per reſiſtentiam, arguēdo a fortiori,l.
nec in ea.§.ſed qui occidere.ff. de adul. Vbi
.n.competit remediū ordinarium, prout eſt
appellatio,ceſſat extraordinarium, l.in cau-
ſę,la 2.ff.de min.& tanto magis qn̄ extraor
dinarium eſt contra ius,ut no.Abb. in c. ex
parte.el 2.col.pen.de reſc.prout eſt iſtud re-
ſiſtere officiali de facto, qđ eſt contra iuris
regulas prohibentes aliquem ſibi ius dicere
propria auctoritate, l. extat.ff.quod metus
cā,& l.meminerint.& l.ſi quis in tantam.C.
15 unde ui.† Decimotertio,& ultimo,iſtud cō
firmo, p tex.in c.ſi qn̄.de off.dele.ubi ur̄ ca
ſus expreſſus, qđ ordinarius non pōt reſiſte
re uiolēter delegato principis uolēti exequi
ſnīam, ſed debet precibus apud eum inſta
re,ut

re, ut reſcribatur principi, ſi ſnía apparet in
16 iuſta, Pro parte † uero contraria negatiua
ſ. q non ſit obediendum, ſed potius reſiſten
dũ adducitur primo. Quia quilibet iudex dr̃
miniſter Dei in terris. c. non ſolum, & c. qui
maius. 24. q. 4. unde eius iudiciũ cenſet pro
dire de uultu Dei c. ut nr̃m. in prin. de app.
& c. in prin. extra. ut ec. ben. & Pau. de Caſ.
in conſ. 38. in prin. in 1. uolu. Sed de uultu
Dei nõ poteſt egredi niſi iuſtitia, & ueritas,
cum Deus ipſe dicat. Ego ſum uia, ueritas,
& uita, ut hr̃ Io. c. 14. Ex Pſal. 24. dr̃. Vniuer
ſæ uiæ Dñi miſericordia, & ueritas & c. Er
go quandiu iudex ſequitur ueritatẽ, & iu-
ſtitiam, dr̃ miniſter Dei, unde cum facit in
iuſtitiam, non eſt miniſter Dei, ſed potius
diaboli, nec tunc dr̃ iudex. c. iuſtum. 23. q. 2.
& no. glo. in c. cum æterni. in uerſi. iudex. de
re iud. lib. 6. Et dicit Caſſiodorus. li. 3. epiſt.
18. Tam diu iudex dr̃ quandiu iuſtus puta-
tur. Idem dr̃ Prouerbiorum, ca. 16. q iudicis
iuſtitia eſt magis accepta apud Deum, quam
immolare Hoſtias. † Et dicit Bald. in l. 2. col.
17 fi. C. de ſen. ex bre. rec. q iudex debet habe-
re duos ſales. Vnũ, q dr̃ ſal ſcientiæ, aliàs dr̃
inſipidus, & aliũ, qui dr̃ ſal cõſcientiæ, aliàs
dr̃ diabolicus. Imo iudex qui nõ facit iuſti
tiam, non ſolum nõ dr̃ iudex, uerùm etiam
nec homo poterit appellari, ſed connume-
rantur inter animalia bruta, teſte Ariſtote-
le primo Politicorum, ubi ait. Sicut opti-
mum animalium eſt non lege fruens, ita
peſſimum animalium eſt hõ a lege, & iu-
ſtitia ſeparatus. Nunc ergo in propoſito,
delegatus principis tã diu eſt miniſter Dei,
& principis, quandiu facit iuſtitiam, ſed cũ
facit iniuſtitiam non dr̃ iudex, ſed remanet
priuatus, ſicut quilibet permittitur reſiſtere
aduerſus uiolentiam ſibi factam per priua-
tum. l. ut uim. ff. de iuſt. & iu & l. 1. C. unde
ui. eodem modo aduerſus tale delegatum
28 iuſtitiam facientem † Secundo, quod ordi
narius poſſit dicto mandato iniuſto reſiſte
re, adducitur, quia hoc ſibi præcipitur de
iure diuino, ut hr̃ Ieremiæ c. 22. Hæc dicit
dominus, facite iudicium, & iuſtitiam, &
liberate ui oppreſſum de manu calumnia
toris. Item, præcipitur per legem ciuilem,
ut l. illicitas. in prin. & §. ne potentiores, &
ibi Bal. ff. de offi. præſi. ubi dicitur, & ad offi
cium iudicis ſpectat, puidere, ne alicui fiat
uiolentia, & ne potentiores opprimant mi
nus potentes, & dicit Bald. in d. §. ne poten-
tiores. in fi. q iudex facit magnam eleemo
ſynam apud Deum, quando pauperes tue-
tur, ne opprimantur. Idem præcipitur ex le
ge canonica, text. eſt. & ibi glo. in c. ſcire. 23.
q. 8. ubi dr̃, quod epi debent defendere ſub
ditos propulſando iniurias, prout ẽt ipſe Pa
pa defendit probatur, ẽt in c. noſtri & c. non
inferẽda. 23. q. 3. ubi ponitur exemplum de
Moyſe, qui defendit Hebræum ab Aegy-
ptio iniuriam accipientem, & ipſum Aegy
ptium interfecit, ergo eodem modo, ſi dele
gatus principis uult aliquid exequi ĩ iuſtum
debet & poteſt ordinarius loci non ſolum
non obedire, ſed etiam reſiſtere pro defen-
ſione ſubditorum. Tertio, quia etiam
19 † quando Papa reſcribit alicui, quod ali-
quod iniuſtum exequatur, poteſt ille non
exequi, & contrauenire literis apoſtolicis,
ſi illud, quod iubetur, appareat iniuſtum,
& debet reſcribere Papæ, & expectare ſecun
dam iuſſionem, caſus eſt in ca. ſi quando, &
ibi Abb. de reſcr. ubi plus dicit Abba. idem
procedere, etiam ſi in mandato Papę ſit pę
na ex communicationis. Et dicit notanter
glo. in l. puniri. C. ſi contra ius uel uti. pub.
q non debent timere miſeri prælati ueri-
tatem ſectari, & literis principis non obe-
dire. Idem dicit glo in uer. nuncians, in §.
deinde. in authen. de mand. princip. ſi ergo
ipſi principi iniuſta iubenti, non eſt obe-
diendum, quanto minus eius delegato?
20 Quarto, quia † primo eſt obediendum Deo,
& poſtea principi. c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.
ubi dicitur non eſſe obediendum iudici, nec
imperatori iniuſta iubentibus, ſed potius
Deo, quia quando principi iniuſta petendi,
non obeditur, tunc Deo obedi. h d. expreſ-
ſè Bal. in auth. habita, col 4. in uerſi. not. C.
ne fil. pro pa. ubi ait, q ſi princeps iubet ali
quid. quod eſt contra conſcientiam, non eſt
ei obediendum, & dicit And. de Iſer. in con
ſti. ut participatio, co. 2. in fi. quod defenſio
eſt cuilibet permiſſa, etiam contra princi-
pem, ut ſi forte princeps uellet aliquem oc-
21 cidere contra ius illicitè, poteſt ille ſe defen
dere contra eum. Quinto † adducitur tex. in
§. deinde competens, in authent. de mand.
prin. ubi mandat Imperator adminiſtrato-
ribus, & iudicibus, ut ſi ueniat aliqui offi
ciales de curia ipſius Principis, non per-
mittant eos lædere ſubditos in aliquo uel
aliquid



aliquid iniuſtè exequi, ſed poſſunt ipſi iudi-
ces prohibere dictos officiales principis, ne
iniuſtitiam faciant, & etiã punire, ut ibi ex-
preſſè dr̃. Et dicit ibi Bar. q ſi princeps ſcri-
bit officiali, ut exequatur aliquod iniuſtum,
non debet illud facere, ſed debet reſcribere,
& expectare ſecundam iuſſionem, prout ſu-
pra dixi. per d. c. ſi qñ, de reſcr. Sexta, quia
22 qñ † aliquis officialis vult aliquid de facto
exequi contra ius, licitum eſt unicuiq; etiã
priuato, non obedire, & de facto reſiſtere, l.
prohibitum, & l. defenſionis facultas. C. de iu
re fiſci, lib. 10. Ad idem eſt text. in l. omnes,
la 1. C. de decur. ubi ſi officialis uult torque-
re Decurionem contra ius, poteſt ſibi reſiſti.
pro hoc etiam eſt tex in l. ers quidam. C. qui
mil. poſ. uel non lib. 12. & l. deuotum. C. de
meta. lib. 11. & l. qm̃ iudices, & Bal. ibi. C. de
appel. Et q iudici facienti de facto contra
ius, poſſit impunè reſiſti, tenet Dyn. in c. qđ
quis, de reg. iu. lib. 6. & Bald. in l addictos.
C. de epiſ. aud. & Bal. in repet. l. 2. colum. 8.
in 1 2. q. C. unde vi. & Card. in cle. paſt. uer.
ceterum, de re iud. & Ale. & cõiter Doc. in l.
ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ne quis eum,
qui in ius uoc. & Alexan. in conſi. 145. incip.
poſt redditum, colum. 2. in 2. uol. & l. a diuo
Pio. § ſi ſuper rebus, col. 6. ff. de re iud. & Pa-
ris in tract. ſynd. in uerſi. appellatio. colum.
23 2. in fi. † Hinc dicit Bal. in d l. qm̃ iudices,
q aſſeſſores, & alij officiales poteſtatis de-
bent contradicere, & reſiſtere poteſtati ali-
quid iniuſtè exequenti, alias ſi non poſſunt
reſiſtere, debent ſaltem proteſtari, q non
conſentiunt, aliàs tenentur in ſyndicatu. Ita
etiam dicit Ang in tract. maleſ. in uerſic de
ſcientia, & deliberatione, & c & Bartol. in
tract. repræſaliarum, in 6. q. principali, & Pa
ris in tracta. ſynd. in uer. reſiſtentia, ubi ple
ne de hoc. Et de hac materia ſunt duo capi-
tula regni: unum uidelicet, in num. 41. quod
incipit. Item caueant iuſtitiarij, & c. & aliud
in nume. 295. incipit Item q prædicti iuſti
tiarij, & c. ubi datur mandatus, q aſſeſſores
reſiſtant poteſtatibus iniuſta exequentibus,
24 alias puniuntur. Septimo, quia † quando fa-
ctum alicuius iudicis eſt notoriè, & euiden-
ter iniuſtum, non tenetur ei ſubditus obedi
re, imo tunc non obſtante, q cauſa ſit deuo-
luta ad ſuperiorem, poteſt iudex inferior ſe
intromittere in dicta cauſa, reuocando di-
ctum factum iniuſtum pp eius notorietatem
caſus eſt in c. ſolicitudinem, uer. ſi uero & ibi
Phi. de appe. Hinc dicit notanter Car. in c.
2. in fi. illius princ. de pœn. & remiſ quòd iu
dex inferior, poteſt cognoſcere de facto ſu-
perioris, quando eſt iniuſtum, & nullum, de
clarando illud nullum, & obuiando, ut non
ſortiatur effectum. Quod dictum facit mul-
tum ad propoſitum, quia dato, q delegatus
principis ſit maior ordinario, tñ põt ordi-
narius impedire eius factum euidenter iniu
ſtum ſeu nullum, ut non ſortiatur effectum
25 per prædicta. Octauo, † adducitur text. iun-
cta glo. in uerſi. denuncietis, in c. ex literis. in
fi. de off. dele. ubi iudex delegatus non debet
exequi ſñiam iniquam, & nullã, & dicit ibi
glo. q põt ibi reſiſti, ẽt uiolenter, & illam gl.
dicit eſſe ſingulariter notandam Abb. in c. ſi
qñ de offic. deleg. & in d. c. ex literis. ubi di-
cit probari per illam gloſſ. quod etiam ter-
tius poteſt reſiſtere officiali in fauorem par-
tis offenſæ. Hinc dicit notãter Nico. de Nea
po in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. qđ
ordinarius poteſt reſiſtere delegato, ne mit-
tat in poſſeſſionem iniuſtè. per cuius dictũ
26 uidetur decidi caſus noſter. Nono, quia † iu
re præcipitur, quod iudex ſecularis tenetur
impartiri brachium iudici eccleſiaſtico pro
executione ſententiæ c. 1. & ibi per Doct. de
offi. ord. & ca ſtatuimus, de maledi. & l. 2. C.
de his, qui latr. & not. Paris in tract. ſynd. in
uer. brachium, & Ol. pulchre in conſ. 89. in-
cip. epiſcopus, & c. intantũ, quod dicit Abb.
in d. c. 1. col. 2. quod ſi iudex ſecularis dene-
gat, poteſt excommunicari per eccleſiaſti-
cum, quia unus iudex debet alium adiuua-
re porrigendo dictum brachium. Text. eſt
& ibi gl. in c. qm̃, in fi. de offi. ord. & text. cũ
glo. in c. nec licuit. 17. diſt. Super hoc tñ dat
unam notabilem declarationem Old. conſi.
89. circa fi. uidelicet, quod tunc demum de-
bet innouare iudex eccleſiaſticus brachium
ſeculare, quando prius fecit quidquid po-
tuit, & non habet ultra quid faciat, alias ſe-
cus, & ad hoc ponderat omnia iura loquen-
tia de huiuſmodi brachio, quia ſemper di-
cunt, ſi neceſſe fuerit, & ſic ponunt hanc im
plorationem pro ultimo refugio. Ita dicit
text. in d. c. 1. & c. quoniam, in fi. de off. ord
& in d. ca. ſtatuimus. & probatur optime in
ca. cum non ab homine, de iud. Hinc uide-
mus ſemper in literis apoſtolicis concedi
poteſtatem implorandi brachium ſeculare
conditio-

conditionaliter. ſ. ſi opus fuerit. Et uide ſuper hoc bonam diſtinctionem. Abba. in d. c. quoniam. in fi. Quod nota, quia ut plurimũ iſti delegati, uel epiſcopi implorãt. ita ex obrupto brachium ſeculare, ut ſcias opponere, quod non ſeruauerunt iuris ordinem, faciendo prius quidquid potuerunt. Hoc præſuppoſito arguo ſic, qñ iudex ſecularis cuius brachium imploratur, uidet caſum ſuper quo imploratur, eſſe iniuſtum, non tenetur ſuum brachium impartiri, imo poteſt impune non parere. Ita dicit Old. in d. conſ. 89. idẽ tenet Ang. in conſ. 255. ubi dicit, ꝙ põt iudex tunc ſecularis cognoſcere de nullitate ſniæ, & ipſam non exequi, & ſic eſt appellatum, põt ẽt impune reſiſti, ſm Oldr. in d. conſ. 98 & Inn. & Abb. in d. c. ſi qñ. & ibi ẽt Fel. de of. del. & Ioan. And. in d ca. 1. & ibi ẽt Abb. in pen. col. de off. ord. Decimo, quia

27 † quilibet, ẽt priuatus põt defendere tertiũ offenſum ab alio iniuſtè, & non incurrit aliam pœnam l. 3. in princ. & l. ſi quis in ſeruitute, in fin. ff. de fur. ubi cuilibet licet deprehendere furem cum furto manifeſto, ẽt ſi nihil ad eum pertineat de re ſubtracta. Et dicit Bart. in d. l. ſi quis ſeruitute. in fi. qđ quilibet põt iuuare offenſum, non ſolùm in rebus, ſed ẽt in perſona. Idem tenet Bart. in d. l. prohibitum. C. de iur. fiſci. lib. 10. ubi tenet, quod amici & coniuncti pñt ſine alia conuocatione iuuare offenſum. Tñ põt offenſus de conſuetudine clamare, ſuccurit ad hoc, ut citius ueniãt audientes. Idem tenet Bar. in l. prætor. §. ſi quis aduentu. ff. ui. bo. rap. & Paris in trac. ſynd. in uerſ. reſiſtentia, col. 1. Idem. Bar. in l deuotum. C. de meta. lib. 11. ꝙ ſi aliquis uult me expellere de poſſeſſione mea, poſſunt amici, & conſanguinei mei licitè expellere, & etiã percutere expellentem pro defenſione mea, qđ dictum dicit eſſe ualde notandum. Et ꝙ poſſum conuocare amicos pro defenſione mea, & rerum mearum, tenet gl in l. 3. §. eum igitur. ff. de ui & ui arma. Verum iſta defenſio debet fieri incontinenti, ſecundum Bar in d. §. eum igitur. & probat tex. iuncta. gloſſ. in l. ſed & partus. §. 1. ff. qđ met. cã. Et iſtud incontinenti põt intelligi ẽt poſt biduum, infra qđ põt quis ſe præparare, & conuocare amicos, ſm glo. & Bart. in d §. eum igitur. ubi plus dicit Bart. in magnis dñis ſpoliatis de aliquo caſtro poſſe dici incontenti, ẽt ſi infra 6. mẽſes fieret defenſio, imo ẽt poſt 10. annos, qñ magnus apparatus requiretur, ita ut breuiori tpe nõ poſſet expediri. Ita ſingulariter dixit Bald. in l. ſi. C. de his, quia non dño cuius dictum ſequitur Iaſ. in l. lecta. col. 17. ff. ſi cer. pe. Hoc tñ ſingulariter limita procedere, qñ defenſio fit rõne rei ablutæ, uel contra offenſionem factam in rem. Secus, ſi fieret offenſio in perſonam, quia tunc licitum eſt defendere incontinenti. i. in ipſo flagranti crimine tantũ, non poſtea. Ita d. Bar. in d. §. eum igitur. in fi. quia poſtea cenſeretur fieri potius ad uindictam, quam ad defenſionem. Ita tenet Bal. in repe. l. 1. col. 6. in 6. q. C. unde ui. Et ꝙ quilibet poteſt iuuare offenſum, ẽt penitus extraneum, tenet glo. in c. non inferenda. 23. q. 3. & Abb. in c. ex lris, col 2. in gl. pen. de off. deleg. & Bal in d. feb. l. 1. in 8. q. cum. 7. præcedentibus. C. unde ui, & Cæp. in conſ. 2. col pen. ubi generaliter concludit, ꝙ ubicunque eſt licita defenſio alicui, poteſt etiam conuocare amicos, & coniunctos impunè. & no. And. de Iſer. in conſt. pacis cultum, ubi dicit notabile uerbum, quòd moderatio quæritur in defendendo, quando quis offenditur in rebus, ſecus ſi in perſona, & prędictis adde eundem And. in conſt. quicunque mulierem. Si ergo priuatus poteſt defendere iniuſtè oppreſſum, multò magis iudex ad cuius officium ſpectat defendere ſubditos, l illicitas. ff. de off. præſi. & Fel. in c. quantæ. de ſent. exc. ubi tenet, ꝙ ſuperior tenetur defendere ſubdi-

28 tum. † Vndecimo, adducitur text. in l. contra. C. de exec. & exact. lib. 12. ubi habetur, ꝙ ſi officialis facit executionem ultra debitum modum, poteſt ei de facto reſiſti, & ibi hoc dicit gl. in uer. prouinciali, & infert ibi Bar. per illum tex. contra baiulos, qui uadũt ad expignorandum aliquem, nam ſi accipiũt pignus ultra modum, põt eis de facto reſiſti. & idem tenet Paris in tract. ſynd. in d. uer. reſiſtentia, in fi. c. facientibus exactionem, &c. Idẽ d. Bar. ĩ l. auctores. C. de exact. trib. lib 10. & dicit Luc. de Pen. in d. l. deuotum. C. de met. lib. 11. quod toti populo licet reſiſtere, cum alicui ex eis irrogatur iniuria, puta ſi uadit aliquis ad hoſpitandum in domo alicuius, nam poteſt a quolibet expelli, etiam ſi per iudicem fuerit miſſus, & illud dictum refert Paris in d. uer. reſiſtentia in c. excedunt plerique, &c. Adde pdictis

Pet.



Pet. Ph. Cor. in conſi. 107. colu. 2. in 1. uo-

29 lu. Duodecim, quia † quando officialis facit aliquam executionem iniuſtã, & a iure prohibita, dr̃ inferre uiolẽtiã l. plerique, in fi. ff. de in ius uoc. Per. quem text. ita dicit Paris in d. uerſi. reſiſtẽtia. cap. excedunt, &c. Puta, ſi uellet citare aliquem realiter in domo ſua, quo caſu poteſt ſibi impune etiam cum armis reſiſti. Ita tenet Bal. & Lud. Ro. in d. l. plerique. quos ibi ſequitur Iaſ. in pe. col. in fi. unde eo modo eſt dicendum in caſu noſtro, ut talis delegatus iniuſte exequens dicatur uim inferre. Vnde meritò poſſit ſi-

30 bi reſiſti uiolenter. † Quod confirmatur ex his, quæ traduntur in c. conquerẽte, de reſt. ſpo. Vbi ſi iudex priuat aliquem poſſeſſione ſua iniuſtè, dr̃ cõmittere ſpoliũ, ſicut priuatus, & ita tenetur. Ad qđ facit tex ĩ l. fin. C. ſi ꝑ uim uel alio mõ. & Ol. in cõſ. 227. inc. de toto, &c. col. 1. Hinc uidemus, ꝙ licitum eſt unicuique nolle dimittere poſſeſſionẽ, ſine legitima cauſæ cognitione, & põt contradicere, non ob. qđ in literis Papæ ſit clauſula, contradictores, &c. ſm Lud. Ro. in conſ. 482 in prin. & Gem. in c. 1. in prin. col. 3. de conceſ. preb. li. 6. & Fel. in c. cãm quę col. 14. de

31 reſc. † Decimotertio, & ultimo ualidũ eſt argumentũ de contractibus ad iudicia. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & l. omnem. ff. de iud. & not. Franci. Aret. in l. eũ qui. in prin. ff. de acq. hær. ſed nos uidemus, ꝙ ille q promittit aliquem defendere, intelligitur iuſtè, uidelicet, quãdo iniuſtè offendit, ſecus, ſi iuſtè. Ita tenet Pet. de Anch. in conſi. 83. inc. omiſſo, &c. & Fel in c. cauſam, quæ. colu. 15 de reſcr. facit gl. in c. pro illorũ. & ibi Abb. in colu. 3. in fi. de præb. ubi hr̃, ꝙ delegatus licet poſſit compeſcere cõtradictores, & impedientes ſuam iuriſdictionem, etiam extraneos, per clauſulam, contradictores, &c. tamen hoc intelligitur. quando iniuſtè cõtradicunt, ſecus ſi iuſtè. Facit, ꝙ dr̃ in præcedenti

32 argumento. Ad idem adduco, quia † uaſallus eſt obligatus defendere dominũ ex iure fidelitatis alias feudo priuat. c. 1. §. item qui dominũ. & §. præterea, quæ ſit prima cauſa benef. amit. & c 1. de noua for. fid. & tamen hoc intelligitur in bello iuſto. ſ. quando iniuſtè offenditur dominus, alias ſecus. text. eſt & ibi And de Iſer. & cõter Doctor. in ca. 1. in princ. hic finitur lex. &c. Sic ergo in propoſito in iudicis, quia uerum eſt, quòd ordinarius tenetur defendere iuriſdict. delegati principis. ſ. quando iuſtè agit, ſecus, ſi iniuſtè, quia hoc cenſetur dediſſe princeps in mandatis, ſcilicet ut iuſtitiam faciat. leg. reſcripta C. de prę. Impe off. c. cum æterni. de re iud. lib. 6. unde quãdo uult exequi ſententiã nullam, non poteſt dici iudex in illo actu, & meritò poteſt ſibi reſiſti, ut priuato. Ita dicit Abb. in c. paſtoralis. §. quia uero. co. 3. uerſ & in fi. gl. &c. de of. deleg. & Bart. in extrau. qui ſint rebelles, in gl. in uer. rebel-

33 lando. in prin. Pro ſolutione huius † notabiliſſimæ q. cumulãdo uerã, & cõem concluſionem, prout eam reperio in uarijs locis diſperſam, facio duo membra principalia, uidelicet, aut iudex iſtæ delegatus procedit ad aliquam executionem extraiudicialiter, non facto proceſſu, & ſine cognitione, aut iudicialiter, & in forma iud. Primo caſu aut delegatus habet hoc expreſsè in commiſſis a Principe, ut ita extraiudicialiter ꝙ executiuè procedat, & tũc debet ſibi obtemperari, quia in principe ſemper pręſumitur iuſta cã. ut no. Fel. in c. quę in eccleſiarum, col. 14. uer. 5. concl. de conſt Et ita procedat qđ dictum eſt ſupra in j. parte, in 5. argumẽto. Fallit quando ſubeſſet aliqua legitima cã ex qua apparet mandatũ Principis eſſe iniquũ, & præſumeretur ignorantia Principis, quia tũc ſuperſederi debet, & reſcribi Principi. & expectari ſecunda iuſſio principis. Ita loquitur tex. in c. ſi quãdo. cũ ibi no. per Fel. de reſcr & in §. deinde competens, in auct. de mand. princ. Et ita procedãt ea, quę dixi in 2. parte, in 3. 4. & 5. argumento. Si tamen ipſe delegatus uellet exequi & non ſuperſedere, nec reſcribere Principi, an poſſit ſibi uiolenter reſiſti? Dic ꝙ non, ex quo exequitur negociũ ſibi expreſsè commiſſum per Principem, ut dicit tex in d. extrauag. qui ſint rebelles, & ibi Bar. in gl. in uerſi. rebellando in princ. Fateor tamen, quòd poſſet appellari, ad hoc, ut expectetur ſecunda iuſſio vigore diſpõnis iuris per d. c. ſi quãdo. & d. §. deinde competens, & poſt appellationẽ ſi uellet exequi, tunc poſſet reſiſti, quia per appellationem negociũ eſt deuolutum ad ſuperiorem, & ipſe remanet priuatus. ita notanter tenet Inn. in d. c. ſi quando & ibi etiam Abb. & Fel. & Old. in d. conſi. 80.

34 Aut † delegatus non habet in commiſſionem a Principe expreſsè, ut extraiudicialiter

cialiter

cialiter procedat, & exequatur, ſed eſt delegatus ad iuſtitiam, & tunc ſi procedit extra iudicialiter, excedit ordinem ſibi comiſſum, & poteſt ſibi impunè reſiſti, etiam uiolenter, & indiſtinctè, & in hoc concordant omnes Doc. & nullus diſcrepat, ſiue grauamen ſit reparabile, ſiue irreparrabile, ex quo tūc procedit, ut priuatus. Ita tenet Abb. in c. conquerente. col. 2. uer. no. bene hanc gl. & c. 1. de reſti ſpol. & ita intelligitur tex in l. prohibitum. C. de iu. fiſ. lib. 10. & quod no. Inn. & Abb. in d. c. ſi quando, ꝙ Flor. in l. quēadmodum. §. magiſtratu. ff. ad l. Aqui & Bar. in d. uer. rebellando. & Abb. in c. dilectus. el 1. 4. no. de reſc. in quib. locis non diſtinguitur, an executio ſit reparabilis uel nō. & merito. quia procedendo extra iudicialiter, procedit ut priuatus, & poteſt ſibi reſiſti, ſicut cuilibet priuato, ut no. glo. in l. non uidetur. §. ꝗ iuſſu. ff. de reg. iur. Hoc etiam colligitur ex dictis Bari. in tract. ſyn. in uer. reſiſtentia, in prin. & ita procedat id, quod dixi ſupra in 2. par. in 2. argumento, & in omnibus alijs ſequen-
35 tibus. Quod † autem dixi in iudice procedente extra iudicialiater, idem dicas, ſi procedit iudicialiter in negocio ſibi non commiſſo, quia reſpectu illius negocij non habet iuriſdictionem, & poteſt ſibi impune reſiſti. ita d. Abb. in d. cap. ſi quando in 2. not. referendo ibi Inn. & ita procedit text. in d. l. contra. C. de exec. & exac. li. 12. & no. Par. in d. gl. in uer. rebellando. in prin. Secundo caſu principali. ſ. quando procedit iudicialiter, & in forma iudici, & uult exequi iniuſtè, & tunc aut executio eſt irreparabilis, ut quia uult aliquem torquere, uel multilare, uel occidere iniuſtè, & tunc poteſt ſibi indiſtinctè reſiſti, & ita comuniter tenent omnes, & in hoc nullus diſcrepat, maxime Fel. in d. cap. ſi quādo, col. pen. in 3. fall. & ibi etiam Abb. ubi ſentit, quòd tunc non eſt opus appellatione, licet Bal. teneat contrarium in l. ut uim. in 8. q. ff. de iuſt. & iur. ubi dicit, quòd debet prius appellari, & poſtea reſiſti opi. Bald. eſt potius ad cautelam, quia comuniter omnes Doct. non requirunt appellationem de neceſſitate in iſto caſu, & ita intelligitur. l. omnes, C. de dec. lib. 10. & quod not. Iaſ in d. l.
36 ut uim col. 6. in prin. Aut executio † eſt reparabilis, quia poteſt per appellationem reuocari, ut quia ſumus in cauſa ciuili uel alia executione pecuniaria, & reuocabili, & tunc aut ſententia eſt lata contra legem, & eſt euidenter iniuſta, uel eſt aliter ipſo iure nulla. nā qñ ſententia eſt notoriè iniuſta, & contra legem dr̄ continere nullitatem, ut hr̄ per Abb. & Fel in c. inter ceteras, de re iud. & in iſto caſu pōt ſimiliter indiſtinctè reſiſti officiali volenti exequi, quia cenſetur de facto procedere, non de iure, ex quo ſentētia nulla, non meretur de iure executionem. Ita tenet Dyn in d. cap. quod quis. de reg. iu. lib. 6. quem ſequitur Bar. in d. l. ut uim. col 1. vbi dicit, ꝙ nihil addit, ad ea, quę dicit Dyn. ibi. & ita intelligit gl. in c. ex literis, de off. dele. ſm̄ Ab. in d. c. ſi qñ. co. tit ubi tenet hanc partē. & Abb. in c. paſtoralis. §. quia uero. col. 3. de off. deleg. & Alexan. & Doc. in d. l. ſed eximendi. §. itē ſi quis. ff. ne quis eū, & ita procedant omnia argumenta producta pro ſecunda parte. Aut ſnīa eſt iniuſta contra ius litigatoris, ex qua iniuſtitia nō poteſt oriri nullitas, quia ualet, ſed eſt iniuſta, & tunc ſi trāſiuit in rem iudicatam, uel non fuit ab ea appellatum, debet mandari executioni, & non poteſt aliquo modo reſiſti & imputatur ei, qui non appellauit, & ita loquitur tex. in d. c. paſtoralis. §. quia uero. ſecundū Abb. in prin.
37 † & ita procedant omnia iura, quę dicunt eſſe obediendum pręcepto ſuperioris, ſiue iuſto ſiue iniuſto. ſ. dummodo non ſit ipſo iure nullum, uel nō contineat notoriam iniuſtitiā, Ita ēt procedant ea, quę ſupra allegaui, pro prima parte. in 3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. arg. idem tenet Abb. in d. c. ſi quando, de offi. deleg. Fateor tamen, quòd ſi ſententia nondum tranſiuiſſet in rem iudicatam, & delegatus committeret ordinario ſententiam exequendam, poſſet ordinarius ſciens eam iniuſtam, & inſtare delegato præcibus, ut eā non exequatur, ſed principi reſcribat. & ita procedat tex. in d. c. ſi quando, ex quo ibi is, qui intereſſe prætendebat, aliter non reſiſtebat, tunc ordinarius non poteſt aliud facere, niſi inſtare præcib. non autem uiolenter. Et hoc colligitur ex dictis Inno. in d. cap. ſi quando ſecundum Abb. ibi in 2. colu. in fin. Et ita procedat quod dixi ſupra, in 1. parte, in 13. arg. Idem eſt, quando eſt dubium, utrum ſententia ſit iuſta, uel iniuſta, quia eſt obediendum, & non poteſt reſiſti auctoritatè iudicis, qui habet præſumptionem pro ſe. ita dicit Dyn. in d. capitu. quod quis, & ita debet intelligi, quod dixi ſupra in pri-





ma parte, in 1. argum. Si uero a tali ſentētia
38 fuit † appellatum, & tunc pendente appellatione non poteſt iudex a quo exequi, & ſi exequeretur, poſſet impune ſibi reſiſti. l. qñ iudices. C. de appe. & no. Inn. Abb. Fel. in d. c. ſi qñ. de offi. delega. & Rō eſt, quia poſt appellationem iudex a quo efficitur incompetens ex quo negotium deuoluitur ad ſuperiorem, & ſibi tanquam incompetenti impunè non paretur. l. ſi ff. de iur. om. iud. capitu. 2. de conſt. lib. 6. ita tenet Bal. in l ad dictos. C. de epi. aud. & Oldr. in d. conſi. 20.
39 Item in omnibus caſibus in quibus tenui, poſſe reſiſti iudici. poteſt procedere tam in delegato, quā in ordinario iniuſtè exequente, & in omnibus illis caſibus, in quibus poteſt quis de facto reſiſtere, poteſt etiam conuocare amicos & coniunctos, & ēt conducere ſtipendiarios pro defenſione ſui & rerum ſuarum. ut no. Bald. in l. ſi aquam, col. 13. in prin. in ver. no. ꝙ triplex eſt bellū, &c. C. de ſer. & aqua. per ea quæ no. in d l. 3. § cū igitur. ff. de ui, & ui ar. quia hæc cenſet̄ quædam defenſio, quæ in omnibus eſt permiſſa, ēt contra officiales. ut tenet Petr. Philip. Cor. in conſ. 107. col. 3. in 1. uol. Et ita procedunt ea, quæ dixi ſupra, in 10. argumento ſecundæ partis. Si ergo poſſunt conuocari priuati ad defenſionem, quia de iure ciuili nō tenentur alium extraneum defendere, licet poſſint, ſi uolunt, ut no. Fel. in ca. quantæ. de exe. quanto magis poteſt cōuocari officialis, & ſic ordinarius loci, qui tenetur defendere ſubditos, per d. l. illicitas, in princi. & § ne potentiores. ff. de off. præſi. & Fel. in d. c. quantæ. & dixi in 2. parte, in 2. argu. Supereſt † modo reſpondere ad argumenta contraria adducta pro prima parte.
40 Et primo nō obſtat, ꝙ delegatus principis ſit maior ordinario, quia intelligitur maior ſolùm reſpectu negocij ſibi commiſſi. Ita dicunt omnes Doct. qui ad hoc allegantur in primo argumento. Sed per principem cenſetur commiſſum, ut iuſtitiam faciat, c. cum æterni de re iud. lib. 6. unde omnes illi caſus, in quibus concluſi poſſe ſibi reſiſti, ſunt extra ſuam commiſſionem, ſi ſic non dicitur maior in illis, quia remanet, ut qui-
41 libet priuatus. † Non obſt. l. aduerſus. C. ſi adu. rem iud quam allegaui in primo argumento, quia ibi loquitur de reſt. in integ. q̄ præſupponit ſententiam ualere, ex quo dat reſcindendam ſententiam, quia ſi eſſet nulla non eſſet opus reſt. in integ. ut toto ti. C. in quib. cau. in inteſt. reſtit. non eſt neceſſe. Vnde qñ ualet ſententia, uerùm eſt, ꝙ ordinarius non poteſt ſe impedire contra eam, ut ſupra concluſi, & eſt neceſſe, quod adeatur princeps. Sed in caſibus in quibus concluſi poſſe reſiſti delegato Principis, ſi reſiſtunt aliqui, ideo eſt, quia ſententia non ualet, uel cōtinet manifeſtam iniuſtitiam, uel uult exequi in caſu ſibi non commiſſo, ut ſupra. Facit quòd no. Car. in cle. 2. §. notarij. de hær. ubi prælatus poteſt amouere inquiſitorem datum à Papa, unde non cenſetur inferior ponere legem ſuperiori, ſed exequi-
42 tur legis auctoritatem non obſtat, † ꝙ dicitur in 2. argumento, quia fatet, ꝙ per delegationem cenſetur ablata iuriſdictio ordinario, ut non poſſit procedere in illa cauſa alteri commiſſa, non tñ cenſetur abdicata poteſtas ordinario, ut non poſſit defendere ſubditum a uiolētia ſibi inferenda a priuato, per d. l. illicita. ff de offi. præſi. & p Fel. in d. c. quantæ, de ſent. exc. Nam in caſibus in quibus concluſi poſſe reſiſti delegato, remanet delegatus, ut priuatus, non ut iudex, merito ſibi, ut priuato reſiſtitur per modum cuiuſdam defenſionis, quia contra ius exequitur delegatus, quòd nō cenſetur eſſe ſibi mandatum per principem, ſed potius contrarium per d. c. cum æterni. ſicut in ſimili
43 uidemus: nam † qñ aliquis laicus iniuſtè opprimatur ab aliqua perſona eccleſiaſtica, poteſt implorare auxilium iudicis ſecularis, ut per modum cuiuſdam defenſionis ſibi aſſiſtat, citando per edictum dictam perſonā eccleſiaſticam, ſi ſua putauerit intereſſe, & ſic poterit reſtituere laicum contra perſonam eccleſiaſticam in poſſeſſionem, qua fuerat ſpoliatus, non obſtante, q̄d illa perſona eccleſiaſtica nō ſit ſibi ſubiecta. & de hoc eſt prouiſum in regno, p capitulum regni, quod incipit, Omnis prædatio. & aliud, q̄d incipit. Ad regale faſtigium. & aliud, q̄d incipit finis præcepti charitas. & hr̄ plene per
44 Matt. in dec. 2. & 21. conſ. Neap. Non † obſtat, ꝙ dr̄ in 7. argumento, q̄d auctoritas iudicis facit licitum, &c. quia illud procedit, qñ imponitur, ſm̄ ius, & iuris ordine ſeruato, alias nihil operatur auctoritas iudicis, ſecundum Abb. in c. conſultationibus; col. 2. de iure patron. Non obſtat, ꝙ eſt prodi-

rum generale remedium appellationis, ut dicitur in 12. argumento, quia illud remedium eſt inductum ad reparandum grauamen illatum per iudicem, ut iudicem, ſecus ſi iudex procedit, ut priuatus extra officiũ ſibi commiſſum, uel exequendo ſententiã nullam, uel notoriè iniuſtum, uel poſt appellationem, quia tunc per modum defenſionis ſibi reſiſtitur, ſicut cuilibet priuato. Ad alia argumenta adducta pro prima parte ſatis poteſt colligi reſpõſio ex his, quæ dixi ſupra in ſolutione. Et ex his impoſitus eſt finis huic notabiliſſimæ, & quotidianæ quæſtioni, quam credo non fuiſſe hactenus per quempiã ita plenè examinatam, Laus Deo. Datum Venuſij. die 22. Iulij. M. D. XIX. In die B. Mariæ Magdalenę. Diſputata tamen fuit p me Rob. Mar. poſtea in ciuitate Salerni ĩ publico ſtudio Salernitano die 19. Oct. Anni M. D. XIX. Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.

ADDITIO.

a Plerunque. Hæc quæſtio latè examinatur per Didac. Couar. in lib. 1. uariar. reſolut. c. 1. nu. 4. & 10.

Ludouicus Alferius.

## DISPVTATIO SECVNDA.

### Vtrum in regno Siciliæ præſumatur quælibet ciuitas uiuere iure Longobardo, uel iure Romano, & an ius Longobardum præferatur iuri Romano in regno.

1 *Ius Longobardũ an præferatur iuri Romano in regno, uel econtra, nu. 19.*

2 *Ius Francorum dicitur ius ſpeciale, & oneroſum, & qui allegat ipsũ, debet probare, quia eſt contra ius commune, nu. 45.*

3 *Ius Longobardum non eſt lex neque ratio, & ideo receſſit ab aula.*

4 *Ius Longobardum nõ ſeruatur niſi in loco ubi eſſet eius conſuetudo, nu. 69.*

5 *Ius Longobardum eſt ius aſininum, num. 34.*

7 *Ius Longobardum eſt lex inualida.*

8 *Ius Longobardum dicitur lex vulgaris.*

10 *Lex regni transfertur cum ipſa translatione regni nu. 15.*

11 *Lex quamuis dura, & iniuſta ſeruanda eſt.*

12 *Conſuetudo contra conſtitutiones regni eſt reprobata.*

13 *Scire, & ſcire debere ſunt patria.*

14 *Andreas de Iſernia dicitur legum Euangeliſta, & eſt maioris auctoritatis quam Lucas de Penna.*

15 *Notarius unius comitatus poteſt facere inſtrumentum in alio uolente domino illius.*

16 *Intellectus uerus ad conſtitutionem, puritatẽ reprobata opinione Matthæi, numero. 17. 19. 20. 21.*

17 *Dictio, uidelicet, quid importet.*

18 *Iuris communis appellatione in regno, uenit etiam ius municipale.*

20 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem obſeruantiæ, item dat regulam, & ordinem intellectus.*

*Et ſi reperiantur duo inſtrumenta in eadem carta, præſumitur prius illud quod procedit.*

21 *Ordo ſcripturæ an inſpicitur, quando mens diſponentis eſt certa.*

22 *Clauſula inſerta in medio unius capituli, ad illum tantum refertur.*

23 *Conſuetudo habet uim legis, & dicitur lex municipij.*

24 *Clauſula refertur ad unum tantum capitulum, quando poteſt aſſignari ratio, quare nõ referatur ad alia.*

25 *Ordo poſitus gratia exempli non eſt ſeruãdus.*

26 *Ordo ſcripturæ inſpicitur, ubi habemus ordinem intellectus.*

27 *Ordo ſcripturæ non attenditur, quando perturbat ordinem neceſſitatis.*

28 *Iuris appellatione ſimpliciter uenit ius Romanum per antonomaſiam nu. 30.*

29 *Correctio legum eſt euitanda.*

*Dignior cenſetur ille, qui prænominatus eſt in diſputationibus.*

31 *Dignus præfertur minus digno.*

*Ius Romanum eſt dignius iure Longobardo.*

*Dignitas maior eſt illa quæ acquiratur a principe, quam quæ ab inferiore.*

33 *Leges Imperatorũ dicuntur procedere à Deo, quia imperator dicitur diuina prouidentia conſtitutus, & eſt ſicut Deus in cœlo.*

34 *Leges Iuriſconſultorum fuerunt facta cum tanta iuſtitia, ut in eis iniuſtitia inueniri non poſſit.*

*Iuris Longobardi obſeruantia non eſt neceſſitatiua præcisè, nu. 35.*

35 *Dictio prout. eſt relatiua, & limitatiua.*

36 *Mundualdus datur mulieribus, tantũ uiuentibus iure Longobardo, num. 37.*

*Argumentum a contrario ſenſu habet locum in ſtatuto.*

37 *Teſtamentum mulieris an ualeat ſine mundualdo, num. 38.*

*Conſuetudo cuius initij non extat memoria, habet uim priuilegij, & legis.*

*Conſuetudo generalis eſt in regno quod iure Romano uiuatur.*

38 *Ius Longobardum excludit cognatus a ſuccedendo & admittit filios naturales.*

39 *Probatio quod uiuatur iure Francorum ſumitur ex eo, quod aliàs ita uixerunt illi de domo.*

*Conſuetudo notoria eſt illa, quæ probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum, & ſufficit eam allegari.*

40 *Conſuetudo nulla eſt fortior, quam illa quæ eſt conformis cum iure communi.*

*Conſuetudo dubia recipit interpretationem a iure communi generali, non à locali.*

41 *Ius Longobardum probari debet per eum, qui ipſum allegat.*

42 *Inter uiuentes iure Romano, cauſa deciditur ſecundum ius Romanum inter uiuentes iure Longobardo, ſecundum ius Longobardum.*

43 *Ius Longobardum non fuit confirmatum per Imperatores in regno, ſed potius reprobatum.*

44 *Auctoritates Doctorum ſunt probabiles, ſed non neceſſariæ.*

45 *Ius Longobardum potiùs præſumitur quam ius Francorum.*



a Ambigua, *a* & diutiſſima inter regnicolas uentilata eſt quæſtio. An ius Longobardum pręferatur iuri Roma. in hoc regno Siciliæ, & ſecundum quod ius debet prius iudex iudicare. Et quoniam iſta q. fuit mihi uiſa non ſolum utilis, uerũ etiam neceſſaria, in hoc regno maxime, & iſtam hactenus bene diſcuſſam nõ reperio, ita ut claram concluſionem habeamus, propterea cogitaui eam pro uiribus examinare, & ad ueram concluſionem, prout mihi iuris eſſe uidebitur, redigere, ut in futurum faciliorem uiam alijs conſiderãdi aperiam.

1 Et primo † pro parte affirmatiua, quòd ius Longobardum præferatur iuri Roma. in regno Siciliæ, adducitur conſt. regni, quæ incipit puritatem, qua cauetur, quòd iudices iurent ſententiando prius ſecundum conſtitutiones regni, deinde ſecundum conſuetudines approbatas, & deinde ſecundum iura communia Longobarda uidelicet & Romana. Et ſic in ordine præmittit ius Longobardum, & poſtea Rom. unde ille ordo uerborum datus per illam conſtit. deſignat ordinem executionis per ea quæ habentur plene per Abb. & Fel. in cap. cum d lect. de reſcr. ex conſequenti iudex debet in iudicando pręferre ius Longobardum iuri Rom. in tantum, & dicit Andr. de Iſer. in d. conſt. puritatem, quòd illi, qui non utuntur eo iure propter conſuetudinem, non excuſantur, quia eſſet conſuetudo contra coſti. regni, quæ conſuetudo reprobatur, ut in pe. conſt. §. fin. Secundo adduco auctor. And. de Iſern. præl ud. feu. in 3. q. princi. ubi expreſsè tenet, quòd in regno Siciliæ ſeruatur ius Longobardum, quia conſtitutio regni hoc præcipit, & ibid. circa fi. illius q. dicit, quòd illi, qui non ſeruant dictum ius, non excuſantur conſuetudine, per rationem prædictam. Tertio, adducitur auctoritas glo. in conſti. uniuerſis, in glo. in uer. aut in defectu, &c. ꝙ in iudicando ſimiliter præponit ius Longobardum iuri Romano, & magna eſt auctoritas glo. Quarto, adduco auctoritatem And. de Iſer. in conſt. præſenti la 3. & in cõſti. ſi quando contigerit. ubi ſimiliter dicit, ꝙ ius Longobardum præfertur Romano, cuius And. magna eſt auctoritas in hoc regno, quia appellatur legum euangeliſta.

2 † Quinto adduco eundem Andr. in capit. Imp. §. præterea ducatus, col. 2. in fin. de prohi. feu. alie per Fed. ubi expreſsè dicit, ꝙ in regno uiuitur iure Longobardo, & ille qui allegat ius Francorum, debet illud probare cum ſit ius ſpeciale in regno. Sexto, adduco eundem, And. in c. 1. in uerſ. bona uacantia, quæ ſit reg. ubi plures dicit, ꝙ in regno ſeruatur ius Longobardum. Septimo adducitur auctoritas Mat. de Affl. dec. Nea. in dec. 248. conſi. Neap. in 2. col. ubi dicit, ꝙ in regno præſumitur, ꝙ uiuatur iure Longobardo, unde qui dicit contrarium, probare debet. Octauo adducitur auctoritas Alexan. in l. pro hær. §. fi. ff. de acq. hær. ubi Alex. refert And. de Iſer. in præl ud. feudorum, & concludit de mente And. ꝙ ſaltem Longobardæ leges, quæ fuerunt conditæ ab Imperatoribus ſeruari debent, cum ſint generales.

Nono extat auctoritas eiuſdem And.in cõ-
ſti. ut uniuerſis. circa fin. ubi dat ordinem
quomodo procedatur in regno ſcilicet, ut
primo iudicetur ſecundum conſtitutiones
deinde ſecũdum conſuetudinem,& demum
ſecundum ius Longobardum, & poſtea ſe-
cundum ius Romanum.
Decimo idem And. in conſt. ſpeciale,dicit,
ꝙ prius ſeruatur ius Longobardum, & po-
3 ſtea ius Rom. Pro† parte uero contraria ne-
gatiua, ꝙ iſtud ius Longobardum, non ſit
in uſu adduco primo auctoritatem Odof.
& Bald.in auth.dos data. C.de do.ante nup.
ubi dñr,ꝙ lex Longobarda, non eſt lex ne-
que rõ,& ideo receſſit ab aula. Secundo,ad-
4 ducitur. † Item Bal.in l.ſi inuita, in fi.C.de
nup. ubi dicit, ꝙ de iuſto iure Longobardo
nõ eſt curandum, niſi in loco ubi eſſet eius
obſeruantia, ſm conſuetudinem loci,ſed in
hoc regno eſt potius contraria conſuetudo,
quia nõ ſeruatur ut infra dicam,ergo de eo
5 non eſt curãdum. Tertio, adducitur† deciſ.
And.de Iſer.in c.1.§. fi.in fi.de no. Feu.ubi
dicit, qđ ius Longobardum eſt ius aſininũ,
& caret rõne,& ideo non ſeruatur ubilibet.
6 Quarto dicit idẽ† And.in c.1.col.2.de feu.
cog. ꝙ iudex ceſſantibus conſuetudinibus
debet uti l. Rom. uel Longobarda, ubi illo
iure uiuitur. Vnde præponit ius Romanum
iuri Longobardo, & dicit,qđ ibi ſeruari de
bet ius Longobardum, ubi illo iure uiui-
tur, unde innuit, ꝙ eſt ius ſpeciale ſicut di-
cimus de iure Frãcorum. Ergo probari de-
bet, ꝙ eo iure uiuitur, per ea quæ not And.
de Iſer.in d.c.imperialem.§.præterea duca-
tus,dum loquitur de iure Francorum. Quin-
7 to adducitur † auctoritas Archid. in c. qui-
cunque,11.q.1.ubi dicit,qđ lex Longobar-
da, eſt lex inualida,& non põt confirmare
aliam legem inualidam. Sexto adducitur
auctoritas Aluar.in prælud.feud.in uer.col-
lat.in 4.q ubi cõfirmat dictum Bal.in auth.
dos data,& in d.l.ſi inuita. Septimo,dicit
8 † Archid.in ca.cum deuotiſſima. 12.q.2.ꝙ
iſta lex Lõgobarda appellator lex uulgaris,
prout ẽt text. ibi appellatur, ex eo, quia ab
hominibus uulgaribus, & rudib. fuit cõpo-
ſita,uñ tñ minus debet ſeruari. Octauo,ad-
9 ducitur† auctor.Lucæ de Pen.in l.1.C.de ꝓ
curator. & conduct.libr.11.ubi dicit, quod
ius Longobardum non debet præferri iuri
Roman, niſi ubi ſeruatur de conſuetudine.

10 Nono adducitur† dictũ Bal.in c.translato.
de cõſt.ubi dicit, ꝙ translato regno,ſiue im
perio,transfertur ẽt lex regni,unde licet il-
lud ius Longobardum potuiſſet ſeruari tem
pore, quo erant illi reges Apuliæ,tñ quia re
gnum fuit poſtea ab eis translatum, debet
cenſeri translatã eſſe lex eorũ,& ſic d.l Lõ-
gobarda nõ debet ſeruari, ſicut dicimus de
l.Moſaica, quæ fuit translata in l.Euangeli
cam, una cũ trãslatione ſacerdotij in Chri-
ſtum. Decimo,& ultimo,adducitur auctori
tas Matt.de Affl.doc. Neapolitani,ĩ d.cõſt.
Puritatem.in 4. colũ. ubi firmat opin. Luc.
de Pen.ſcilicet, quod ius Longobardum nõ
præferatur iuri Romano,ibi dicit,quod iſta
opi.ſemper ſibi placuit. & dat unam expoſi-
tionem ad d.conſt. Puritatem,quæ in rei ue
ritate,ſalua rõne recti ſermonis non põt ꝓ
cedere, ut infra dicam. Habemus ergo huc
uſque decem auctoritates pro una parte, &
decem pro alia, unde quæſtio redditur ual-
de dubia. Si quis tñ uellet tenere primã par
tem, quæ uř fulcita auctoritate authentica
ſ.per tex in d.conſt.Puritatem, poſſet rñde
re ad oẽs decem auctoritates contrarias. Et
primo ad dictũ Bal. & Odof.in d.auth.dos
data,poſſet dixi, quòd Bald. & Odofr.non
fuerunt regnicolæ, unde uerisimiliter non
potuerunt habere conſtitutionum regni, q̃
non ſeruantur in regionibus eorum. Dicta
ergo eorum procedunt de iure communi,
quod poſtquam ſuperuenit ius commune
Romanorum, illud ius Longobardum re-
ceſſit ab aula, ſed quia ius municipale hu-
ius regni, prout eſt d. conſt. Puritatem, iu-
bet illud ſeruari, tenemur nos regnicolæ
obedire illi conſtitutioni. Et eodem modo
poteſt reſponderi ad dictum Bal. in d.l.ſi in
uita.C. de nupt. Vel poteſt dici, ꝙ illud di-
ctum Bal.facit pro prima parte,quia dicit,
ꝙ de eo non eſt curandum, niſi in loco,ubi
tali lege Longobarda utũtur, ſed in hoc re
gno neceſſitamur ad utendum tali lege, per
d. conſt. ergo eſt de tali iure curandum. Ad
11 dictũ† And.de Iſer.in d.ca.1 de notis feud.
poteſt reſponderi, ꝙ And.eſt ſibi cõtrarius,
quia in pluribus locis tenet, quod ſeruatur
tale ius in regno, ut ſupra retuli in prima
parte. unde dici poteſt, quod melius fuit
tunc locutus ex quo habet pro ſe text. d.
conſt. Nec obſtat, ꝙ illud ius ſit aſininum,
& ſine ratione, quia in lege hoc non con-





ſideratur, nam licet lex aliqua ſit dura uel
iniuſta, tamen ſeruanda eſt, quia ita uult le
giſlator,ut dixit tex.in l.proſpexit.ff.qui, &
12 à quib. Similiter ad dictum † And. in c. 1.
de feu.cog. poteſt reſponderi, ꝙ non debet
inſpici ordo ſcripturæ ipſius And. cum ha-
bemus ordinem legis,& ſi Andr.dicit, ꝙ de
bet ſeruari, ubi eo iure uiuitur, debet, con-
cordari cum alijs ſuis dictis. Et facias con-
ſequentiam cum minore. In hoc regno ui-
uitur eo iure, ergo in regno ſeruari debet,
& ſi negares minorem, ꝙ nõ uiuatur eo iu-
re in regno,hoc eſſet ex contraria conſuetu
dine, quæ eſt reprobata contra conſtitutio-
nem per tex. in proœ. conſt.§. fi.unde ſi ita
non uiuitur,ſufficit,ꝙ ita uiuere debent ho
13 mines,& ita neceſſitantur per d.conſt.† Ad
quod facit illud,quod dicimus ſcire, & ſci-
re debere,ſunt paria.l.quod te. in fi.ff.ſi cer-
tũ petat,&c.uaſſallus.ſi feudũ, & ibi Aluar.
1.no.ſi de inue.feud.fue.contr. & gloſſ. in l.
pen. C.de pet.tut. Ad dictum Archid. in d.c.
qui cunque. & in d.cap.cum deuotiſſimam,
&ad dictum Aluar.in prelud feud.reſponde
ri poteſt eodem modo, quod loquuntur de
iure communi, ſicut dixi de dicto Bald. ad
14 dictum Lucæ de † Penna,poteſt reſponde-
ri eodem modo,prout dixi ad dictum And.
ſupra. Dicit.n. ꝙ ubi ſeruatur de conſuetu-
dine,præfertur iuri Romano, ſed in hoc re
gno ſeruatur,uel ſeruari debet per d. conſt.
Puritatẽ,ergo præfertur. Præterea in regno
ad maioris auctoritatis And.de Iſer qui ap-
pellatur legum euangeliſta, quàm Luc. de
Pen. unde debet præferri dictum And. qui
contrarium tenet, maxime in prælud.feud.
15 in 3. q. Ad dictum † Bald.in cap.tranſlato.
reſponderi poteſt, fatendo dictum ſuum, ꝙ
cum tranſlatione regni transferatur, & lex,
niſi nouus regnator legem ueterem confir-
met, quia tunc ſeruatur lex uetus ex noua
confirmatione, quia ita uult nouus domi-
nus. Ita propriè dicit And. in prælud. feu.
in 3.queſtio & ibi ſubdit exemplum de no-
tario unius commitatus, qui poteſt facere
contractum in alio commitatu uolente do-
mino illius comitatus. Sed nouus dominus
in regno tranſlato.qui fecit dictam conſtit.
uoluit confirmare ius Longobardum, ergo
16 ſeruari debet. Ad † dictum Matth. in
d. conſtitu. Puritatem, poteſt reſponderi,
prout reſponſum fuit ad autoritatem Luc.
de Pen. ex quo ipſe imitatur & confirmat
opi. Lucæ. Et dum ipſe Matthæus dat nouã
expoſitionem ad dictam conſtituit. facien-
do unam extraneam conſtructionem, dico,
quod talis ſua conſtructio uitiat penitus li-
teram illius conſtitutionis, & non poſſet ſal
uari ſalua ratione recti ſermonis. Nam uer-
ba conſt.ſunt hæc formalia,uidelicet. Ac de
mum ſecundum iura communia Longobar-
da, uidelicet & Romana, &c. Et ſic primo
ponit dictum in genere, ſc licet ſecundum
iura communia, deinde illud genus exem-
plificat per dictionem, uidelicet. Et in illa
exemplificatione ponit æqualiter ius Longo
bardum,& Romanum, deſignans, ꝙ ambo
ſunt iura communia, & præponit in ordine
ius Longobardum. Illa ergo determinatio
ſcilicet iura communia, &c. relata ad iſta
duo determinabilia,ſcilicet, ad ius Longo-
bardum,& Romanum,debet ea pariformi-
ter determinare, ſcilicet quod ambo dican-
tur iura communia,l.nam hoc iure,& l. Lu-
cius.ff.de vulga. & pup. † Et hoc perpen-
17 ditur ex illa dictione, uidelicet, quæ eſt di-
ctio declaratiua, & reſtrictiua præceden-
tium,ſecundum Bar.in l.1.ff. ad l.Aquil. &
Fran.de Are.in l. ſi fundum. ff.mand. & no.
in c.ſtatutum.& ibi Gem.el 2.de hære.lib.6.
& eſt tex.in c.tranſmiſſa. de eo, qui cogno-
uit conſanguineam uxor. ſuæ, & in l. cum
quidam. §. 1. ff. de vſur, & Iaſ.in l.idem in
duobus. §. perſonale, in 1. not. ff. de pac.&
in l.iuſiurandum, quod ex conuentione, §.
procurator. col 4. ff. de iureiur. Vnde con-
cluſiuè per illam dictionem, uidelicet, illa
iura communia declarantur, & reſtringun-
tur æqualiter ad iura Longobarda & Roma
na cum ordine ſuo,qui colligitur ex ipſa ſcri
ptura per quam declarationem, quæ eſt ue-
riſſima, prout uerba, & mens legiſlatoris
ſonant, apparet non procedere illam expo-
ſitionem,quam facit præfatus Moder. Nea-
politanus,dum dicit debere illa uerba conſt.
ita conſtitui,uidelicet. Ac demum ſecundũ
iura communia,Romana, & Longobarda,
& ſic vult peruertere ordinem conſtitutio
num. Aſſignat ipſe rõnem: quia ius Longo-
bardum non eſt commune, ſed eſt ſpeciale
in hoc regno, & ideo illud adiectiuum com
munia, non poteſt referri ad ius Longobar-
dum, quòd non eſt ius commune, unde
de neceſſitate refertur ad ius Romanum

& ſic reperitur prius in ordine literæ ius Ro
manum, ẜm eum. Mihi videtur quod talis in
ſtructio non procedit, quia non poteſt ſalua
ratione recti ſermonis procedere, ut ſupra
dixi, nam peruertit ordinem illius conſt. cō-
tra mentem Imperatoris. Ad rationem dñi
Matthæi reſpondeo, quod imò illud adie-
ctiuum, cōia, poteſt referri ad ius Longobar
dum, nā dato, quòd ſit ius in ſpeciale in hoc
regno, quia tamen ſeruatur, facit ius cōe ī re
gno, & cum d. conſt. intendat ponere legem
in hoc regno tantum, quia extra regnum nō
extendit uires ſuas, uoluit loqui de iuribus
18 ſeruandis in regno, † in quo omne ius muni-
cipale, ſeu ſpeciale totius regni, dr̄ ius cōmu
ne, ex quo derogat iuri cōi. Ita dicit Alex. in
l. poſt dotem. col. 11. ff. ſolut. matr. & Alex. in
addi. ad Bal. in l. conſt. in fi. ubi etiam Bald.
ſentit. C. de bo. quæ lib. & Bald. in l. illa inſt.
in fi. ff. de hær. inſt. & Lud. Rom. in rub. ff. de
arb. ubi dicunt, quòd ſi eſt compromiſſum in
arbitrū, qui debet pronunciare, ẜm ius cōe,
debet talis arbiter pronunciare, ẜm ius mu
nicipale illius loci: quia tale ius facit ibi ius
cōe, ſecundum eos. Sic ergo in propoſito, li-
cet, ius Longobardum ſit ſpeciale in hoc re-
gno, tamen facit in eo ius cōmune. Vnde per
prædicta meritò illa uerba conſtit. debent
intelligi, prout iacent, quia poſſunt referri
tam ad ius Longobardum, quàm ad ius Ro-
manum. Hæc autem ſalua excuſatione dixi,
non ut audeam attentare contra interpreta
tionem domini ac præceptoris mei recolen-
dæ memoriæ, qui nempe iuris huius regni
illuſtrator meritò potuit appellari, ſed quia
credo ueritatem dicere, quæ cunctis reb. eſt
19 præferenda. Et licet hæc † prima pars uidea
tur bene defenſata ab impugnationibus con
trarij, tñ pro ſolutione, & concluſione huius
utiliſſimæ q. ego teneo indubitanter ſecun-
dam partem contrariam. ſ. ꝙ imò in regno
ius Longobardum non præferatur iuri Ro-
mano, imò ipſum ius Rom. eſt in viridi ob-
ſeruantia, & eo iure quilibet præſumitur ui
uere in regno, niſi ex aduerſo contrarium
probetur. Et firmo hanc concluſionem, quòd
in regno alleganti, ꝙ uiuatur iure Longo-
bardo, incumbat onus probandi. Quam con
cluſionem probabo non ſolùm per leges iu-
ris comunis, ſed etiam per ipſaſmet conſt. re
gni, & etiam rationibus urgentiſſimis. Et
quia oēs auctoritates contrariæ, quæ fouent
primam partem, nituntur ex ſola deciſio. il-
lius conſt. Puritatem, quæ uidetur eſſe prin-
cipale fundamentum opinionis contrariæ,
prius nitar tale fundamentum delere, & ſic
oēs auctoritates corruent, quę per eam fun-
dātur. c. cū Paul. 1. q. 1. Aſſumo igitur uerba
d. conſt. Puritatem, & nemo ad ipſius inter-
pretationem, per quam apertiſſimè demon-
ſtrabo, ꝙ illa conſtitutio non meretur alle-
gari pro illa prima parte, ſed potius pro
20 hac ſecunda, quam teneo. † Et præſuppo-
no, ꝙ dubium faciebat ille ordo ſcripturæ,
in quo ius Longobardum prius nominatur,
quam ius Rom. unde debet prius ſeruari
arg. l. queties. ff. de uſufr. & l. generaliter. §.
ſiquidem. ff. de fideic. lib. Hinc dicit Bal. in
l. aduerſus. C. de fur. ꝙ prior in ordine ſcri-
pturæ, præſumitur prior in tpe, & dicit Bal.
in l. 1. C. de impub. & al. ſubſt. ꝙ ordine ſcri-
pturæ datur regula. Et dicit Bar. & Bal. in 1.
conſt. C. col. fin. ꝙ ſi reperiuntur duo inſtr̄a
ſcripta in eadem carta, præſumitur prius il-
lud, quod præcedit ex ordine ſcripturæ, &
Bal. in l. ſi duas, in princ ff. de excu. tut. ꝙ ex
ordine ſcripturæ præſumitur ordo intelle-
ctus. Idem notat plene Fel. in c. cum dilecta,
21 col. 3. de reſcr. Ad hoc † præſuppoſitum re-
ſpondeo, ut incipiam tollere dubiū, & dico
ſic. Qñ mens diſponentis eſt certa, non cur-
ratur, nec inſpicietur ordo ſcripturæ in le-
gib. ita tenet Bart. per illum text. in l. cū pa-
ter. § fidei tuæ. ff. de leg. 2. & idē Bart. in l. 2.
§. prius, in fi. ff. de vulg. & pup. & ita intelli-
gitur tex. in l. nec enim. ff. de ſol. Idem tenet
Bal. in d. l. ſi duas. ubi dicit, ꝙ quando diſpo-
ſitio loquentis eſt certa, non curamus ordinē
uerborum, ſed in terminis d. conſt. Puritatē,
mens diſponentis eſt certiſſima, qualiter, &
quando uelit ſeruari ius Longobardum, vt
modo declarabo, ergo nō debemus curare il
lum ordinem, quòd ſit certa mens diſponen
tis. Probo. Nam uerba formalia conſt. ſunt
hæc uidelicet. Ac demū ſecundum iura cōia
Longobarda, uidelicet Romana. prout qua-
litas litigantium exegerit, iudicabunt, &c.
Nota igitur, quòd illud uerbum, iudicabant,
determinat, & perficit totam orōnem præ-
cedentem, & tamen ante quam oratio ſit
perfecta, eſt inſerta illa clauſula, prout qua-
litas litigantium exegerit, &c. Quæ clauſula
de neceſſitate debet referri ad hoc vltimum
ca. ſ. dum loquitur de iure cōi Longobardo,
& Ro-



22 & Romano, pluribus de cauſis. † Primo q͂a
eſt inſerta in medio ipſius capituli. ſ. anteq̄
oratio eſſet completa, quo caſu ad ipſum
tantum capitulum refertur, & non alia prę
cedētia ſeparata, ſecūdum Bar. in l. talis ſcri
ptura col. 2. circa fi. ff. de leg. 1. & Bar. in l. ſi.
ff. de reb. dub. per text. & ibi gl. ī l. filio. ff. qñ
dies leg. ce. & per Phil. Dec. in conſi. 14. col.
3. in fi. uer. & eum talis, &c. Secundo, quia ſu
pra præceſſerunt in d conſt. duo, alia c. Pri-
mū uidelicet, ꝙ iudices iudicent, ſecundum
conſt. Secundum, ꝙ in defectu earū iudicēt,
ſecundū conſuetudines approbatas, ac demū
ſecundum iura cōia, & c. ad illa duo c. præce
dentia referri non poteſt illa clauſula, prout
qualitas litigātium, &c. quia reſultaret legū
cōtrarietas, quia legiſlator vult, quòd omni
no, ſeruentur conſtitutiones regni, & non
attendatur qualitas litigantium, nec con-
ſuetudo contraria, ut in proę. conſt. §. fi. Itē
23 † ubi eſt conſuetudo approbata in ciuita-
te, illa habet uim legis, & illā tenentur oēs
de illa ciuitate ſeruare, quia dr̄ lex munici-
pij, l. 1. C. de eman. lib. & l. de quibus. cum
ibi no. ff. de leg. & inſt. de iure nat. §. ex non
ſcripto, & cap. cum conſuetudinis, &c. ff. de
conſuet. unde non attenditur qualitas liti-
gantis contra antiquam conſuetudinem.
24 † Ergo, ſequitur. ꝙ ſtante cōtrarietate, quę
ſemper euitanda eſt, illa clauſula non poteſt
ad alia capitula referri, niſi ad hoc ultimum
cum poſſit aſſignari ratio, quare non refe-
ratur ad alia, ut dicunt Bar. Bal. & ibi cōi-
ter doc. in l. 1. C. de lib. præter. & Bar. in d. l.
talis ſcriptura. ff de leg. 1. & in l. ſi idem cum
eodē. §. fi. ff. de iur. om. iud. & Ale. in conſil.
48. col. 3. uerſ. ſed ita. 1. uol. Cum ergo dicta
clauſula de neceſſitate referatur ad hoc ul-
timum ca. ſatis clarè patet de mente diſpo-
nentis, quod non uult iura Longobarda
præferri iuri Rom. ſed illa ſeruari, ẜm qua-
litatem litigantium, prout ibi ponit And.
de Iſer. ſcilicet quod ille, qui uiuit iure Lōgo
bardo, iudicetur per ius Longobardum, il
le uero, qui uiuit iure Ro. iudicetur per ius
Romanum, ergo ſequitur, quod ſi litigator
uiueret iure Ro. non compellitur iudex iu-
dicare, ẜm ius Longobardū, & ſic non præ-
feret ius Longobardum iuri Romano. un-
de quia apparet de mente diſponentis non
eſt curandus, nec inſpiciendus dictus ordo
uerborum, ſed ſola mēs & ex prædictis col-
ligitur prima rō in fauorem huius ſecun-
dæ partis, q̄ ſequeor. Secundo principaliter,
25 quod † dictus ordo non ſit curandus, ad-
duco aliam regulam, uidelicet, qñ ordo po
nitur in aliqua diſpoſitione gratia exem-
pli, pro doctrina nunquam cenſetur poſitus
pro forma, nec ſeruari dēt. Tex. eſt in c. de-
cernimus, & ibi Car. de iud. ubi eps, & Abb.
præferuntur in ordine archiepiſco, & tamen
nulli dubium eſt, ꝙ archieps eſt dignior, &
debet, primo nominari, & non eſt alia ratio,
niſi quia nominatio fit gratia, exempli, uñ
non inſpicitur ordo. Ita tenet etiam Fel. in
d. c. cum dilect. colu. 6. uerſi. 2. declar. & c. de
reſc. ſed in d. conſt. Purtiatem, illa nomina
tio iurium Longobardi, & Rom. fuit facta
gratia exempli. Quod patet per illam dictio
nem, uidelicet, quæ eſt dictio declaratiua,
& exemplificatiua, ut ſupra dixi. Nam pri
mo dicit ẜm iura cōia, & poſtea exempli
ficat declarando, quę ſunt iſta iura cōia, er
go ſequitur, ꝙ ille ordo non eſt inſpicien-
26 dus. Tertio, quia † ubi conſtat de ordine
intellectus, nō curatur nec inſpicitur ordo
ſcripturæ. Ita dicit Bar. in l. ita tñ. §. qui ſu-
ſpectam, & in l. Scæuola, circa fi. ff. ad Treb.
ſed ibi conſtat de ordine intellectus, qui eſt
ut in uiuentibus iure Long. tantum ſerue-
tur ius Longobardum, & non in alijs per
illam clauſulā. Prout qualitas, &c. ergo nō
27 curatur ordo ſcripturæ. Quarto, quia † qñ
ordo ſcripturæ perturbat ordinem neceſſi-
tatis, non attenditur, imò reducitur ad or
dinem neceſſitatis, ita tenet Bar. in l. Gallus.
§ quidam recte, colu. 2. ff. de libe. & poſth.
& ibi per alios Doc. & Bar. in l. 1. in fi. C. de
exec. rei iud. ſed in d. conſt. eſt ordo neceſſi
tatis, ꝙ in uiuentibus, iure Romano, ceſſet
ius Longobardum, ſed tunc præferatur, qñ
litigantes eo iure uiuerent, ergo iſte ordo
eſt attendendus, non ordo ſcripturę. Quin
28 to, ꝙ dictus † ordo nō ſit ſubſtantialis nec
inſpiciendus, pondero unam aliam conſt.
uidelicet conſt. ut uniuerſis, ubi ſunt ſimi-
lia uerba, & nulla fit mentio de iure Lon-
gobardo, dicit. n. ꝙ iudices iudicent ẜm cō
ſtitutiones, & deinde ẜm conſuetudines, ac
demum ẜm iura, non ſpecificando quę iu-
ra, quo caſu in dubio appellatione iuris
ſimpliciter, uenit ius Romanum, per auto
nomaſiam, ut §. ſed quoties, inſt. de iure
nat. unde illa conſti. ſentit totum contra-

rium, & ſic facit pro parte noſtra, quia ceſ-
ſante cõſuetudine debet iudicari ſecundum
ius Romanum, ergo, præponitur iuri Lon-
gobardo.Et hanc ponderationem ſentit etiã
29 Mat.in d.conſt.puritatem.† Sed poſſet ali-
quis dicere, ꝙ illa conſtit. Vt uniuerſis, eſt
correcta per conſti.Puritatem, quæ eſt poſte
rior.Reſpondeo,quod imò non eſt correcta,
quia dicta conſt.Puritatem dicit illud idem,
niſi quia addit illam limitationem in uiuen
tibus iure Longobardo,unde eſt potius limi
tatiua,quã correctiua,ſemper.n.in dubio ui
tanda eſt legũ correctio,l.præcipimus, C.de
app.& l.ſancimus. C. de teſt. Dicamus ergo
ſic,iungendo utrãque conſt.quod iudex ceſ-
ſante conſuetudine, dẽt iudicare ſecundum
iura.ſ.Romana,& ita loquitur d. conſti. ut
uniuerſis. Fallit,quãdo qualitas litigantium
aliud exigeret,quia tunc procedit conſt. Pu-
ritatem. unde dicta conſt.ut uniuerſis, po-
nit regulam, ſed conſt.Puritatem, ponit li-
mitationem, & regulæ ſtandum eſt, donec
probetur fallẽtia,c.ad decimas,de reſt.ſpol.
lib.6.& no.Bar.& Do.in l.2.ff.ſi quis in ius
30 uo. non ie. Sexto, quod dictus † ordo non
ſit inſpiciendus, neque formam inducat.
pondero nouiter unam aliam conſt.ab alijs
non ponderatam, quæ incipit. Cum circa,
quæ mandat iudicibus,& officialibus, ut de
cidat cauſas iuxta tenorem conſtõnum &
iura,& conſuetudines approbatas,& ſic pri
mo dicit ſecundũ iura, & poſtea ſm conſue
tudines,certe ſi uellemus inſpicere ordinem
uerborum, deberet præferri ius cõe conſue-
tudinibus,quod eſt falſum,ut ſupra dictum
eſt,ergo patet,quod non inſpicitur ordo ſcri
pturæ,prout etiã dicit ibi glo.Vnde minime
dẽt inſpici in d.conſt. Puritatem,cum de eo
dem loquatur.Præterea, illa conſt. cum cir-
ca eſt poſterior,& dicit ſecundũ iura ſimpli-
citer.Vnde intelligitur de iure Romano, vt
ſupra dixi in præcedenti argõ,& ſic facilius
tollit illud motiuum ſupra factum, cum ſit
31 poſterior.Septimo, pondero † aliam conſt.
quæ incipit. Speciale, quæ uult, ꝙ unus ſit
ordo iudicij in omnibus perſonis, & nomi-
nat ibi ſigillatim,ſiue quis fuerit Francus,ſi
ue Romanus,aut Longobardus.Vnde in or-
dine nominat ultimo loco Longobardum,
ergo eſt minus dignus tanquam ultimo loco
nominatus. Nam primo nominatus cenſe-
tur maior,& dignior, ſecundum Bald. in l.
cum quidam, colum. 1. C. de uerb. ſig.per l.
1.ff.de albo ſcrib. & Bald. in auth. hoc am-
plius,col.pe.C de fidei com.Facit l.quoties.
ff.de uſufr. Vnde merito Longobardus tan-
quam minus dignus eſt poſtponẽdus. Et per
hæc ſeptem argumenta eſt ſublatum omne
fundamentum,quod fiebat ex d. conſt.Puri
tatem,ſuper quo ſe fundat prima pars & per
conſequens remanent ſublatæ omnes ratio-
nes adductę pro prima parte, & magis cor-
roborata hæc ſecunda,quam teneo. Quam
ultra corroboro per alias rationes urgentiſ-
32 ſimas. Octauo igitur † confirmo hanc ſe-
cundum partem, & aſſumo unam regulam,
quæ ſe habet. Omne,id quod eſt magis di-
gnum, & nobile, debet præferri minus di-
gno,& minus nobili,ut in §.fin. inſt.de iure
na.& in c.quod in dubijs, de conſe.eccle.uel
alta.Facit.tex.in c.epiſcopus.95.diſt.Sed ne
gari non poteſt,quòd ius Romanum,eſt di-
gnus iure Longobardo, pluribus de cauſis.
Primo,ratione cauſæ efficientis quia ius Lõ
gobardum fuit pro maiori parte conditum
à quibuſdam regibus Apuliæ ut dixi ſupra
in prin. Sed ius Romanum fuit conditum,
& compilatũ ab Imperatore Iuſt qui fuit do
minus totius mundi, l. deprecatio. ff. ad l.
Rho.de Iac.Et tanto nobilius ac dignius di
citur opus, quanto à nobiliori, & digniori
procedit.unde dicimus magis dignum eum,
qui acquirit dignitatem immediate à prin-
cipe,quam eum,qui acquirit ab inferiore,ut
inquit Spe.in ti.de citatione,§. iam de cita-
tione,col.4.uerſic porro ſi ſunt pluries, &c.
Pro hoc eſt tex.in d.l.2.ff.de albo ſcr.& tex.
cum gl. in c. per tuas de maio.& obe.& c.cũ
33 in diſtribuendis,de temp.ord.† Vnde leges
Imperatorũ cenſetur procedere ab ipſo Deo,
quia Imperator dr̃ diuina gratia conſtitu-
tus,ſecundum And.de Iſer.in rubr.de proh.
feud.alie. per Loto. Et eſt Imperator in ter-
ris,ſicut Deus in cęlo,& dr̃ habere diuinum
nomẽ:ſecundũ And de Iſer.in c.1.in uer.ad
felicem,q̃ ſint reg. Scdo,rõne iuſtitiæ,& me
34 lioris † rõnis.Nã ius Romanũ,& preſertim
leges iuriſconſultorũ,fuerunt factæ cũ tan-
ta iuſtitia & rõne,ut in eis iniuſtitia nõ poſ
ſint inueniri,ut teſtatur And.de Iſer.in cõſt.
ſi dam.co.ſi.in prin.Hoc probatur inſt.de le
ge Fuſia Canin.toll.per totum ti.ubi Impe-
rator ſuſtulit illam legem tanquã ſine rõne,
& in quam pluribus alijs ſimiliter ſublatis
in



in corpore iuris. Ius uero Longobardum,
eſt ius iniuſtum, & ſine ratione factum, un-
de appellatur ius aſininum, ſm And.in c.
1.§.fin.de not.feud.& Od.& Bald.in auth.
dos data. C.de do.ante nup merito ergo eſt
iuri Romano poſtponendũ.Nono, hãc par
tem confirmo per d.conſt.Puritatem, retor
quendo ipſam contra primam partem quã
põdero in duobus locis. Primo,dum dicit,
prout qualitas litigantium exegerit, expo
nendo, prout exponit ibi And.de Iſer.& ſu
pra dixi.nam per illa uerba permittit, ꝙ in
regno uiuatur iure Romano, & iure Lon-
gobardo permiſſiuè, & nõ imperatiuè.Vn-
de non imponit neceſſitatẽ, ꝙ quilibet ui
uat in Longobardo. Item permittit, quod
iudices præferant ius Ro.iuri Longobardo
in uiuentibus iure Romano. ergo male al-
legatur illa conſt.per eos, qui dicunt,quòd
de neceſſitate in hoc regno uiuatr iure Lon-
gobardo, & quod illuſt.præfertur iuri Ro-
mano, quia ſi eſſet iſta neceſſitas.illa conſt.
loqueretur præcisè, ꝙ iudices indiſtinctè
ſeruent iure Longob.ſiue aliquis uiuat eo
iure,ſiue non, ſicut dixit præciſam obſeruã
tiam conſtitutionum conſuetudinum. † Sed
35 quia uoluit loqui præcisè,ſed permiſſiuè,re-
ferendo ſe ad qualitatem hominum,per di
ctionem, prout, quæ eſt dictio relatiua,&
limitatiua, ſm Bar.in l.edita,col.pen.C.de
eden. eſt tex.in l.prout.ff.de ſol.& in cl.1.§.
uolumus de fo.comp.& Bar.in extrau. ad
reprimendum,in uerſ.prout,& Phil.Dec.in
conſ.63.col.4.ſequitur,ꝙ tota conſeruantia
iuris Longobardi dependet a qualitate ui-
uentium, ergo non eſt præciſa neq; neceſſa
ria.Vnde illa conſt.Puritatem, facit potiùs
pro iſta parte,quã teneo.Aliam põderõnem
dictæ conſt.dicã infra in 13.rõne. Decimo,
36 hanc † partem confirmo,quia ritus magnæ
curiæ uicariæ dat mũdualdum in regno mu
lieribus tm̃ uiuentibus iure Longob. ut di
ctat ritus magnæ curiæ in nu.68. incip. itẽ
ꝙ curiæ ipſæ.&c. ergo a cõtrario ſenſu mu
lieribus uiuentibus iu. Ro.nõ dat mundual
dum,cũ ẽt in ſtatuto capiatur argm̃ à con
trario ſenſu, qñ diſponit ſup caſu non pro
uiſo à iure cõi, prout eſt ille ritus. Ita tenet
Alex.in l.1.col.12.uer.2.concl.&c.ff.de off.
eius, cui man.eſt iuriſ. & Bal. in l.apud an
tiquos,C.de fur.& in l.2.C. de cond.inſer.
mundualdus eſt inductus à iure Longobar
do,& tñ ille ritus, q̃ facit ius nouiſſimũ in
hoc regno, coarctat hanc obſeruantiam in
mulieribus tm̃ uiuentibus iure Longobar
do.Ergo a contrario ſenſu permittit mulie
res huius regni uiuere Romano ſi uolunt,
& ꝙ non utanť mũdualdo.Vndecimo, hãc
37 † partem cõfirmo per id, qđ fuit deciſum
in ſacro cõſ.Neap.ut refert Mar. in deci.ſa
cri conſ.200.ſ.ꝙ mulier uiuens iure Lon-
gobardo.non poſſit facere teſtm̃ ſine mun
dualdo ergo ſi uiuit iure Romano,poteſt fa
cere ſine mũdualdo. Vñ permittitur uiuere
iure Romano, quia alias fuiſſet indiſtinctè
deciſum,ꝙ nullum teſtm̃ mulieris in regno
ualeat, ſine mundualdo. Duodecimo cõfir
38 mo † per generalẽ cõſuetudinem huius re
gni,obſeruantiam notoriam tpis,cuius non
extat memoria in contrarium, quæ hẽt uim
legis, & priuilegij principis, ſm Abb.in ca.
ſuper quibuſdam. §. præterea, de uerb.ſig.
& And.de Iſer.in c.imperialem.§. præterea
ducatus.col.pe.in prin.de proh.feu.alie.per
Fed.& in c.1.uer. flumina nauigabilia.col.
2.quæ ſint reg. & in conſt.ſi dubitatio col.
3.& in conſt.quadragenalẽ.col.1.& hr̃ in l.
hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quo.
& æſtiu. Quæ obſeruantia eſt, ut ſolo iure
Romano uiuat, & qđ penitus ſit iuri Lon-
gobardo derogatum. Et hoc patet euiden-
ter, quia quã plures diſpõnes iuris Longo-
bardi non ſolũ nõ ſeruanť in regno, uerum
ẽt ſeruatur totum contrariũ, ut uidemus in
teſtamentis mulierũ, q̃ in oĩbus ferè ciuita
tibus regni fiũt ſine mundualdo, & hoc eſt
notorium per oẽs ſchedas tabellionum.Simi
liter in ſucceſſionibus cognati excluduntur
de iure Longobardo, ut nec ẽt mater ſucce
dat filio tanq̃ cognata.Itẽ filij naturales nõ
excluduntur totaliter per filias legitimas &
nãles,ut no.gl.& Do.in c.1.§.hoc aũt,de his
qui feu.da poſ. Et tñ in regno ſeruatur con-
trariũ,per auth.ceſſante, C.de leg.hęr.& ſic
ſola diſpoſitio iuris Romani attenditur. Et
patet ex quampluribus alijs exemplis, & di
ſpoſitionibus, in quibus differt ius Roma-
num à Longobardo, & tamen ſolo iure
Rom.in eis utimur. ergo cenſetur abroga-
tum ius Longobardum, ſaltem ex genera-
li & antiquata conſuetudine huius regni.
unde merito dicit Bal. in d.auth.dos data,
quod tale ius receſſit ab aula, quia abijt in
deſuetudinem, uñ qñ eſſet diſcreptatio quo
iure

iure uiuatur in regno ſufficeret allegare hanc notoriam obſeruantiam, quia ſi ius Rom. ſeruatur in iſtis exemplis prępoſitio præſumptio eſt, quod ſeruetur etiam in omnibus alijs, niſi in contrarium probetur,
36 †p ea, quę tradit And. de Iſer. in d.c.imp.§. præterea ducatus.col.2.in fi.uer.ſed qũo probabitur,&c.ubi dicit, qđ ad probandum ius Francorũ ſufficit, probare, quòd aliàs illi de domo ſeruarunt, quod primogenitus ſuccedat, quia ex hoc ſolo transfunditur onus probandi cõtrarium in aduerſariũ, ergo patet, ꝙ ex ſola probationẽ unius capituli iuris Francorũ, pręſumitur, & probatur, ꝙ uiuat iure Francorũ, quanto fortius id dicendum eſt iure Rom. cuius obſeruantia ꝓbat notoriè ex mille, & infinitis capitulis, & antiquiſſimo tpe, ũn ſuccedit diſpõ l.minime.ff. de leg. Et ꝙ iſta gñalis obſeruantia, & conſuetudo tanq̃ notoria non indigeat probatione ſed ſufficit allegari, eſt deciſio in terminis Bal.in l.1.col 2.in fi.uerſ.ſed his q̃ro,&c.C. ad Velleia.ubi expreſſe dicit, qđ cõſuetudo notoria dicit, quæ liquet ex inſpectione omnium publicorum inſtrõrum, & non oportet
40 eã probari. † Decimotertio, pondero nunc iterum d.cõſt.Puritatem, quam retorqueo pro iſta parte, & iſta eſt noua ponderatio, & ab alijs hactenus nõ cogitata. Nam vult illa conſt. ꝙ primo iudicetur ſecundum cõſtõnes, poſtea ſecundum conſuetudines approbatas & poſtea ſecundum iura, &c. per hoc dico, quod ſtante conſuetudine generali in hoc regno, quod cauſę decidantur ſecũdum ius Romanum prout in præcedenti argumento probaui, illa conſt. decidit caſum noſtrum pro iſta parte, quia præponit conſuetudinem iuri Longobardo, ſed nulla poteſt eſſe conſuetudo fortiori, quam illa, quæ eſt cõformis iuri communi, ut eſt text. notabilis in c.ſopitæ, & ibi notat, extra de cẽſibus, & in c.cũ dilectus, de conſuet. & qđ poſſit eſſe conſuetudo conformis iuri communi, tenet Abb. in cap.fin.colu. penul. in prin. de conſuet. ergo iſta generalis obſeruantia iuris Romani contra ius Longobardum, induxit quandam notoriam, & approbatam conſuetudinem, conformem iuri cõmuni Romanorum unde ſecundum hanc conſuetudinem debet prius iudex iudicare, & ea ceſſante tunc demum recurret ad ius Longobardum, & ita ſubtiliter bis ponderata illa conſtit. Puritatem, facit pro iſta parte, imo ſi quid dubij haberet dicta conſuetudo, reciperet interpretationem a iure communi Romanorũ, quod eſt ius generale l.ſi ſerui uñi.C.de noxa.ac & hĩ in d.cum dilectus, non autem reciperet in interpretationem a iure Longobardo, quod eſt ius locale. Ita tenet Bald. in c.1.§.& qa uidimus.colu.6. in fi.qui feudum dare poſſ.
41 Decimoquarto, † & ultimo, pro iſta parte adduco omnes illas decẽ auctoritates, quas ſupra colligi arguendo pro iſta parte, quæ oẽs remaneãt in ſuo robore. Et dato, quod eis ſupra diſputando uoluerim rñdere, nunc tñ attingendo ueritatem, dico dictas rñſiones nõ eſſe ſufficientes, unde inquantũ ad primã, ſecundã, quintã, ſextam, ſeptimã, & octauã dicebã eas procedere de iure cõi. Secus, eſt in regno, p d.cõſt. Puritatẽ, dico qđ eſt mala rñſio. ex quo in regno nihil reperitur innouatum contra d.deciſ. ut ſupra ꝓbaui, & d.conſtit.Puritatem, facit potius ꝓ iſta parte, imo eſt cõformis cũ deciſ. Bal.in d.l.ſi inuita. C.de nupt. qui dicit, qđ de tali iure non eſt curãdi, niſi in loco, ubi ſeruatur de conſuetudine. Vnde fateor iſtud, qđ qñ in aliqua parte regni ꝓbaretur, qđ illud ius ſeruatur, uel quod eo iure uiuit. ibi eſſet ſeruandum, & non alibi, & hoc propriè uult d.conſt.Puritatem, ut ſupra dixi. Tunc onus probandi ſemper incũbit allegati illud ius, cũ ſit ius locale, ut ſupra declaraui, unde remanent dictæ quinque auctoritates in earum robore, & obſeruantiã, cũ
42 iure communi utamur. Item, ad † tertiam auctoritatem And.de Iſer.in c.1.de notis feudorum, dico, non eſſe bene reſponſum, quia imo melius fuit locutus ibi, quam alibi, ex quo tale ius ſine ratione non debet ſeruari. Nec procedit argumentum d. l. proſpexit.ff. qui & à quibus, quia non reperitur dictum ius præcisè approbatum per conſt. regni, niſi in loco. ubi uiget & ita dicit An. in d.cap.1.de feu.cogn. & ibi etiam Bald. magis clarè dicit, ꝙ inter eos, qui uiuunt iure Rom.cã deciditur ſecundum ius Romanũ, ſed inter eos, qui uiuunt iure Longob. cauſa deciditur ſecundum ius Longobardum, unde habuit Bald. ibi ſenſum dictæ conſt. Nec ualet reſpõſio data, ad quartã auctoritatẽ.ſ.Andr.in d.c.1.de feu. cogn quia non eſt uerũ, ꝙ conſuetudine ceſſante homi

nes



nes uiuant iure Longob. imo ponit hoc in eorum arbitrium, ut ſupra probaui. Similiter ad octauam auctoritatem Lucæ de Penna, reprobatur reſponſio eodem modo quo præcedens. Nec obſt. quod Andr. eſt maioris auctoritatis, quia cum ſit ſibijpſi contrarius in pluribus, tenenda eſt eius aucto-
43 ritas, ubi meliùs dixit. Ad nonam† auctoritatem Bal. in d.c.translato, de conſtit. minime ualet reſponſio, quia nego, quod ſucceſſores in regno confirmauerint præcisè, & neceſſitatiuè ius Lõgobardum, ſed ut ſupra dixi, imo ſi placuiſſet illud ius Imperatorib. inſeruiſſent illud in uoluminibus iuris ciuilis. Vnde quia non inſeruerunt, apparet, ꝙ tale ius reprobauerũt. Prout in ſimili arguit Aluar.in præl.feu.in 4.q. Item reſponſio data ad decimam auctoritatẽ Matth.in d.cõſt. puritatem, qui ſequitur Lucam de Penna, a minime procedit per eaſdem rõnes. Et ſic remanet iſta pars totaliter confirmata. Supereſſet modo reſpondere ad illas decem auctoritates adductas pro prima parte. Ad quas ſatis patet reſponſum ex prædictis, quia quãtus expreſsè dicunt, quod ius Longobardũ præferatur, malè loquuntur, & ueriores ſunt
44 auctoritates contrariæ. † Cum auctoritates Doctorum ſint probabiles, ſed non neceſſariæ, ſecundum Bar. & Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Et maxime, cum ut plurimũ ſint auctoritates And.de Iſer. qui tenet alibi cõtrar.ũ.
45 Solum reſpondeo ad quintam auctritatem And.in d.§. pręterea ducatus, nam loquitur ibi de iure Longobardo. & Francorum, non aũt da iure Romano, & uerũ eſt ꝙ ius. Francorum eſt ius ſpeciale, & oneroſum, & contra ius cõe, ut dicit And.in d.§.præterea ducatus col.3. in add.unde debet probari, alias non præſumitur. Et ideo, quando eſſet dña inter ius Francorum, & Longobardum fateor, quòd potiùs præſumatur Longobardum, maximè in ſuccedendo, quia eſt conforme cum iure communi, in eo ꝙ admittit omnes filios æqualiter ad ſucceſſionem, ſecus eſt, quando differentia eſſet inter ius Longobardum, & Romanum, prout eſt q. noſtra, quia tunc Romanum potius præſumitur, per prædicta. Vltimo nõ obſtat, quod dicit And.in d.conſt. Puritatem, & in prælud.in 3.q. in fi.ubi dicit, quod iſta conſuetudo per quam aliqui non ſeruant ius Longobardum, non ualet, quia eſt contra conſtitutiones. Nam dico ſine dubio, qđ And. male loquitur, & dicit contra cauſam dictę conſt. Puritatem, ibi, prout qualitas litigantium, &c. quia imo dictę conſt. approbat hanc conſuetudinem, ut ſupra declaraui. unde melius locutus fuit And. & ibi ẽt Bald. in c.1.de feu.cog. Ex quibus omnibus remanet firma concluſio, & uera, quòd ius Romanum præferatur in regno iuri Longobardo, & qui dicit, ꝙ uiuitur iure Lõgobardo, debet huc probare. Et per hæc ſit impoſitus finis huic utili, & quotidianę quæſt. quæ inter regnicolas quotidie uentilatur, & hactenus ita plene diſcuſſa non reperitur. Laus Deo Rob. Mar. Venu. V.I.D

## ADDITIO.

a Ambigua. Vide ſupra D. Authorem in ſpeculo, in 2.par.nu.95.& ſeq.

Ludouicus Alferius.

# DISPVTATIO TERTIA.

## An iudex in pœnis arbitrarijs poſſit imponere pœnam mortis naturalis.

1 *Pœna mortis, an poſſit irrogari in arbitrarijs, num.15.*
2 *Pœna acerrima accipitur pro morte naturali.*
3 *Pęna mortis nõ poſt irrogari quãdo ſtatutum dicit, ad pœnam mille aureorum, uel aliam arbitrio iudicis.*
*Pœna publicationis bonorum non poteſt irrogare uigore arbitrij.*
4 *Fures nocturni puniuntur extra ordinem.*
5 *Pœna extraordinaria irrogatur, quãdo proceditur per inquiſitionem de iure canonico.*
6 *Pœna minor debet eligi per iudicem in arbitrarijs.*
7 *Pęna capitalis ĩtelligitur altero de tribus modis, & in dubio intelligitur de mititori n.8.*
8 *Pœna mortis nunquam imponitur in delictis non conſumatis, num.16.*
9 *Pœna mortis poteſt irrogari, quando lex dat amplum arbitrium uſque ad mortẽ, nu.10.*
10 *Inquiſitio non ſit in cauſa ciuili, niſi cõtra uſurarium, & hoc qualiter procedat.*
11 *Iudex in pœnis irrogandis non põt ſe extendere ultra poteſtatẽ ſibi datam a lege, nu.15.*

12 Pœna

12 *Pœna mortis non poteſt imponi, quando lex loquitur per uerbum moderari.* (li.
13 *Pœna mortis irrogatur ei q. dat alapã officia-*
14 *Dictio alia eſt repetitiua ſimilium.*
15 *Sacrilegij pœna qua ſit.*
16 *Conſuetudo per totũ mundum eſt, qđ nõ pu-*
*niatur attentatũ, ſicut delictum cõſummatũ.*
17 *Pœna iniuria põt ſe extendere uſq; ad mortẽ,*
*quando hoc deſiderat criminis magnitudo.*
18 *Iudex non poteſt imponere pœnam, mortis ſi*
*expreſſe lex limitet arbitrium iudicis.*
19 *Pœna mortis poteſt irrogari in illis delictis,*
*in quibus ex inducit pęnam corporalem uel*
*pecuniariam ad arbitrium iudicis, ſecus ubi*
*dat arbitrium ſimpliciter.*
20 *Pœna conſueta opponi debet irrogari alias*
*poteſt appellari.*
*Pœna tota pecuniaria non debet exequi, quã*
*do ita dictaret conſuetudo.*

a QVotidiana *a* eſt q. in iudicijs, utrum
1 iudex procedens in aliqua † cauſa cri
minali, in qua ex iuris diſpoſitione
irrogatur pœna arbitraria poſſit ſuum arbi
trium extendere uſque ad mortem natura-
lem incluſiuè. Et qm̃ q. eſt præiudicialis cũ
tractetur de uita hominis, ideo intendo eã
plenè diſcutere, recitabo primo opiniones
diuerſas & contrarietates quas repetio in-
ter Docto. poſtea ponam ueras concluſio-
nes. Primo igitur pro parte affirmatiua, ꝙ
iudex poſſit hmõi pœnam mortis impone-
re, adducitur glo. quæ cõiter ſolet ad hoc al
legari, in §. in ſumma, in uerſi. extraord. inſt.
de iniur. quæ dicit, ꝙ iudex poteſt impone-
re pœnam capitis in ſuo arbitrio, uidetur &
communiter exponitur pro pœna mortis, &
ita illam gl. intelligit, & ſequitur Bald. in c.
1. §. iniuria. in primis uerbis. de pace iur. fir.
& Bal. in l. 1. in fi. C. de his. qui latr. & Bar. in
l. fi. in fin. ff. ubi pup. edu. debe. & Abb. in c. ex
literis, col fin. de conſt. & Fel. in cap. cum re,
colu. 2. in princ. de re iud. & ibi etiam Abb.
Idem tenet Fel. in c. inquiſitionis, in fi. illius
prin. de accuſ. & in d. c. ex literis. col. antepe.
Secundo, pro iſta parte adducitur text. in l.
ſaccularij. §. ſunt quædam. ff. de extraord.
cri. ubi dicit tex. ꝙ illa pœna arbitraria, ex-
tenditur uſq; ad pœnam capitis, & ſic uſq;
2 ad mortem. Tertio adducitur † tex. in l. 2.
ibi, non ignaro iudice, &c. in acerrima con
demnatione pro arbitrio &c. C. de his, qui
latro. ubi pęna arbitraria extenditur ad a-
cerrimam pœnam, quæ accipitur pro pœn.
mortis ut no in l. 1. C. de ſeditio, & l. 1. C. ne
mini licere ſignum ſalua. Quarto, adducit
text. in l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iul. rep. tũ,
ubi loquitur de pœna extra ordinem, & di-
cit, ꝙ capite puniri debet, & ſic patet, ꝙ pœ
na extraordinaria extenditur uſq; ad mor-
3 tem. Pro parte † uero contraria. ſ. ꝙ iudex
non poſſit arbitrari ad pœnam mortis, ad-
ducitur primo dictum Bal. in l. & poſt tres
in 1. lect. col. 7. uerſ. itẽ facit ad aliam q. &c.
ff. ſi quis cau. ubi dicit, quod ſi iudex uigore
ſtatuti põt punire ad pœnam mille, uel ad
aliam, prout ſuo arbitrio uidebitur, nõ põt
imponere pęnã decapitationis Idem tenet
Card. in c. de cauſis. de off. deleg. Lud. Rom.
in rub. de arbitris, uerſ. item an ſtatutũ, &c.
pro hoc facit, quod no. Bal. in l. 1. C. ne ſinet
iuſ. prin. & Bal. in c. 1. col. 5. in prin. de pace
tenen. ubi dicit, quod iudex uigore arbitrij
non põt imponere pœnã publicationis bo-
norum: ergo minime pœnam mortis, quæ
eſt maio. & hanc partem negatiuam tenet
Alex. in conſ. 7. col. fin. in 1. uol. & Card. in
4 c. ex literis, de conſt. Secũdo pro iſta † parte
adducitur tex. in l. 1. in uerſi. temporarij. ff.
de fur. balnear. ubi dr̃, quod fures nocturni
puniuntur extra ordinem, uerum eorũ pęna
nõ debet excedere opus publicum tempora
rium, ergo ſi damnaretur ad mortem, ex-
cederet pœnam operis publici. Tertio, ad-
ducitur tex. in l. 1. §. expilatores. ff. de effrac.
ubi primo ponitur pœna in liberũ arbitriũ
iudicis, & poſtea in fi. dr̃, quod plebis pœ-
na irroganda, non debet excedere opus pu-
blicum. Nobilibus uero non debet excedere
5 relegationem. Quarto adducitur † tex. cum
ibi no. per glo. & Doct. in c. inquiſitionis, in
prin. de accu. ubi eſt deciſum, quod de iure
canonico, qñ proceditur per inquiſitionem,
iudex non imponit pœnam ordinariam de-
licti, ſed extraordinariam, & ſic arbitrariã,
& tñ per hanc pœnam arbitrariam nõ põt
imponere pœnam ordinariam, ſed mitiorẽ,
& ita declarat Abb. in fi. col. ergo cõcluſiue
ſequitur de neceſſitate, quod non poteſt im
ponere pœnam mortis, quia non eſt minor,
ſed maior, & acerbior ceteris pœnis. Quar-
6 to, confirmatur † ex d. Bal. in l. quicunque,
col. 4. C. de ſer. fug. ubi dicit, quod iudex in
arbitrarijs debet eligere minorem pœnam.
Et



Et ſi ſic per tot iura & auctoritates contra-
rias redditur iſta deciſio ualde dubia. Et ut
ipſam reddam magis dubitabilem. Si quis
uellet tenere hanc ſecundam partem tan-
quam benigniorem, iuxta l pen. ff. de pęnis
poſſet reſpondere ad iura contraria addu
7 cta pro prima parte. Et primo, non † obſt.
glo. in d. §. in ſum. inſt. de iniur. quia illo lo
quitur de pœna capitis, non autem de pœ
na mortis, & in iure eſt clarum, quod pęna
capitalis intelligitur altero de trib. modis
ſ. de morte naturali, de morte ciuili, & de
exilio, ſeu deportatione. l. 2. in prin. ff. de pœ
nis, & l. 2. ff. de publ. iud. & no. gl. in l. hoc ac
cuſare. §. in omnib. in uerſi. capitis. ff. de ac
cuſ. & text. cum glo. in l. ſed & ſi quis. §. 1. ff.
ſi quis cau. In dubio autem, quando lex ir-
rogat pœnam capitalem intelligitur de mi
nori ex illis trib. ſcilicet de exilio, ſeu de-
portatione. Text. eſt iuncta glo. in l. 1. C. ne
Chriſt. mãci. hęre. uel pag & tenet Bal. in l.
fi. in fin. C. quę res uen. nõ poſ. Ioan. de Imo.
ĩ d. l. fi. ff. de pub. iud. & Bal. in d. l. quicũque.
col. 4. uerſ. ſcias, etiam, &c. C. de ſer. fug. Se-
8 cundo, nõ † obſtat, d. l. ſaccularij, §. ſunt q̃dã.
ff. de extraor. crim. quia ibi non dicitur de
pœna mortis, ſed de pœna capitis, unde põt
intelligi de pœna mitiori, ut dixi modo in
præcedẽti. Imo dico, quod de neceſſitate de
bet ita intelligi ille tex. quia loquitur de de
licto non conſummato, loquitur. n. de illis
qui tenebant quoſdam lapides ad offendẽ-
dum, non tñ ſecuta fuit offenſio. Qđ patet,
dum dicit ibi, quod ipſa res mortem com-
minatur: ſed ubi ſumus in delictis non con
ſummatis, nunquam imponitur pœna mor-
tis in arbitrijs. Ita pulchrè tenet Bald. in cõ
ſil. 444. col. 2. in 3. uol. quod conſilium inci
pit, Cecchus, &c. & Fel. in d. c. ex literis, colũ.
penul. uerſicul. 2. declaratio, &c. de conſti.
9 Tertio, non obſtat, d. l. fi. C. de his qui latro.
quia ibi expreſsè ex legis diſpoſitione da-
tur iſta poteſtas illis iudicibus imponendi
dictam pœnam in illo crimine. Vnde tunc
ceſſat dubium an illa pœna arbitraria ſe ex
tẽdat ad mortem, quia quando lex dat am-
plum arbitrium iudici, uſque ad mortem
non eſt dubium, quod poteſt imponere di-
ctam pœnam, quia cenſetur id facere aucto
ritate legis. Ita dicit Ioan. de Imo. in d. l. 2.
ff. de publ. iud. quẽ refert & ſequitur Ange.
de Aret. in d. §. in ſumma, ſed nos loquimur
in caſu dubio, ſcilicet, quando ſimpliciter
fit mentio de pęna arbitraria ſeu extraord.
10 † quarta, non obſtat d. l. lex Iulia. §. hodie.
quia põt pluribus modis reſponderi. Primo
quia loquitur de pœna capitis, quæ poteſt
uerificari in mitiori, ut ſupra dixi, ſecundo
quia poſito, quod intelligeretur de pœna
mortis, ibi lex hoc expreſsè concedit atten-
ta immanitate criminis, loquitur. n. de iu-
dice, qui iniuſtè inter fecit innocentem, un-
de eſt homicida propterea non eſt mirum,
ſi morte puniri debet, & ſic põt dari eadem
rñſio, q̃ dedi ad l. 2. de his, q. latro. Et ſic pœ
na extraordinaria põt comprehẽdere mor-
tem, qñ lex hoc dicit expreſsè, ut ibi. Si quis
11 † aũt uellet tenere primam partem, poſſet
rñdere ad iura adducta pro ſecunda parte,
Et primo, non obſt. l. 1. ff. de furti. balne. q̃a
ibi lex expreſſè loquit̃ limitatiuè, per dictio
nem, dummodo, &c. Dicit. n. illos fures eſſe
puniẽdos pęna extraordinaria, dummodo
non excedat opus tẽporarium, quo caſu q̃a
lex dat ptãtem limitatam iudici, ſumus in
caſu certo, quia iudex non põt præterire for
mã legis, ut not. Fel. in d. c. ex literis, col. pen.
uerſ. 5. declaratio, &c. de conſt. licet ipſe non
conſiderauerit hanc reſponſionem. Plus di
co, quod ille text. põt retorqueri in cõtrariũ
nam ex eo, quod lex reſtrinxit ptãtem iu-
dicis ad opus temporarium, eſt ſignum, qđ
iudex habuiſſet largiores habenas procedẽ
di uſque ad mortem, qñ lex ſpecialiter eum
non ꝓhibuiſſet, quia aliàs fruſtratoria fuiſ-
ſet illa reſtrictio legis, quando ſine ea iudex
fuiſſet reſtrictus, quod non eſt dicendum,
l. quod Labeo. ff. de Carb. edic. Secũdo non
obſt. d. l. 1. § expilatores, in fin. ff. de effracto.
quia ſimiliter ibi lex loquitur limitatiuè p
dictio, dummodo, &c. unde dic, ut modo
12 dixi. Tertio, † non obſtat. d. c. inquiſitionis.
de accuſ. quia ibi lex loquitur per uerbum
moderari, & quando lex concedit arbitriũ
iudici per hoc uerbum, quod habebat mode
rari pęnas nunquã poteſt imponere pęnam
mortis, quia illud uerbũ, moderari, impor-
tat diminutionem pęnę. Ita tenet Mar. Soc.
in d. capitu. inquiſitionis, & Fely. in d. capi.
ex literis. colum. penul. uerſic. 3. declaratio,
13 &c. † Quarto, non obſtat dictum Bald. in
d. leg. quicunque. inquantum dicit, quod
iudex debet eligere pęnam mitiorem, quia
illud intelligitur, niſi qualitas & atrocitas
delicti

delicti aliud ſuaderet ut ſi quis daret alapã
officiali, debet puniri pœna mortis ſecundũ
Bal.in c.1.§.iniuria.in prin.de pace iur.fir.
Non.n. eſſet æquum, ꝙ tunc ſtante crimine
atroci, & enormi iudex imponet pœnam
mitioré, quia non eſſet pœna cõueniens &
æqualis delicto, iuxta.l. ſancimus.C.de pœ-
nis, & hoc ſentit Alex.in cõſ.111.col.4.in 1.
uol.& Ang.de Are.in d.§.in sũma. & Abb.
14 in d.c.ex literis, col.fi. Quinto non †obſtat
dictum Bald.in d.l.& ſi poſt tres, quod fuit
allegatũ in primo argõ ſecundæ partis, q̃a
ibi ſtatutum loquitur de pœna mille, uel
de alia ad arbitrium &c. illa dictio, alia eſt
repetitiua ſimilis pęnę, ſcilicet pecuniarię,
ideo non poteſt imponere pęnam mortis,
quæ eſt longe diſſimilis, ut no.gl.& Bal.in
l.ſi fugitiui, C.de ſer.fug.& Fel.in c.ſedes,
col.fi de reſcr.& Iaſ in l.ſi unus, in princ.col.
fi.de pa. Et ad dictum Bal.in d.c.1. de pace
tenen.& alia allegata in d.1.argõ. poſſet rñ
deri, niſi atrocitas criminis aliud ſuadeat,
ut ſupra dixi. Et quia pœna amiſſionis bo-
norum nunq̃ imponitur, niſi ubi lex hoc
mãdat expreſſe. Ex quibus pro utraque par
te adductis redditur iſta q.multum dubia,
adeo quod merito Cæſarea deciſione opus
eſſet. Vt igitur in tãta uarietate ponam uerã
concluſionem, dico, ꝙ prima opin.affirma
tiua eſt magis cõis, cum infraſcriptis tñ li-
15 mitationibus. Pono igitur †concluſionem
per modũ regulæ, quæ talis eſt, ꝙ iudex in
arbitrarijs põt imponere pœnã mortis na-
turalis. Hęc cõcluſio probatur in l.ſacrilegij
la 1.ff.ad l.Iul.pe.ubi narratiuè dr̃, ꝙ dato
ꝙ pœna ſacrilegij ſit arbitraria, quia pro
qualitate perſonæ irrogatur, tñ qñque ali-
qui ſacrilegi combuſti fuerũt, ꝙ ſic probat,
ꝙ iudex in pęnis arbitrarijs põt imponere
pęnã combuſtionis, & ſic mortis naturalis,
& ita ad hoc illum tex.ponderat. Abb.in d.
c.ex literis, col.fi.& ibi etiam Fel.in fin.uer
16 bis de conſt. Iſtam concluſionem † decla-
ra, & limita primo procedere, in delictis
cõſummatis, & perfectis, ſecus attentatis
tantùm, & non conſummatis, quia in eis
iudex nunquam ex arbitrio imponit pœnã
mortis. Ita procedit dictum Bald.in d.conſ
343. incipit. Cecchus.&c. colum. 2. in 3.
uol.& Fel. in d.c.ea literis, colum.pen.uerſ.
ſecũda declaratio, &c. Et ratio eſt in prom-
ptu, quia hodie ex generali conſuetudine
non punitur delictum attentatum, ſicut con
ſummatum, ſed mitius, & ſic nõ punitur af
fectus, niſi ſequatur effectus, ẽt in atrociori
bus. Ita tenet Paul.de Caſt.& Alex.in leg.1.
§.fin.in fi.ff.quod quiſque iur.& Car.Alex.
in c.1.§.ſi uero uoluerit, in fin.de ca.qui cur.
uen.& Ang.in cõſ.14.col.1.ubi dicit, ꝙ iſta
cõſuetudo eſt approbata per totũ mundum
& Bal.in l.ſi fugitiui. C.de ſer.fug.& Sal.in
l.is, qui cũ telo.ff.ad l.Cor.de ſiccar.& Bar.
in l.1.§.ſi diuus, eo.tit. Vnde ſi iudex impo
neret pœnam mortis in attentatis, puniret
affectũ ſicut effectum, quia maior pęna da
17 ri non poteſt, q̃ ſit pœna mortis. Secundo li
mita, dũmodo delictum ita graue attentis
ipſius circũſtãtijs, ꝙ mereatur pęnã mortis,
exẽplũ põt poni in eo, qui dat alapam offi-
cialis, nam eſt iniuria. Verũ attenta circũſtã
tia qualitatis perſonæ cenſetur atrociſſima,
& ſic in hoc caſu iudex põt procedere ad
mortem ſcḋm Bal.in d.c.1.§.iniuria, in prin.
de pace iur.fir.& ſequitur Ioan. de Ana.in
c. inq.in fi. illius prin. de acc.ita tenet Fel.
in d.c.ex literis, colu. pen.in prin.uerſ.pri-
ma decla. &c.de conſt.ita debet intelligi
dictũ Bald. in d.l. fi. C.de his q̃ latro.ubi di
cit. quòd poteſt ꝓcedi ad ſupplicium, ſi hoc
deſiderat criminis magnitudo. Ex hoc ſe-
quit̃, quòd ſi ex iniuria modica uerbali iu
dex uellet procedere ad mortem, non poſſet
quia non eſſet pęna cõueniens delicto, ſed
maior ꝑ prędicta, imo tũc poſſet iudici exe
quẽti de facto reſiſti, per ea, quæ dixi ſupra
in 1.diſp.& hoc tenet Ang. de Aret. in §.in
ſumma, & Abb.in d.c.ex literis, colum.fin.
alias poſſet appellari, ut no.gloſ.& Bart.in
l.ſi qua pœna. ff.de uerb.ſig. Et hanc limi-
tationem tenet in effectu Alex.in conſ.111.
colu.4.in 1.uol. & And.de Iſer. in conſt.co-
18 mite. Tertio, †limita, niſi expreſſe lex uel
ſtatutum limitaret arbitrium iudicis, ut nõ
poſſit excedere talem pœnã, quia tunc non
imponit pœnã mortis. Ita procedat tex.in
l.1. ff. de furi. baln.& in l.1. expilatores,
ff.de effractu, prout ſupra decl. Quarto li-
mita, niſi lex diceret, quòd iudex pœnam
moderetur, q̃a tũc nõ põt imponere pœnam
mortis. Ita procedit d.c.inq.cum ibi not.vt
19 ſupra declaraui. †Quinto limita qñ arbi-
trium datur iudici in pęnis a iure expreſſis
prout eſt in actione iniuriarum, in qua eſt
ſtatuta pœna corporalis, & pecuniaria, ad
arbitrium



arbitrium iud.l.2.& l.iniuriarum ęſtimatio.
ff.de iniur.& l. Pædius. §.1.ff.de incen.rui.
& nau. tunc enim iudex propter enormita
tem iniuriæ poteſt arbitrari mortem, ſecus
eſt ubi iudici datur ſimpliciter arbitrium pu
niendi in pœnis non a iure expræſſis, quia
tunc non põt facere crimen capitale, ꝙ non
eſt capitale, nec põt imponere pœnam mor-
tis, ubi crimen non eſt capitale. Ita declarat
Fel.in d.c.ex literis.colu.pen.uer.quarta de-
20 claratio, &c. †Sexto limita, non procedere,
quando in ſimilibus delictis eſſet conſue-
tudo, quòd non imponatur pęna mortis: ſed
mitior pœna, quia tunc iudex non põt im-
ponere pœnam mortis, ſed tenetur ſequicõ-
ſuetudinariam pœnam & ceſſat arbitrariã.
Caſus eſt ſingularis in l.ſi quis reum, ff.de
cuſto. reo. Facit tex. cum ibi no.in l.hodie.
ff.de pœnis. Ita tenet Bal. in l.quicunque.
colu.4.uer.ſcias tamen, &c. C.de ſer.fug.&
Fel.in cap.de cauſis, colu. 1. de offic. deleg.
& Abb.in c.inquiſitionis. col. fi.de accuſ. &
Alex.in conſ.5.colu.fi.& conſ.3.colum.4.in
1.uol.& Paris in trac.ſynd.in uerſ.compoſi-
tio, colu. 12. in princ.in c.an ſi delinquens,
&c. & in tex.de off.iu.colu.3.& 5.in c.an ſi
poteſtas, &c.ubi plus dicit, ꝙ ſi iudex exce-
dit pęnã ſolitã, dr̃ grauare partem, & poteſt
appellari, & tenetur in ſyndicatu. Et per hoc
infert, ꝙ in regno ſi quis cõdemnat̃ ad unã
unciã, non ſolet exigi tota unica, ſed tamen
unus tarenus uel duo maxime attenta pau-
pertate cõdemnari. Et ꝑ hæc ſit expedita q.
Laus Deo, Rober. Marant. V. I. D.

ADDITIO.

a Quotidiana. Bald. conſil.443. col.2.lib.3.
Tiraq.in tract.de pęnis, cauſa 39. nu.2.latè
Dec. in c.ex literis.nu.14.extra de conſtitu.
Alex.conſ.111.col.3.lib.1.& conſ.12.nu.15
& conſ.21.nu.9.lib.7. Foller.in pract.crim.
laico in 1.part.in uerſic. ſtudeant ſe ornare
nu.6. Ioan.de Lignago in conſ. 20. nume.3.
Ang.de Gambil.cõſ.423.nu.26. & ſeq.Pet.
de Soncin.conſ.98.nu.12.13.& ſeq.quæ cõ
ſilia ſunt in 1.lib. conſiliorum criminalium
diuerſo.Docto. Caccialup.cõſ.92.per totũ,
quod eſt in 1.Thom.conſil.diuerſo. Docto.
diuerſo ab illo allegato, Gramma. deci.36.
nu.12.& conſ.crimin.36.nu.21.& conſi.39
Author ſupra in ſpeculo in 4. part. opinio.
commu.opin.179.iudicis arbitrium.

Ludouicus Alferius.

# DISPVTATIO QVARTA.

**Vtrum ſi in cauſa ſummaria ſit proceſſum per partes uia ordinaria, cenſeatur receſſum a uia ſummaria, ita quod ineptitudo libelli, uel alius defectus uitiet proceſſum, non obſtante, quod alias in regno procedatur ſola facti ueritate inſpecta.**

1 *Cauſa quæ de iure erat ſumaria, ſi fuit incepta per partes uia ordinaria, an uideatur renunciatum uia ſummaria.*
*Summaria cauſa an fiat ordinaria ex uoluntate partium, nu.11.13.*
2 *Libellus ſi interuenit in cauſa, in qua non requirebatur, an habeat ordinariæ diſcuti illa cauſa, nume.5.*
3 *Cauſa quamuis ſit commiſſa ſummariè, poteſt nihilominus iudex procedere ordinariè.*
4 *Teſtamentum in ſcriptis ſi non ualeat, an ualeat ut nuncupatiuum, num.13.*
*Contractu ſine ſcriptura non ualet, quãdo partes elegerunt uiam cõtrahendi in ſcriptis, & quando cenſentur hanc uiam elegiſſe.*
5 *Arbiter, qui erat etiã arbitrator, ſi incepit procedere, ut arbiter, poteſt proſequi ut arbitrator inordinate, & ualet proceſſus.*
6 *Teſtamentum militis factum iure communi, ſi non valeat, an ualebit iure militari.*
7 *Libellus ineptus non uitiat in cauſa, in qua non requirebatur.*
8 *Teſtes inhabiles probant informationem in caſibus, in quibus non requirebantur.*
*Actus qui poterat geri ſine aliqua perſona, nõ uitiatur, ſi illa interuenit inutiliter.*
9 *Viam per quam actus impugnatur, nemo præſumitur elegiſſe,*
19 *Proceſſus ſiue ordinariè, ſiue ſummariè fiat, ſemper poteſt in regno ſuper eo ferri ſententia, dummodo liqueat de ueritate.*
12 *In confeſſo non requiritur ſententia.*
14 *Cauſa ordinaria an poſſit fieri ſummaria de uoluptate partium.*

1 FVI *a* ſæpe interrogatus ſtante † iure
a muncipali in hoc regno, quod in cau-
ſis ciuilibus procedatur ſine figura iu-
dicij, & ſola facti ueritate inſpecta, per cap.
deteſtantes, & per regiam pragam. primam
quæ

quæ incipit, diſpendia. Si partes proceſſe-
runt in cauſa ciuili uia ordinaria, dando li-
bellum, item conteſtando, & alia acta ſo-
lenniter & ordinariè faciendo, cum potuiſ-
ſent iſta iudiciorum ſolennia omittere, &
procedere uia ſummaria, ob dicta ſtatuta.
An per hoc uideantur uiæ ſummariæ renun
ciaſſe, & amplecti uiam ordinariam, quando
non apparet de expreſſo conſenſu, ſeu con-
uentione partium, ita ut ſi aliquis defectus
emergat in iudicijs, puta ineptitudinis, uel
alius ſimilis, qui de iure communi uitiaret
proceſſum, & ſententiam, habeat etiam talis
defectus vitiare talem proceſſum ordinaria
via initiatum, & ſic an in tali proceſſu de-
beat ſeruari ius cõe, & non municipale, per
ea, quæ not. gl. & Docto. in l. uinum. in fin.
ff. cer. pet. Et pro prima parte affirmatiua,
uidelicet, ꝙ cenſeatur receſſum à uia ſum-
maria, & per conſequens debeat ſeruari ius
cõe, adducitur primo dictũ Bald. in l. diffa-
mari. col. 1. in fi. uerſ. 2. opp. &c. C. de ing. &
manu. ubi dicit, quòd qñ partes poſſunt pro
cedere ſummariè, & eligunt uiam ordinariã
cauſa efficitur ordinaria, & ſic uidetur hoc
2 dependere ex uoluntate partium. † Secundo,
adducitur glo in l. proinde. §. notandum. ff.
ad l. Aquil. quæ dicit, quòd qñ in cauſa non
requirebatur libellus, ſi interueniat libellus,
& ſic fuit cœpta uia ordinaria, debet ſolen-
niter per ſententiam diffiniri, ꝙ ſic innuit
quòd cauſa efficitur ordinaria, & debet or-
dinariè determinari, & ita per illam gl. te-
net Franc. de Cur. in add. poſt. Alex. in d. l.
uinum, col. fin. ff. ſi cer. pet. in add. quæ inci-
pit, tamen fallit. &c ubi dicit, quod tunc nõ
ualeret ſententia ſuper libello inepto. Ter-
3 tio pondero † dictum Bald. in l. quod fauo-
re. col. 1. C. de leg. Bald. ĩ l. nulla. ff. de leg. qui
dicit, quod ſi princeps committit cauſam iu
dici, quod ſummariè procedat, & ille proce-
dit ordinariè, ualet proceſſus, tanquam ordi
narius, & ordinariè factus. Idẽ tenet Lanfr.
in cl ſæpe. col. 3. in princ. in 15. cõc. de uerb.
4 ſig. Quarto † adducitur, quia teſtator, qui po
terat teſtari nũcupatiuè, elegit uiam teſtan-
di in ſcriptis ſolẽniter, & nõ ualuit teſtamẽ-
tũ in ſcriptis, ob aliquẽ defectũ, minime va-
lebit ut teſtamentũ nuncupatiuũ, ex quo il-
lam uiã ſolẽnẽ elegit. Ita tenet Bar. in l. fi. ff.
de iure codicil. Fecit etiã, quod dicimus de
cõtractu in ſcriptis: nam qñ erat in poſſe cõ
trahẽtium cõtrahere in ſcriptis, & ſine ſcri-
ptis, & elegerũt uiã cõtrahẽdi in ſcriptis, nõ
ualet cõtractus ſine ſcriptura. l. contractus.
& ibi Bal. in 1. colu. in fin. C. de fide inſt. ubi
plus dicit, ꝙ eo ipſo, quòd partes dñt, habea
mus notariũ, ut cõficiat ſcripturã de contra
ctu. cẽſetur uelle cõtrahere in ſcriptis, in tan
tũ, ꝙ ante, quã ſcribat, põt eas pęnitere, uel
alteram partẽ pęnitere, & nolle contrahere,
vt hr̃ in deciſ. 36. conſ. Nea. per Matt. uerſ. 3
&c. Ita etiã vr̃ dicendum in caſu noſtro, qa
erat in ptãte partiũ procedere ſummarie, ſe-
cundũ iura municipalia, & elegerũt uiã or-
dinariã, debet eis imputari, ut ſi deficit ali-
qua ſolemnitas iuris cõis, uitietur proceſſus
iuxta illã regulã, uia, q̃ elegiſti, tibi pateat,
5 &c. Pro † parte uero cõtraria adducit̃ dictũ
Bal. ĩ l. 3. ff. de teſt. mil. vbi dicit, ꝙ ſi is, q põt
ꝓcedere ſũmariè, & de plano, incipit proce-
dere ordinariè p libellũ põt omittere uiã or-
dinaria, & reliquũ proceſſum expedire ſum
mariè, qa eligendo ius cõe, nõ cenſetur pri-
uilegio renunciare. Vnde infert ibi Bal. qđ
ſi eſt cõpromiſſum in aliquẽ, tanq̃ arbitrum,
& arbitratorem, & ille incepit procedere, ut
arbiter, & proceſſit inordinatè, ualet nihilo
minus eius laudum, tanquam arbitratoris.
Et hoc dictum uidetur decidere caſum nr̃m,
vt ſi ꝓceſſus fuit initiatus ordinariè, & fuit
non ritè compoſitus, debet ualere tanquam
ſummarius, ꝓpter dicta ſtatuta ſeu iura mu
6 nicipalia. † Et de hoc uidetur text. in d. l. 3.
ff. de teſt. mil. ubi miles, qui poterat teſtari
iure militari, ſi uoluit teſtari iure commu-
ni, & omiſit ſolennitas, adeo quòd ſi teſta-
mentum nõ poteſt ualere iure communi, va-
lebit ſaltem iure militari, & ſic non uidetur
renũciare priuilegio, adeundo uiam iuris cõ-
7 munis † Secundo, pro iſta parte adducitur
illud quod uoluit Alex. in d. l. vinum. col. fi.
& ibi eſt gl. ſingularis, ubi dicitur, quod in
cauſis in quibus non requiritur libellus, ſi in-
terueniat, & inceptus non uitiat proceſſum.
Sic etiam poſſemus dicere in quolibet actu
ſubſtantiali iudicij, ut ſi interueniat & ine-
ptus non uitiat proceſſum. Idem, ſi pœnitus
obmittatur, ex quo, non requirebatur de ne-
ceſſitate. Si enim eſſet uera prima opi. nun-
quam poſſet uerificari illud dictũ gl. & Ale.
in d. l. uinum, quod eſt communiter appro-
batum, quia ſemper quando quis preſentat
libellum, ur̃ eligere uiam ordinariam, & ſic





eſſemus in diſpoſitione iuris cõis, ſcḋm quã
libellus ineptus uitiat proceſſum, & eſſet
8 cõtra illud dictũ. Tertio, adducit † qđ no.
Bal. in l. qui teſt. § per contrariũ. ff. de teſt.
ubi dicit, qđ ualet informatio capta per
teſtes inhabiles in caſib. in qbus teſtes nõ
requirebant̃. Facit ẽt tex. iuncta gl. in uer.
in trãſitu, in §. ſer. inſt. de liberti, q̃ probat
ꝙ qñ actus poterat geri ſine interuẽtu ali-
cuius perſonæ, ſi illa pſona interueniat, &
inutilis, nõ uitiat actum. Pro hoc eſt text.
in l. 1. ĩ prin. C. de rei vxo. act. Sic etiã dico,
in q. noſtra, qa cauſa poterat expediri sũ
mariè & ſine ſolẽnitate iuris, ſi interuene-
runt dicta ſolennitates, & inutiliter, nõ de
bet per hoc uitiari ꝓceſſus. Quarto, qa ne
9 mo † cẽſetur elegiſſe uiã, per quã actus, &
uoluntas ſuæ impugnet̃, ut d. l. 3. ff. de teſt.
mi. & Alex in l. hac cõſultiſſima. §. p nũcu
pationẽ. C. de teſt. & Soc. in cõſ. 142. colu.
3. 1. uol. Pro ſolutione huius q. adhæreo
huic ſecũdæ parti, quã puto eſſe ueriorẽ,
maxime in hoc regno, cũ ſint rationes effi
caciores ꝓ ea, intelligẽdo tñ, qñ partes nõ
expreſsè declarauerunt ſe uelle procedere
ordinariè, ſed tantũ incœperunt ita de fa
cto ordinariè ꝓcedere, ex quo ꝓceſſu põt
reſultare tacitus cõſenſus, nõ aũt expreſ-
ſus, qa iſte tacitus cõſenſus nõ debet ita in
terpretari, ut partes voluerint facere actũ
inutilẽ, & iudiciũ fruſtatoriũ, ar. l. quoties,
la 2. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de uerb.
10 obli. Et ultra dictas † quatuor rationes, cõ
firmo hãc partẽ in regno, per d. ca. deteſtã
tes, ubi mãdatur, ꝙ qñ ĩ proceſſu liquet de
ſola ſubſtantia ueritatis, non poſſi oppo-
ni aliqua exceptio de nullitate ex defectu
obmiſſę ſolennitatis iudicij. Et illud mãda
tũ dirigit̃ iudici, ut patet ibi ex ſupraſcri-
ptione. Vnde nõ eſt curandũ quomodo cũ
que partes ꝓcedat ĩ cauſa ſiue ordinariè,
ſiue ſummariè, qa dũmodo liqueat de ue
ritate, ſemp iudex poterit proferre ſnĩam
validã, ẽt ſi aliqua ſubſtãtialia omittãtur,
qa de his non eſt curãdũ. Et p d. c deteſta
tes, apparet rñſio ad oĩa quatuor argumẽ-
ta adducta ꝓ prima parte. Præterea, ẽt de
11 † iure cõi puto ſuſtineri poſſe iſtã ſecũdã
partẽ, p iura, & argumẽta ſupius adductũ;
Et in ſpecie rñderi põt ad oĩa allegata pro
prima parte. Et primo, non obſtat dictu
Bal. in l. diffamari, qa nihil facit ad propo
ſitũ. Dicit. n. qđ partes poſſunt procedere
ordinariè, ubi poterat ſummariè, & ualet
proceſſus ordinarius. Iſtud eſt clarũ & ex-
peditũ p cl. ſepe. §. fi. de uerb. ſig. quia tũc
res reuertitur ad naturam ſuã, & ſic ad ius
cõe, uñ de facili fit, ut no. in d. §. fi. Nõ tñ
dr̃, qđ ſi in aliquo omitteretur aliquid ſub
ſtãtiale, uitiet̃ ꝓceſſus, & ita ẽt reſpõdeo
ad id, qđ dicit Bal. in d. l. qđ fauore, & in
12 d. l. nulla, Secũdo, nõ † obſtat gl. in d l. pro
inde. §. notãdũ, qa loquit̃ ĩ caſu, in quo nõ
requirebat̃ ſnĩa, ut quia ſumus in cõfeſſo,
ĩ quo ſolũ fit pręceptũ, ut ſoluat l. 1. C. de
cõfeſ. Verũ eſt, quo ſi actor uigore cõfeſ-
ſionis rei uoluerit formare libellũ ſolenni
ter, & petere id, qđ cõfeſſus eſt, tunc requi
ritur ſnĩa, ex quo cauſa eſt initiata in for
mã iudici, & ſentẽtia debet eſſe cõformis
libello, & hoc dicit iſta gloſſ. Non tamẽ
ibi fit aliquod uerbũ, quod ſi interueniret
libellus ineptus, uitiaretur proceſſus, uel ſi
aliter proceſſus fuit nõ ritè factus. Sed ſo-
lùm ſentit, quod ſi fuit fabricatus proceſ-
ſus, eſt ſolenniter per ſnĩam determinan-
dus, quod eſt ex quadam neceſſitate: quia
oĩs proceſſus expectat diffinitiuam ſentẽ-
12 tiã regulariter. Non obſtat, † quod dici-
mus de teſtamẽto ĩ ſcriptis, quia illud eſt,
quando teſtator expreſsè declarauit, ꝙ uo-
lebat teſtari in ſcriptis, quo caſu, ſi nõ ua-
let ut teſtamentum in ſcriptis, minime ua-
let ut nuncupatiuum. Secus, quando hoc
expreſsè nõ apparet, quia tunc ſi poteſt va-
lere ut nuncupatiuum, ut quia interuene-
runt omnia requiſita in nuncupatiuo, ua-
lebit ut nuncupatiumm, Ita ſentit Bart. in
d. leg. fi. ff. de iure codic. & Cyn. Alexan. &
Iaſ. in d. leg. hac conſultiſſima. §. per nun-
cupationem. C. de teſta & Ange. & Imol. ĩ
leg. 1. §. ſin autem. ff. de hær. inſtit. & Alex.
in conſ. 176. col. 2. in 5. uol. & conſ. 113. in
3. uol. & Paul. de Caſt. in cõſ. 415 in 2. uol.
& Soc. in conſ. 142. in 1. uol. & habetur ali
quid in deciſ. 69. Neap. Et eodem modo
reſpondeo ad leg. contractus. C. de fide
inſtr. & quod ibi. no. Bal. ſ. ꝙ loquitur, qñ
expreſsè apparet, quod partes uoluerunt
contr. here in ſcriptis. Et per hoc dico, qđ
quando expreſsè partes cõuenirent, quod
procedatur ordinariè coram iudice, & re-
nunciarent illi capitu. de teſt. tunc propter
expreſſum cõſenſum dicerem, quod non

ualeret iudicium, ſi aliqua ſolemnitas o-
14 mitteretur, per prædicta. Quid † autem
econtra, an poſſint partes facere, quod in
cauſa ordinaria procedatᷣ ſummariè? Spe.
in tit. de lib. concep. §. nunc dicendum. uer
ſicu. 9. tenet quod ſic, ſe contrarium tenet
Car. in d. c. ſæpe, in prin. in 12. q. & Ale. in
add. ad Bar. in d. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ,
in 2. colũ. ĩ add. quæ inc. Adde ad hoc, &c.
ff. pro ſocio, & eſt ratio, quia quod ordina
riè procedatur eſt iuris publici, & partes
non poſſunt iuri publico renunciare, l. ius
publicum. ff. de pact. Idem tenet Luc. de
Pen. in l. de ſubmerſis, col. pen. in fi. & ſeq.
C. de naufr. lib. 11. per eandem rationem.
Dicit tñ Card. ĩ d. 12. q & Lucas, ut ſupra,
quod ſi partes uellẽt, quod iudex procedat
tanquã arbitrator, poſſunt hoc facere. Et
ſic p hũc modũ poſſunt facere cauſam sũ
mariã, faciẽdo cõpromiſſum eo modo. Et
ex his remanet expedita iſta utilis quęſt.
Laus Deo. Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.

ADDITIO.

a Fui ſæpe. Vide D. Authorem ſupra in ſpe-
culo, in 4. part. prin. in 9. diſtinct. nu. 203.
Ludouicus Alferius.

# DISPVTATIO QVINTA.

Vtrum in crimine uſurarũ poſſit iudex eccleſiaſticus, uel ſecularis inquirere, & procedere ex officio nemine accuſante: & uſurarium punire aliqua pœna: & quid ſeruatur in hoc regno Siciliæ.

1 *De uſurario an poſſit requiri per iudicẽ ex officio & condemnari ad aliquam pęnam nemine accuſante.*
*Vſuras ne recipiat creditor, poteſt p iudicẽ impediri, & receptas compelli reſtituere.* a
*De uſurario ſuſpecto poteſt inquiri p iudicẽ eccleſiaſticũ, ut imponatur ſibi pęnitẽtia*
2 *Cauſa ſi fuit cępta uia ordinaria, debet ſolenniter per ſententiam diffiniri.*
3 *Vſurarius pōt excõiari, ſi nõ reſtituit uſuras*
4 *Vſura eſt delictũ punibile, & ſuper eo poteſt procedi per inquiſitionem, & accuſationẽ per iudicem eccleſiaſticum. num. 11.*
*Vſurarũ crimẽ ĩ regno ẽ publicũ, qlibet admittitur ad accusãdũ, et hoc qualiter pcedat*
6 *Vſuræ ſunt permiſſæ, de iure ciuili.*
7 *Vſurarius an poſſit criminaliter puniri, n. 12 13*
8 *Vſurarius puniť trib. pęnis de iure canonico*
9 *Vſurarius reſtitutis uſuris an teneatur ad aliud.*
*Vſurarius pauper, qui non poteſt reſtituere, an teneatur in aliquo, nu. 22*
10 *De Vſurario nullo modo pōt hodie ĩquiri p iudicẽ ſecularẽ, niſi accuſetur ab eo, qui ſuam uel ſuorum iniuriam proſequitur.*
11 *Inquiſitio pōt fieri p iudicẽ eccleſiaſticũ uſura, et de omni alio crimine fama pcedẽte.*
13 *Vſurarius recipiendo uſuras committit dolũ, & debet teneri crimine ſtellionatus.*
14 *Vſurarius pluries delinquit.*
15 *Iudex eccleſiaſticus poteſt coadiuuare canones addendo nouam pęnam.*
*Vſurarius an poſſit pecuniariter puniri, n. 17*
16 *Vſurariorũ temeritas excreuit hodie, & acrius exercẽt uſuras Chriſtiani, q̃ Iudei.*
*Pęna augeri poteſt ob delicti frequentiam.*
16 *Pęna illa irrogari debet, q̃ magis timetur.*
*Pęna pecuniaria eſt valde conueniens uſurario propter eius auaritiam.*
17 *Vſura eſt crimen, & nõ reperitur ea maius malum.*
*Crimen dicitur omnis operatio mala, quę poteſt accuſari & puniri.*
18 *Pęna arbitraria puniri debet omnis, qui delinquit contra probibitionem legis, quando lex certam pœnam non irrcgat.*
20 *In dubio ſequenda eſt opinio illa, quæ magis fauet publicę utilitati.*
21 *Vſuræ prohibẽtur recipi etiã a ſpõte ſoluẽte: Vſuras ſoluẽs nõ peccat, ſed ſolũ is, q eas recipit. Debitor ſoluens uſuras, uidetur ſibi eruere oculum.*
23 *Tortura an poſſit irrogari ĩ crimine uſurarũ. Vſurarius an poſſit torqueri ſtãtibus ĩdicijs.*

FIſcales a iudices ſolent quotidie inueſtigando anhelare, unde poſſint pecunias extorquere, & prouentus facere, hinc quandoque nemine conquerente formant inquiſitiones ex officio contra uſurarios, ut poſſint eos ad legitimam pœnam condemnare: Quæritur modo, an poſſint ex officio pcedere & inquirere ac punire, nemine accusãte. Iſta q. habet multa capita, quæ ueniẽt inferius decidenda,





& multa argumenta poſſunt adduci hinc
1 inde ad partes. † Et primo pro parte affir
matiua, q poſſit inquiri ex officio, etiã ad
commodum priuati, adducitur tex. ĩ c. cũ
in dioceſi, & ibi Ioan. de Ana. in 2. not. de
uur. ubi iudex eccleſiaſticus etiam nemi- 6
ne petente poteſt inquirere contra uſura b
rium, & ipſum compellere ad reſtitutionẽ
uſurarum. Idem tenet Abb. in c. tuas. in 2.
no. de uſur. ubi plus dicit, q nõ ſolùm po-
teſt iudex cogere ad reſtitutionem uſura
rum receptarum, uerum etiam ante ſolu-
tionem, poteſt ex officio impedire credito
rẽ, ne recipiat, ſeu exigat, & hoc cauſa uitã
di peccatum. Idem tenet Io. de Ana. in d. c.
tuas, in ult. no. gl. in c. ex literis, de ſpõſa. &
Abb. in c. ad noſtram. el 2. col. 2. de iureiu.
ubi dicit de mente Inno. q iudex eccleſia- 7
ſticus põt procedere contra eum, quem ha
bet ſuſpectum de uſura ad pœnitentiã im
ponendam, & erit utile per conſequentiam
parti, quia non poterit imponi ſalutaris pę
nitentia, niſi uſuræ reſtituantur parti, idem 8
2 tenet Bal. in cõſ. 183. in fi. in 1. uol. & Soc.
in conſ. 219. in 2. uol. Scdo, adducitur. † qđ
uoluit Bal. in l. ea quidem, col. antep. uerſi.
itẽ quæritur, an in ciuili, &c. C. de acc. ubi
dicit, q in ciuili cauſa regulariter non pro
ceditur per inquiſitionem, niſi contra uſu-
3 rarium, & idem Bal. in c. 1. ſi tres. de pace
tenen. Tertio, adducitur † dictum Abb. in
c. præterea, de uſu. ubi dicit, q uſurarius po
teſt compelli ad reſtõnem uſurarum, & ſi
4 nõ reſtituit, põt excõicari. Quarto, adduciť
† dictũ Pet. Phil. Cor. in cõſ. 19. in litera e,
& litera f, in 3. uol. ubi dicit, q crimen uſu
rarum, eſt delictũ punibile, & ſuper eo põt
iudex procedere, tam per uiam accuſatio-
nis, quàm inquiſitionis, intelligendo de iu 9
dice eccleſiaſtico, pręcedẽte fama, iuxta, c.
qualiter, & qñ. de accu. & plures bonas rõ-
nes allegat in d. cõſi. & cõcludit, q iudex ul
tra pœnas Lateranenſis conſilij traditas, in
5 c. quia in oĩbus, de uſur. poteſt etiam impo
nere pœnam arbitrariam. † Quinto, addu-
ciť nouiſſima diſpoſitio tradita in regno,
per conſt. uſurariorum, quæ uult, q crimen
uſurarum ſit publicum, & quilibet de popu
lo admittitur ad accuſandum, ergo ſaltem
præcedente fama, quæ habetur loco accu-
ſatoris, d. cap. qualiter, & quãdo. el. 2. debet
poſſe iudex procedere per inquiſitionem,

ſicut in alijs quàm pluribus criminibus pu
blicis procedit. Pro parte uero contraria, q
imò nullo modo procedi poſſit per inqui-
ſitionem, adducitur primo, nam quantum
ad iudicem ſecularem, qui habet ſequi ius
ciuile non põt procedere nec punire, † ex
quo *b* uſuræ de iure ciuili ſunt permiſſæ,
& nõ prohibet, l. eos, C. de uſu. ubi Iuſtinia
nus Impe. qui fuit uir catholicus, permiſit
uſuras. Et hoc tenet Bart. ĩ l. 1. colũ. 3. C. de
Sum. Trin. & fid. Cath. & Car. ĩ cle. 1. col. 2.
in 2. q. de uſur. Phil. Dec. in conſi. 170. unde
quod fit, l. permittente, non punitur nec in
quiritur, l. Gracchus. C. de adul. & l. fi. ff. qđ
quiſque iuris. Secundo, q ſaltem ad pœnã
imponendam nõ poſſit inquiri, adducitur
dictum Bal. & Sal. in l. improbum. C. de his
qui not. inf. ubi dicunt, † quod uſurarius
nullo modo poteſt criminaliter puniri, ex
quo nulla lege cauetur. nam recipit uſuras
de conſenſu ſoluentis. Ioan. de Ana. in cap.
quam pernicioſum, colũ. 4. de uſur. & Phil.
Dec. in cõſ. 170. Tertio, † adducitur, quia
ſolum ius canonicum introduxit quaſdam
pœnas ſpũales contra uſurarium, quæ tra-
duntur per Lateranenſe concilium, in d. c.
quia in oĩbus. de uſur. & ſunt tres. Prima, q
priuatur cõione altaris, nam non põt reci
pere corpus Xpi, nec dẽt ſtare ĩ eccleſia, qñ
celebrantur diuina. Secunda, quia non dẽt
ſepeliri in eccleſia. Tertia quia nõ admittiť
ad oblationes faciendas, ut d. c. quia in oĩ-
bus, & ibi per Abb. & Io. de Ana. ultra iſtas
pęnas ſpũales nõ reperitur aliqua lege cau
tum, qđ uſurarius puniatur criminaliter,
ergo contra eum inquiri non põt, quia fru
ſtratoria eſſet inquiſitio, & nõ dẽt fieri, qđ
factũ non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus
ff. ut lega. nom. cau. Quarto, † adduciť tex. in
c. cum tu. de uſur. qui tex. multum. ſtringit
in tribus locis. Primo. n. dicit in prin. quod
pœne inductæ per Lateranenſe concilium
contra uſurarios habent locum, donec uſu
ras nõ reſtituãt, ergo ſequitur, quod illis re
ſtitutis ceſſant pœnæ. Secundo, pondero il-
lum text. in uer. illi autem, ubi dicit, quod
uſurarij pauperes, qui uſuras reſtituere nõ
poſſunt, non debent ulla pœna mulctari.
Tertio in fi. illius c. dř, quod reſtitutis uſu
ris liberãtur uſurarij, tam à peccato, quã à
pœna. Et ſic patet per d. c. quod tota uis iu
ris canonici cõſiſtit ĩ faciendo reſtitui uſu

ras pro ſalute animæ,& ille qui nõ poteſt
reſtituere,non punitur aliqua pœna,nam
ſi poſſet criminaliter puniri,ſi nõ haberet
in ęre, deberet luere in corpus,cum obliga
tio deſcẽdat ex delicto,ut habetur ĩ leg.ſi
quis id quod.ff.de iur. om.iud.& in l.qui-
cunq;.C.de ſer.fug.ſed lex canonica dicit
expreſsè, quod nulla pœna puniat̃, & idẽ
qñ uſura reſtituit, ut d.cum tu.in fi.Quin
to,adducitur auctoritas Phi. Dec.ĩ d.cõſ.
170.ubi hoc tenet expreſſe, p̱ plures ratio
nes.Pro ſolutione huius q.facio duo mem
bra principalia .Primum eſt,an iudex poſ-
ſit inquirere ex officio. Secũdũ eſt, an poſ
ſit aliquam pęnam irrogare criminalẽ ſal
tem arbitrariam, ne delictum pertrãſeat
impunitum.Et pro habenda uera conclu-
ſione in utroque membro oportet diſtin-
10 guere iura. Super primo†membro,ſi quæ
ris de iure ciuili cõi,concedo hãc ſecundã
partem,ꝙ iudex ſecularis non põt inquire
re,nec aliquo mõ procedere,ẽt per accuſa
tionẽ,ex quo de iure ciuili uſuræ nõ ſunt
prohibitæ,ergo nõ eſt crimen,unde nec p̱
accuſationem,nec per inquiſitionem puni
ri põt,quod nõ eſt delictũ,per ea quæ mõ
dixi in primo argõ ſecundę partis.Si quæ
ris de iure conſtõnum regni,ẜm quod ius
eſt prodita pœna publicationis bonorum
ut.d.conſt.uſurariorum,& tũc dico,ꝙ per
accuſationẽ uniuſcuiuſq; de populo, ẽt ſi
ſuam iniur.nõ proſequatur,põt iudex pro
cedere,quia crimẽ eſt publicum,& hoc ex
preſsè diſtat d. conſt. ſed per inquiſitionẽ
ſpecificã nullo mõ procedere põt.Primo,
quia illa conſt.hoc non permittit,unde ſta
mus regulæ iuris, quæ eſt quod nemo ſine
accuſatione dãnat̃.l. reſcripto.§.ſi quis ac
cuſatorem.ff.de mu.& hon.& ibi gl.& hr̃i
ĩ l.2.§.ſi pub.ff.de adu.Scd̃o, q̱a alia cõſt.
quæ incipit,hi,qui.§.de ſpecialibus,prohi
bet ſpeciales inquiſitiones,niſi in certis ca
ſibus,inter quos non numeratur iſte,ergo
ſtamus regulæ,quia exceptio firmat regu-
lam in caſibus non exceptuatis.l. quæſitũ.
§.denique.& ibi gl.ff.de fun.inſtr.& l.cum
delanionis.§.cui fundum.eo.tit.& l.nã qd̃
liquide.ff.de pen.leg.Si uero quæris de iu
re ritũ magnæ curiæ Vicariæ,tũc eſt ſciẽ
dũ,quod de hoc habemus in regno duos
ritus.Vnũ,in nu.14.qui incipit,Itẽ,ꝙ nul
lus laicus,quo cauetur,quod nullus admit
tatur ad accuſandum, niſi ſuam uel ſuorũ
iniuriam proſequatur,unde corrigitur cõ
ſtitutio regni in eo,ꝙ admittebat quemli
bet de populo ad accuſandum. Alius ritus
eſt ĩ nu.15.qui inci.Item, ꝙ nullus admit
titur,&c.quo cauet̃, ꝙ iudex ſecularis nõ
põt ĩquirere de uſuraria prauitate, niſi in
teruenjat accuſatio,in forma,adeo ꝙ non
ſufficit ſola denũciatio.Et ex prædicta di
ſcuſſione iurium remanet firma cõcluſio,
quod iudex ſecularis nullo iure põt proce
dere per inquiſitionem contra uſurarium
niſi interueniat accuſatio eorum , qui ſuã
uel ſuorum iniuriam proſequũtur. Et hoc
ultimum procedit in regno, uigore dictio
rum ritum,& ita tenet Pariſ.in trac.ſynd.
in uer.inquiſitio.col.3.uerſi.& hodie in re
11 gno ſunt ſublatæ,&c. Si uero †quæris de
iure canonico in curia eccl.& tunc cõclu
do,quod iudex eccleſiaſticus ĩdiſtinctè p̃t
procedere per inquiſitionem contra uſura
rium manifeſtum, cõtra quem fama labo
rat,& iſta inquiſitio fit principaliter ad ex
pugnandum peccatum,& reſultat ad com
modũ priuati, q̱ uſuræ receptæ reſtituun-
tur, & nondum ſolutæ impediuntur ſolui.
alias põt uſurarius excõicari, ſi non paret
mãdatis iudicis eccleſiaſtici. Ita procedãt
oĩa iura adducta in primo,& 3.argõ pri-
mę partis.Item põt procedere ad imponẽ
das illas pęnas ſpũales,de q̱bus in d.capi.
quia in omnibus.Et ratio eſt, quia de iure
canonico de omni crimine põt inquiri fa
ma præcedẽte.ut d.c.qualiter,& qñ.el 2.
de acc.& ibi Abb.& Doct. Et ita puro de
bere intelligi dictum Bald.in d.leg.ea qui
dem C.de accuſ.& in d.§.ſi tres,quod fuit
allegatũ ſupra ĩ 2 argumento primæ par-
tis,quia de iure ciuili non poſſet procede-
re per orationẽ ſupradictã,ſcilicet, quòd
ius ciuile non prohibet uſuras,unde de ne
ceſſitate intelligi debet de inquiſitione,q̃
facit eccleſiaſticus iudex ad commodum
priuati , & pro ſalute animæ ſubditorum
& ſic appellat̃ hæc inquiſitio in cauſa ci-
uili, ut dicit Bald.ibid. Super 2. membro
12 †prĩcipali.ſ.an poſſit irrogari pęna crimi
nalis contra uſurarium.Dico, quòd de iu
re ciuili cõi non eſt dubium , quod nulla
pęna irrogatur,ex quo lex ciuilis non pro
hibet uſuras.ſed de iure coſtitutionum re-
gni irrogatur pœna publicationis , bono-
rum,



ſum,ut ſupra dixi,per d.conſt.uſurariorũ,
& eſt ritus magnæ curiæ in nume.15.inci
piens. Item,quod nullus, & alius ritus, in
13 nu.13.inci.Item,quod proc.Sed† totũ dũ
bium cõſiſtit,quid de iure canonico,an ul
tra pœnas illas ſpirituales poſſit iudex ec-
cleſiaſt.irrogare uſurario aliquã pęnã cri-
minalẽ arbitrariam , in hoc ſunt iſta duo
conſilia repugnantia,uidelicet.conſ. Phil.
Dec.170.ubi tenet,quod non,eo,quia nul
la lege cauetur. Aliud cõſilium contrariũ
eſt Pet.Phil.Corn.in cõſ.19.in 3. uolũ.ubi
per bonas rõnes tenet.quod ſic, iſtã partẽ
affirmatiuam tenet Iac.But.in d.l. impro-
bo,C. de his, qui no.inf.aſſignat rationẽ ,
quia uſurarius exigẽdo uſuras committit
dolũ, ergo tenetur crimine ſtellionatus .
14 Et hæc†ſecunda pars affirmatiua mihi ur̃
uerior.Quam cõfirmo.Primo. per text. in
c.cũ dicęceſi.de uſur.ubi probat,quod cri
mẽ uſurarũ põt in iudicium deduci p̱ uiã
accuſationis, ergo dẽt puniri aliqua pęna
nãli conueniente illi delicto.Itẽ uſurarius
pluries delinquit. Primo.n. delinquit mu-
tuãdo ſub uſuris, qui facit cõtra pręceptũ
diuinum,&canonicum,qd̃ dicit,Mutuum
date.nihil inde ſperãtes,&c.c.cõſuluit, de
uſur.Scd̃o delinquit uſuras recipiendo,q̱a
tũc exequitur ſuũ malũ propoſitũ.Tertio
delinquit uſuras non reſtituendo, ſed oẽs
pęnæ inductæ per ius canonicũ tẽdunt cõ
tra hoc tertiũ delictũ,ergo alia duo, ſi nõ
punirẽtur,remanerentur impunita,qd̃ eſſet
cõtra publicã vtilitatẽ,l.ita vulneratus.ff.
ad l.Aquil. & hanc põderationẽ facit. Phi.
15 Cor.in d.conſ.19.Scd̃o,pro†iſta parte ad
duco,qd̃ iudex eccleſiaſticus ex iuſta cau
ſa ſibi uiſa põt coadiuuare canones,addẽ-
do nouã pęnã,licet non poſſit totaliter ſta
tuere cõtra canones,gl.eſt cl.ne Romani.
in uer.tolli.& ibi Car.in prin.ĩ 3.q.de ele.
& Abb.ĩ c.licet.col.2.circa fi uerſi.aut ſub
eſt ſtatutũ,&c.de pęnis. & Fel.in c.irrefra
gibili.§.ceterũ,col.2.uer.limita hãc cõclu
ſionẽ,&c.de off.ord.ubi dicit,qd̃ põt adde
re nouã pęnã pecuniariã,& idẽ Fel.in c.qd̃
ſup̱ his.in ult.col.uer.fallit 7.&c.de maio.
& obe.Vñ licet nõ caueat̃ expreſsè p̱ cano
nes , qd̃ uſurarius puniat̃ criminaliter, tñ
dico,qd̃ eps̃ põt addere nouã pęnã coadiu
uãdo canones,& punire ipſũ arbitrio ſuo
ad pęnam pecuniariã ex iuſta cã.ſ. ne tale
delictum pertranſeat impunitũ,& ut alij
capiant exẽplũ,& ceſſent formidine pęnę
à cõmittẽdis uſuris,ut dicit tex.in l.ſi ope
ris.C.de pęn.& l.quicũque.§.qd̃ ſi fecerit.
C.de hær.Solẽt.n.pęnæ exacerbari, ut alij
capiant exemplũ.l.aut facta.§.ſi.& l.ſi quis
aliquid.§.qui abortionis.ff.de pęnis.& l.1.
16 C.ad l.Iul.rep.Tertio† hãc confirmo, q̱a
hodie multũ inoleuit uſurariorũ temeri-
tas, & inſtigante diabolo acrius exercent
uſuras nõnulli Chriſtiani,quã Iudæi,& in
fideles, quo caſu p̱p̱ delicti frequẽtiam eſt
p̱miſſum iudici pęnas ordinarias augere,
& nouas addere.tex.eſt,& ibi Bar.ĩ prĩ.in
d.l.aut facta.§.ſi.ff.de pęnis,& l.1.in prin.
ff.de abigeis,& tex.cũ gl.in l.3.in fi. C.de
epiſ.aud.Facit tex.ĩ l.hodie.ff.de pęn.ſtãte
ergo uſurarũ frequẽtia,eſt permiſſum epõ
augere pęnas canonicas,& punire uſura-
riũ ad ſuũ arbitriũ pęna cõpetenti, p̱ d.l.
17 hodie. Quarto † quia iudex eccleſiaſticus
põt,et dẽt pęnã irrogare,quę magis timet̃,
cuius timoris rõne cẽſendũ eſt ipſũ delin
quentẽ fore à delinquẽdo ceſſaturũ,gl.eſt
in c.licet.in glo.magna circa fi.&ibi Abb.
de pęnis,& tex.in c.qm̃ frequẽter,in fin.&
ibi glo.in uer.magis timeri, &c.ut lite nõ
cõteſt.& glo.in c.de cauſis.in uer. certa in
fi.de off.del.& Fel.ĩ c.irrefragabili.§. cete
rũ,col.1. & ibi ẽt Abb. in 3. no. de off.or.
ubi Abb.& Fel.de mẽte Hoſt. uñr proprie
decidere hunc caſũ dñt.n.ꝙ iudex eccleſia
ſticus pro crimine eccleſiaſtico, ẽt contra
laicũ põt irrogare pęnã pecuniariã, ſi illa
magis timet̃,quã pęna ſpũalis,ſed ĩ nullo
caſu põt magis cõuenire pęna pecuniaria,
quã cõtra uſurariũ,q̱ peccat ex rabia aua
ritiæ,uñ in eo,ĩ quo delinq̃t puniri dẽt,ut
pęna ſit delicto conformis,l.ſi fugitiui.C.
de ſeru.fug.& l.ſãcimus. C.de pęn.Ad qd̃
hñtes reſpectũ Imperatores huius regni,
impoſuerunt pęnã pecuniariã contra uſu-
rarios.ſ.publicationis bonorum, ut ſupra
dixi, p̱.d.cõſt.uſurariorũ. Et ſemp̱ eſt cre-
dẽdũ, ꝙ uſurarius nullã pęnã magis time
bit,q̱ pecuniaria, q̱a ſemper auarus eget,
&c.ex quo incepit fabricare ſibi gehennã,
non curabit pęnas ſpirituales , ut tenet
Abb.in ca.ut clericorũ,in fi. de uita,& ho.
cl.Vt ergo irroget̃ pęna, que magis time-
tur,& delicto conueniens,dico ꝙ eps̃ pote
rit pecuniariam pœnam imponere, quam

debet poſtea erogare in fabricam eccleſiæ,
uel in alium pium uſum, ne ipſe etiam de
auaritia arguatur, ſm Abb. in d.c. ut cleri
corũ, in fi. & in d.§. ceterũ, & in.c. dilectus.
de off. ord. & ĩ d. cap. licet. Quinto adduco
18 † quia ius canonicum appellat uſuras cri
men, ut d.c. quia in oĩbus, &c. ſuper eo. de
uſur. Sed crimen dr̃ oĩs operatio mala, quę
põt accuſari, & puniri criminaliter in hoc
ſeculo. c. Apoſtolus. 81. diſt. & gl. ĩ c. pecca-
tũ. de reg. iur. lib. 6. & Fe. in c. teſtimoniũ,
col. 3. de reſt. Et ꝙ uſura ſit crimẽ, apparet
ex ordine titulorum, & rubricarum in de-
cretalibus, quia poſt titulum de furtis, eſt
immediate ſituatus titulus de uſuris, & di
cit Abb. in continuatione rub. quod uſura
eſt ſpecies rapinę, & ideo cõtinuatur ĩ rub.
de fur. hic dicit Ioan. And. in c. peccatũ. de
reg. iu. lib. 6 ꝙ non reperitur maius malũ,
quàm ſit uſura. & idem dicit Ioan. de Ana.
in c. 1. in fi. de uſu. Si ergo eſt crimẽ, ſequi
tur conſequentia neceſſaria, ꝙ debet ali-
qua condigna pœna puniri: nam impuni-
tas parit auſum ad maius malũ, & delicti
multiplicationẽ, ut inquit Seneca. Sexto,
19 quia † omnis qui delinquit contra prohi
bitionem legis debet puniri pęna arbitra-
ria, qñ lex nõ ſtatuit aliam pœnam certã,
ſm gl. & Bart. ĩ l. nemo martyres. C. de ſac.
ſan. eccl. & gl. in cle. 2. ĩ fi. in uer. ſanctioni
de uita, & ho. cle. & Alex. ĩ add. ad Bar. in l.
hodie. ff. de pœn. ubi dicit, ꝙ uenire cõtra
præceptũ legis eſt pęna arbitraria. Sed cõ
mittere uſuras, eſt facere contra pręceptũ
legis, q̃a ſunt à iure prohibitæ. ergo uſura
rius puniri debet pęna arbitraria, ex quo
uenit cõtra præceptũ legis, per prædicta.
& no. Bal. in l. legis uirtus. ff. de leg. & hr̃ p
Abb. Fel. & Doct. ĩ c. 2. de mai. & obe. Septi
20 mo confirmo, † quia qñ caſus eſt dubius,
& ſunt opiniones hinc inde, debemus in
dubio ſequi illam opi. quę magis fauet pu
blicæ utilitati, & magis cohæret regulis iu
ris cõis. Ita tenet Bar. & Doc. ĩ l. 1. ĩ princ.
ff. ſol. mat. & eſt text. & ibi Bart. ĩ l. 1. §. fi.
C. de cad. tol. Ad idẽ eſt text. formalis in l.
hoc modo. ff. de cõd. & demõ. uñ hic ſtãtib.
iſtis duabus opi. contrarijs, magis fouet pu
blicæ utilitati hæc. quę tendit ad puniẽdũ
delicta, quã alia opi. quæ inducit impuni-
tatem, & auget materiã delinquẽdi, ergo
iſta opi. eſt tenẽda. Et tãto magis hæc opi.
procederet ĩ iſto regno, vbi vſurę puniunt̃
criminaliter per cõſt. regni. & ſic ꝙ deficit
in pœna iudicis eccleſiaſtici, põt ſuppleri
per ſecularẽ. ut tenet Gem. in c. 1. de uſu.
li. 6. facit tex. ĩ c. ſtatuimus. in fi. de maled.
Vbi contra blaſphemantes ſtatuitur pęna
pecuniaria ultra alias pęnas ſpirituales.
21 Nõ obſtãt ea quæ in † cõtrariũ adducebã
tur: maxime, per Philip. Dec. in d. cõſ. 170.
Et primo, inquãtũ dicit. ꝙ uſurarius petit
uſuras ex cõuentione, & uolũtate partis,
unde nullam iniuriã facit uolenti, quia ad
hoc de facili reſpondetur, nã lex prohibẽs
uſuras, prohibet eas recipi etiã à ſpõte ſol
uente, quia is, qui ſoluit, nõ peccat, ſed tm̃
is, qui recipit. ut not. gloſſ. in c. debitores,
in uerſic. reddere, de iureiur. unde in mate
ria uſurarũ tota prohibitio legis eſt in re
cipiẽte, c. conſuluit. de vſu. & ꝑpea nõ cõſi
deratur uolũtas ſoluentis, quia ſemper re
cipiens uenit contra pręceptũ legis, & me
rito uenit puniendus. Tanto magis, quia
ſemper præſumitur debitor inuitus ſolue
re, & ſoluẽdo uſuras, ur̃ ſibi eruere oculũ,
ut dicit glo. in l. 1. ff. de ſol. & Bal. in l. inde
bitas. C. de uſur. Sic in ſimili uidemus in
quolibet actu à lege prohibitio, ꝙ nõ excu
ſat uoluntas partium, quia remaneat pro-
hibitio, & ſortiatur locum pœna legalis. l.
non dubium. C. de legi. Non enim excuſat
adulter, ſi dicat ſe adulteraſſe de uolũtate
mulieris. dato enim ꝙ nõ offendat proxi-
mum ꝑꝑ eius uolũtatem, tñ offendit tẽp.
quia attenta actum à iure prohibitum, &
pœnalem. Non obſt. d.c. cum tu. de uſuris,
22 ſupra † ponderatum in tribus locis, quia
totum loquitur de pœnis Lateranẽſis Cõ
ſilij inductis ad reſtitutionẽ vſurarum ci-
uiliter tm̃, ut patet ibi ĩ prin. Et illud, ꝙ dr̃
in d. uerſic. illi autem, quod ſi uſurarius eſt
pauper. non punitur, cõfirmat hunc intel
lectum, quia ſi illæ pœnę ſunt inductæ ad
compellẽdum vſurarium ad reſtitutionẽ.
ceſſante ſatisfactione ꝑꝑ paupertatẽ, ceſ-
ſant etiam, & illæ pœnæ, & ſimiliter facta
reſtitutione ceſſant. ut ibi dr̃ in fine, quia
ceſſat peccatũ, quo ad Deum, & illę pęnæ
ſolùm reſpiciunt animam, & correctionẽ
peccatoris. Sed quatenus fuit offenſa reſp.
ꝑ receptionẽ uſurarũ, & patrationẽ de li
cti, requiritur alia ſatisfactio per pęnã cri
minalem, ut pluries fuit dictum ſuperius.
Vnde quia illa non eſt naturalis pœna de-
licti, nec ſufficit, ſolùm tendit in fauorem
priuati, ut uſuras recuperet, dicendum eſt
poſſe irrogari aliam pœnam ſufficientem
arbitraria, pro eo quia fuit cõtrauẽtũ pręe
ceptis iuris diuini, & canõ. pro ſatisfactio
ne reip. l. licitat. §. q͛d illicite. ff. de pub. Et
præſertim, quia ut ſupra dixi, illę pęnæ La
teranẽſis Cõſilij puniunt ſolum delictum
in non reſtituendo, unde delictum in mu-
tuando ſub vſuris, & in recipiendo cõmiſ-
ſum remaneret impunitum, q͛d eſſe nõ de
bet, per prædicta. Et ex his apparet reſpon
ſio ad tertium, quartum, & quintum argu-
mẽtum ſecundę partis. Ad primum argm̃
ſecundæ partis poteſt reſponderi per con-
feſſionem, quia fateor, ꝙ de iure ciuili cõ-
muni non irrogẽtur aliqua pœna, ex quo
nõ ſunt prohibitæ, ſed per ius canonicum
ut ſupra interpretatum, puniri poteſt uſu
rarius per epiſcopum. Ad ſecundum argu
mentum ſecundæ partis reſpõdeo, per re-
probationem, & dico, ꝙ omnes illæ aucto
ritates reprobantur per alias auctoritates
cõtrarias, & per rationes ſupra, allegatas,
& per ea, quæ dicit Per. Phil. Corn. in d. cõ-
ſil. 19. in 3. uol. cuius dicta melioribus fir-
23 mantur rationibus. An † autem ſtantibus
indicijs in crimine uſurarum, poſſit dene-
niri ad tortaram Soc. in conſ. 219. col. fin.
in 2. uol. tenet ꝙ ſic. Idẽ tenet Ioã. de Ana.
in c. quia in omnibus, col. 19. de uſur. Ta-
men in regno puto, ꝙ hoc nõ procederet,
quia tormenta irrogantur ſolum in deli-
ctis imponentibus pęnam ultra relegatio
nem, ut in cap. regni, quod incipit, tormen
ta. Sed pęna publicationis bonorum, quę
irrogatur uſurario, non cenſetur ultra re
legationem. Ita tenet Paris in tract. ſynd.
in uerſic. tortura in c. an in cauſa pecunia
ria, &c. Ex hoc remanet expedita iſta ſubti
lis q. Laus Deo. Rob. Marant. V. I. D.

ADDITIONES.

a Fiſcales iudices. D. Author ſupra in ſpecu
lo ĩ initio 6. part. princ. in uerſi. inquiſitio,
nu. 110. & ſeq. latè de pęnis, cõtra uſurarios
Couar. lib. 3. uariar. reſolut. ca. 3. ꝑ totum.
b Vſuræ. Couar. d. lib. 3. reſolut. cap. 1. nu. 5.
& 6. ſupra per Authorẽ in ſpecul. in 6. par.
in uer. inquiſitio nu. 198. ubi dixi.

Ludouicus Alferius.



## DISPVTATIO SEXTA.

Si pręſentatur primò inſtrumẽtum ciuiliter ſuper aſsiſtentia, an lite pendente poſsit criminaliter præſentari ſecundum formam ritus magnæ curiæ, an uerò obſtet exceptio litis pendentiæ.

1 *Cauſa cœpta, ciuiliter, an poſſit lite pendẽte inchoari criminaliter uigore inſtrumenti, an uero obſtet exceptio litis pendentiæ.*
2 *Executio inſtrumẽti, & ſentẽtiæ ęq̃parãtur.*
3 *Exceptio litis pendentiæ an obſtet cõtra executionem inſtrumenti.*
*Actor habẽs plura remedia executiua, uno intentato non præiudicat ſibi in alijs.*
*Clauſula, q͛d electa una uia, alia nõ tollatur quid operetur in inſtrumento.*
*Notarius cẽſetur rogatus ut opponat clauſulas conſuetas in inſtrumento.*
*Clauſula qualibet ĩ inſtrumẽto poſita debet aliquid operari.*
4 *Actione hypothecaria intẽtata, an poſſit lite pendente agi actione perſonali.*
*Cumulatio actionis hypothecariæ, & perſonalis an fieri poſſit, nu. 50.*
*Sẽt ẽtia lata ſuper actione hypothecaria, pręiudicat ſuper actione perſonali.*
5 *Agenus uia ciuili an poſſit pro eadẽ re agere criminaliter.*
6 *Procurator nõ admittitur etiã ad media, q̃do præſentatur inſtrumentum ſecundũ formam ritus*
7 *Debitor ſuſpectus poteſt capi ẽt lite pẽdente*
8 *Inſtrumentũ operatur ut debitor poſſi carcerari, & debet dicere cauſam in uinculis.*
*Inſtrumẽtũ, & contractus in quod differũt.*
*Inſtrumenti executio an impediatur per exceptionem, quod metus cauſa, uel doli, nu. 11.*
*Iuramẽtũ in cõtractu meticuloſo ſeruari debet, niſi petatur abſolutio.*
10 *Spontanea uolũtas an ꝓbetur per illã dictionem ſponte, appoſitã in inſtrumento, nu. 35.*
*Verba notarij ſtipulãtis cẽſẽtur proferri de uoluntate contrahentium.*
12 *Fideiuſſionis cõtractus duas ꝓducit oblationes.*
*Fideiuſſionis cõtractus dicitur damnoſus pro fideiuſſore, adeo quod per hoc cenſetur dilapidare bona ſua eo ipſo, quod fide iubet.*

*Maritus fideiubens dicitur uergere ad inopiam, & vxor repetit dotem.*
15 *Contractus celebratus inter officialẽ, & ſubditũ eſt nullus, & præſumitur factus ꝑ metũ, & impreſſionẽ, ſi eſt damnoſus ſubdito.*
16. *Officialium ſolæ preces erga ſubditos inducunt iuſtum metum.*
17 *Metũ iuſtũ inducit ſolus vultus terribilis*
*Præſumitur in dubio contra officiales indebita ſeruitia extorquentes.*
18 *Inſtrumentum quãdo extrahitur in forma publica, debet interuenire conſenſus creditoris, & debitoris pariter.*
19 *Fides hoſti ſeruanda non eſt,*
20 *Cauſa præoccupata per maiorem iudicẽ nõ poteſt uentilari coram minori.*
*Prauẽtio ſeu præoccupatio iuriſdictionis fit per ſolam citationem.*
21 *Cauſa ſi eſt delegata per principẽ, cenſetur, quoad illã ſublata oĩs poteſtas ordinario, & preceſſus ꝑ eũ factus ſuper ea eſt nullus.*
22 *Citatio obtenta non facta mentione de litis pedentia, dicitur ſurreptitia.*
*Cauſa deuoluta ad curiã principis, nõ poteſt inde extrahi ſine licentia principis, alias nihil ualet, quod agitur.*
23 *Litis pendẽtia coram vno iudice impedit eã agitari coram alio.*
24 *Agens uia ordinaria cenſetur renũciare extraordinariæ executiuæ.*
25 *Inhibitio facta iudici operatur, ut proceſſus poſt ea per eum factus ſit nullus.*
26 *Præuentionis exceptio eſt declinatoria.*
27 *Inſtrumentum guarentigiæ an æqui paretur ſententiæ.*
28 *Cõtumax poteſt pluribus remedijs coerceri.*
29 *Inſtrumentum quando eſt nullũ, omnes clauſulæ in eo contente ſunt nullæ.*
30 *Actio hypothecaria quãdo cumulatur cũ actione ꝑſonali, debet fieri corã eodẽ iudice.*
*Cauſæ continentia, quando diuidi nõ debet, non ualet proceſſus corã diuerſis iudicibus*
31 *Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, an, & quando fieri ſolet.*
32 *Procurator in criminalibus nõ admittitur, quando diſcutitur cauſa principalis, ſecus quando opponit declinatoriam, uel nullitatem libelli, uel calumniam aduesarij.*
*Calumnia habetur loco libelli inepti, & poteſt ex officio repelli per iudicem.*
33 *Exceptio nullitatis oriens ex inſtrumẽto nõ cenſetur ſublata per ſtatutũ tollens omnẽ exceptionem, idem de exceptione inhabilitatis perſonæ.*
*Creditoris appellatio in ſtatuto intelligitur de efficaci.*
34 *Iuramentum metu extorũ in actu a iure probito non obligat.*
35 *Clauſula ſponte, &c. cenſetur metu extorta in contractu meticuloſo.*
*Notorio non creditur de his, quæ conſiſtunt in animo contrahentium.*
36 *Velle, non dicitur, qui per metum vult.*

a ILluſtris *a* dñs Vicerex ciuitatis Neapo. & Locumtenens generalis huius regni, fuit aditus per ſupplicationem cuiuſdã actricis, ut deberet ſibi miniſtrare iuſtitiã contra quendã ſuũ debitorẽ uigore inſtrumẽti præſentari ſuper aſſiſtẽtia ciuiliter contra bona debitoris, fuit cauſa cõmiſſa in ſacro cõſ. uni ex regijs cõſiliarijs, ut iuſtitiam faceret, in ſacroq́ue cõſilio referret. coram quo regio cõmiſſario fuit fabricatus proceſſus uſque ad publicationẽ incluſiuè, & per debitore, fuit plenè probatum in defenſionibus, ꝙ promiſſio, & obligatio inſtr̃alis, quę erat ducatorum mille. fuit extorta per metum, & impreſſionẽ ſuperioris. Demum lite pendente in ſacro conſilio, præfata actrix præſentauit illud idem inſtr̃m in magna curia uicariæ criminalis ſ̃m formam ritus, & fecit capi debitore. Opponitur de litis pendentia in ſacro cõſilio, & ꝙ cauſa fuerat occupata ꝑ ſuperiorem iudicem, quæritur an dicta exceptio impediat uiã criminalem, ita ut debitor debeat liberari, & ꝓcedi in cauſa cęſ
1 pta in ſacro cõſ. Et pro prima parte † negatiua, qd̃ dicta exceptio litis pendentię nõ obſtet, imo ꝙ procedi poſſit criminaliter, adducit̃, quia executio ſnĩæ, & executio inſtr̃i habentis executionẽ paratam, æquiparãtur. Ita dicit Bar. ĩ l. cũ unus. ĩ fin illius prin. ff. de bo. auth. iud. poſ. & Bald. in l. fi. col. 2. C. eo. tit. & Lud. Ro. ĩ cõſ 76. & col. 2. Sed qñ fit executio ſnĩę, nõ impeditus ꝑ exceptionẽ litis pendentię, ſ̃m Inno. in c. cũ in iure. de off. dele. & Lud. R. in d. cõſ. 76. ĩ fi. verbis. Ergo minime debet retardari executio inſtr̃i, cuius uigore põt deueniri ad capturã perſonę auctoritate, dicti ritus, ſicut per inſtr̃m guarentigiarũ, ut no. Bar. ĩ l. Titio cẽtũ. §. 2. de cõd. & demõ. & Inn. in c. ex reſcr. de iureiur. & Alex. ĩ add. ad Bar. in d. l. cum unus, & Lud. R. in cõſi. 133. col. 1. Quia ergo per ritum magnę curiæ inſtr̃m habet executionẽ paratam, nõ poterit opponi litis pẽdentia. Secũdo, qa
2 † qñ actor habet plura remedia executiua contra reum, uno intẽtato non præiudicatur ſibi, quo ad alia. Vnde ſi actor habuit poſſeſſionem bonorũ, põt ẽt recurrere ad capturam perſonæ, donec ſibi ſatisfiat. Ita tenet Bar. in l. cõſentaneum. col. fi. C. qũo, & qñ iud. & Bal. per illũ tex. in l. qui legati. C. ut in poſ, leg. per l. 1. §. quid ergo. ff. de uen. inſp. & Bal. in l. 2. in fi. C. de reſt. mil. & hr̃ in c. qñ frequenter. §. fin. ut lite non cõteſt. nec pendentia litis ſuper uno ur̃ poſſe ſuper alio pręiudicare, ut no. Iaſ. ĩ l. nulli. col. 3. in 6. fallentia. C. de iud. unde licet dicti actores intentauerunt uiam executiuã ciuiliter ſuper aſſiſtẽtia. ſ. procuratoris dictæ actricis, nõ debet talis pendentia litis impedire aliud remedium executiuum cõtra perſonam, donec integre ſatisfit, per ꝓ dicta.
3 Tertio, quia in † inſtr̃is cõiter opponuntur illę clauſulæ, uidelicet, ꝙ creditor poſſit preſentare inſtr̃m ciuiliter, & criminaliter, qd̃ electa una uia, alia nõ tollatur ergo cenſerur data poteſtas creditori, qd̃ poſſit redire ad criminalem cauſam, ſecũdum formam ritus, non obſtante prima uia ciuiliter electa. Cum quælibet clauſula, & omne uerbum in inſtr̃o appoſitum debeat aliquid operari, ut dicit Bal. ĩ rub. C. de cõtrahen. emp. in 9. q. & glo. in c. ſolitę. & ĩ uer. tanq̃. de ma. & obe. & Iaſ. in l. 2. §. creditũ, in fi. ff. ſi cert. pet. & Per. Philip. Cor. in cõſi. 256. col. 4. ĩ 4. uol. & notarius ſemper cenſetur rogatus, ut apponat iſtas clauſulas conſuetas. l. fin. & ibi Bald. C. de fideiuſ. & Bald. in l. ſi quis ſub cõditione. ſi. ff. de cõdi. inſt. & in l. hmõi in prin. ff. de leg. pri. & Alex. in cõſ. 89. col. pen. 3. uolu. & Iaſ. in l. certi condict. §. nũmos. col. 5. ff. ſi certũ peta. Quarto, quia quãdo intẽtata
4 † actio hypothecaria, põt actor ẽt pẽdẽte iudicio intẽtare actionem perſonalem cõtra eundem debitorem, & hoc eſt ſpeciale in iſtis duabus actionibus, quia poſſunt cumulari tam in eodem libello, quam in diuerſis, tam in eodem tẽpore, q̃ diuerſo, nõ obſtante, qd̃ ſnĩa lata ſuper una, pariat exceptionẽ rei iudicatę ſuper alia. Ita tenet Bar. ĩ l. edita. col. 4. in fin. C. de eden. & ĩ l. fundũ, uerſ. opp. extra glo. & c. ff. de excep. per tex. in §. ſed neque ĩ auth. de fideiuſ. & & Barto. in l. mulier. ff. qui po. in pign. ha. & Paul. de Caſt. in cõſ. 448. in 1. col. in 2. uol. Sed ĩ propoſito licet dicti actores ſeu ꝓcuratores actricis primo egerint actione hypothecaria, intentãdo aſſiſtentiã. põt nihilominus pendẽte illo indicio intentare actionem perſonalem dicta actrix, pręſentãdo perſonaliter inſtr̃m ſ̃m formam ritus contra eundem debitorem. Pro hoc ur̃ caſus in l. 2. & leg. omiſſis. C. de fideiuſ.
5 Quinto, quia † qñ ex eodẽ facto oritur duplex modus agendi unus ciuiliter, & alius criminaliter, nõ ad uindictam principaliter, ſed circa perſecutionem rei familiaris tũc intẽtato uia ciuili, põt ẽt agi uia criminali, quia una per aliam nõ tollitur. Caſus eſt ĩ l. ex morte. C. ad l. Aquil. & in l. prętor. §. fi. ff. ui bon. rapt. Sed dicta actrix egit primo ciuiliter, unde põt nũc agere criminaliter pręſentando inſtr̃m, ſecundum formã ritus, quo caſu dr̃ cauſa criminalis pp periurium, ut hr̃ in deciſ. 64. cõſ. Neapo. Et ſic exceptio litis pendẽtiæ ſuper cauſæ ciuili non potuit ei præiudicare in criminali, ꝓ hoc eſt text. cũ gl. in l. de fide. C. ad. l. Cor. de falſis.
6 Sexto, † quia dicta litis pẽdentia fuit allegata per procuratorem, & qñ præſentatur inſtr̃m, ſ̃m formã ritus, non admittitur procurator, ẽt ad media, ut dicit ritus magnę curię, & hr̃ in d. deciſ. 64. cõſ. Neap. & ſic non debet obſtare litis pendẽtia, cum non fuerit allegata per legitimã perſonam.
7 Septimo, quia † ẽt lite pendente licitum eſt creditori impetrare capturam debitoris ſuſpecti: licet ab initio ipſum capi facere noluerit, ſecundum Ange. in l. nemo carcerem, circa medium, uerſ. itẽ quęro, quid ſi lite pẽdente, &c. C. de exac. trib. lib. 10. & Alex. in cõſ. 106. col. fi. ĩ prin. in 3. uol. quia ergo per dictam nouã præſentationem inſtr̃i, ſ̃m formam ritus intenditur ad capturam debitorum, ſequitur, ꝙ lite pendente fieri potuit.
8 Octauo, quia † ritus magnæ curiæ fundat ſe ſuper inſtr̃o: uidelicet, quod qñ de debito apparet publicum inſtr̃m ſtatim debitor carcerat̃, & debet dicere cãm in uinculis, unde nõ habet obſtare exceptio qd̃ interuenerit metus, ſeu impreſſio: quia iſta exceptio reſpicit

contra-

contractum debiti, nō autem inſtrumētū
quod conſiſtit in ſolennitatibus.ſ.in inter
uentione iudicis, notarij,& teſtium,& in
ſubſcriptione, ſigillo, anno,die,menſe,in
uocatione nominis Dñi,& in alijs ſolenni
tatibus, cōtractus uero conſiſtit in ſubſtā-
tia negocij,unde ſi ex cōtractu meticuloſo
fiat inſtrumentū,debet habere executione
paratam,quia non eligitur per iſtam exce
ptionem,quæ non reſpicit inſtrumētū,ſed
contractum.Ita notāter tenet Bar.in l.1.§.
& parui.ff. quod ui aut clam.quem refert
& ſequitur Pet.Phil.Cor.in cōſ.341.col.3.
in litera h,in 3.uol.& tenet Bal.in l.1.col.
fi.C.plus uale.quod agi.ubi diſtīguit,unde
ſequit̄, quod dicta exceptio metus nō hēt
impedire executionem inſtrī.Nono, quia
9 in dicto†inſtrumēto ĩteruenit iurm, quia
caſu etiā ſi extaret metus, nō pōt debitor
cōtrauenire, niſi primo faciat ſe abſolui a
iuramēto.c.ſi uero.de iureiu.c.aures,& ibi
not.extra,quod metus cauſa,unde dictus
debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti,
opponendo exceptionem metus,nō debet
audiri tanquam periurus,cum non ſit ab-
10 ſolutus.Decimo, quia †in d.inſtrumento
dicitur,ꝙ dicti fideiuſſores ſpōtè,& uolū-
tariè fideiuſſerūt,per quæ uerba excludit̄
probatio metus,quia ubi eſt conſenſus, &
ſpontanea uoluntas ceſſat præſumptio me
tus cū ſint duo contraria,quæ nō poſſunt
eſſe in eodem ſubiecto,l.1.C.de fur.& om
nia uerba,quæ profert notarius, cēſetur
proferre de uoluntate cōtrahentium,quia
debet cōtradicere ille,cui uerba diſplicēt.
Ita dicit Bald.ĩ l.mater.uerſic.quid ergo ſi
tabellio &c.C.de rei uēd.& Bald.ĩ l.1.col.
fina.C.de priu.dot. Cum igitur hic agatur
contra unum ex fideiuſſoribus inſolidū,
qui ſe ſponte obligauit,ſequitur quod ceſ
ſat exceptio metus,per prædicta. Vndeci-
11 mo, quia †quando inſtrumentum habet
executionem paratam uigore ſtatuti,non
admittitur cōtra tale inſtrumentum exce
ptio doli, nec metus ad impediendā exe-
cutionem.Ita tenet Aug.in conſil.334.in-
cip.uiſis ſtatuto,& cōtractu.&c.col.penul.
uerſi.ſed licet. Sed certū, eſt quod uigore
dicti ritus inſtrumentum habet paratam
executionem ergo exceptio metus,eā non
12 impedit.Pro parte †uerò contraria addu
citur.Et præſuppono primo, quod ex con
tractu fideiuſſionis duę oriuntur actiones,
ſeu obligationes.Vna uidelicet,quæ cōtra-
hitur inter fideiuſſorem,& creditorē, quę
eſt ex ſtipulatione.l.blāditus.C.de fideiuſſ.
Alia eſt, quæ cōtrahitur inter fideiuſſorē,
& reum principalem quæ eſt obligatio,&
actio mādari.l.rogatus,& l.qui fide, & l.ſi
remunerandi §.ſi paſſus.ff.mand.& l.man
dati, & ibi gloſſ.C.de fideiuſſ.& inſt.de fi
deiuſſ.§. ſi quid autem.Secundo, præſup-
13 pono † quod contractus fideiuſſionis eſt
contractus oneroſus,& damnificatiuus,a-
deo quod in eo nullum lucrum ſperatur,
in tantum, quod ille qui fideiubet,cenſe-
tur dilapidare bona ſua, & hæc eſt cauſa
ſufficiēs, ut uxor poſſit pp incōſtantiā ma
trimonij repetere dotem à marito ſuo ſm
Ange.in l.in perſonā.§. 1. & ibi etiam Iaſ.
ff.de pact & Alex.in l.ſi conſtante.col.7.ff.
ſolu.matr. ꝓ hoc eſt tex.in l.3.§.ſi filius.ff.
de lib.& poſthu.Tertio præſuppono,quod
14 †dñi temporales,ut sūt duces,comites, &
marchiones,& eorum uicarij, cēſent̄ prin
cipes in ſuis terris,& habent illam poteſta
tem in ſuis terris cōtra ſubditos,q̄ habet
Imperator in toto regno, maximè,qn̄ hn̄t
regalia,prout oībus baronib.huius regni,
ut plurimū.conceſſa ſunt. Ita tenet Ludo.
Rom.in conſ.59.& Pet. Phil.Corn.in cōſi.
20 col.1 & 2.in 1.uol.& Ange ĩ cōſ.217.
col.2.in fi.& 3.& Paul.de Caſt.in cōſil.34.
col.3.in 2.uol.His præſuppoſitis dico pro
parte cōtraria, quod dictum inſtrumentū
in caſu de quo quæritur non meretur exe-
cutionem,& præſertim quia probatum eſt
de metu, & impreſſione ſuperioris. Et pri-
15 mo, pro † iſta parte adducitur, quod offi-
ciales prohibentur in illa prouincia,quam
regunt,contrahere cum eorum ſudditis, &
contractus eorum,maxime qn̄ tendunt in
læſionem ſubditorum,ſunt inualidi.l.1.C.
de contr.iud.& hr̄ in l.fi.C.de reſcin.uēd.
& in.l.prīcipalib.ff.ſi cert.peta.& hoc ſine
dubio procedit.ſ.quod tales cōtractus sūt
nulli,qn̄ fiunt metu, & per impreſsionem
ſuperiorum,ita ut non ſit neceſſe intenta-
re actionem,quod metus cauſa, ad reſcin
dēdum,ſm Bal.in tit.de pace cōſt.in uerſi.
pactiones,& in uerſicu.pro infectis,& Iaſ.
in §.quadr.col.9.ĩſt. de act. & Paris in tra-
cta.ſynd.ĩ 15.char.col.1.Hinc dicit Bal.in
l.decernimus.C.de ſac.ſan. eccle.quod cō
tractus celebratus cū tyranno per ipſius
impreſſionem,nō ualet, præſumitur autē
factus per impreſſionē, qn̄ ſubditus cū eo
cōtrahēs lęditur enormiter,& illud dictū
ſequitur Alex.in l.ſi per impreſſionē.C.qđ
met.cau.ſed dictus cōtractus fideiuſſ. fuit
celebratus inter ſuperiores, & eorū ſub
ditos,& per eorum iuſſum,quia ipſi ſupe-
riores fuerunt rei principales,& iuſſerūt
dictis fideiuſſoribus ſubditis, ꝙ pro eis,ſi
deiuberet, & ita fideiuſſerūt,certe ex tali
iuſſu facto per ſuperiores una cum cōtra-
ctu oneroſo ac dannoſo, prout eſt contra
ctus fideiuſſionis, ut ſupra dixi,ſatis ꝓbat̄
impreſſio, & metus. Nec obſtat.l.ad inui-
diā.C.quod met.cauſa. ubi dr̄,quod ſola
dignitas officialis non ſufficit ad inducen
dam præſumptionē metus,quia illud pro
cedit officiali nō habente iuriſdictionem.
Ita intelligit Bart.in l.aufertur.§.quod à p̄
ſide. ff.de iure fiſci,& Alex.in d. l. ſi per
impreſſionē.Item ibi nō interuenit metus
ſeu impreſſio,ſm Bart.in d.l.ſi per impreſ
16 ſionem.Secūdo,quia † non ſolum iuſſus
imo ſolæ preces ſuperiorū officialium in-
ducunt iuſtum metum,qn̄ officialis eſt ta-
lis,q ſolet ſæuire ĩ ſuos ſubditos,ſm Abb.
in c.inſinuante in fi. & ibi gloſ. qui cl.uel
nouen.& Abb.in c.2 col.1.ꝙ met.cauſa,&
Alex.in conſi.16.col.pen.in 3.uol.& ita in
telligitur quod not.in l.1.ff.quod iuſſu.&
gloſſ.in cl.1.ĩ uerſi.exhortamur de teſtib.
& And.de Iſer.in c.ſi qs miles, de feu.ſine
cul.nō amit.Vnde à fortiori iuſſus debet
inducere metum, & ſic dictus contractus
non ualuit,ut hr̄ in deciſ.69.conſi.Neapo.
17 Tertio,quia † ſolus uultus terribilis pote
ſtatis,inducit iuſtum metum.Ita dicit Ioa.
And.in nouel.in c.quia.pp.de el.in pe.col.
& Bal.in c.1 §.iniuria.col.pē.de pace iura.
firm.& Iaſ.in.l.de pupillo,§. ſi qs prętori
col.8 ff.de ope. no.nun.Item indebita ſer
uitia extorta per principes à ſubditis præ-
ſumuntur extorta per metū,ſm Ioa. And.
in c.1.de præſcr.lib.6.in nouel.& Bal.ĩ tit.
de pace conſtan.in uerſi.pactĩones,& in du
bio in hoc præſumit̄ cōtra poteſtates,ſm
eum l.uolumus.C.de teſt.& l. qui per potē
tiam.C.de omnia agro.deſer.lib.11.Vnde
idem eſt dicendum in dicta fideiuſſione,cū
ſit indebitè extorta per ſuperiores officia-
les, & barones in damnum ſubditorum
18 Quarto,quia inſtrumentum dictæ fide
iuſſionis non fuit extractum de uoluntate
fideiuſſorum,nam in extrahendo inſtrō de
bet creditor,& debitor conſentire,& non
ſufficit ſolus creditor. Ita tenet Alex.ĩ cōſ.
110.incip.eximie doctor, &c.in 2.uolu.&
Abb.in cap.1.col.antepē.& penult.de fide
inſtrō.& Bal.in rub.C.de fide inſtrumēto.
col.5.Vnde nō debet habere executionē.
19 Quinto, quia † proponit̄, ꝙ fideiuſſores
tpe cōtractę obligationis erant hoſtes pu
blici cum dicta actrice,unde cum ſint per
ſonæ priuatæ,non tenentur ſeruare fidē
hoſt.ſm Bar.Iaſ.& Doc.in d.l.conuētionū
ff.de pact.& Bar.in l.1.§.nō fuit.ff.de dolo.
20 †Sexto, quia cauſa fuit prius occupata p
Illuſtriſſimum Viceregem generalem, per
quē fuit delegata in ſacro conſil.ut ſupra.
Vnde pēdente lite in ſacro cōſi.& ſic co-
ram maiori iudice,nō potuit dicta actrix
adire magnam curiam uicariæ, & ſic iudi
cem minorem pro eadem cauſa.Ita tenet
Bal.in l.2.§.1.ff.ſi qs cau.& Bal.in l.ſena-
tus in fi.C.qui accuſ.non poſſ.& in authē.
ſed nouo iure.col.8.de ſer. fug.& hr̄ per
Fel. in c.ex tenore, col.8.de reſcr.& hæc
præuētio iuriſdictionis fit per ſolā citatio
nem cap.ꝓpoſuiſti,& ibi Abb. de for.cōp.
& clem.fi.ut lite pēdēte,multò fortiùs hic
ubi in ſacro conſilio fuit proceſſum uſque
ad publicationem incluſiuè.Facit tex. in l.
ubi cœptum,& l.ſi quis poſtea,& Bal.ff de
21 iud.Septimo, quia †ex quo dictus prin-
ceps aduocauit ad ſe cauſam,& illam dele
gauit,cenſetur ſuper illa ſuſtuliſſe oēm iu
riſdictionem cuicūq; ordinario inferiori.
Caſus eſt in cap. ut noſtrum, & ibi Abb.&
Phil.de appellatio.intātū, quod proceſſus
factus per inferiorē, eſt nullus, tāq̄ factus
à priuato, ut ibi hr̄,probat̄ in l.iudicium
ſoluitur.ff.de iud.& eo ipſo, quod prīceps
delegat cauſam alteri, illa cēſetur ad ſe il
lam aduocare,ſm Bal.ĩ.c.ad hoc,col.4. de
pace iura.firm.Pro hoc eſt text.in c.paſto-
ralis §.præterea,& ibi p Fel.de offi. deleg.
& Fel in c.qm̄.Abb.in fi.eo.tit.Iaſ.ĩ l.more
maiorum.col.fi.ff.de iuriſ.om.iud. & Imo.
in l.ſi expreſſum.ff.de app.& Lud. Roma.ĩ
conſi.330.col.1.& conſil.335.& Bald.ĩ l.ſi
ut ꝓponis,la 1.col.3.uer.quęro, Papa &c.
C.quo & qn̄ iud.vbi plus dicit.Bal.quod ēt
mortuo delegato Princ.in tm̄ cenſet̄ cauſa
aduo-

aduocata, quod non reuertitur ad ordina
rium,ſed ad ipſum principem occupantē.
22 Octauo, quia†emanauit citatio à magna
curia,quę fuit obtenta nulla facta mentio
ne de litis pendentia in ſacro cōſilio,& ſic
fuit ſurreptitia.& inualida,ſm Fel.in cap.
ſuper literis,col.9.& in cap.ceterum.col.
2.de reſcr.& Lud.Rom.in cōſi.330. & idē
Fel.in cap.ad audientiam.el.2.col.17.in 6.
fal.de reſcr.ubi decidit caſum noſtrū,con-
cludēs,quod qñ cauſa eſt deuoluta ad cu-
riam Principis,non poteſt inde extrahi, ſi-
ne certa ſententia Principis,alias cōmiſſo
cauſæ alibi dicitur ſurreptitia,& nō ualet
23 ſecūdum eum.Nono quia † exceptio litis
pendentiæ corā uno iudice impedit litem
agitari coram alio iudice , plenè declarat
Soc. in conſ. 38. in 1. uol. & habetur per
Alex in l.nulli.C.de iudic. & Bal.in c.1.in
fi.de cōtr.feudi apud partes.maxime, quā
dò ſententia lata ab uno,exceptionem rei
iudicatę coram alio ſecūdum eum, prout
eſt hic,& ita habetur in dec.354.cōſ.Nea.
24 per Matth.de Affl. Decimo,quia†quando
actor habet duas uias agendi,unam, ſcili-
cet ordinariam, &'aliam extra ordinariā,
& executiuam,intentando ordinariam,cē
ſet renūciare extra ordinarię.Ita tenet gl.
in l.proinde.§.notādum,in glo.fin.in fin.
ff.ad l.Aquil.& colligit ex dictis. Lud.Ro
25 ma.in conſ.133.†Vndecimo, quia ſacrū
conſilium inhibuit magnæ curiæ , quod ſe
in cauſa nō intromittat.ex quo pendet in
ſacro conſi.quod poteſt, ſecundū Bald. in
l.1.in fi.C.quomodo & quādo iudex,quo
caſu ſi inferior inhibitus procedit ad ali-
quem actum,eſt proceſſus nullus ſecundū
Fran.de Aret.in cōſ.75.in princ. Duodeci
26 mo,† quia exceptio præuētionis eſt decli
natoria,quia per eā declinatur iuriſdictio
tanquam in competens, ſecundum Bal.in
auth.ſed nouo iure.col.3.C.de ſer.fug.un
de ſtāte præuētione Principis, & exceptio
ne declinatoria appoſita,dicta magna cu-
ria fuit effecta in competens,& per conſe
quens omnia per eam actitata ſunt nulla,
ut toto titu.C.ſi a non comp.iudice,& per
ea,quæ habētur in l.2.ſi quis ī ius uoc. nō
ie. Pro ſolutione in caſu, de quo quæritur
adhæreo huic ſecundæ parti, per rationes
modò adductas pro iſta parte. Supereſt ſo
27 lum†reſpondere ad argumenta in cōtra
rium adducta pro prima parte. Vnde nō
obſtat primum argm̄ , quia licet dicatur
ꝙ inſtrumenta guarentigiæ habent uim
ſententiæ,non tñ per omnia æquiparātur
ſentētiæ,& eius executioni ſnīę,nō pōt op
poni exceptio perēptoria , ſed contra exe
cutionem inſtrī ſic:ſm Bal.in l.peremptor-
rias,col.3.C.ſent. reſc.nō poſ. & eſt rō qa
in inſtrumento nulla præceſſit lis,vnde nō
potuit exceptio opponi. iſtud magis in ter
minis tenet. Alex. in l.4.§.condemnatum.
col.4.ff. de re iud. ubi propriè loquitur de
exceptione litis pendentiæ, quæ poteſt op-
poni cōtra executionem inſtrumenti alle-
gat Fed.de Senis in conſ.126.inc.in q.dñi
Io. Pauli,&c.Pręterea poſito,quod æquipa
rētur, nos uidemus, ꝙ qñ cauſa eſt legiti-
mè deuoluta ad ſuperiorem per rimedium
appellationis obſtat litis pendentia ad im-
pediendam executionem,ut in toto tit.de
appel.ergo eodem modo,quando quis de
uoluit legitimè cauſam ad ſuperiorem,
debet obſtare litis pendentia contra exe-
28 cutionem inſtrumenti . Non obſtat † ſe-
cundum argumentum, quia loquitur con
tra contumacem nam contra eum poteſt
iudex pluribus rimedijs uti ad ipſum con
uincendum,ſed nos ſumus in eo, qui ſe le-
gitimè defendit. Pręterea, licet.ſm reme-
dium in caſu noſtro ſit executionē ſm for
mam ritus,tñ primum fuit ordinarium ſu
per aſſiſtētia, quia ipſa actrix dicit in libel
lo ſuo, uolens Vrbanius agere,uenit ꝑ uia
iuris, &c.itē illud contrarium procedit in
eodē iudice,non in diuerſis, ut fuit hic,&
maxime, quia cauſa erat præuēta per prin
cipem.Ita ſentit Iaſ.in d.l.nulli.in 6.fallen
29 tia.C.de iud.Ad tertiū † argm̄ rñdeo, qđ
in dicto inſtrō, non ſunt dictę clauſulæ ex
quo fuit extractū à ꝓtocollo notarij mor
tui, prout iacet.Præterea qa inſtrm̄ eſt nul
lum, ut ſupra fuit probatum,per rōnes ad
ductas pro hac ſecunda parte rōne metus
ſimiliter & oēs clauſulę in eo cōtentę ſūt
nullę, ut no. Lud.Ro.ī conſ.42.col.1.præ
terea , dato ꝙ una per aliam non tollatur
aut ſuſpendatur,tñ debet adiri idē iudex
ſcilicet,Princeps,qui fuit primo aditus.qa
alia curia cenſetur priuata in iuriſdictio-
ne per præuentionē Principis, ut ſupra di
30 xi.Ad quartum † argumentum reſpōdeo,
quod illa cumulatio debet fieri corā eo-
dem



dem iudice, nam cum actio perſonalis, &
hypothecaria tendat ad eundem finē nō
debet diuidi continentia cauſæ coram di
uerſis iudicibus, ut d.l.nulli . ubi denegat
lex audientiā,per quæ uerba,etiā ſi nō ex
cipiatr,non ualet proceſſus, qui fieret per
ſecundum iudicem,ſecūdum Alex.in l.1.
§.1.ff.ad Treb. & ī l.nā,& poſtea.ff.de iu
reiur.& hāc dicit eſſe communē opinio.
quam tenet etiam Ioā. And.ī addit. Spe.
in titu. de prolatione ſenten. §.iuxta.ſup
uerſ.itē eſt nulla,&c.& habetur per Matt.
in dec.354.cōſ.Neapo.idē tenet Bal.in l.
ſcire oportet. §.cōſequens.ff. de excu.tu.
Vnde omnia attentata per magnā curiā,
ſunt nulla, quia lex denegabat audiētiā
31 d. actrici . Ad quintum †argumentū re
ſpōdeo,quod ciuilis cauſa nō præiudicat
criminali,qñ eſt finita,ſecus pendēte ciui
li , quia nō poteſt per eundē intētari cri-
minalis.Caſus eſt in l.interdū.ff.de pub.
iud.& ibi Bart.& idē Bar.in l.1.in fi.uer.
3.nota,&c. C.quādo ci.actio ꝑiud.crim.
præterea obſtat quia coram diuerſis iudi
32 cibus,ut ſupra.Ad 6 argumentum†dico,
quod in criminalibus non admittitr pro-
curator,quando comparet ad diſcutiēdū
ipſam cauſam princ.Secus eſt,quādo cō
paret ad opponendum declinatoriā fori,
uel ad opponendum ineptitudinem libel
li,& annullandum iudicium,quia tūc ad
mittitur,etiā in cauſa capitali , ex quo ꝑ
hoc non examinatr crimen,ita tenet Bar.
in l.pen.§.ad crimē,co.pen.ff.de pub.iud.
& Bal.ī d.l. 1 .col.2.C.quomodo. & quā
do iudex,ſed ī ꝓpoſito dicta exceptio ꝑ-
uentionis,& litis pēdentiæ eſt declinato
ria,ſm Bal.in auth ſed nouo iure, col.3.
C.de ſer.fug. ergo potuit opponi ꝑ ꝓcu
ratorē.Itē procurator in criminalibus ad
mittitr ad oſtendendū,qđ aduerſarius ca-
lumniatur,& opponendum quod nomen
rei non recipiatur inter reos.ſm Cyn.in
l.reos.C.de accuſ.& Bald.ī l.2.C.ut nemo
priua. plus etiā dicit Bald.in d.l.1.col.2.
C.quomodo,& quādo iud.quod iudex po
teſt ex officio ſupplere qñ uidet accuſato
rem calumniari,nā calumnia habetur lo
co libelli inepti.ſed nulla eſt calūnia ma
ior,q̄ temere uexare dictos fideiuſſores
coram diuerſis iudicibus,cū ſit fabricatus
proceſſus,& liqueat de cauſa in ſacro cō
ſilio,ergo non tantum procurator potuit
interuenire , ſed etiā iudex debuit repelle
re actores calūniantes ex officio. Ad ſepti
num argumentum reſpondeo , quod pro
cedit coram eodem iudice,& ſuperueniē-
te noua cauſa ſuſpitionis. Ita loqr Ange.
in d.l.nemo carcerē. Ad ꝙ facit, l.in om
nibus.ff. de iud.quæ omnia ceſſant ī caſu
33 noſtro.Ad octauum arg.†reſpōdeo,quod
ritus magnæ curiæ loquitur de creditore
ſcilicet ſi ad inſtātiā creditoris fiat execu
tio ꝙ debet intelligi de creditore effica
ci,cui nulla obſtat exceptio.Ita tenet Lu-
do.Rom.ī cōſilio 204.in fin.ſed dicta cre
ditrix nō erat efficax ſtāte exceptione me
tus.unde ad eius inſtantiam non pōt fieri
executio,præterea, quādo except o nulli
tatis cōtractus apparet ex inſpectione ip
ſius inſtrumēti,poteſt opponi ad impediē
dam executionem , etiā ſi ſtatutum tolle
ret omnem exceptionem, quia intelligitr
de inſtrumento ualido, ſecundum Ludo.
Roman.in cōſilio 42.& 294.colum. 2.&
Pet.Philip.Corn.ī cōſi.93.ī 4.uo. & Bal.
in l.ementis,in 3.notab. C.de contrahēd.
empt.& Bald.in l.ſācimus.C.de donat.&
Alexan.in conſ.119.col.2.uerſ.ad idē, in
1.uol.& in conſilio 67.columna penul.in
fin.in 3.uolu. ubi plus dicit , ꝙ iudex po
teſt tunc etiam ex officio repellere agētē
& Bald. in l.ſi nō ſortem.§. 1.ff. de cōdit.
ī deb.& Imo.in l.fin.ff.a quib.appe.nō li.
& Iaſ.in l.iuriſgentiū.§. quod fere.colū.
fi.ff.de pact.Itē poteſt tunc opponi exce
ptio reſultās ex inhabilitate contrahētis
prout in caſu noſtro,ſecūdum Ioā. And.
in additio.Specu.in titu.de ſent.§.ut aūt
& Iaſ.in l.ſecunda.§.ꝑtor ait,uerſic.ſepti
mo,&c.ff.q ſatiſd.cog.Ex iſto eñ inſtru
mento apparebat,quod rei principales ꝓ
quibus recipiatr fideiuſſio,erant uice prin
ceps,& ſuperiores fideiuſſorū,quo ad iu-
riſdictionē,unde contractus apparet nul
lus, & per præſumptam impreſſionem
factus,ultra quod per teſtes fuit plene
24 probatum in ſacro conſilio. Ad nonum
† argumētum reſpondeo,quod iuramen-
tum non obligat in caſu, quo metus red-
dit actum nullū,prout in caſu noſtro,ita
tenet Felyn.in capitu.ſi uero., colū.fin.de
iureiurād.& gloſſ.& Abba.in capitu.2.de
eo,qui dux,in matr.&c.præterea,quando
actus

actus eſt aliàs a iure ꝓhibitus, ibi iuramẽ
tũ per metũ extortũ, eſt ipſo iure nullũ,
& nõ obligat. ita tenet. Abb. in c. cũ cõtin
gat. ĩ ultimo nota. de iureiur. Itẽ cõis opi.
ciuiliſtarũ in auth. ſecramẽta. C. ſi ad uer.
uen. eſt, quod iuramentum metu extortũ,
nõ obliget, & hãc opin. ſequitur deciſ. 163
conſi. Neap. ĩ deciſionibus Matth. Ad de-
35 cimum † argumentum reſpõdeo, quod li
cet in inſtrumento dicatur, ſponte, &c. nõ
tamen per hoc creditur inſtrumento, qđ
actus fuerit ſponte actus, niſi ex quędam
iuris pręſumptione. Ita notabiliter tenet
Bald. in add. Spec. in tit. de app. in §. reſtat.
in add. quę incipit. Confeſſus in tormẽtis,
&c. & dicit pulchre Soc. in conſi. 263. col.
6. in princ. in 2. uolu. quod dicta clauſula,
ſponte, &c. præſumitur metu extorta, ſi-
cut omnes alię clauſulę appoſitę in inſtru
mẽto meticuloſo, & poteſt addi ratio, qa
ſpontanea uoluntas conſiſtit in animo cõ
trahentium, de quo notarius non poteſt
teſtificari. Non enim tenetur ſcire animũ
contrahentium, ſecundum Bald. in rubr.
C. de fi. inſtr. col. 5. & cõtra ipſam præſum
ptionem reſultantem ex inſtrumento ap-
parẽt probationes de metu ĩ ſacro cõſilio
quo caſu probato metu, eſt impoſſibile, ꝓ
bare ſpõtaneam uolũtatem, ita, dicit Bal.
in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler.
36 & ĩ l. fi. ĩ fi. C. de hęr. inſti. † Hinc dicimus
quod plus creditur duobus teſtibus depo-
nẽtibus de ſpontanea uoluntate, ſecundũ
Innoc. ĩ c. ſuper hoc de renũci. & Iaſ. in §.
quadrupli. col. 9. inſtit. de actio. & Bal. in l.
obſeruare. §. ꝓficiſci. in 13. q. ĩ 1. lect. ff. de
offic. proconſul. Non. n. dr̃ aliquid uelle is,
qui per metũ vult, ſm̃ Bald. in tit. de pace
Cõſtantiæ in uerſ. item uolẽtibus, &c. Ad
undecimum argumẽtum reſpondeo prout
dixi rñdendo ad octauũ, qa iſta diſcuſſio
eſſet faciẽda in ſacro cõſilio, ſed quia ibi
agitur ordinariè, ideo ceſſat hic, & ibi &
ſic per pręd icta remanet cõfirmata hęc ſe
cunda pars in fauorem fideiuſſorum con-
tra actricem. Laus Deo. Et ita fuit per ſa-
crum conſil. Neapolitanum iudicatum,
referente excellentiſ. I. V. D. celſæque do
ctrinæ, ac ſantimoniæ patre do. Martia-
le regio conſiliario, & in ipſa cauſa regio
delegato, ac dño meo colendiſſimo, &c.
Rob. Marant. Ven. V. I. D.

## ADDITIO.

a Illuſtris. Vide Clarum. §. fi. pract. crim. q. 1. lib. 5. ſenten. Bello. conſ. 63.

Ludouicus Alferius.

## DISPVTATIO SEPTIMA.

An maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit curare, & facere cum effectu, quod uxor ſua renunciet bonis paternis, & maternis, cum iuramẽto, & pęna, teneantur de periurio, uel ad pęnã, uel ad intereſſe, ſi fecit omnem ſuum conatum, & uxor noluit renunciare.

1 *Maritus promittẽs curare cũ effectu qđ uxor ſua renunciet bonis paternis, &c. an ſi fecit poſſe ſuum, excuſetur ſi uxor non vult renunciare.*
*Iuramentum facit quem pręcisè teneri ad factum, num. 19.* (19.
2 *Iuramẽtũ debet impleri ĩ forma ſpecifica, n.*
3 *Promittens præſentare aliquem ſub pœna, tenetur, ad pœnam ſi non preſentat.*
4 *Promittens pro alio de iudicio ſiſti, tenetur ad intereſſe.*
5 *Fideiuſſorem dare promittens tenetur ad intereſſe ſi non dat num. 14.*
6 *Promittens ſe curaturum, & facturũ dicitur promittere factum proprium.*
7 *Promiſſo facti alieni cum iuramento ualet.*
*Promittens factũ alienũ cũ clauſula, quod nõ poſſit excuſari feciſſe ſuũ poſſe, &c. tenetur ad intereſſe: qa uidetur renũciaſſe difficultati, num. 23. 27.*
8 *Iuramẽtũ operatur, ut qs cẽſeatur magis deliberate accedere ad actum, & cogitare oẽs caſus, qui in genere poterãt cogitari.*
9 *Imputatur ei, qui non proſpexit quod euenire poteſt.*
10 *Promittens factũ alienum cũ iuramẽto excuſatur à periurio propter difficultatem.*
*Difficultas excuſat à pęna, à mora, à periurio, & ab intereſſe ĩ obligationibus facti, num. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 20.*
*Iurantis ſolum animum inſpicit Deus.*
11 *Promittitur factũ alienũ ſub pęna an excuſetur à pęna uel ab intereſſe ſi fecit quidquid potuit. 12. 13. 17. 18.*

12 intereſſe



12 *Intereſſe dicitur pœna legalis, & an differat in aliquo à pœna.*
13 *Morã non incurrit quis ꝓpter difficultatẽ.*
*Obligatus ad factum tenetur ad intereſſe poſt moram non ante.*
15 *Promittens factum alienum tenetur ſolum adhibere illam operam quam poteſt.*
16 *Promittens ſe curaturũ, & facturũ, tenetur ſolũ facere ſuam diligẽtiã ſine fraude, & bona fide, ut promiſſum impleatur, & 20.*
21 *Difficultas non excuſat à pęna in obligationibus iudicialibus.*
22 *Promittens factum alienum, ad quod ipſe promittẽs erat principaliter obligatus, nõ excuſatur propter difficultatem.*
24 *Promittẽs factũ alienũ cũ quacũque clauſula, excuſa mortua illa cuius factũ ꝓmitit.*
25 *Promittens ſe curaturum & facturũ, &c. non obligatur ad intereſſe.*
26 *Pœna conuentionalis hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit: & an exigatur in foro conſcientia.*
*Pęna applicanda fiſco exigitur ultra intereſſe partis.*
28 *Pęna quando promittitur, ſuccedit loco intereſſe, & quid ſi eſt plus in pœna quam in intereſſe, uel econtra.*

a MAritus *a* quidam contraxit matri-
moniũ, & in capitulis matrimonia
libus promiſit fratri uxoris ſuæ do
tanti, ſe curare & facere cũ effectu, ita qđ
b nõ excuſetur feciſſe ſuũ poſſe, *b* & alienũ
factum promiſiſſe, uxor ſua, tempore di-
ſponſationis ante fores eccleſię renũciare
habeat dicto eius fatri oĩbus bonis pater-
nis, & maternis in forma ſolita & cauta.
Modo aduenĩete tpe dictus maritus fecit
oẽm ſuum conatum cogendo vxorem, ut
renunciet, deueniendo uſque ad minas, &
uerbera, uxor uero nullo modo vult renun
ciare, nec parere marito, quęritur utrum
maritus ex ſua promiſſione teneatur, & ad
1 quod teneatur. Et quoniã † iſta q. habet
tria capita. Vnum ſcilicet an teneatur de
periurio, ex quo in dicta promiſſione fuit
appoſitum iuramentum, prout communi-
ter opponi ſolet. Secundum eſt, an tenea-
tur ad pœnam, quia in inſtrumento capi-
tulorum fuit appoſita pœna unciarum cẽ-
tum, prout communiter in huiuſmodi in
ſtrumentis apponi ſolet. Tertiũ, an tenea
tur ad intereſſe propter eius morã in non
adimplẽdo factum promiſſum. Pro prima
parte affirmatiua. ſ. ꝙ dictus maritus te
neat̃ primo de periurio, addu cit̃, qa iuɱ
eſt tãtę efficaciæ, ꝙ facit quẽ teneri pręci
sè ad factũ, nec liberat̃ pręſtãdo intereſſe:
& ita limitat̃ regula tradita in l. ſtipulatio
nes non diuidunt̃. uer. Celſus. ff. uerb. obl.
& l. ſi qs ab alio. §. fi. ff. de re iud. gl. eſt cõi-
ter approbata in l. ſi pec. in uer. neceſſe. ff.
de cond. ob cauſam. & ibi Ale. & cõmuni
ter Doct. idẽ tenet Bald. in l. 1. C. de ſen. q̃
pro eo, qđ intereſt. & Ant. de But. in c. ue
niens, de iure iur. Ang. & Pau. de Caſt. in l.
ſi cõuenerit. ff. de iu. om. iud. & Alex. ĩ cõſ.
61. col. 3. 2. uo. & Ant. Cor. ĩ rep. rub. extra
de iureiur. in 1. prin. iuramenti. ergo ſi nõ
adimplet illud ad qđ poterat præcisè con
pelli, uenit cõtra iuramẽtum, & eſt periu-
2 rus. Secundo, † adducitur tex. in cap. ad no
ſtram, el 1. de iureiur. ubi qui promiſit fa-
ctũ cũ iurõ, tenet̃ illud adimplere in for-
ma ſpecifica, alias eſt periurus, & probat̃
in c. querelam. eo. tit. & quod no. Abb. per
illum tex. in ca. cum tempore, in 2. not. de
arb. ubi tenetur quis præcisè ad obſeruan-
tiam laudi propter iuramentum. Tertio,
3 quod † teneatur etiam ad pœnã. adducit̃
text. in l. ſancimus. C. de fideiuſ. ponderan
do uerbũ, non poterit, poſitum circa prin.
illius l. ubi ſi quis promiſit pñtare aliquẽ
ſub pœna, & nõ poteſt illum pñtare, tene
tur ſoluere pęnam, ſaltem elapſo illo tem
pore ſemeſtri, & ſic difficultas nõ excuſat
4 a pœna. Quarto, ꝙ † tenetur ad intereſſe,
adducitur text. ĩ l. 3 §. fi. ff. qui ſatiſd. cog.
ubi promittens de iudicio ſiſti pro alio,
ſi non adimplet, tenetur ad intereſſe. Idẽ
probatur in l. fi. ſi quis in ius uoc. non ie.
5 Quinto, adducitur † tex. in l. qui aũt. §. ſed
ſi quis. ff. de conſt. pec. ubi promiſi dare Ti
tium in fideiuſſorem meum, & Titius nõ
vult fideiubere, teneor ad intereſſe, nõ ob
ſtante, quod promiſi factum alienũ, uel te
neor præſtare aliũ fideiuſſorẽ æque ido-
neũ, & ille tex. multũ ſtringit ꝓ iſta parte.
b Sexto, quia iſta † promiſſio nõ dr̃ facti alie
ni, ſed facti proprij, ex eo qa maritus pro
miſit ſe curaturum, & facturũ cũ effectu,
&c. quo caſu ualet ſtipulatio, & tenetur cõ
traueniens ad pœnam uel ad intereſſe. Ca
ſus eſt in leg. quoties quis. ff. de uer. obl. &

tenet

tenet Alex.in l.ſtipulatio iſta in prin.in 1.
col.& ibi cōiter Mod.ĩ limitationibus,eo.
tit. preſertim,quando interuenit iuramen
tum, nō valet tunc promiſſio facti alieni,
ut ibidē per Alex.& Iaſ.in uerſic.5. fallit.
7 Septimo , quia † hic non ſolū promiſit ſe
curaturū,& facturum imò etiā adiecit illa
verba,ſcilicet quod non poſſit excuſari fe
ciſſe ſuum poſſe,&c.quo caſu cenſetur re
nūciaſſe omni difficultate.unde nō poteſt
nunc dicere,quod fecit totum ſuum poſſe
uſq; ad minas,& verbera, quia huic diffi-
cultati renūciauit,& promiſit curare,& fa
cere cū effectu. Vñ negari nō poteſt quin
ſaltē teneatur ad intereſſe pp effectū nō
ſecutum,& imputādum eſt ei,qui ſe poſui
in neceſſitate.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.
ff.qui ſat.cog.& l. cū poſtulaſſem,in fi.de
dā.inf.& l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mi
8 noribus.Octauo,quia † in conuentionali
bus pōt quis aſſumere piculū oĩum caſuū
fortuitorū,& obligatur cum effectu,ita te
net Alex.in l.ſed,& ſi quis.§.q̄ſitū,col.pe.
& ibi cōiter doct.ff.ſi quis cau.pro hoc eſt
tex.in l.ſi.quis fundū,in princ.ff. locat. &
ĩ l.q̄ fortuitis,in fi.C.de pig.act.ſed dictus
maritus dicēdo,ꝙ nō poſſit excuſari feciſ
ſe ſuū poſſe,&c.cēſetur exp̄ſſe aſſumpſiſſe
periculum huius difficultatis,q̄ difficultas
potuit de facili p eum cogitari. Vnde ille
caſus nō pōt dici improuiſus, & incogita
tus.tanto magis pp iurm̄ , pp ꝙ cenſetur
quis magis deliberate accedere ad actum
faciendum,& cenſetur quis cogitaſſe om-
nes caſus,qui ſaltē in genere poterat cōſi
derari ĩ illo negocio,ut tenetur plenè Ale.
in conſ.133.colu.3.in 5.uol.& etiam in 4.
col.uer.& eo fortius,&c.& Alex.in l.1.§.ſi
quis ita.col.3.ff.de uerb.oblig. & p Doct.
cōiter in l.ſciendū.eo.tit.& in d.§.quęſitū,
& in l.ſi conuenerit. ff.de iur.omn. iud.&
Alex.in conſ.21.col.3.in 1.uol. Nono, ad-
9 ducitur † tex.in l.ſi quis domum.§.1.ff.lo
ca.ubi imputatur ei,qui non proſpexit id,
quod euenire poteſt. Similiter hic pōt im
putari marito, q̄ debuit proſpicere, quod
uxor ſua noluiſſet renunciare , maxime ,
quia hoc de facili erat proſpiciendum.q̄a
nemo præſumitur uelle iactare ſuum.l.cū
de indebito. ff. de probatio.non ergo pōt
dictus maritus allegare aliquam deceptio
nem,qui poſuit ſe in neceſſitate,quam de
facili cogitare potuit, tāto magis cū iurͦ
ut ſupra . Quod corroboratur ex his,quæ
no.Bar.ĩ l. Titius,in prin.ff.de li.& poſth.
10 Pro parte uero † contraria negatiua addu
cit̄ primo, q̄d non teneat̄ de periurio, gl.
in terminis ĩ c.ex reſcripto.in gl.fin.de iu
reiu.ubi expreſſe dicit, ꝙ promittēs factū
alienū cū iurͦo,nō eſt periurus, ſi fecit q̄d
quid potuit. Et ſi diceret,quod hic promi-
ſit factū propriū.ſ.ſe curaturū,& facturū,
dico idē in facto proprio,quia difficultas
excuſat quē à periurio. tex. eſt in c.breui.
&c.ego.n.& ĩ c.querelā,& ibi Abb.& Fel.
de iureiur.Deus.n.ſolum animū iurātis in
ſpicit.c.ſiquid inueniſti.14.q.5.& ſola fa-
cultas ad implēdi inſpicitur in iuramēto,
c.beatus.22.q.2. quia igit̄ dictus maritus
fecit,quidquid potuit,ut uxor ſua renun-
ciaret,& illa noluit,non eſt periurus, quia
de facili excuſat̄ pp hāc difficultatē,ma-
xime in obligatione facti,& not.Bar.Ale.
& cōiter Moder.in l.q̄d te ff.ſi.cert.peta.
& in l.ſi.ff.qui ſatiſ cog.& gl.ĩ.d.c.beatus,
& gl.in c.ubi 30.q.2.& not.Bar.ĩ l.Labeo.
11 ff.de iureiur. Secūdo,ꝙ † minime teneat̄
ad pęnā,adducit̄ tex.ĩ l.ſi.uehēda §. pe.ff.
ad l.Rho.de Iac & l.2.ff.ſi quis cau.& iſta
eſt cōis cōcluſio,quā tenet Bar.in cōſ.236
incip.Martinus promiſit,&c.& Abb.in c.
ſignificātibus.ĩ fi.de off.deleg.ubi propriè
decidit hūc caſū.& idē Abb.ĩ c.gēma.co.
pen.de ſpōſ.& Ant.de But.ĩ c.ex literis.de
ſpō.& habet̄ ĩ dec.265.cōſ.Nea.& hāc di
cit eſſe cōem opin.Fran.de Aret.in l.ſi ita
ſtipulatus.§.poſſū.ff.de uer.obl. ubi dicit,
ꝙ iſta eſt cōis opin.& ſeruat̄ ĩ practica,li
cèt ipſe ĩ pūcto iuris innuat cōtrariū.Idē
tenet Bal.ĩ l.ſi pater.C.de co.& Io.de Imo.
in l. Titia.ff.de uerb.oblig.& Soc.in cōſi.
3.col.pen.uerſicu.21.ĩ 1.uol.& Bart. Alex.
& Doct.in leg.quod te.ff.ſi.cer.pet.& in l.
continuus.§.illud.ff.de uer.obl.in quib.lo-
cis cōmuniter deciditur , quod difficultas
excuſat à pęna,maxime in obligationibus
12 facti. Tertio,quod † minime teneatur ad
intereſſe,adducit̄,quia nō poteſt aſſigna-
ri rectatatio inter pęnam,& intereſſe,nā
intereſſe dicitur pœna legalis, ſecundum
Ang.& Alex.in l.ſi inſulam.co.3.ff.de uer.
obl.unde ſicut cōis concluſio ſupra in prę
cēdenti arg.relata eſt, quod difficultas ex
cuſat à pœna, eodem modo ab intereſſe;
& ſic 11



13 & ſit à pena legali.Quarto,quia † in obli
gationibus facti difficultas excuſat à mo-
ra, adeo quod quandiu durat difficultas,
nunquam cenſetur quis eſſe in mora,glo.
eſt cōiter approbata in d. l. quod te. in
uer.in p̄tāte in fi.ff.ſi cer. pet. & ibi Bart.
Alex.& cōiter Doct.& Bar.in d.l.cōtinuus
§.illud,in fi.ff.de uerb.obli.per l.1.§.ſi fra
ter ff.de coll.bon.Ex quo ſequitur neceſ-
ſaria conſequētia.Nā oĩa iura,quæ dicūt,
obligatum ad factum, teneri ad intereſſe
loquuntur poſt moram commiſſam,ut d.
l.ſtipulationes non diuidunt̄,& ibi Bar.in
5.q.& ĩ d.l.ſi quis ab alio §.fi.ff de re iud.
ſed dictus maritus non fuit in mora pp
difficultatē,ut ſupra,ergo non pōt teneri
ad intereſſe nec ad pęnā,cum iſtæ obliga-
tiones acceſſoriæ ſuccedat poſt datā mo-
ram.Quinto,adducitur † tex. in l.cum ſti
14 pulatus ſim mihi a Proculo. §. fi. de uer.
obl. ubi ille,qui promiſit præſtare fideiuſ-
ſores,tenetur ad intereſſe ſi fuit in mora,
ut ibi expreſſe dr̄,ergo à contrario ſenſu,
ſi non fuit in mora, non tenet̄ ad intereſ-
ſe,& ita ēt probat̄ in l. ſi fundū.ff.de uer.
obl. Sed dictus maritus nō fuit in mora
ob difficultatē,ergo non tenet̄ ad intereſ-
15 ſe.Sexto,adducit̄ † dictum Abb.in c.ex re
ſcripto.col.fi.circa fi.de iureiur.ubi dicit,
quod promittens factū alienū,tenet̄ ſolū
curare & p̄ſtare illā operā,quam pōt,& ſic
ad aliud non tenetur. Sed quia dictus ma
ritus fecit oēm ſuā operam,& conatū,er-
go impleuit,q̄d promiſit,ita ut ad aliud nō
teneat̄. Nec obſtat,ſi diceretur,q̄d imò ꝓ-
miſit factū propriū.ſ.ſe curaturū,& factu
rum cū effectu,&c.no.Alex.in d. l. ſtipu-
latio iſta.in prin .ff.de uerb.ob. q̄a rñdeo
ut inf.in ſeq.argō. Septimo , hunc caſum
16 † decidit in terminis Fran.de Are.in d.l.ſi
ita ſtipulatus.§ poſſum.ff.de uerb.obli.&
idem Are.melius in cōſ.42.col.4.uer. nec
credo,ubi dicit,ꝙ licet promittens factū
alienum,obliget ſe curaturū,& facturum
cum effectu,&c.tñ iſta uerba nō importāt
aliud, niſi q̄d ſimpliciter & bona fide , &
ſine fraude curabit,faciendo oēm ſuā dili
gentiam,ut factum promiſſum impleatur
non tñ obligat promittentem ad impoſſi-
bilē, ſm eum. Tñ licet dictus maritus ita
promiſerit , tñ fuit executus factum ſuū ,
quod promiſit,præſtando oēm ſuam dili-
gentiam,& operam bona fide,& ſine frau
de,uñ ad aliud teneri nō dēt. Octauo ad-
17 ducitur, † quod no.Abb.in c. gemma.cir-
ca fi. de ſponſa.ubi dicit,ꝙ qñ quis obliga
uit ſe curare & facere,quod aliquis cōſen
tiat matrimonio , ut ſupra dixerat in eo.
c.ſi fecit quidquid potuit,& ille non uult
conſentire,non tenetur ad pęnam . Dein-
de quærit̄ in fi. an teneatur ſaltē ad inte-
reſſe,ſi promiſſio illius facti fuit facta per
ſtipulationem.Et concludit de mēte Io.de
Are.& Cy. quod nō, niſi de dolo uerſatus
fuerit,& ita dicit cōiter teneri , ut ibi per
18 eum,Nono,quia † Fran.de Are.in d.§.poſ
ſum ſemp loquit̄ copulatiue , tā de pęna,
quā de intereſſe,& ita intelligit gl.in d.c.
ex reſcripto.ſ.ut loquat̄ ēt de intereſſe, &
deinde ibi in 2.col.ĩ uer.& q̄a,ut dixi,&c.
refert opin.ſuā tenet cōtra cōem.ſ.in pun
cto iuris,uidelicet,ꝙ licet quis faciat quic
quid potuerit,tñ tenet̄ promittens ad in-
tereſſe,& poſtea ĩmediate ſubdit hæc uer
ba formalia,uidelicet,opin.tñ cōtraria ſe
queretur in practica pp auctoritatē cōtra
dicentiū,&c. unde quia locutus fuerat de
intereſſe , & poſtea dicit ſeruandā eſſe in
practica contrariā opin.ſequit̄,q̄d ēt ad in
19 tereſſe non tenetur promittens, ſm uerā
opin.quæ in practica ſeruatur.Pro † ſolu
tione reaſſumo dicta tria capita.Et quo ad
primū.ſ.an teneat̄ de periurio, firmo hāc
ſcd̄am partem.ſ.quod indiſtincte non te-
neatur, ſi fecit quidquid potuit , per iura
allegata in primo argō huius ſcd̄æ partis,
q̄ clare loquuntur,& nullus vr̄ contradice
re. Nec obſtant rōnes adductæ in 1. & 2.
argō primæ partis,quia concedo, ꝙ iurm̄
facit quē teneri p̄cisè ad factū , & dēt im-
pleri in forma ſpecifica, qñ illud factū p̄-
ſtari pōt,ſed ad illud factū, quod explica-
ri non p̄t per promittentē,eſt impoſſibile,
quod quis præcisè cōpellatur , præſertim
in facto alieno,ergo non dr̄ periurus,quia
non cenſet̄ per iurm̄ promiſiſſe impoſſibi
le,ut ſupra dixi in argumētis ſecundę par
tis,maxime,quia iurm̄ obligat iurāte Deo
Deus aūt ſolū animū intuetur iurantis,ut
d.c.ſi quid in ueniſti.13.q.5.Et ad hoc re-
torquet̄ tex.ĩ d.c.querelā de iureiu.allega
tus in ſcd̄o argō primæ partis,pōderando
ipſū in uer.neceſſitate,& in c.breui.eo.tit.
Præterea, quia p argā ſecūdæ partis , ma-

xime in 67.& 8 argõ.eſt probatum, quod
faciendo ſuum conatum,& operam,adim
pleuit quod promiſit,& ad aliud nõ tene
tur,ſequitur quod non eſt periurus,Quo
20 uero ad † alia duo capita.ſ.an teneatur
ad pęnã,& ad intereſſe,in his puto diſtin
guendum , ut attendamus uerba contra-
ctus.Aut.n.maritus obligauit ſe curare cũ
effectu,qđ uxor ſua renunciet, & nõ ſunt
adita illa uerba, ita ꝙ non poſſit excuſari
feciſſe ſuum poſſe,& alienũ factum ꝓmi-
ſiſſe,&c.& tũc ſimiliter teneo in utroque
caſu hanc ſcđam partem.ſ.quod faciendo
totũ ſuũ conatum ſine fraude,nõ tenea-
tur neq; ad pęnam,neq; ad intereſſe,quia
difficultas excuſat in obligationib. facti,
per ea quæ allegata fuerunt in ſecundo ar
gumẽto ſcđæ partis, maxime per tex. in l.
ſi uehenda.§.pen.ff.ad l.Rhod.de Iac.& ꝑ
alia allegata in alijs argumentis ſecundæ
partis,nam de his habemus deci. in termi-
nis Fran.de Are.in d.§.poſſum,ꝗ dicit,ꝙ
hæc opin.ſeruaretur in practica,& ꝑ eun-
dem Are.in d.conſ.162.col. 4. prout dixi
ſupra in 7.arg.ſ.quod illa uerba, facturũ,
& curaturũ,cũ effectu,&c. important, ut
bona fide & ſine fraude,faciat ſuã diligen
tiã,quod promiſſum attendatur , vnde eo
ipſo,quod fecit iſtã operã , adimpleuit ꝓ-
miſſa,dũmõ ſine fraude fiat,& ſine collu-
ſione.Nam ſolent ut plurimum promittẽ
tes colludere cũ uxoribus & ſimulare qđ
minantur,& uerberant,tamẽ adinuicẽ ha
bent intelligentiam in cõtrariũ, tunc ue-
rum eſt,ꝙ tenerentur mariti, hoc firmant
aperta rõne,quia ſi difficultas excuſat mo
ra,ut ſupra cõcluſum eſt:ubi non dat̃ mo-
ra,nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe in ꝓ
miſſionibus facti:& minime ad pęnã,quæ
cõiter hodie non exigitur , niſi quatenus
cũ intereſſe concurrit,ut inf.dicã. Nõ ob-
21 ſtat.l.† ſancimus allegata in 3. argõ pri-
mæ partis , quia loquitur in ſtipulatione
p̃toria & iudiciali de p̃ntando , in qua eſt
ſpãle,ꝙ difficultas nõ excuſat a pęna, niſi
interueniat mors eius,qui eius erat p̃ſen-
tandus.Ita tenet Alex.in d.l.ꝙ te,col. fin.
nos aũt loquimur,in ſtipulatione conuen
tionali extra iudiciũ,in qua difficultas ex
cuſat a pęna,ꝑ ea,quæ ſuperius dicta ſunt
in 2.arg.ſecũdæ partis , & ꝑ no.per Doc.
in d.l.quod te.Ex prædictis remanet data
rñſio ad prima tria argumẽta primę par-
tis.Ad quartũ rñdeo eod.mõ, ſicut dixi in
pręcedẽti.ſ.qđ loquit̃ de ſtipulatione iudi
ciali de iudicio ſiſti in qua difficultas non
excuſatur, ꝑ ea,quæ proxime dixi. Nõ ob-
22 ſtat. † quintũ argm̃,quia ad d.l.qui aũt §.
ſed ſi quis.põt rñderi dupliciter . Primo,
quia ibi non probat̃ , ꝙ promiſſor fecerit
oẽm ſuã diligentiã. Scđo quia ibi promiſ-
ſum fuit factũ alienũ cõtinẽs id, ad ꝙ ip-
ſe ꝓmittens erat principaliter obligatus,
unde cũ potuiſſet ſe liberare ſoluendo uel
dãdo ęque idoneũ fideiuſſorẽ,& nõ fecit,
meritò tenet̃ ad intereſſe. Sed in caſu nr̃o
fuit facta ꝓmiſſio de mero facto alieno ſu
per eo ad ꝙ promittens nõ tenebatur,nec
poterat alio mõ hanc promiſſionẽ explica
re,niſi faciendo quidquid potuit,ut fecit,
& hanc rñſionem ſentit Franc. de Are. in
d.§. poſſum.& eſt de mente Bal.in d. l. qui
aũt.§.ſed ſi quis in lect.antiqua. ubi facit
mentionẽ de iſta difficultate,qñ aliquis ꝓ
miſit extrahere fideiuſſorem de obligatio
ne , nã faciendo quidquid põt, excuſatur
ut ibi per eũ,& eſt de mente Lud. Rom.in
cõſ.510.co.7.in fi. Nõ obſtat ſextũ argm̃,
quia licet iſta ꝓmiſſio ſit facti proprij, tñ
difficultas excuſat à facto proprio , ut ſu-
pra dictũ eſt,& ẽt à periurio. Si uerò in cõ
23 tractu † conuẽtionali ſunt addita illa a-
lia uerba,videlicet , quod dictus maritus
non poſſit excuſari feciſſe ſuum poſſe , &
alienũ factũ ꝓmiſiſſe , &c. & tunc quod
ad periurũ,dico idẽ,ut ſupra dixi.ſ.qđ nõ
teneatur,per rõnes ſupra allegatas.Sed to
tum dubiũ ſtat,quo ad pœnam & intereſ-
ſe , nam in rei ueritate urgent multũ illa
tria argumenta teſtantia,uidelicet , ſepti-
mum,octauũ,& nonum,primę partis,qui
bus non poteſt dari congruũ reſponſum.
Per quæ ur̃ dicendũ,ꝙ tũc maritus tenea
tur ad pęnã uel ad intereſſe,ex quo per di
cta uerba ſuſcepit periculum difficultatis
& excluſit ſe ipſum ab eius allegatione,
per ea q̃ no.Alex. & doc. in d.l. ſed ſiquis
§.quæſitũ ff.ſi ꝗs cau.& ꝑ hoc patet rñſũ
ad oĩa argã ſecundæ partis, inquantũ ob
ſtarent huic concluſioni,quia in iſto caſu
difficultas non excuſat à mora,ex eo,quia
cenſetur per dicta uerba illi renunciatũ.
Nec obſt.adducta per Abb.in d.c.gemma,
& per Fran.in d.c.poſſum,quia ibi nõ dr̃,
quod



quod ꝓmiſſor adiecerit illa uerba.ſ.quod
non poſſit excuſari feciſſe ſuũ poſſe , &c.
& eodem modo rñdeo ad id,quod d.Frã.
in d.conſ.142.& ſi non fuit ſuſceptũ peri
24 culum difficultatis.In uno tamẽ caſu † ꝓ
miſſor excuſaretur ſine aliquo dubio , ẽt
ubi eſsẽt adiecta dicta uerba ſ.quãdo uxor
eſſet mortua ante morã ꝓmittentis,& idẽ
in quolib.alio,de cuius facto eſt ꝓmiſſor
ipſo iure,propter impoſſibilitatẽ,per ea q̃
hr̃ in d.l.ſancimus,& in l.ſi deceſſerit ff.ꝗ
ſatis.cog.& eſt tex.in d. l. qui aũt §. ſed ſi
25 quis ff.de conſt. pec. Sed contra † p̃dicta
in ſecundo mẽbro ur̃ eſſe dec.294.conſil.
Neap.ubi figuratur propriè iſte caſus.ſ.ꝙ
maritus promiſit, ut nõ excuſaretur fecif
ſe ſuũ poſſe,&c. & tñ concludit ibi Matt.
de ęquitate, quod ſi fecit oẽm ſuũ cona-
tum,non teneatur.Verum licet in figura-
tione caſus apponat illa uerba in prin. il
lius deci.tñ mouet̃ per illud conſil. Aret.
142.& per nonnullas alias doctrinas,quæ
loquuntur folũ,quãdo quis promiſit ſecu
raturũ,& facturũ,ſine adiectione illorum
uerborũ, & per d.l.ſi uehenda . Nec dr̃ in
d.dec.qđr ita fuiſſet deciſum in pleno con
ſil.ſed ſolũ referuntur ibi opin. vnde per
ea quæ dñr in d. l. non tollitur obſtaculũ
de d.§.quæſitum, & de illis tribus ultimis
argumẽtis primæ partis.ſ.quãdo eſt ſuſce-
ptum periculũ difficultatis.Pręterea d.de
ci.295.loquitur ſolũ de pęna, non aũt de
intereſſe,licet hodie nullã facerem differẽ
26 tiam inter pęnã & intereſſe , ex quo † ſm
cõem concluſionem de æquitate non exi
gitur pęna,niſi qtũs cum intereſſe concur
rit ſm Ang.in cõſ.219.col.fi.& hr̃ in dec.
135.conſ.Neap.ubi dr̃,ꝙđr hoc eſt de ſtylo
ſacri conſ.ꝗ pro leg. ſeruatur idem tenet
Io.de Ana.in c.fi.de uſur.Doct.in l. cũ al-
legas,C.de uſur.&Alex.in conſ.fi.in 4.uol.
Hinc dicit gl.in c.fraternitatis 12. q. 2.q̃
in foro conſcientiæ non põt exegi pœna
conuẽtionalis,& Soc.in cõſ.133.col.1. in
fi.1.uol.& Abb.in c. cũ dilecti.de arb. &
Pett.Phil.Cor.in conſ.168.col.2.in litera
c.in 4. uol. Quod procedit in pęnã appli-
cãda parti,ſed ſi uenit applicanda fiſco e-
xigit̃ ultra intereſſe patris . Ita de hoc eſt
27 alia deciſ.234.conſ.Neap.Quia igit̃ † per
d.deciſ.295.non remanet euacuatũ moti
uum de aſſumptione periculi,ſequitur qđ
remanet concluſio firma,ꝙ qñ maritus ap
poſuit illa uerba,ità ꝙ nõ excuſetur feciſ-
ſe ſuũ poſſe,& alienũ factũ ꝓmiſiſſe,&c.
tenetur ad intereſſe , dato ꝙ fecerit oẽm,
ſuũ conatũ,& ita teneo,quia rectũ reſpõ-
ſum contrariũ dari non põt. † Quod in-
28 tereſſe petitur,ubi pęna non eſt promiſſa
vbi eſt promiſſa,illa ſuccedit loco intereſ-
ſe,l.fi.de præt.ſtip.& no.Bar.in l.4 §. Car.
in 9.& 10.oppo.ff.de uer.ob.& illã tm̃ pe
titur,ẽt ſi excedat ĩtereſſe,de rigore iuris:
ut no.Ale.& Doc.in d.l. ſtipulatio. iſta in
prin.& in §.alteri,& Bar.in l.Lucius,ff.de
actio.emp.& eſt text.& ibi Bal.& Doc.
in l.ſi ꝗs à ſoc.ff.pro ſocio.ſi tamẽ intereſ
ſe eſt plus,q̃ pęna,põt peti illud plus ultra
pęnã,ſm Bar.& Doc.in locis p̃all.pęna.n.
non debet̃ niſi interſit,ſed non curramus
q̃tum interſit, quia ẽt ſi modicũ ſit inte-
reſſe,põt peti magna pęna,ſi promiſſa eſt.
Ita tenet Bar.in d.§.Car.in 9.opp.in fi.&
uide Iaſ.in §.oẽs,col.4.inſt.de act. & ĩ d.l.
ſtipulatio iſta.col.4.De æq̃tate aũt hodie
nunq̃ exigit̃ pęnã,niſi quantus cũ intereſ
ſe cõcurrit,ut ſupra dixi,& ꝑ hoc ſit expe
dita iſta q.Laus Deo.Ro.Mar.Venu.V.I.D.

ADDITIONES.

a Maritus. Latè in materia huius quæſtio-
nis,uide Couar.in relect. c. quamuis in 2.
par.§.5.de pact.in 6.Gramma.poſt deciſio
nes,q.2.per totam.
b Alienum factum.In materia promiſſionis
facti alieni,ultra dicta per Pariſ.conſ.109.
& 110.li.1.& quę dixi in cõſilio meo poſt
conſilia D.And.de Alfer. quod eſt impreſ
ſum in 1. Th.conſiliorum crimi. diuerſo
Doc.conſ.145.una cũ multis ſubſcriptio-
nib.uide ẽt Ang.de Aret.conſ.13. nu.34.
65.& 71.poſito in 1.lib. conſiliorum ma
trimonialium diuerſo.Docto.

Ludouicus Alferius.

## DISPVTATIO OCTAVA

Stante in regno diſpoſitione cõſtitu
tionis,ſãcimus de iure ꝓtomiſe-
os.Vtrũ ſi clericus emat rem im-
mobilem , poſſit conueniri iure
congrui, & an habeat locum ius
congrui contra clericum.

1 *Clericus emens fundum an poſſit conueniri iure congrui per uicinum.*
2 *Statuta, & leges laicorum contra libertatẽ, eccleſiaſticam, uel clericis oneroſa non ligant clericos, num. 3.*
3 *Statutum contra libertatem eccleſiaſticam quando dicatur, nume. 7. & 43*
*Libertas quid ſit.*
4 *Ius contrui eſt prohibitum a iure communi, & eius obſeruantia dicitur iniurioſa.*
*Vendere rem ſuam alteri inuitus, quis compellitur, num. 42.*
5 *Delligere debet qs magis q̃ ſeipsũ proximũ.*
*Ordinaria charitas incipit a ſeipſo.*
*Elemoſynam qui uult facere, debet incipere a ſeipſo.*
*Charitatis ordinem peruertit, qui præfert bonum alienum proprio.*
6 *Damnum in rebus alienis poteſt quis facere ut euitet damnum proprium.*
*Iudex poteſt dilatare iudicium propter periculum rerum ſuarum.*
7 *Clerici non ligantur legibus laicorum, quãdo per eas efficiuntur timidiores.*
8 *Statutum principis ſecularis coactiuum perſonarum non ligat clericos.*
9 *Cõpromiſſum quod debet fieri uigore ſtatuti laicorum non ligat clericos poſſiuè, ſed actiuè poteſt clericus eo uti, num. 14.* (cos.
10 *Statuta præceptiua laicorũ non ligãt cleri-*
11 *Statutum, quo prohibentur laici negociari cum clericis, non ualet, num. 45.*
12 *Statutum prohibens uendere non ſubditis, non includit clericos.* (nis.
13 *Clerici ſunt priuilegiati in perſonis, & in bo*
*Bona clericorum ſunt priuilegiata ſicut bona eccleſiarum, & eo ipſo, quod ueniunt a laico in clericum ſunt exempta ab oneribus laicorum, nume. 46.*
14 *Statuta clericorum, quatenus ſunt fauorabilia clericis includunt clericos.*
*Clericus põt uti actiuè ſtatutis laicorum, ſed non paſſiuè, unde põt præſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus contra laicũ ſed contra eum præſentari non poteſt.*
*Clericus excludit ſororẽ a ſucceſſione patris uigore ſtatuti.*
15 *Statutum requires certam ſolemnitatem in contractu, an includat clericos, num. 48.*
*Statutũ non includunt perſonã non ſubditas*
16 *Ius nobis quæſitum ſine facto noſtro a nobis auelli non poteſt, num. 49.*
17 *Lex imperatoris quæ non tractat materiam ſpũalem nec obuiat canonib. ſeruãda eſt ẽt in foro eccleſiaſtico, num. 20. & 47.*
18 *Statuta laicorũ approbantur p Papã quando ſunt rationabilia num. 27.*
*Papa cenſentur approbat leges laicorum, quã do ſuut rationabiles num. 27.*
19 *Leges ciuiles sũt diuinitus ꝓlata per ora principium.*
20 *Statuta laicorũ, que poſſunt afferre cõmodũ & incõmodum clericis, nõ dicuntur cõtra libertatem eccleſia.*
21 *Clericus an teneatur ultrauires hereditatis ſi non fecit inuentarium.* (lem.
*Clericus ligatur uitio litigioſi per reggẽ ciui*
22 *Clericus an teneatur ad obſeruantiam l. quoties. C. de rei uend.*
23 *Clerici ligantur lege ciuili, quando nõ facit eum notabilem præiudicium.*
*Ius congrui fuit factum cum maxima æquitate ad euitandas rixas.*
*Ius cõgrui fuit introductum de iure diuino.*
24 *Statutum, qđ mulier nõ poſſit alienare extra filios ſuos, hẽt locum ẽt ſi alienaret clerico.*
25 *Statutum ob rationabilẽ cauſam, licet per conſequentiam faciat aliquod incommodũ clericis, debet ſeruari inter clericos.*
*Statutum imponens ſolutionem euntibus ad macinandum extenditur etiam ad eos, qui uadunt ad molendinum eccleſiæ.*
*Teſtator non poteſt inſtituere eccleſiam, & filium exhæredare.*
26 *Statutum excludens fœminas pp maſculos. cenſetur excludere ẽt fœminam monialem.*
*Statutum ligat clericos, quando iniecit uinculum ante clericatum.*
27 *Imperator dicitur dominus totius mundi, et omnium rerum temporalium poteſt imponere legem quam uult in dictis rebus.*
*Legem condere eſt iuriſdictionis, & de maximo imperio.*
28 *Alienatio, quando eſt prohibita contemplatione certæ perſonæ, non poteſt fieri etiam ad pias cauſas: alias admittitur illa perſona ad reuocandum, nume. 37*
29 *Bona debitoris quando uenduntur, præfertur creditor, & conſanguineus in emendo.*
30 *Iure congrui, qñ agitur, quod dicatur p̃cium*
*Fiſcus habens rem communem cum priuato põt illam uendere totam inuito ſocio, qui ſocius præfertur omnibus in emendo.*
31 *Emphyteoſi finita dẽt renouari deſcẽdentib. illius q primo habuit, alias poteſt appellari.*
32 *Colonus tenetur uendere partem ſuam fructuum domino potius quam extraneo.*
*Fiſcus tenetur rẽ ſacerdotis cofiſcatã locare potius ſpurijs illius ſacerdotis q̃ extraneo.*
33 *Vicinitatis cauſa multa cõcedũtur etiã cõtra ius cõmune, quæ alias nõ cõcederẽtur.*
34 *Statutum quod res uendatur conſorti, ligat clericos.*
35 *Cõſtitutio, ſancimus, de iure cõgrui inducit duas principales prouiſiones, unam ſcilicet cõtra uẽditorem, & altã contra emptorẽ.*
*Actio oriẽs ex iure congrui eſt realis, & datur contra emptorem.*
*Dominium in iure cõgrui transfertur reuocabiliter, & quid importat hoc.*
36 *Traditio nuda ſi non habet cauſam præcedentem habilem, non ualet.*
37 *Statutum requirens inſinuationem in donatione operatur, ut non ualeat donatio laici facta clerico ſine illa ſolennitate.*
*Contrahere non poteſt ſubditus ſpreta, lege ſui ſuperioris.*
38 *Teſtamentum debet habere ſolemnitatem ſtatuti, etiam ſi in eo inſtituatur clericus.*
39 *Lex quæ poteſt afferre cõmodum, & incõmodum per hoc non dicitur clericis oneroſa.*
40 *Cõductor antiquus ſi offert tãtũ q̃tũ vult dare nouus, an præferatur nona, num. 41.*
41 *Gabellarius anni præcedentis præfertur nouo licitatori ſi tãtũdẽ offert quãtũ nouus.*
43 *Statutum ut dicatur contra libertatem eccleſiæ eo, quia clerici efficiũtur timidiores, quæ timiditas conſideratur.*
*Metus uanus non eſt in conſideratione,*
44 *Laicus uẽditor põt cõpelli p legẽ Impatoris.*
49 *Dominum noſtrum ſine facto uoſtro an, & quando nobis auferri poſſit.*
50 *Clericus an poſſit teſtare ſine ſolẽnitate ſtatuti laicorum, & quid ſi alium clericum hæredem inſtituat, num. 51*
51 *Ius congrui non habet locũ, quãdo clericus vendit clerico.*
*Teſtamentũ clerici nõ eget ſolẽnitate ſtatuti, quãdo in eo eſt inſtitutus alius clericus*
52 *Nunciatio noui operis eſt approbata per ius canonicum.*
53 *Conſuetudo ciuitatis ligat clericus ex eo quia eſt miſta clericorum, & laicorum, ex quo per populum introducitur.*
54 *Conſtitutio, ſancimus, de iure congrui, an dicatur compulſiua perſonarum.*
55 *Ius congrui an habeat locum in clerico agente contra clericum emptorem, qui ſimiliter emit a clerico.*
56 *Ius cõgrui nõ habet locũ contra laicũ, qui emit ꝓ eccleſia idẽ ſi clericus emat ꝓ eccleſia, nec actiue, nec paſſiue habet ius cõgrui.*
57 *Ius congrui an habeat locum contra laicũ, qui emit rem ab eccleſia.*
58 *Bona clericorum an, & quando gaudeant priuilegij rerum eccleſiarum.*
59 *Ius congrui an detur laico, qui emit rẽ ab eccleſia, poſt uenditionem alterius rei ſuper qua petitur ius congrui.*
*Ius congrui competit ei qui habeat rem uicinã tempore uẽditionis, ſecus ſi illã emit.*
*Ius congrui competit ex perſona uẽditoris, qui uendidit poſt rem uenditam.*



a ASſidue *a* in palatij uentilatur quæ
ſtio utiliſſima, & hactenus indiſcuſ-
1 ſa, utrũ † clericus emptor alicuis fun
di poſſit per uicinum moleſtari, & conue-
niri iure congrui ſuper dicto fundo, offerẽ
do idem precium uigore conſt. ſancimus,
de iure protum. cuius diſpoſitio commu-
niter ſeruatur in regno. Et quia iſta mate
ria eſt particularis, quę in paucis libris hr̃,
& nullus doctor eã tractat. magis diffuſe,
niſi modernus ac utilis doctor regni colũs
Mat. de Afſl. Nea. in ſuo notabili commen
to ſuper d. cõſt. ſancimus in quo bis tetigit
hanc quæſtio. in ſpecie, & contrarias deci-
ſiones ponit. Nam in prin. illius cõſt. in 4.
col. firmat concluſionem contra clericum.
ſ. qđ teneatur iure cõgrui. Sed in §. fi. eiuſ-
dem conſt. in 5. col. mouet iterum iſtam q.
& firmat concluſionem cõtrariam. ſ. in fa
uorem clerici, ꝙ nõ teneatur iure cõgrui.
Ex quibus contrarijs decisionibus queſtio
iſta redditur magis dubia, adeo, ꝙ uidi plu
res iudices, & aduocatos ſup ea hæſitare;
ut tñ habeatur in futurũ ſuper ea uera cõ
cluſio. decreui ipſam plenè per argumẽta
2 ad partes diſputare. Et primo pro † parte
negatiua in fauorem clerici, quod nõ te-
neatur iure congrui, adducitur. Nã leges
& ſtatuta laicorum, qñ ſunt cõtra liberta
tem eccleſiaſticam, & clericis oneroſa. nõ
ligant ipſos clericos, ut in auth. caſſ. & ibi
plene p Sal. & doct. C. de ſacroſan. eccl. &
Ant. de Bur. & Abb. ĩ c. fi. de uita, & ho. cle.,
& ĩ c. quod clericis, de foro comp. Abb. &

Fel.pleniſſimè in c.eccleſia S.Marię de cō
ſti. Bar.in l.cūctos populos in 5.q.C.de sū-
ma Trin.& fid.Cath. & Alexā in cōſ.233
& 214.ī 2.uol.Petr.de Anch.in c.can.ſtat
de conſt.& c.perpendimus de ſent.excom.
Ioā.And.& Abb.in c.1.de ope.no.nun.Sed
dicta lex inducēs ius congrui,eſt principis
ſecularis & clericis oneroſe,ergo nō debet
3 aſtringere clericos. † Et quod ſit oneroſa,
probatur, nam illa lex dr̄ contra libertatē
eccleſiaſticam,quado per eā prohibent cle
ricis ea, quæ ſunt ſibi conceſſa de iure cōi.
Ita tenet Fel.in d.c.eccleſ.S.Mariæ,col.27
uerſ.3.fuit opin. &c.& ibi ēt Ant.de But.
& Imo.in c.cum terra,de elec.& Alex.in
d.auth.caſſ.& Alex.in conſ.213.col. 2. in
fi.& col.pen.in d.conſ.214.colum.3 in fi.
in 2.uol.Sed iure cōi unicuiq; licet diſpo-
nere de re ſua,prout ſibi placet, l. re māda
ta.C.mand.l.nec emere, & ibi per doct. C.
de iure del. & per ius cōgrui priuatur iſta
libertate,quia tenetur quis volens uēdere,
requirere conſortē. Item tenetur emptor
reuēdere uicino per d.conſt.ſancimus,un
de reſpectu clericorum dicta lex eſt onero
ſa,& contra libertatem eccleſiæ.Nā liber-
tas nihil aliud eſt niſi naturalis facultas e-
ius quod cuiq; facere libet, &c.l. libertas.
ff.de ſta.ho. ſed per dictū ius congrui im-
peditur quis facere uoluntatē ſuam à iure
cōi permiſſam,ergo d.conſti.ſancimus, cū
priuet clericos libertate ſibi à iure commu
ni conceſſa,ſatis dr̄ contra libertatem ec-
cleſiaſticam , & ſeruari non debet inter cle
4 ricos.Secundo,& magis † in ſpecie in ter-
minis noſtris adducitur: quia p ius cōe in
ſpecie prohibetur ius cōgrui. Probatur pri
mo p l.1.& ibi Bal.in 1.not.C. cōi diu.ubi
pōt quis uendere non requiſito cōſorte, ꝓ
batur ēt in l.ne cui.C.loca.Item probatur
magis clare in l.dudum.C.de cōtrah.emp.
ubi imperator annullat oēs obſeruantias
quæ per prius erant ſuper iſto iure cōgrui,
& concedit liberam facultatē uendendi ,
& emēdi Item,probatur per l.inuitum.C.
de contrah.emp.ubi non compellitur quis
inuitus uendere alicui. Item,in d. l. dudū
Imperator appellat obſeruantiam iuris cō
grui iniurioſam, & in rei ueritate nō poſ-
ſet cōſiderari melior tex.in fauorē clerico
rum,nam per illam l.oſtenditur , quod nō
ſolum d.cōſt.ſancimus, eſt contra liberta-
tem eccleſię,ſed ēt eſt iniurioſa clericis,er
go nullo modo inter eos eſt obſeruāda.pa
tiuntur.n.iniuriā clerici, eo ipſo, quod cō-
pellerentur uendere rem emptam,cōtra d.
l.inuitum , & ſic priuantur libertate iuris
cōis,contra ea,quæ no.Abb.& doct.in c.1.
5 de contrah.emp.† Tertio , confirmatur,
quia per talem legē clerici priuarent bene
ficio ſibi conceſſo ex diuina,& humana le
ge,qd' eſt,ut quilibet diligat magis ſeipsū
q̃ proximum ſuum, nam ordinata caritas
incipit à ſe ipſo,l.pſes.C.de ſer. & aqua c.
nō ſatis.86.diſ.& glo.& in c.quieſcamus.
22.diſ. pro hoc eſt tex. in c. qui uult. de
pęn. diſt.3.Vbi dr̄, qd' qui uult dare elee-
moſynā dēt incipere a ſe ipſo,& tex.cū gl.
in uer.ſemetipſo in c.ſi nō licet 23.q.5.&
dicit Ang. in cōſ.253.col.1.qđ peccat cō-
tra ordinem caritatis qui pfert caritatem
alienā caritati ꝓpriæ idē tenet Spe.in tit.
de aduocato §.1.uer.ſed nunquid clericus.
6 † Hinc uidemus , qđ a iure pmittitur ali-
cui facere damnū in rebus alienis,cā uitan
di damnum in rebus proprijs,l.qui ſeruan
darum ff.de præſc.uer.& l.ſi quis ſumo.ff.
ad l.Aquil. Item cauſa uitanda periculum
rerum ſuarum,poteſt iudex diuertere,& di
latare iudicium l.ſi longius,in princ. ff.de
iudic. Sed per dictum ius cōgrui peruertit
iſte ordo caritatis , quia compellitur quis
potius dare alij,quam ſibi quod eſt contra
oīa iura diuina canonica,& ciuilia. Cum
nemo copellatur de ſuo facere beneficium
c.cum ex officij,de præſcr. & l. in uitū. C.
de contrahen.empt.ergo ſequitur,qd' nō
debet ligare clericos. Quarto cōfirmatur,
7 † quia tunc ſtatutum dicitur cōtra liberta
tem eccleſiaſtic. qn̄ clerici efficerentur ti-
midiores ad aliquem actum faciendū, ſm
Bar.in d.auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccl.&
Bart.in l.1.§.quæ onerādę.ff.qua re.actio.
non da.& Abb.in c.nouerint,de ſent. ex-
com.& Fel.in c.eccleſia S.Mariæ,col. 37.
uerſ.ſecunda fuit opin.&c.Sed per d.cōſt.
clerici efficiuntur timidiores ad emendū,
quia ſcientes rē poſſe ſibi auferri à uicino,
nō emerent,ergo non dēt ſeruari inter cle-
ricos,ut habebant libertatē emēdi. Quin-
8 to adducitur, † quia quādo lex uel ſtatutū
principis ſecularis eſt coactiuum perſona
rum ad aliquid faciendum non ligat cleri
cos,ita tenet Abb. in c.qđ clericis ī 7.col.
in fi.



in fi.de for.comp.& Fel.in d.cap.eccleſia S.
Mariæ,col.38.uerſi.5.& ult.&c. ex quo uē
dicaret ſibi iuriſdictionem in clericos prin
ceps ſecularis,qui potius clericis debet obe
dire,c.cum ad uerū &c. nunquam 96.diſt.
ſed d.conſt.ſancimus,eſt coactiua perſona
rum ad aliquid faciendum , tam reſpectu
uenditoris,quam emptoris,nam compellit
uenditorem ad requirendum uicinum.Itē
compellit emptorem ad reuendendum vi-
cino,ergo non debet ſeruari inter clericos.
9 Corroboratur † ex his , quæ in ſimili dici-
mus de compromiſſo , ad quod aſtringunt
litigantes per ſtatutum,nam non ligat cle
ricos,ſm Alex.in cōſ.213.col.12.in 2.uol.
& Soc.in cōſ.71.col.3.in 4.uolu.& hoc ex
illa rōne , quia eſt coactiuum perſonarum
10 ut plenè p Soc.in d.cōſ.71.† Sexto,addu-
citur, quia ſtatuta præceptiua laicorū non
ligant clericos,ſm Alex.in d.conſ.213.col.
pen.& cōſ.214.col.2.in 2.uol.& Gem.in c.
fi.in prin.de off.deleg.lib.6.& eſt tex.in ca.
clericis,& c.fi.de immu.eccl.lib.6.& in cle.
præſenti de cēſ.& ibi Card.& per Abba.in
c.innouamus,de cenſ.ſed d. conſt.ſancims
eſt præceptiua,quia præcepit requirere cō
ſortes.Itē,præcepit reuendi rem uicino,er
go non debet ſeruari inter clericos. Septi
11 mo,adducitur † tex.fere in terminis in c.fi.
de immu.eccl.lib.6.ubi non ualet, ſtatutū
quo laici prohibentur uendere clericis , &
dicit ibi Gem.in prin. quod ſiue hæc prohi
bitio fiat directe,ſiue indirecte, ꝓcedit di
ſpoſitio illius c.Nā dr̄ cōtra libertatē eccle
ſiaſticā,quādo clerici nō poſſent libere ne-
gociari cū laicis,ſed per ius cōgrui ſaltē in
directe ꝓhibent clerici emere,qa quando
clericus nō eſt uicinus repellitur p uicinū,
ergo non dēt ligare clericos, & hoc ꝓprie
dicit Bal.in d.leg.dudum,in prin.C.de con
trah.emp.ubi dicit obſeruantiā iuris con
grui,eſſet oneroſam,& contra libertatem.
12 Octauo,adducitur,qa † ſtatutū,qđ ꝓhi-
bet uendere certis perſonis, puta nō ſubdi
tis,nō includit clericos, & dicitur cōtra li-
bertatē eccleſiaſticam.Ita tenet Ioā.And.
& Gem.in fin.de immu.eccl.lib.6.& Alex.
in conſ.214.col.2.in 2.uol.& Fel.in d.c.ec
cleſia S.Mariæ,colum.4.uerſ.9.quæro.&c.
ubi dicit,ꝙ iſta eſt cōmunis opin. & Bart.
in l. filiusfamilias. §. diu.col.3.ff.de leg.1.
Sed in ꝓpoſito d.cōſtitutio,ſancimus pro
hibet uendere certis perſonis.ſ.non cōiun-
ctis ergo nō dēt includere clericos.Nono ,
13 adducitur, quia † clerici ſunt priuilegiati
non ſolū in eorum perſonis,ſed ēt in eorū
bonis intentum.qđ licet aliqua bona,dum
ſunt penes laicum , ſint ſubiecta oneribus
ſtatuti laicorū, tamē eo ipſo,qđ perueniūt
in poſſe clerici,efficiūtur exempta,& gau-
dent priuilegio clericorum , & iudicantur
per iura canonica.Ita tenet Bal.in l placet.
uerſ.quæro iuxta hoc,&c.C.de ſacroſ. ec-
cle.& ibi ēt Bar.Fran.de Aret.& Iaſ.& gl.
in l.in cola.ff de muni. Nā mutatione per-
ſonæ mutat qualitas,& cōditio rei,l. Pau.
rn̄dit p procuratorem.ff.de acq.hær.& l.1
C.qn̄,& qui.quat.pars deb.libr.10.& tenet
And.de Iſer.in tit.quæ ſint regu.in uerſi.&
plauſtrum col. 2. Quantum.n.ad hoc pri-
uilegium exemptionis à ſtatutis laicorum
bona laicorum,& eccleſiarum parificātur,
ut eſt text.in cl.pn̄i,& ibi Card.in 2.not.de
cēſi.& ī c.fi.& ibi Ant.ꝙ Abb.đ ui.& hon.
cle.& in c.aduerſus,&c.nō minus de imm.
eccl.& Bar.in l.1.co.4.C.de mul.in quo lo.
lib.10.& Spec.in tit.de clericis cōiūg. col.3
& Arch.& Gem.in c.1.de immu.eccl.lib.6
& qđ bona clerici ſint priuilegiata,ſicut p
ſonæ,tenet ēt Abb.ī d.c.eccl.S.Marię,col.
antep.Nunc in propoſito licet fundus, qui
uēditur, dum eſt penes laicū,ſit ſubiectū s
oneri dictę cōſt.ſancimus,tn̄ poſtq̃ eſt alie
natus in clericum,mutauit illam conditio
nem,& dēt iudicari liber,per iura canoni-
ca recipiendo exemptionem à perſona cle-
rici,& ſic clericus non debet teneri ad reuē
14 dendum. Decimo adducitur,† quia leges,
& ſtatuta laicorum,quantus ſunt fauorabi
lia & priuilegiata clericorū,includunt cle
ricos.Hinc eſt,quod clerici poſſunt actiue
uti ſtatutis laicorum in eorum fauorē,non
autē paſſiue pōt alius uti contra clericos,
& hoc in terminis noſtris tenet Abb.in ca.
conſtitutus in uerſ.no.de reſt.in integ.ubi
proprie loquitur in iure congrui, & tenet
quod clericus actiue poteſt uti iure con-
grui contra laicum , & in hoc approbatur
tale ſtatutum per Papam ibi,ſcilicet in fa-
uorem clerici,nō autem paſſiue .Ad idem
eſt gl.in c. nouit in uer. quicunque de iud.
& ibi Abb.in 9.col.uer.ult.glo.hic colligit
argumētū,&c.ubi dicit, quod eccleſia pōt
uti lege ciuili pro ſe,non tn̄ tenetur recipe

re cõtra ſe, quia hoc eſt inductum in fauo-
re eccleſię, non debet in eius odium retor
queri. Idem dicimus in compromiſſo indu
cto per ſtatutũ, nã clericus põt petere fieri
cõp miſsũ iuxta forã ſtatuti, & tñ laicus
nõ põt petere a clerico inuito, qđ fiat cõ
promiſsũ, ut declarat Soc. ĩ d. cõſ. 71. in
4. uol. & præſertim ĩ pẽ. col. nec in iſto ca
ſu hẽt locũ pœna retorcutionis, ut poſſit
quis dicere clerico, patere legẽ quã tu ip
ſe tuleris, ut eſt tex. in c. cũ oẽs de cõſt. qa
cũ talis lex nõ ſit facta ad poſtulationem
clerici, ceſſat edictũ, qđ quiſq; iuris. l. 3. in
prin. ff. ꝙ q ſq. iur. ita declarat Soc. ĩ d. cõſ.
71. cõl. pe. & Bal. pulchre ĩ l. cũctos popu
los, col. 6. uer. ſed hic ulterius q̃rit, &c. C.
de sũ. Tri. & fi. Cath. ubi plura excẽpla po-
nit, maxime de ĩſtro hñte executionẽ uigo
re ſtatuti., nã clericus p̃t uti ſtatuto cõtra
laicũ, ſed nõ ecõtra. & hoc facit ꝓ ritu
magnę curię, q ĩcipit. Itẽ ſi quis debitores
nã clericus actiue poſſet pñtare ĩſtrm ſm
formã ritus, non autẽ paſſiue cõtra eũ
pñtari poteſt, per p̃dicta. Similiter facit ad
ſtatutũ. excludens fœminas a ſucceſſione
pp maſculos, nam clericus maſculus exclu
dit ſororẽ, & gaudet beneficio ſtatuti, ſm
Bal. ibi. & Abb. in d. c. eccleſia S. Marię, co.
fi. ex quibus ſequit̃ cõcluſio, ꝙ dicta cõſt.
sãcimus, inquantũ cõcernit fauorẽ cleri-
corũ, procedit in clerico l. actiue, ut ipſe
poſſit rẽ euincere iure congrui, non aũt
paſſiue põt cõueniri iure cõgrui, ſm Abb.
in d. cap. cõſtitutus, & ſic uerior uideatur
opin. Matth. quam poſuit in fin. illius cõ
ſtitutionis ſancimus. Vndecimo adducit̃,
15 † qa qñ aliqua lex uel ſtatutũ Principis ſe
cularis mandat cõtractum, uel aliũ actũ
nõ fieri ſine certa ſolẽnitate, nõ tenetur
clericus ſeruare dictã ſolẽnitatem ſed po
teſt actum celebrare ſine illa. Ita plene te
net Abb. in c. relatũ el. 1. de teſta. licet hęc
opin. non ſit indiſtincte uera in clerico,
ſed in eccleſia ſicut declarat plene Fel. in
d. ca. eccleſia S. Marię colũ. 37. uerſic. 4. ca
ſus, &c. Statuta enĩ quãuis generalia, non
includunt perſonas non ſubditas, ut per
Abb. in cap. a nobis, el 1. colum. 1. de ſent.
excõi. Nã eorum ualiditas depẽdet ex po
teſtate ſtatuentium ſecundũ Abb. in d. ec
cleſia S. Mariæ colu. 4. uerſi. ad primũ. &c.
Verum in caſu noſtro, uidetur procedere
iſtud argumentum, quia ſolemnitas requi
ſitionis uicini inducta per d. conſtitutio-
nem, ſancimus, uidetur eſſe perſonalis, nã
reſpicit perſonam uenditoris, & hoc pro
cederet quando clericus eſſet uenditor.
16 Duodecimo, & ultimo, pro † iſta parte ad
ducitur, quia id, quod nobis quæſitũ eſt
ſine facto noſtro a nobis euelli nõ poteſt,
l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & hoc eſt
ẽt de iure gentiũ, ex quo iure fuerunt in
troducti cõtractus, maxime cõtractus em
ptionis lex hoc iure. ff de inſt. iure. Vnde
poſtquã res fuit acquiſita clerico p cõtra
ctum emptionis, nõ debet poſſe ab eo in-
uito auferri ex ſtatuto laicorũ, quia tol-
leret ibi id, ꝙ ex iure gẽtiũ acq ſiuit, & eſ-
17 ſet ualde onerosũ clerico. Pro parte † ue
ro cõtraria affirmatiua, ſ. ꝙ imò clericus
teneat̃ iure congrui, & ligeť p d. cõſt. ſan
cimus, adducitur primo, q a d. conſt. ſanci
mus eſt lex imperialis facta ab ĩperatore
Federico, quo caſu qñ lex ĩperialis non
tractat de materia ſpũali nec obuiat cano
nibus, ſeruanda eſt ẽt foro eccleſiaſtico
cõtra clericos, ita tenẽt gl. & Abb. in c. 1.
col. 13. de ope. no. nũcia. & gl. ĩ uer. tẽpora
liũ. in c. cum ad uerũ. 96. diſt. & Arch. in c.
ſi ĩter epiſ. 6. q. 4. & Pet. de Anch. ĩ c. canc.
non ſtatuta, in 1. q. de conſt. glo. in c. cęte-
rum, de don. doct. in l. priuilegia. C. de
ſacroſã. eccl. ſed d. conſt. ſancimus, non
loquit̃ de re ſpirituali, non de materia
cõcernẽti pectm̃, nec cõtrariat̃ canonib⁹,
imo de iure canonico approbat̃, ut infra
dicã, ergo ſeruari dẽt ĩ utroq; foro cõtra
18 clericos. † Secundo, adducit̃, quia. d. cõſt.
& eius obſeruãtia, reperit̃, expreſſe appro
bata p canones. ſ. per d. c. cõſtitutus de in
teg. reſtit. ubi expreſſe mandat Papa ſer-
uari illam obſeruantiam, ut res uendatur
conſortibus, & ibi hoc declarant plenius
Ant. de But. & Imol. ergo non põt dici cõ
tra libertatem eccleſiæ, poſtq̃ Papa appro
bat ipsã. Hinc uidemus ſæpius qđ Papa ſo
let appbare ſtatuta, & cõſuetudines laico
rũ, qñ ſunt rõnabiles, ut in c. cũ ueniſſent
de eo, qui mit. in poſ. &c. certum, de donc.
& in c. 2. de arb. li. 6. & hr̃ ĩ c. clerici, de dõ.
& ꝙ no. Paul. de Caſt. ĩ auth. cauſa, quę cũ
19 monacho, col. 2. C. de epiſ. & cler. † & dicit
ex canonica, quod leges ciuiles sũt diui
nitus prolate per ora Principũ. cap. fi. 16.
q. 3.



q. 3. & tex. ĩ ca. ſuper Spec. de priuil. dicit,
quod S. Eccleſia legum ciuilium non re-
ſpuit famulatum, quæ ueſtigia iuſtitiæ, &
æquitatis imitantur. Tertio. † adducitur,
quia tunc lex ciuilis dicitur præiudicialis
clericis, quando ſolum incommodum eis
afferre poteſt, ſed quãdo lex ciuilis poteſt
afferre commodum, & incommodum nõ
dicitur præiudicialis, nec contra libertatẽ
eccleſiæ ita tenet Abb. ĩ d. c. eccleſia S. Ma
riæ, col. 5. uerſi. circa hoc tñ, &c. ubi p hoc
infert, quod lex ciuilis loquẽs de cõtractu
emptionis, commodati, uel depoſiti, uel ſi-
milis, debet ſeruari inter perſonas eccleſia
ſticas, ex quo nõ cõtradicit canoni. & po-
teſt afferre cõmodum, & incommodum,
per teſt. in d. c. 1. de ope. no. nun. ubi demoli
tur eccleſia nouiter ędificata cõtra nuncia
tionem noui operis inductam a iure ciui-
li, & in c. eccleſia. el 1. vt lite pendẽ. ubi Pa
pa p leges ciuiles iudicat inter clericos, &
idẽ tenet Fel. in d. c. eccleſia S. Marię. col.
25. uer. ex prędictis iſtis, &c. & Pet. de An
ch. in d. c. canonũ ſtatuta, & Abb. ĩ cõſ. 73.
col. pen. in 2. vol Sed ĩ caſu nr̃o iſta lex im
perialis de iure congrui, loquitur ſuper cõ
tractu emptionis, & locationis, & nõ eſt p̃
iudicialis, quia poteſt afferre commodum
clerico agenti iure congrui, ergo ſeruari
debet inter clericos, cũ cõtrariũ, non repe
21 riat̃ iure canonũ. Quarto, adducit̃ † quia
ſecundum magis cõem concluſionẽ, cleri
cus adiens hęreditatem nõ confecto inuẽ
tario teneť ultra uires hæreditarias, & ta-
mẽ hoc eſt inductũ p l. ciuilem, ut dr̃ in l.
fi. C. iure del. ita tenent Ang. Alex. & Iaſ.
& cõmuniter docto. in d. l. fi. §. fi. quidquid
dicat ibi Bart. idẽ tenet Abb. in d. c. eccle-
ſia S Mariæ. col. 5. & ibi ẽt Fel. remiſſiue.
in 25. col. & in conſ. 73. col. pen. in 2. uol.
ubi ſolã eccleſiã excipit a confectione in-
uentarij, & Bal. expreſſe, in d. l. fi. in princ.
in 6. q. & Ang. in leg. 1. §. hęc ſtipulatio. ff.
ſi cui plusq̃, p l. Falc. & plene per canon. in
c. 1. de teſt. & ĩ c. 1. de ſolutio. Similiter cle
ricus tenetur uitio litigioſi, ꝙ eſt inductũ
a iure ciuili, vt d. c. eccleſia, vt lite pęn. &
Abb. ĩ d. c. eccleſia S. Mariæ, col. 5. Ergo le
ges ciuiles ſeruãtur contra clericos nõ ob
ſtãte ꝙ poſſit eis qñque afferre incõmodũ,
vt dixi in p̃cedẽti argõ. Eodẽ modo debet
ſeruari iſta lex ciuilis, tractãs de iure con
22 grui. Quinto, adducit̃, † qa ſecũdũ cõem
cõcluſionem, diſpoſitio, l. quoties. C. de rei
uẽ. ſeruat̃ ẽt contra clericũ nõ obſtãte, qđ
põt afferre incõmodũ. Ita tenet Abb. in c.
cõtinebat̃, de his, quę ſi a pręl. & Alexan.
in cõſi. 122. in 5. uol. & Fel. in d. c. eccleſia
S. Marię, col. 29. & tractat illa. l. materiam
uenditionis. Nã ſi res primo uenderetur
clerico, de inde uenderet laico præferatur
laicus ſecundus emptor ratione poſſeſſio
nis, unde nõ eſt mirum. Sicut eo modo ra-
tione poſſeſſionis potuit lex ciuilis pręfer
re laicum clerico, & ſic etiã, & ratione ui
cinitatis rei ratione iuris congrui, & ſuffi-
cit, quod in utroque caſu poſſit quãdoq;
clericus habet commodũ, quod eſt quãdo
ipſe prius habuiſſet poſſeſſionem. uel hr̃et
rẽ uicinã, quia auocaret rẽ ab emptore, p
23 ius cõgrui. Sexto, adducit̃, q a † quãdo lex
ciuilis nõ facit notabilẽ pręiudiciũ perſo
nis eccleſiaſticis, debet ſeruari ẽt inter cle
ricos: ita tenet Fely. per plura in d. c. eccle
ſia S. Marię, co. 4. ver. quartũ notabile, &c.
& co. 41. uerſ. 1. limitatur, &c. Sed p ius cõ
grui non ſit notabile pręiudicium clerico,
quia dato, quod pdat rẽ, tamen recuperat
ſuum precium. Itẽ d. l. ſancimus eſt facta
cum maxime ęquitate & ratione, ad euitã
das diſcordias, & rixas, quę poſſent oriri ĩ
ter uicinum, & nouum emptorem, & ſic fa
cta eſt ob commune bonũ ciuitatis, ꝙ ęq
paratur bono eccleſiarum, ut tenet Cal. in
conſ. 21. in fin. in tit. de conſt. Itẽ d. l. sãci
mus eſt conformis cum iure diuino, ſecun
dum quod erat introductum ius congrui
ut hr̃ Hieremiæ. c. 32. ubi dr̃, Eme agrum
meum, tibi enim competit ex propinqui
tate, ut emat, &c. & habet̃ Ruth. c. 4. ergo
tanto fortius ſeruari debet inter clericos
24 Septimo adducit̃, q a † ſi ſtatutũ dictaret
ꝙ mulier habẽs filios, non poſſit rem alie
nare extra filios ſuos habet locũ etiã ſi alie
naret clerico, & ſic tale ſtatutum factũ cõ
templatione filiorum ligat̃ clericos, ita
tenet Fel. ĩ d. ca. eccleſia S. Mariæ, col. 41.
uerſic. 1. limitatur, &c. ergo eodem modo,
quando ſtatutum dictat, ꝙ res non poſſit
alienare extra uicinos, cum par uideatur
ratio grauaminis. Octauo, adducitur, quia
25 † qñ ſtatutum laicorum eſt factum ob ali
quam rationabilem cauſam, quæ nõ prin
cipaliter in odium clericorum. dato ꝙ per
aliquam

aliquam conſequentiam clerici haberent
aliquod incommodũ, non eſt in conſidera-
tione, & ſeruari debet ẽt inter clericos, &
ſufficit ꝙ in ſtatuto clerici nõ nominẽtur,
vt poſſit obſtare tex. in c. fi. de immu. ecc.
li. 6. Hæc concluſio probatur per multa exẽ
pla. Primo, ex his, quæ tenet Cald. in conſ.
21. in tit. de conſt. ubi dicit, quod ſi ſtatutũ
imponit certam ſolutionẽ euntibus ad ma
cinandũ, habet locum etiam in his, qui ua
dunt ad molendinũ eccleſiæ, non obſtãte,
ꝙ per quandam cõſequentiam uideatur in
aliquo lædi eccleſiæ. Secundo, probatur ex
his, quæ notabiliter tenet Abb. in conſ. 63.
in 1. uol. ubi tractat. qũo indirecte põt ſta-
tutum impedire legatum ad pias cauſas, &
per Fel. in c. eccleſia S. Mariæ, in 42. colu.
Tertio, quia lex ciuilis mandat filium inſti
tui hæredem, alias teſtm̃ patris non ualet
& tñ hoc procedit. etiam qñ eccleſia eſſet
hæres inſtituta, quia non põt quis filiũ ex-
hæredare, & eccleſiam inſtituere, c. quicun
qoe. 17. q. 4. & gloſſ. in l. ſi quis ad declinan
dam. C. de epiſc. & cle. ſed in propoſito d. l.
ſancimus, eſt facta ob rationabilẽ cauſam,
approbatam etiam de iure canonico, per c.
cõſtitutus de in integ. reſt. & etiam de iure
diuino ut ſupra dixi in 6. arg. & non loquit̃
contra clericos, nec eſt facta in odium cle
ricorũ. Vnde non curatur, ſi clerici patiunt̃
aliquod incõmodum, qñ emunt præſertim
cum habeant commodum, qñ euincunt, ut
ſupra dictum eſt in 3. argu. Confirmantur
26 prædicta, † quia ſtatutum excludens fęmi
nas pp maſculos, cenſetur etiam excludere
fœminã monialem, non obſtante ꝙ ſit per
ſona eccleſiaſtica, ita tenet Abb. in c. ꝙ cle
ricis, col. 10. de for. comp. Fel. in d. cap. ec-
cleſia S. Mariæ, col. 32. & Pau. de Caſt. in
cõſ. 304. 1. vol. & Soc. in conſ. 81. col. 4. & 5
in 1. vol. & ut plurimũ aſſignant rationẽ,
quia ſtatutum iniecit uinculum ante cleri-
catũ, & ppea ligat clericos, ſm Abb. in d. c.
qđ clericis, col. 9. & ibi Ioan. Andr. & Soc.
in d. cõſ. 81. in pen. col. in fin. Nono adduci
27 tur, qa † Imperator cẽſetur dñs oĩum rerũ
temporalium, quæ ſunt in mundo ſaltem
quo ad iuriſdictionẽ, & poteſtatem. l. bene
à Zenone. C. de quad. pręſc. c. quo iure 8. di.
& c. conuenior & ibi gl. 1. 23. q. 8. Appellat̃
enim dñs mũdi. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod.
de iac. glo. in c. Adrianus, el 2. 63. diſt. & gl.
in cap. uenerabilem de elect. & Card. in cl. 1.
de ſum. Trin. & fi. Cat. & Bart. in §. omnẽ,
col. 1. & 2. in prima conſt. Digeſtorum, &
idem Bar. in l. 1. §. per hanc, el 2. de rei uẽd.
Si enim eſt dñs mundi quo ad bona tem-
poralia, poteſt in dictis bonis ponere legẽ
quam vult. nam Imperator dr̃ vicarius Dei
in temporalibus, ſm Bald. in l. 1. C. de iure
anul. aure. Ergo qñ facit legem ſuper eis,
dr̃ illam facere auctoritate Dei. Tex. eſt in
c. nemo 16. q. 4. & q̃ſtio q̃ eſt iuſta, & ratio
nabilis, cenſetur etiã approbata per Papã,
ut in c. 1. de ope. no. nunc & in c. eccleſia ut
lite pend. & per Alex. in cõſ. 121. in fi. in 2.
uol. & ꝙ antequam bona perueniãt in cle
ricũ, poteſt principes ĩ eis ſtatuere, & onus
imponere, tenet Bar. in l. reſcripto. §. fi. ff. de
mun. & hon. Si ergo bona temporalia ſunt
principis, quo ad iuriſdictionem, nulli eſt
dubium, & facere legem eſt iuriſdictionis
vt per Bar. in l. imperium. ff. de iur. om. iud.
nam eſt de maximo imperio, unde ſequit̃,
ꝙ Princeps poteſt diſponere de rebus tem-
poralibus legem condendo, ut not. Bart. in
d. §. omnem, col. 2. Ergo licite potuit facere
hanc. l. quod bona ſtabilia uendantur po-
tius uicinis, quam extraneis, & clerici qui
uolũt negociari ſuper dictis bonis, tenent̃
obſeruare legem ſuper eis qui habet ſupe-
riorem poteſtatem legis condendę, tanquã
uicarius Dei, maxime, quia dicta lex nõ eſt
eis præiudicialis, cum poſſint ex ea ſentire
commodum. ut ſupra dictam eſt. Decimo,
28 adducitur, quia † qñ lex diſponit ſuper bo
nis alicuius, ut debeant ire ad certam per
ſonam non põt ille, qui grauatur, alienare
ea etiam ad pias cauſas, extra illã perſonã,
Ita per plura concludit Abba. in conſil. 63.
col. 2. uer. ſed his nõ obſtantib. &c. in 1. uol.
Sed in caſu noſtro lex diſponit ſuper rebus
temporalibus, ut uenditores teneantur eas
alienare uicinis, ergo non poſſunt eas alie
nare etiam clericis in pręiudicium uicino-
rum, nam qñ ſtatutum reſpicit rem tem-
poralem ligat clericos, ſm Abb in d. cap. ꝙ
clericis, col. 7. in fi. de for. comp. & Fel. in d.
c. eccleſia S. Marię, col. 38. Vndecimo addu
29 citur, quia † ꝙ rex uendatur magis uni, q̃
alij, eſt in iura approbatũ per plures leges.
Primo, per l. 1. ff. de priu. cred. ubi quãdo uẽ
duntur bona debitoris, in emendo præfert̃
creditor, uel agnatus alijs extraneis. Item
pro-



probatur per tex. in c. 1. §. ſed, & res, & ibi
And. de Iſer. Aluar. & cõiter doct. p quos
fi. inueſt. ubi in uenditione feudi faciẽda,
agnatus offerens iuſtum precium, præfert̃
extraneo in emendo. Et qđr cõſanguineus
præferatur in emendo, tenet Luc. de Pen. in
l. 1. col. 2. ſuper uerſic. debiti. C. de imp. luc.
30 deſcr. lib. 10. † dicitur autem iuſtum pre-
cium illud quod reperitur ab extraneo, un
de dato, qđr ſm cõem ęſtimationẽ res ua-
leat decẽ, ſi tamẽ alius offerat quindecim,
illum precium oblatum, dr̃ iuſtum, & illud
tenetur offerre uicinus in iure cõgrui ob-
tinendo, quia uenditor non debet eſſe in
damno. Ita pulchre in terminis noſtris te-
net Bal. in l. 2 col. fi. circa fi. C. de reſcin.
uẽd. ubi plura iura allegat. Tertio, qa quan
do fiſcus habet rem cõem cum priuato, po
teſt illã totã uendere inuito ſocio, l. 2. C. de
cõmu. re alie. & tamẽ ſi ille ſocius uult e-
mere partẽ fiſci, præfertur oĩbus alijs em-
ptoribus. Ita notanter tenet Bald. in d. l. 2.
31 † Quarto quia quãdo aliquis tenuit aliquã
rem in emphyteoſim, & eſt finita: põt eius
deſcendẽs, uel conſanguineus petere, qđr
ſibi renouetur, & concedatur & tenet̃ do-
minus ſibi concedere potius quã alteri, & ſi
non faciat põt appellari, tex. eſt & ibi Bar.
in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. & ęſti.
& Bar. in l. 1. in fi. ff. de priuil. cred. & Soc.
in conſ. 99. col. pen. in 1. uol. & eſt tex. in c.
Bonæ memoriæ, & ibi per cano. de poſtul.
32 prælat. Quinto, quia † colonus partiarius
tenet uendere partẽ ſuã fructuũ potius do-
mino, quã extraneo in caſu, quo uellet il-
lam uendere. Ita tenet Bar. per illũ tex. in
l. 1. in fi. C. de metallarijs l. 11. & Alex. in
add. ad Bal. ĩ l. dubiũ. C. de cõtrahen. emp.
Sexto, quia quãdo aliqua res alicuius ſa-
cerdotis fuit confiſcata, & fiſcus uellet eã
locare, tenet̃ illã locare ſpurijs illius ſacer-
dotis potius q̃ extraneis. Text. eſt in conſt.
ſicut accepimus, & ibi Mat. de Affl. in 4.
33 not. Septimo, quia † multa in iure cõcedũ
tur rõne uicinitatis, ẽt contra ius cõe, q̃ a-
lias non cõcederent̃. Tex. eſt, & ibi glo. in
c. qm̃ 12. q. 1. & in c. cũ longe, 63. diſt. & in
c. 1. de conſecr. eccl. uel alta. lib. 6. & tenet
Luc. de Pen. per illũ tex. in l. quicunque, la
2. col. pe. C. de oĩ agro deſer. lib. 11. Ex qui-
bus iuribus uidemus, quod tam iura cano-
nica, quam ciuilia approbãt aliquid noui
ſtatui poſſe ratione uicinitatis, & propin-
quitatis. Vnde ſi imperator per ſuam legẽ
introduxit hoc ius congrui rõne uicinita-
tis, motus fuit optima ratione approbata
tam per iura canonica quam ciuilia, & ẽt
de iure diuino, per illũ dictum Hieremię,
c. 32. allegatum ſupra in 6. argumento, un-
de merito clerici ligantur hac lege. Duo-
34 decimo, & † ultimo, pro iſta parte adducit̃
auctoritas Cyn. & Bal. in l. neq; C. de her.
inſt. ubi tenent, ꝙ tale ſtatutum ꝙ res uen
datur conſorti, ligat clericos. Item adducit̃
auctoritas Seb. Neap. cõſue. ſi eccleſia, uer.
ſed quid de clericis, &c. ubi expreſſe tenet,
quid clerici ligantur iure congrui, cuius
Sebaſt. magna eſt auctoritas in regno. Ex
quibus rationibus hinc inde adductis, iſta
q. redditur ualde dubia adeo ꝙ in iudican
do bonum eſſet habere iudicem propitiũ.
35 Quid ergo dicimus? Pro ſolutione † puto
diſtingui quatuor membra. Primum, ui-
delicet, quãdo laicus vẽdit rem laico. Secũ
dum, quãdo laicus uendit rẽ clerico. Ter-
tiũ, qñ clericus uendit rem laico. Quartũ,
qñ clericus uendit rem clerico. Super pri-
mo mẽbro caſus eſt indubitatus, ꝙ habet
locum ius congrui, quia nullum urget ob-
ſtaculũ, cũ ambo ſint ſubditi Imperatori.
Super ſecundo mẽbro hic ur̃ conſiſtere du
biũ. Tamẽ firmo concluſionẽ, ꝙ clericus
teneatur iure congrui per oẽs rationes, &
iura adducta in 2. par. Et conſidero primo
quod conſt. ſancimus inducit duas princi-
pales prouiſiones. Vnam, uidelicet, contra
uenditorem, & aliam, contra emptorem.
Prima contra uenditorem eſt, dum dicit,
nõ ante cõcedimus alienare, niſi prius de-
nuncietur illis, &c & ſic uenditor prohibe
tur alienare, & ad ſtringit̃ ad denunciandũ
vicinis. Secunda contra emptorẽ eſt dum
dicit, ꝙ debent uenire uicini, & ſoluere iu-
ſtum præcium cum uſuris, & expenſis ne-
ceſſarijs, & accipere ius promiſeos, & ex-
traneos emptores omnino repellere, &c. &
ſic innuit ꝙ poſt factam uenditionem con
tra formam huius conſt. emptor repellitur
per uicinum, & ſic iſta actio iuris congrui
eſt realis dirigitur contra emptorem, ut de
clarat Mat. in d. conſt. ſancimus, §. ut infra
30. in 11. no. Emptor. n. tenetur reuẽdere ui
cino, uigore ergo primæ, prouiſionis, non
poterat laicus ſubditus legiſlatori alienare
rem

rem clerico ſine illa ſolennitate denuncia
tionis, & alienando fecit contra legem, un
de illa res tranſiuit in clericum, cum uitio,
& licet Mat. in d conſt. ſancimus, in prin. ĩ
9. no. teneat ꝙ non obſtante legis prohibi
tione transferatur dominiũ in emptorem.
Tñ illa trãslatio fit reuocabiliter, & quãdo
dñium trãsfertur reuocabiliter, non habet
effectus dñij, ut eſt text. & ibi Barto. in l. ex
ſextante §. Latinos. ff. de except. rei iud. &
Bart. & doct. in l. ſi rem in princ. ff. de pign.
actio. & Alex. in l. debitor. ff. ad Treb. uidet̃
enim res alienata tranſire, cum uitio, quo
eſt affecta pp legis prohibitionem, & ſic
tranſit in clericum cum illo onere, quod re
cepit in poſſe laici. Nam primo fit contra
36 ctus uenditionis, & poſtea traditio † Tra-
ditio enim debet habere pręcedentem cau
ſam habilem l. traditionibus, & ibi Bald. &
doct. C. de pac. alias nuda traditio ſine cau
ſa, uel cõtractu præcedenti, nihil ualet, nec
dominium transfert. l. nunquam nuda. ff.
de acq. re dom. Nũc in propoſito dico ſub
tiliter, quando laicus uendit clerico, primo
facit contractum, & immediate ex ipſo cõ
tractu naſcitur ius cõgrui uicino, quo tem-
pore adhuc res eſt in dominio laici uendi
toris ante traditionem, per d. l. traditioni-
bus, demum ſecuta traditione in clericum
emptorem tranſit dominium reuocabili-
ter cum iure cõgrui radicato in perſonam
uicini, antequã res eſſet effecta clerici, me
rito põt uicinus rem clerico auferre ex iu-
re ſibi quæſitio ex facto laici uenditoris, an-
tequam res eſſet effecta clerici, & ſic nullã
iniuriã facit clerico, ſicut qñ clericus emit
rem alteri hypothecatam uel tributariam,
quia põt clerico euinci, iuxta not per Bart.
in l. reſcriptio §. fin. ff de mun. & ho. Lex. n.
iniecit uinculum ſuam in ipſa re, anteq̃ fie
ret clerici, per ea, que dixi ſupra in 8. argu
mento ſecundæ partis, in fine. Cõfirmatur
37 † etiam quia qñ alienatio eſt prohibita cõ
templatione certæ perſonæ, quamuis alie-
natio fiat in clericum, uel eccleſiam, admit-
titur illa perſona ad reuocandum ut not.
Abb. in conſ. 63. col. 2. in 1. uol. & Fel. in d.
c. eccleſia S. Mariæ, col. 24. de cõſt. Pro hoc
eſt tex. in cap. 1. § donare. qua olim po. feu.
alie. ſed per d. conſt. ſancimus prohibetur
alienatio contemplatione uicinorum, ergo
ipſi reuocant quocunque. l. quoties, & ibi
Barto. C. de fideic. & l. peto. §. fratre, de leg.
2. & Sec. in cõſ. 84 col. 4. in fi. in 1. uol. Hinc
eſt quod ſi ſtatutũ dicit, quod donatio non
ualeat, niſi fuerit inſinuata, ſi contingat lai
cum donare clerico ſine dicta inſinuatio-
ne, non ualebit donatio, ſecundum Abb.
in c. quod cler. col. 7. de fo. cõpe. & aſſignat
rationem, quia ſubditus non poteſt cõtra-
here cum non ſubdito ſpreta. l. ſui ſuperio-
38 ris. † & ſubdit etiam ibi Abb. quod ſi per
ſtatutum requiritur aliqua ſolennitas in te-
ſtamento, debet adhiberi etiam ſi in eo in
ſtituatur clericus hæres. Idem tenet Fel. in
d. c. eccleſia S. Mariæ, col. 37. in fin. uerſ pri-
mum eſt, &c. & col. 38. & Abb. in c. rela ũ
de teſt. ergo idem debemus dicere in laico
uendente rem clerico, quia non potuit alie
nare ſpreta lege ſui ſuperioris, maxime in
præiudicium uicini, & ex hic remanet con
firmata iſta concluſio pro parte affirmati
ua. ſ. quod clericus poteſt ſuper re empta p
eum conueniri iure congrui, quando emit
à laico, prout in hoc ſecundo membro. Su-
pereſt modo reſpõdere ad argumenta ad-
ducta in cõtrarium pro prima parte. Et pri
39 mo, non obſtat primum argumentum, q̃a
patet reſponſio ex his, quæ dicta ſunt ſup
2. & 6. argumento ſecundæ partis, nam ex
quo iſta lex non affert clericis notabile prę
iudiciũ, nec eſt facta principaliter in odiũ
clericorum, ſed propter bonum publicum.
Item poteſt afferre commodum, & incõmo
dum, per hoc non dicitur clericis oneroſa,
nec cõtra libertatem eccleſiæ, cum multæ
alię leges ſimiles reperiantur in iure ciuili
quæ non reperiantur correctæ de iure ca-
nonico, & ſeruãtur in utroque foro prout
eſt in l. quoties. C. de rei uend. ut, dixi in 5.
argumento ſecũdæ partis. Prętere a, per iſtã
conſt. ſancimus clericus non priuatur ali-
qua libertate magis, quam in alijs caſibus
à iure permiſſis nam ſi clericus eſt uẽditor
põt libere uendere, etiam ſpreta iſta lege,
& habet ſuum intentum quia reus auoca-
tur ab emptore ſine ſuo præiudicio, nam
non tenet̃ de euictione. Si uero eſt emptor
emit rẽ affectã uitio radicato in ipſa re a
tempore, quo erat in poſſe laici, ut modo
dixi in ſolutione, & ſic licet res ab eo euin
catur per uicinum in hoc incidit clericus
facto laici uendentis qui erat ligatus lege
Imperatoris, tanquã ſubditus, & ſic incidit
ſicut



ſicut, qñ emit rem hypothecatã, unde nõ
tollitur ſibi libertas data à iure cõi emen
di, & uendendi, quia emit rem cum onere
40 Non † obſtat ſm argm̃, quia in l. 1. C. cõi
diui. non prohibetur ius congrui: ſed ſolũ
nõ approbatur, ex quo tẽpore illius. l. nõ
erat inductũ. Et eodẽ modo reſpondetur
ad l. necui. C. loco, quæ reſponſio corrobo
ratur per text. in l. congruit, & l. predia.
C. de loc. præd. ciu. li. 11. ubi determinat̃
contrario. ſ. ꝙ antiquus conductor p̃fert̃
nouo, qñ offert tm̃ preciũ quantũ offert
nouus. Sed Bal. in d. l. necui. intelligit illã
l. congruit procedere in prædijs fiſcalib.
& ita cõcordat iſta contraria de quib. ui-
de dec. 238. conſ. Nea. ubi facit drĩam in-
ter colonũ, & inquilinũ. Tamen Pau. de
Caſt. in conſ. 4. in 1. uol tenet, quod in re
bus eccleſiæ nõ põt expelli primus condu
ctor per ſm, ſi tãtundẽ offert, & idẽ Pau.
conſ. 23. in eo. 1. uol. dicit ſemper de ęqui
tate debere rẽ eidẽ relocari, & Ludo. Ro.
in cõſ. 23. col. pen. tenet idã in emphyteo
ſi. & Lucas de Pẽna, in d. l. p̃d. in fi. uerbis
41 dicit † idem procedere de gabellario an-
ni p̃cedẽtis qui præfert̃ nouo licitatori, ſi
tantũdẽ offert, quantũ nouus. Ad l. dudũ
C. de contrahen. empt. rñdeo, quòd illa l.
corrigitur per præd. conſt. ſancimus, quæ
eſt poſterior l. pacta nouiſſima C. de pac.
Itẽ d. l. dudũ in fi. excipit, niſi lex ſpeciali-
ter aliud obſeruari p̃cipiat. Et ſic ſentit
propriam iſtã futurã correctionẽ, unde in
fi. per dictã exceptionẽ approbat ius con-
grui in locis in quib. obſeruatur eius uſus
prout eſt in regno. Nec obſtat, ꝙ uideat̃
facere iniuriã contrahẽtib. quia poſt quã
lex ita diſponit, ſeruari debet, quãuis du-
rat ſit, l. proſpexit. ff. qui & à quib. Ad l. in
42 uitum † reſpondeo, ꝙ non compellitur in
uitus quis uendere rem ſuam, quæ eſt in
dominio ſuo irreuocabiliter, ſed is qui e-
mit rem cum uitio, & acquiſiuit rem cum
iſto onere reuerendi eam, excipitur ab il-
la lege, quia ſcire debuit ſtatutum, ſeu le-
gem inieciſſe uinculũ antequam res trã-
ſiret in dominiũ clerici, ut ſupra dixi. Nõ
obſtat tertiũ argumentum, quia in iſto ca
ſu clericus emptor non facit beneficium
de proprio, ſed de alieno, nã quãuis ſit do
minus, hr̃ tñ pro non dño, ex quo acquiſi-
uit reuocabiliter: ut ſupra dixi. Nec per-
uertit charitatem, qui uendit rem, q̃ tene
re non põt ex quo per prius erat affecta,
43 per l. ciuilẽ. Nõ † obſtat quartũ argumẽtũ
quia reſpõdeo, qđ ad dicendũ ſtatutum
eſſe contra libertatẽ eccleſię, non oĩs timi
ditas conſiderat̃, ſed ſolum qñ clerici effi-
ciuntur ex rationabili cauſa timidiores,
& laici audaciores ad nocendum, & ſic
iſta duo requirunt̃ copulatiuè. Itẽ expreſ-
ſe tenet Abb. in d. c. nouerint de ſen. ex-
com. & Bar. in d. auth. caſſa & irrita. C. de
ſacroſ. eccl. & Bar. in d. §. q̃ onerandæ. pa-
tet ſecundũ exẽplo ibi poſitum, per Bart.
& Abb. ſicut dicimus in metu, quia nõ oĩs
metu infringit actum, ſed ſolũ ille, qui ca
deret in conſtantẽ uirum, l. metũ ff. quod
metus cauſa. uellem ergo conſiderare iſtũ
timorẽ. ſ. quod clericus non emeret, eſt ua
nus timor, cum multæ cautelæ poſſint a-
dhiberi, minime per talem conſt. laici effi-
ciuntur audaciores contra clericos, cum
talis conſt. non dirigatur expreſsè nec ta
44 citè contra clericos, ſed eſt generalis. Nõ
obſt. † quintũ argumentũ, quia inquantũ
conſideratur coactio perſonæ ex parte uẽ
ditoris, non facit ad propoſitũ in hoc ſe-
cundo mẽbro, ex quo laicus eſt uenditor,
qui põt cõpelli per legem Imperatoris, in
quantũ uerò cõſideratur ex parte empto
ris, nulla eſt coactio perſonę, ſed ſolũ ui-
cinos auocat ex ptãte legis. Conſtitutio. n.
dat ptãtẽ uicino, ut ſoluto precio empto-
rem repellat, & ita ſonãt uerba illius cõſt.
Sed deciſiones allegatæ in contrariũ, lo-
quunt̃, qñ emptor cõpellitur aliquid face-
re per ſuã perſonã, nec dicit illa cõſt. quod
emptor cõpellit̃ reuendere, ſed ſolũ ſolu-
to p̃tio lex repellit ipſum à re empta. Ad
ſextũ põt eodẽ mõ rñderi, quia nihil p̃cipi
tur emptori per illã conſt. & iura allega-
ta in d. argumẽto loquuntur contra im-
munitatẽ eccleſiaſticam, ideo tunc ſtatu-
ta non ligant clericos. Statutũ. n. præce
ptiuum eſt illud de compromiſſis faciẽdi
in quo fateor, quod paſſiuè non ligat cle
ricos, per iura allegata in 5. argumẽto ſu
pra in fi. quia aſtringit perſonas ad cõpro
mittendum. Ad ſeptimum reſpõdeo, quod
dicto c. fi. loquitur, quãdo ſtatutũ expreſ-
ſe p̃hibet negotiari cũ clericis, tũc. n. indi
rectè grauant̃ clericis, quia licet verba ſta
tutè directè dirigant̃ ad ſubditos, tamẽ in
directè

directe per prohibitam participationẽ lędunt ur clerici. Sed hic nec directe nec in-
directe clerici prohibentur emere, q̃a uer
ba conſt. non diriguñ ad emptorem, imò
pñt emere clerici, licet reuocabiliter. Præ
terea, lex non dicit, ꝙ nullus uẽdat cleri-
cis, ſed generaliter p̃fert uicinum cuicun-
que extraneo emptori. Vñ dato, ꝙ ſub iſta
generalitate includantur clerici, hoc non
eſt in cõſideratione ,ꝑpter cõmodũ, quod
ipſi ẽt conſequi poſſunt. Ad octauum re-
45 ſpondeo, † quod loquitur, qñ ſtatutum
pręciſe, uetat tem uendi, annullando peni
tus uenditionẽ. Tunc.n. eſſet merũ odiũ
clericorum, ſi eos includeret, & ita loqui-
tur tex. in c. de immu. eccl. li. 6. & deciſio-
nes alleg. in hoc argumento. Sed d. conſt.
non uetat p̃ciſe, ſed uult fieri requiſitionẽ
conſortis prius, & poſſibile eſt, quod con
ſors nollet emere. Item poſſibile eſt, quod
poſt emptionẽ clerici cõſors non euincat
& ſic reſtat ad eſſe, & non eſſe, & longa eſt
differẽtia inter hunc caſum, & illum, qui
46 eſt in argumento. Ad nouum † rñdeo, ꝙ
procedit in bonis clericorũ, quæ ſunt ra-
dicata in eorum dñio, nam poſtq̃ illa ac-
quiſiuerũt, ſunt exẽpta ab omnib. futuris
angarijs, & oneribus laicorum, non aũt à
præteritis oneribus, ut per Bar. in l. reſcri-
pto. §. fi. ff. de mun. & ho. ſed iſtud onus e-
rat affixum rei ante, quam perueniret in
clericũ. ideo non potuit mutari cũ muta-
tione perſonæ. Prius.n. per cõtractũ acqui
ritur ius uicino, quã clerico dominiũ, ut
47 ſupra dixi. Ad decimum † reſpõdeo, quod
qñ lex ciuilis eſt condita ab Imperatore, ſi
non habet canonem contradicentẽ ligat
clericos actiuè, & paſſiuè, quando non ſu
mus in materia peccati in tm̃, quod nõ ſo
lùm cauſę clericorum, uerũ etiam, & ec-
cleſiarũ deciduntur per leges ciuiles etiã
paſſiuè, text. eſt formalis, & ibi Abb. in 2.
3. & 4. no. in c. 1. de ope. no. nun. & in hoc
non contra dicit Abb. in d. c. conſtitutus,
de in integ. reſti. nã refert conſuetudinem,
quæ erat ibi, ꝙ liceat uicino reuocare rẽ
venditã. Hoc.n. eſt fauorabile clericis, &
ſic poſſunt uti ſtatuto uel cõſuetudine in
reuocando. Non tñ negat Abb. quia quan
do illa fuiſſet lex Imperialis haberet locũ
etiam paſſiuè contra clericos, ut ſentit ibi
Ant. de Butr. cum non contradicat cano-
nibus, & eſt apta afferre commodũ, & in-
cõmodũ: ut dicit Abb. in c. 1. in 4. no. unde
omnia iura, quæ dicunt, ꝙ clerici non te-
netur uti lege ciuili contra ſe, intelligun
tur, qñ talis lex eſſet contra eorum eccle-
ſiaſticum libertatem per d. auth. caſſa. Vel
qñ eſſent ſtatuta compulſiua perſonarum
ad aliquod faciẽdũ, ſm Alex. in conſ. 213.
col. pen. in 2. uol. ſicut dicimus de compro
miſſo, ſed ubi eſt lex Imperialis rõnabi-
lis, non inducẽs pactũ non cõpulſiua per-
ſonarum non facta in odium clericorũ,
non contra libertatẽ eccleſiæ, non habẽs
canonem in contrariũ, oĩa iura canoni-
ca dicunt illam ſeruati actiuè & paſſiuè ĩ
ter clericos, ut dr̃ in d. c. 1. & ibi per oẽs
Doct. & per ea, quæ dixi in argumento ſe
cundæ partis. Sed iſta conſt. eſt huiuſmodi
48 ergo &c. Ad undecimum † reſpondeo, ꝙ
in clerico ueritas eſt in cõtrarium. ſ. ꝙ de
bet ſeruari ſolemnitas, ſecundũ Abba. in
ca. quod clericis colũ. 7 de foro cõp. & di
49 xi ſupra in ſolutione. Ad duodecimũ † re
ſpondeo, quod ex legis diſpoſitione ex cã
poteſt id, ꝙ noſtrum eſt, à nobis auferri: ut
not. Fran. de Aret. in l. ſi ita quis §. ea l. in
4. col. ff. de uerb. obl. ſicut in ſimili uide-
mus in p̃ſcriptione, quæ aufert dominiũ
ſine uoluntate dominorũ. Similiter in l.
item ſi uerberatũ §. 1. ff. de rei uend. & in
l. Lucius. ff. de euic. & hoc no. Phil. Decius
in l. id quod noſtrũ ff. de reg. iur. & ita eſt
in caſu noſtro, quia id, quod erat quæſitũ
clerico reuocabiliter aufertur ſibi ex le-
gis diſpoſitione, & abſque ſuo dãno, quia
recuperat pretium, & aufertur ex diſpoſi-
tione legis, quæ ſuum effectum, & uincu-
lum retro iniecerat, prout pluries fuit di-
ctum ſupra. Et per iſtas reſpõſiones rema
net firma cõcluſio cõtra clericũ, & ſic fit
mo primã, opi. Matt. in d. cõſt. ſancimus,
in prin. in 4. uol. ubi dicit hanc eſſe cõem
opi. reprobata alia eius opin. qua tenuit
50 in d. §. ſi filius conſti. Super tertio † mẽbro
principali. ſ. qñ clericus uẽdidit laico, cõ-
cludo idẽ. ſ. quod hẽt locũ ius cõgrui: nã
licet alias clericus uenditor non poſſet a-
ſtringi ad requiſitionem inductã per illã
cõſtit. ex quo eſt compulſiua perſonæ ad
aliquid faciẽdũ, & ſic ex parte uẽditoris,
uidetur eſſe oneroſa, & lex nõ iniecit uin
culum ante traditionem ob priuilegium
perſonæ.



perſonæ, ut dicam in 4. mẽbro, tñ poſtq̃
res deuenit ad laicum titulo emptionis,
lex immediate facit ſuum effectum con-
tra ſubditum poſſeſſorem, uocando uici-
num ex ſecunda prouiſione illius conſt. q̃
retuli ſupra in ſolutione, & hanc conclu-
ſionẽ firmo ꝑ ea, quæ dicit Bal. in d. auth.
caſſa. uerſ. 5. quæro, &c. C. de ſacroſ. eccl.
ubi dicit, ſtante ſtatuto, ꝙ teſtamenta non
inſinuata non ualeãt, pone quod clericus
facit teſtamentum, an ualeat ſine inſinua-
tione, & cõcludit, quod ſi hæres inſtitutus
eſt laicus, non ualet ex quo ipſe hęres te-
nebatur ſeruare formã ſtatuti, cũ ſit ſubdi
tus, unde priuatur commodo teſtamenti
facto ſuo, qui debuit infra tp̃s ſtatuti inſi-
nuare teſtamentũ. Secus, ſi hæres eſſet cle
ricus, ſm eũ. Sic in caſu noſtro dato, ꝙ cle
ricus uenditor non tenetur ſeruare formã
illius conſtitutionis, tñ laicus emptor de-
buit id procurare, alias eo ipſo, ꝙ emit fa-
cto ſuo, incidit in priuationem à lege ciui
li inductam, & illud dictum Bald. ſequitur
51 Fel. in d. c. eccleſia S. Marię, col. 28. uerſi. &
iſta procedunt, &c. Super † quarto, & ulti
mo mẽbro. ſ. qñ clericus uendit clerico,
hic ſtat maior difficultas, tñ firmo iſtã con
cluſionẽ negatiuam. ſ. quod non habet lo-
cũ ius congrui, ex quo ceſſant oẽs rõnes
ſuperius adductę ĩ ſolutione, ceſſat.n. pri
ma prouiſio illius conſtitutionis, inducta
contra uenditorem, quia eſt compulſiua
perſonę ad requirendum conſortẽ, quo ca
ſu non ligat clericos, & in hoc procedant
oĩa iura allegata in 5. argumento primæ
partis. Nam imperator eſt ſubditus Papæ,



tre, & ibi per docto. & Bald. in l. iubemus. §.
ſanè, in fi. C. de ſacroſan. eccle. Item non ſolum perſonam hæredis, ſed etiam bona hæredis obligare poteſt, habetur in deciſ. 26. &
deciſio. 111. conſil. Neapol col. fin. Item iuramentum defuncti ligat hæredem, ut no.
Bart. in l. cum quis. §. codicilli, in fi. ff. de leg.
3. & Ioan. Andr. in nouella, in d. cap. quam-
3 uis, & ibi etiam. Gem. Secundo † adducitur
quòd licet alias dici poſſet, quod ex quo mater eſt præmortua filij ueniunt ex perſona
propria non ex perſona matris, hoc nō poſſet aliter intelligi, niſi per ſucceſſorium edictum, ſed quia in illo gradu, in quo erat mater, extat alia ſoror in capillo, quę immediatè ſuccedit fratri, certum eſt, quo portio ſororis renunciantis accreſcit alteri ſorori in
capillo, quia ius accreſcendi impedit ſucceſſorium edictum, & eſt eo potentius, ſecundū
Bal. in l. meminimus in fi. per illum text. C.
de leg. hær. unde nepotes excluduntur quocunque iure ueniant, & ita expreſſe tenet
4 Phil. Dec. in conſ. 181. col pen. Tertio † quia
in feudo ex pacto, & prouidentia filius non
poteſt ipſum habere, ſi repudiat hęreditatē
patris, & tamen illud feudum non habet ex
perſona patris, ſed ex perſona propria, ex ꝓuidentia concedentis mediante legis diſpoſitione, vt eſt tex. & ibi And. de Iſer. & Alua.
in c. 1. an agnatus, &c. licet ſecus ſit in agnato, ut ibi dicitur, & ibi aſſignatur ratio per
doc. Vnde ſi uult filius habere feudum tenetur, ut hæres ad oīa debita paterna, niſi faciat inuentarium, ut dicit ibi Andr. eodem
modo in caſu noſtro, licet filij ueniant ad
bona auunculi ex perſona propria, tamē ex
quo ſunt hæredes matris, tenetur ad onera
matris, & per cōſequens debēt ratificare pa-
5 ctum matris. Quarto, pro iſta † parte adducitur in terminis auctoritas Seb. in conſu. ſi
moriatur in glo. ſuper uerſi. ipſi ſucceſſores,
in fi. uer. ex hoc igitur quæro, &c. ubi in terminis noſtris format hanc q. & tenet, quod
nepotes ex filia excluduntur, ſi sūt hæredes
matris, & non ſuccedunt una cum auunculis, licet mater ſit mortua ante fratrem, cuius Seb. magna eſt auctoritas in hoc regno.
6 Quinto pro † iſta parte adducitur. Nam fit
differentia, quādo renunciat ſimpliciter cū
iuramento, & qn̄ facit contractum cum pacto de nō petendo, & cedit, ac donat oē ius
ſuum ꝑ ſe, & hæredes ſuos in forma cauta,
nam primo caſu poſſet tolerari, quod talis
renunciatio non noceat eius filiis, qui uenient ex perſona propria, & ita poſſent procedere ea, quæ not. Bart. & doct. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqu. hær. Videtur enim talis
renunciatio perſonalis, & tollit ſolum obſtaculum ipſius matris renunciantis. Vnde nō
extenditur ad filios, ſed quando mater donat per contractum omne ius, & renunciat
per uiam pacti in ampla forma, obligando
7 ſe, & hæredes ſuos, debent † filij omnino
excludi, nam adeundo hæreditatem matris
cenſentur quaſi cōtrahere cum his, quibus
mater renunciauit, l. apud Iulia. §. fin. ff. ex
quib. cau. in poſſ. ea. Iſta enim renunciatio
ſolet fieri patri, uel fratribus, qui recipiunt
ea pro ſe, & hæredibus, unde mortuo fratre,
eius hæres eſt ſoror in capillo, ut habetur in
deciſio. 161. conſil. Neap & ibi traditur hæc
differentia, quando donatio fit per contractum, & quando ſimpliciter renunciatur,
ergo adeundo hæreditatem, cenſetur quaſi
contrahere cum dicta ſorore in capillo, approbando contractum matris. Pro parte
8 † uero contraria affirmatiua, ſcilicet, quod
imò dicti nepotes admittantur, non obſtante cōtractu, & repudiatione matris, adducit
primo, quia iſte contractus, & renunciatio
matris habet tacitam conditionem annexā
ſcilicet, ſi ſucceſſio ei deferatur, quæ conditio impleretur, quādo ſoror moreretur poſt
fratrem, ſed quando moritur ante fratrem,
conditio euaneſcit, quia nunquam fuit delata ſibi hæreditas: ergo renunciatio habetur
pro non facta. Ita in terminis, tenet Pau. de
Caſt. in d. l. qui ſuperſtitis, col. 1 & ibi etiam
Franc. de Aret. in. 7. col. & Imo ff. de acquir.
hæred. idem tenet Bald & Alex. in l. pactum
dotali. C. de colla. & Bal. in l. fin. col. 4. C. de
pac. & Soc in conſ. 183. col. 2. in 2 vol. Vnde
nepotes debet ſuccedere, quia renunciatio
nullum præbet eis obſtaculum. Ex quo pro
nō facta habetur, & prædictis adde Soci. in
conſil. 91. col. 2. in 1. uol. Secūdo adducitur,
9 † nam quando ſoror renuncians moritur
ante eum, de cuius hæreditate agitur, filij
ſubintrant ſtatim in locū matris, nō ex perſona matris, ſed ex perſona propria, ex beneficio legis tradito, in auth. ceſſante. C. de
leg. hęr. adeò, ꝙ repræſentant illum eūdem
gradū, quem repræſentat ſoror in capillo.
Ita tenet Bart. in l. 1. §. ſi fil. ff. de coniug. cū

eman-

eman.lib.& Barto.Imo.Pau.de Caſt.Fran.
de Aretin & communiter docto. in d.leg.
qui ſuperſtitis, & Barto.in l.2. C.de lib.
pteri. & Ale. in d.l.pactum dotale.& ibi ēt
Pau.de Caſt.& idem Pau.in conſi.164.col.
5.in 2.uol. Si ergo eſt ius proprium filiorū
ſequitur, ꝙ illi non cenſetur per matrem
renunciatum.unde poſſunt ſuccedere. Ter-
30 tio,pro iſta † parte adducitur tex in l.ſi quis
filio.ff.de inîu rup.ref. ubi ſi teſtator exhæ
redat filium ſuum, qui moritur ante teſta
torem, talis exhæredatio non nocet nepo-
tibus ex illo filio, ex quo habetur pro non
facta,ergo eodem modo minime debet no
cere renunciatio,cum validum ſit argumē-
tum de exhęredatione ad renunciationem
prout hoc ſimili argumento vtitur Pau. de
Caſt.in d.l.qui ſuperſtitis,col.2.Quarto ad
21 ducitu † tex:in l ſi quis poſthumos.ſi filiū.
§.2.reſpon.ff.de li.& poſt.ubi nepos præte
ritus rumpit teſtamentum, quādo filius ex
hæredatus moritur ante patrem,& hoc nō
eſt ex alio niſi quia nepos ſubintrat locum
& uenit ex perſona propria. nam ſi ueniret
ex perſona patris,noceret ſibi exhæredatio
patris,ſed nō nocet, quia patri non fuit de
lata hæreditas,ita & in caſu noſtro, exclu-
ſio matris mortuę ante fratrem,non nocet
nepotibus ſubintrantibus locum ex per-
ſona propria, & ad idem eſt textus confor-
mis in l.ſi patronis.§.fina.ff. de bon lib. &
in l.quoties in fi.ff.de nouatio. Quinto,ad
22 ducit † doct.& Barto.in d.l.qui ſuperſtitis
uer.item uide, quædam mulier,&c. ubi te-
net expreſſe, ꝙ etiā filijs ſint hæredes ma-
tris,renunciātis ac mortuę ante eum,de cu
ius hęreditate agitur ſuccedunt non obſtā-
te renunciatione matris. Ex quibus ratio-
nibus hincinde adductis,caſus iſtæ. reddit
13 valde dubius. † Pro ſolutione huius quæ-
ſtionis,concludo & firmo hanc 2.partē tan
quam magis communem, & meliorib. ra-
tionibus fulcitam, & maxime per primum
argumentum, ad quod nullus doctor, qui
uult tenere primam partem, poteſt reſpon-
dere.ſ.ꝙ renunciatio cenſetur facta ſub cō
ditione,ſi ſucceſſio deferatur,ſed quia non
fuit delata,defecit conditio, & habetur ꝓ
non facta,l.Meuius,& l.qui hær.ff.de cōd.
& dem. nam ſicut conditio expreſſa impe-
dit natiuitatem actionis,ita etiam,& cōdi
tio tacita,ut eſt glo. no.in l.item quia.ff.de
pac.quā ad hoc ponderant ibi Alb. de Ro.
Alex.Iaſ.& communiter doc.& gl.in l.2.§.
creditum.& ibi Iaſ.in 2.col.ff.ſi cer.pet.per
l.cedere diem. ff.de uerb.ſig. Ante ergo, q̄
ſit purificata iſto conditio per delationem
ſucceſſionis,nullum ius eſt ortum per talē
renunciationem,ergo ceſſante conditione,
ceſſat renunciatio,& per conſequens id,qđ
non eſt, non poteſt opponi filijs ſuccedere
uolentibus c. non præſtat de reg. iur. lib.6.
Poſſunt enim dicere filij, ꝙ eorum mater
nunquam renunciauit,ex quo non habuit
effectum renunciatio, & hæc reſponſio iu-
dicio meo ſola tollit omnia argumenta cō
14 traria,ſiue ſint filijs hæredes.ſiue nō.Et † vt
habeatur plene hæc materia,expediam eā
per nōnullas notabiles concluſiones.Et pri
ma concluſio ſit iſta, Quando filia renun-
ciat bonis paternis tantum,nulla facta mē
tione maternis,nec de fraternis iſta renun
ciatio eſt nullius utilitatis,ſi extant filij ma
ſculi,& filia renuncians eſt dotata de para-
gio,quia etiam ſine renunciatione erat ex-
cluſa a ſucceſſione paterna propter dotem,
per conſt.in aliquibus Sed ſi tempore renū
ciationis non extabant maſculi,ſed ſolum
aliæ ſorores tunc prodeſt iſta renunciatio
ſororibus quia ipſæ ſolæ ſuccedēt patri ex
cluſa hac,quę renūciauit,& ratio patet ad
ſenſum,quia pater ſolet recipere iſtas renū
ciationes pro ſe,& hæredib.ſuis,unde mor
tuo pater remanent hęredes illę filiæ quæ
non renunciauerunt ergo eis accreſcit iſta
renunciatio,ut habetur in dec.161.conſil.
Neap. ubi idem dicitur quando renuncia-
tio ſit fratri & hæredibus per ea, quæ not.
Ange.in conſi. 52.inc.dominus Gilius,&c.
col.fi.& Pet.Phi.Cor.in conſi.292.ubi ple-
ne in 3.uol. & Seb.in conſu.ſi moriatur,ſu
per uerſicu.ipſi ſucceſſores,&c. Sed ſit tem
pore mortis patri non extarent alij filij, ne
que maſculi neque fœminæ,niſi ipſa ſola,
quæ renunciauit,tunc ſuccedit non obſtā-
te renunciatione,ex quo in illo gradu non
eſt alia pſona, quæ faceret ſibi obſtaculū,
unde ipſa eſt hæres patris,qa in primo gra
du reperitur,& ſua renunciatio non ſe ex-
tendit ad iſtum caſum, qn̄ ſola remaneret,
& hoc ꝓcedit patre mortuo ab inteſtato.
Secus eſſet,ſi feciſſet teſtamentum,& aliū
ēt extraneū feciſſet hæredem,quia ille ſuc
cederet excluſa hęc filia ex quo renūciatio
itſa



fuit recepta pro ſe & heredib.& ille eſt hæ
res.ita hæc omnia tenet pulchre Ange.in
cōſ.52.& Petr.Phil.Cor.cōſ.291.in 4.vol.
Soc.in con.150.colu.25.in 1.uol.& habe-
15 tur aliquid in d.dec.161.infi.Secūda † cō
cluſio ſit, Quando filia renūciat bonis pa
ternis uiuo patre,& maſculi extant,& po-
ſtea moriantur admittitur filia ad ſucceſ-
ſionem non obſtante renunciatione.Ita te
net Bald.in l.pactum dotale uer.4.quęro,
&c.C.de col.& ibi ēt Pau.de Caſ.in 2.col.
uer.item quęrit,&c.ubi aſſignat rationē.ſ.
ꝙ talis renunciatio cenſetur facta fauore
maſculorū, & intelligitur reb.ſic ſtantib.
idem tenet Alexa.in l.ſtip.hoc modo, col.
4.ff.de uer.obl.& Ale.in cōſ. 26.colu.4.in
3.uol.& Seb.in cōſu.ſi.moriatur,in uer.ip
ſi ſucceſſores,&c.Qđ tn̄ intellige,& decla
ra,qn̄ maſculi moriūtur uiuo patre.Ita lo
quuntur deciſ. ſupra alle.Idē eſſet,quādo
extarēt maſculi tēpore mortis patris ſed
nollent patri ſuccedere,quia talis renūcia
tio cenſetur facta in fauorem maſculorū,
qui uolūt ſuccedere patri,ut tenet Soc.in
cōſ.85.col.fi.in 1.uol.& mod.in l. Gallus.
§.& qđ ſi tantū.ff.de li.& poſth.& colligit
ex dictis Bart. in l.fi.ff.ad Ter. in quātum
ponderat. ꝙ maſculi adeant hęreditatem.
Secus eſt, qn̄ maſculi extarēt & adirēt hę-
reditatē patris,nā quāuis poſtea moriant̄,
tamē filia nō ſuccedit in bonis patris, qa
ſemel excluſa,cenſetur perpetuo excluſa,
ſicut qn̄ excludit̄ per ſtatutū.Ita tenet Bal.
in c.1.§.1.epiſcopū uel Abb. in uſibus feu.
& Bal.ī auth.ſed ſi quis,col.3.uerſi.& per
hoc ir fertur,&c.de ſec.nup. & Ale.in cōſ.
20.colu.4. & conſ.2.in col fin.in 1.vol.&
Soc.in conſ.19.col.2.in 1.uol.& Bar.in d.l.
fi.ff.ad Ter.& Bald.in l. ſi Pontionilla.C.
quando di leg.ce.& Bal.in l.in quib. C.de
ſec.nup.& Soc.in conſ.5.colu.1.& fi.in 1.
16 uol.Hoc tamē intellige, † quādo maſculi
morerentur cum filis,uel quando morerē
tur teſtari. nam tunc is eſſet hæres, quam
hæredem inſtituerunt, excluſa penitus fi-
lia.Sed ſi mortui eſſent inteſtati, & ſine li-
beris ſoror ſuccedere eis,etiā in bonis pa-
ternis,quia nō dn̄r ulterius bona paterna,
ſed fraterna.leg.ſi uia ueſtra. C. de do.un
de quia ſoror non renūciauit bonis frater
nis,ſuccederet una cum alijs fratrib.uel ſo
roribus ſi extāt alias ipſa ſola ſuccederet,
Ita tenet Alexan.& communiter docto.in
leg.1.§.ueteres de acq.poſ.& Paul.de Caſt.
in leg.Paulus reſpondit.§ fin.ff.de acquir.
hær.& habetur deciſ.178.conſil.Neapo.&
iſta procedunt etiam in terminis conſt. in
aliquibus,per quas excluditur filia a ſucceſ
ſione patris quia non cēſetur excluſa a ſuc
cedendo fratri in bonis paternis per præ-
dictas deciſiones,& etiam tenet Lu.Rom.
in conſi.158.inc.circa primum,&c.& Bal
in d.cap.1.§.1.epiſcopū,uel Abb.in uſibus
17 feu.Tertia concluſio ſit.† Quando filia re
nūciat bonis paternis,uel alias excluſa eſt
per ſtatutum cōtemplationes maſculorū,
ſi cōtingat patrē mori ſuperſtite d. filia,
& alia nepte ex filio præmortuo,ſuccedit
filia una cum nepte,collatis dotibus,& nō
excluditur ab eo,non obſtante,quòd a ma
ſculo deſcēdat,& ratio eſt,quia iſta exclu-
ſio fuit in fauorem maſculorum,unde da-
to, quòd ſupereſſet filius, uel ex eo nepos
maſculus,excluderetur filia tamen per ne-
ptem, in qua non eſt qualitas maſculina,
non excluditur.Ita tenet Bart.in leg. libe-
rorum,colum.4.in fin.uer.quæro. ponere
tento eodem themate,&c.ff.de uerbo. ſig.
& Pau.de Caſt.in conſi.47.inc.proponitur
in caſtro,&c.in 1.volum.& Ful.Ale.& Iaſ.
in leg. 2. C. de in ius uoc. reprobata op.
Bal.ibi aliter ſentientis.Idē tenet Cyn. in
l.1.C.de adul.& Soc.in cōſ.196.col. pe.in
2.uo.vbi cōiter diſtinguitur.Aut filius mo
ritur uiuo patre,relicta nepte ex ſe,& tūc
procedat hæc cōcluſio,qa neptis nō exclu
dit amitā ſuā à ſucceſſioni aui,per pdicta.
Si ueroprimo morit̄ pater,deinde filius,ſu
pſtite nepte,& ſorore, tūc ſoror excludit̄
per neptē.ex quo ius hæreditatis fuit quę
ſitū filio, unde ſoror cēſet̄ perpetuo exclu
ſa,per ea q̄ dixi in pręcedēti cōcluſione.Et
ſicut in iſto caſu,qn̄ filius moritur uiuo pa
tre neptis ex eo,non excludit amitam, ita
ēt,& econuerſo,qn̄ pater moreretur ſuper
ſtite filio,& nepte ex filio præmortuo,illa
neptis excluditur ꝑ patruum ſuum,per eā
dem rōnē,ſm Pau.de Caſt.in l. maximum
uitium.C.de lib pt.& Fulg.& Ale.in d.leg.
2.C.de in ius uo.& ibi etiam Fran.de Are.
& cōiter Mod. Sed quādo ex filio extaret
nepos maſculus, ſine dubio excludit ami-
tā,quia habet eandem potentiā quā filius,
ſm Bart.in d.l.liberorū,col.4.uer.his.pre-
miſſis,

miſſis,&c.ff.de uerb.ſig.& Bal.& Alex.ĩ d.
18 l.2.C.de in ius uoc.Quid autẽ,ſi pr̃.†mo
riatur ſuperſtite filio , & nepote maſculo
ex filia præmortua? communis concluſio
eſt,ꝙ iſte nepos excluditur nõ obſtante ꝙ
ſit maſculus ex quo procedit a radice infe
cta,ſecundum Bar.in d.l.liberorum.col.5.
uer.quęro quid ſi filia,&c.& Bal.in d.l.ma
ximum uitiũ.col.1 uer.& idẽ dico,ſi ex ta
li filia,&c.& Soc.in cõſ.5.ver.9.probatur,
&c.& cõſ.31.col.2.uerſ.3.probat̃,&c in 1
uol.& Ale.in conſ.53.colum.2.in 4.uol.&
Bart.in l.2. § uidẽdum,in fin.ff. ad Tertu.
& Ange.in §.neque in auth. de trien. & ſe
19 miſ.Quarta couclusio † eſt,ſi filia renun-
ciat bonis paternis cum pacto , quamuis
largo,de quicquam ulterius nõ petẽdo,po
teſt nihilominus petere legitimam,quia il
la nunquam cenſetur renunciaſſe,niſi ſpe
cialiter, & expreſſe cum iuro rennnciet ẽt
iuri legitimæ,text.eſt,& ibi Bald. Paul. de
Caſt.& omnes doc.in l.ſi qñ.§.generaliter,
C.de inof.teſt.& Pau.de Caſ.ĩ cõſ.73.in 1.
col.fi.in 1.vol.& Soc.in cõſ.30.colu.13.in
1.uol.ſed in ſpecie ualet renunciatio legi-
timæ,ut in locis præalleg.& tenet Alexan.
in conſil.180.& 181.in 5.uol. Et in tantũ
procedit iſta concluſio . quod ẽt ſi pater
legaret filio uel filiæ aliquid pro ſua legi-
tima,cũ clauſula expreſſa, quòd plus pete
re nõ poſſit, quamuis filius uel filia agno
ſcat legatum tñ poteſt petere ſupplemẽtũ
legitimæ,ſecundum Bald.Pau.de Caſt.Iaſ.
& communiter doct.in d.§.& generaliter,
& Alex.in cõſ.89.colu.fin.in 4.uol.& Soc.
in conſi.1.colu.1.& 2.in 4.volu.& Alex.in
conſi.8.colum.penult.in 3.volum.& ratio
eſt quia pater non poteſt hoc ſupplemen-
tum prohibere nec onus legitimæ appo-
nere,ut ibi habetur,& leg. quoniã in prio
ribus,C.de inoffi.teſta. Sed quando plena-
narie renunciatum eſt iure legitimæ, &
eius ſupplemento, etiam ſi poſtea pater
multa quęſiuit,non poteſt filia aliud pete
re quia poterant etiam bona diminui ſe-
cundum Bald.in leg.ſi quamuis,in fin. C.
de fideic.& Alex.in conſtit.181.in 5. uol.
20 Ex prædictis † ſequitur pulchra illatio in
terminis conſt.in aliquibus , quòd licet fi-
lia excludatur a ſucceſſione patris propter
maſculos, debet tamen congrue dotari,&
dos non debet eſſe minor legitima, quam
paragium,quod habetur per d.cõſt.ſucce-
di loco legitimæ, ita tenet And.de Iſer. in
d.conſt.in aliquibus.col.8.& ibi etiã Matt.
in 15.colu.in 12.q.ubi dicit quod paragiũ
non poteſt eſſe minus legitima,ſed plus eſ
ſe poteſt, ut mulier nubat pari. & ꝙ dictũ
paragium non debet eſſe minus legitima ,
ẽt quando filia excluditur per ſtatutum te
net Alex.in conſ.96.in 1.uolum.& Fulg.&
Saly.in authen.res quæ. C.commu. de leg.
& Petr.Phil.Corn.in conſi.100.in 2.uolu.
unde ſequitur quòd ſi filia dotata non re-
nunciauit expreſſe iuri legitimę,poteſt di-
cere ſe non congrue dotatam, quando ha
buit minus legitima,& petere ſupplemen-
tum,non obſtante ſtatuto,uel renunciatio
ne ſucceſſionis,ut tenet Petr.Phil.Cor.ĩ d.
conſil.100.in litera c. in 2. uolu. & Philip.
Dec.in conſi.89.colum.penult.& Paul. de
Caſt.in couſi.78.incipien. licet iſta domi-
na Liſa,&c.colum.fin.in 1.uolum. & Phi-
21 lip. Dec.in conſil.26.per totum.† Limita
multum ſingulariter hoc non procedere,
quando filia eſſet maritata,& dotata a pa
tre, quia quantuncunque ſit dos , ſemper
cenſetur congrua,ex quo a patre fuit con
ſtituta , nam lex præſumit , ꝙ pater bene
prouidit filiæ, & ꝙ pater fecit,nõ debet al
teri uideri incompetens,cum nullus amor
uincat paternũ l.ſi C.de cur.lib.10.& l.nec
in ea.ff.de adul. unde filia nõ poteſt patrẽ
inquietare,&dicere ſe in congrue dotatã.
ita tenet Pau.de Caſ.in con.275.inci.ſuper
primo quęſito,& c.col.4.& 5.in 1.uolu.&
Ph.Dec.in cõſ.26.col.1. & con.89.col fin.
Vnde prędicta procederent,qñ filia dotare
tur ab alio quã a patre de bonis paternis,
puta a fratre,uel a tutore,& hãc limitatio:
nẽ ſentit Mat.in d.cõſt.in aliquibus,col fi.
& eſt noua limitatio, & à paucis cognita.
22 Quã † cõfirmo bona ratione, nã uiuente
patre nõ tractatur de legitima, quia ꝑ ea
habetur reſpectus ad tempus mortis l. cũ
quæritur.C.de inoff.teſta.& l.etiam §. fin.
& l.ſi patronum.§.fi.ff.de bo. lib. nam ui-
uente patre non conſideratur legitima in
eius bonis.leg.2.§.interdum ff.de uulga.&
pup.& l.1.§.ſi impuberi.ff. de collat. bon.
nec tenetur pater aſſignare legitimam fi-
lio in eius uita,ſecundum Bal.Ang. & cõ-
muniter docto.in l.lex.Cor.ff.de uul.& pu
pil.nullum.n.ius habet filius uiuente pa-
tre



tre in eius bonis,ut ibi,& per Bal.in l.quã
uis,uerſicu. extra quærit̃, &c.C.de fideic.
unde pater dotando filiam, impleuit offi-
cium,ad quod de iure tenebatur,per l.qui
liberos.ff.de ritu nup.& l.fin.C.de do.pro
miſ.& ultra non tenetur,nec põt dicere fi
lia ſe habuiſſe minus legitima. quia eo ui-
uente non conſideratur,& poſſibile eſt ꝙ
bona diminuantur antequam moriatur,
minime poſt mortem patris põt filia con-
queri, quia lex reputat cõgruã dotem eam
quæ fuit a patre conſtituta,& non inſpici
mus agumentum facultatum patris , quia
dubius erat iſte euentus , ex quo poterant
diminui, ut dicit Bal.in d.l. quamuis,in fi.
&Alex.in conſ.181.in 5.uolu.quod dic,vt
ꝑ Alex.& Pau.de Caſt.in l.in ratione.la 2.
in prin.ff.ad l.Fal.quod tñ reſtringe , niſi
pater dediſſet ita modicam dotem,cum eſ
ſet ualde diues,ut præſumatur dolus re ip
ſa in parte,nam põt tũc filia agere ad ſup
plementum , ſecundum Paul.de Caſtr. in
conſi.175.colu.4.in 1.uol.ubi ponit exem
23 plum.Ex quibus † infero ad pulchrã q.&
quotidianam,in qua uidi pluries dubitari.
Si pater habens plures filias , dotauit pri-
mam,cui dedit centum in dotem,& contẽ
tã remanſit , deinde maritauit aliam, qui
dedit ducenta , quæritur an prima poſſit
conqueri , & agere , ut detur ſibi æqualis
dos,& ſic petere alia centum.In hac quæ-
ſtione ſemper conſului contra primam.ſ.
quòd non poſſit quidquam petere, & nũc
confirmo per prædicta. Aut. n. prima ha-
buit dotem aſcendentem ad legitimam,&
caſus eſt clarus, quia nihil plus petere po-
teſt,nam eo ipſo ꝙ habet.legitimam,eſt cõ
grue dotata, & pater bona ſua alijs diſtri-
buere põt,dũmodo filię det legitimã ut ha
betur in auth.nouiſſima. C. de inoff. teſt.
Aut habuit minus legitima , & tunc quia
fuit dotata a patre, cẽſetur cõgrue dotata
per ſupradicta. Sicut.n.poteſt per uiam in
ſtitutionis plus dare uni filiæ.quam alteri,
ita ẽt per uiam dotis.poteſt melius tracta
re unã filiam,quam aliam. Ita tenet Alex.
in conſil.19.colu.2.in 2.uol.ubi ponderat
illud incertum.ſ.ꝙ bona patris poſſent ita
augeri ſicuti diminui , uſque ad eius mor-
tem , per l.fideicõ.C.de tranſ.& hanc con
cluſionem tenet Bal.in cõſi. 226.in 3.uol.
& Bal.nouc. in trac.dotium,in 16.priu.6.
partis.col.9.cũ duab.ſeq.& Matt.in conſt.
in aliquibus,col.fi.Confirmatur auctorita
te Euangelij per Matt.c.20. An non liceat
mihi facere quòd uolo,uel oculos ſuos ne
quaquam eſt,quia ego bonus ſum,nonne
ex denario conueniſti mecum, tolle quod
tuũ eſt,& uade, &c. Ita poterit dicere pa-
24 ter primę filiæ.In caſibus autẽ,†in quibus
tenui filiam poſſe petere ſupplementũ tã
quam incongruè dotatam, ut qñ dotatur
a fratre,uel à tutore poteſt etiã petere fru-
ctus illius ſupplementi , quia cui debetur
legitima,debentur etiam fructus legitime
à die mortis patris, ſecũdum,Alex.in cõſ.
62.in 1.uo.& Pet.Phil.Corn.in conſi.265.
in 3.uolu.& per do.in l.Papinia. §. undeſi
quis.ff.de inoffi.teſt.Quinta concluſio eſt.
25 Quando filia renunciat bonis paternis,
& omni iuri legitimæ, intelligitur renun-
ciare ſucceſſioni ab inteſtato , non autem
ex teſtamento.unde dato quod filia renũ
ciet,uel ſit excluſa per ſtatutum,poteſt ni-
hilominus pater in teſtamento inſtituere
eam hæredẽ,uel aliquid ſibi legare,ſi uult
ſecũdum Bald.in l.pactum uerſi.3.quæro,
&c.C.de colla.& Alexan.in l.ſtipulatione
hoc modo, col.3.ĩ princip.ff.de uerb.obli.
& ibi plenius Iaſo.in 6.& 7.col.vbi.plus di
cit,quod etiam ſi filia renũciaſſet patri,&
fratribus de non ſuccedendo patri ex te-
ſtamento, nec ab inteſtato , poteſt nihilo-
minus ſuccedere ex teſtamento , quia
pater inſtituendo,cenſetur iuramentum ,
& pactum remittere & ita etiã habetur in
deciſ.350.cõſ.Neap.& per Bald.in l.fin.C.
de pac. & in terminis conſt. in aliquibus,
qđ non procedat ex teſtõ , tenet ibi Andr.
de Iſer.in 3.colu.& Matt.in 5.uol.uerſi.5.
26 quæro.&c.Et ex his infero † ad pulchram
qõ.Si filia,quæ alias erat excluſa per con-
ſtit. regni renunciauit patri, bonis pater-
nis,& iuri legitimę propter dotes,quas ha
buit, deinde pater in teſtamento inſtituit
filium maſculum hæredẽ,filiam autem in
ſtituit hęredem in dotibus ſuis , & in uno
tareno iure cõſtitutionis , prout cõmuni-
ter ſolent facere notarij. qui iſtud cõſulũt
teſtatoribus,& na ſciunt quid agant,dico
ꝙ iſta filia,ſi habuit modicam dotem, po-
teſt petere ſupplementum legitimè ex cau
ſa teſtati , non obſtante renunciatio-
ne , quia illa non ſe extendit ad cauſam
teſtati,

teſtati,per prædicta.Ita tenet Soc.in cõſi.
30.colum.13.& 14.uerſic.19.&c.in 1.vol.
Nam iſtud ſupplementum petitur ſecun-
dum iudicium teſtatoris, & non contra:
ſecundum eum ibi per l.omnimodo. C.de
inoffic.teſtam.Vnde melius eſt quod pater
nullam faciat mẽtionem de filia, quia pro
pter conſt.in aliquibus,& propter eius re-
nunciationem eſt excluſa,etiã a legitima,
& tene menti,quia ſæpius euenit,& eſt ma
gnus effectus impediendi uires renuncia-
27 tionis.Sexta concluſio † ſic. Si filia renun
ciauit bonis paternis contemplatione fra
tris,prout præſumitur, quando extat ma-
ſculus,ſecũdum Pau.de Caſt.in d.l.pactũ.
C.de collat.Alex.in cõſ.19.col.4.in 3.uol.
& dixi ſupra in 2 concluſione.Vel ſi eſt ex
cluſa per ſtatutum propter maſculũ ſi con
tingat patrem mori ſuperſtite filio & filia
dotata qui filius ante quam adeat hæredi
tatem patris,moritur ſuperſtite filia fœmi
na, ad quam pater ex potentia ſuitatis
tranſmiſit paternam hæreditatem,iuxta.l.
apud hoſtes C.de ſuis,& legit.& quæ habẽ
tur in l.ſi fratris.C.de iure delib.& p Bar.
in l.ſi infanti.eod.titul.& in l.uentre.ff.de
acquiren.hæred.& illa neptis nõ excludit
hãc filiam dotatam amitam ſuam ex quo
eſt fœmina.& non habet qualitatem pa-
tris,nõ obſtante tranſmiſſione, ex quo pa
ter non adiuit, & ſic non fuit ius quæſitũ
maſculo,perinde habetur quo ad hunc ef-
fectum,ac ſi mortuus eſſet uiuo auo,prout
dixi ſupra in 2.& 3.concluſione.Iſtud fuit
not.dictum Iac.de Aret.quem ibi ſequitur
Sal.in l.1.C.de adul.& Soc.in cõſ.116.col.
7.in fi.uerſi.3.hæc opin.&c.in 1.uol.quod
nota perpetuo, ad ampliationem eorum,
quæ dixi ſupra in d.2.& 3.concluſio,nam
quilibet prima facie diceret contrarium,
& hanc concluſionem teneo pro uera in
caſu quando filia eſſet excluſa per ſtatutũ,
ſed quando renunciauit patri,uidetur eſſe
magis dubia,quo caſu diſtinguerem. Aut
renunciauit ſimpliciter in fauorẽ maſculi,
& idem,quia par eſt ratio,aut renunciauit
patri,& hæredibus ſuis,& tunc illa neptis
ex potentia tranſmiſſionis eſt hæres aui &
ſibi accreſceret renunciatio,& iſta filia ex
cluderetur ex uirtute renunciationis, per
ea,quæ dixi ſupra in 1.concluſione,& quę
habentur in deciſ.116.cõſ.Neap. Septima
28 † concluſio ſit.Quando filia renunciauit
bonis paternis,& maternis iſta renuncia
tio prodeſt fratribus,& ſororibus,quia li-
cet per cõſtit. regni excluderetur à bonis
patris propter dotem,non tamen excludi-
tur à bonis matris.ſecundum And.de Iſer.
in d.cõſt.in aliquibus,col.1.10.& 11.& niſi
aliter ſe haberet conſuetudo, prout in ci-
uitate Neapolis,per conſuetu.quæ incipit
ſi moriatur, qua cauetur, ꝙ ſtãte maſculo
filia nõ ſuccedit dummodo maritetur de-
paragio de bonis matris.& ita fuit decla-
ratum in deciſio.278.cõſi.Neap.in princ.
Vnde per renunciationem factam per filiã
de bonis maternis,ceſſante cõſuetudine,
portio eius accreſcit fratribus, & ſorori-
bus quibus mortuis poſt mortẽ patentũ
ſuccedit ipſa ſoror renunciãs in dictis bo
nis,quia non dicuntur materna,ſed frater
na,per ea,quæ no.Alex.& doct.in l.1.§.ue
teres.ff.de acquirẽ.poſſeſ.& habetur in d.
dec.178.in 3.dubio,& dixi ſupra ĩ 2.cõcl.
29 Octaua concluſione ſi.† Quando filia re-
nunciat bonis paternis,& maternis,& fra-
ternis,iſta renunciatio prodeſt fratribus,
non ſolum reſpectu bonorũ maternorũ,
ſed etiam fraternorum, quia mortuo ali-
quo ex fratribus ſuccedent alij fratre, &
ſorores,excluſa penitus iſta quæ renuncia
uit,ut habetur in deciſio.161.cõſil.Neap.
Sed mortuis omnibus fratribus,& ſorori-
bus ab inteſtato, ſine liberis ſuccedit ipſa
ſoror,quæ renunciauit, ex quo non habet
aliud obſtaculum in illo gradu,per ea,quę
not.Angel.in cõſil.52.inc.dñs Gilius,&c.
& dixi ſupra.Sed in ciuitate Neap.ſiue ſo
ror renunciauit,ſiue non,quando fuit do-
nata,non ſuccedit fratri uel ſorori defun-
ctæ,extãte fratre maſculo,uel filio fratris,
& hoc eſt de conſuetudine,per cõſuetu. ſi
quis uel ſi qua.§.ſed ſi morienti,iuncto uer
ſic.& in præmiſſis,& ibi per Seb.Iſtis con-
30 cluſionibus † ſic elicitis,reuertor ad pro-
poſitum q.noſtræ principalis,ualet,an iſta
renunciatio matris,noceat filijs ſuis hęre
dibus.Et certe,quãdo mater moritur poſt
eum, de cuius hæreditate agitur, nullum
eſt dubium.Et omnes doct.in d.l. pactum.
C.de colla.& in d.l.qui ſuperſtitis,tenẽtur
ꝙ noceat filijs,ex quo hæreditas fuit dela-
ta matri.Sed caſus noſter eſt,quando ma-
ter præmoritur,quo caſu ſi quæris de ſuc-
ceſſione



ceſſione bonorum paternorum, quibus re-
nunciauit hic ſunt duo obſtacula. Vnum
ſcilicet de conſt.in aliquibus, quæ excludit
filiam dotatam à ſucceſſione patris,ſtanti-
bus maſculis, & aliud de renunciatione.
Eſt etiam & tertium obſtaculum,quia filia
ideo renunciat propter dotem quam habet
à patre, quo caſu recipit illam in lucrum
ſuæ legitimæ,& portionis debitæ in hære-
ditate paterna, & uocat ſe contentam pro-
portione ſua, prout communiter ſolẽt fie-
ri iſtæ renunciationes filiarũ in cauta for-
ma,unde filia,& eius filij excluduntur non
tam ui repudiationis,quam quia mater ha
buit partem ſuam,unde bona fides non pa-
titur,ut filij idem bis habeant,& iſtam ra-
tionem tenet Lud.Rom. in d.l.qui ſuperſti
tis,per quam tenet contra filios,licet Alex.
ipſum referens in d.l.pactum teneat con-
trarium, tamen opin.Lud. Roma. per plu-
res bona rationes tenet Phil. Dec.in conſi.
181.col.4.& 5. Verum in hoc regno, ubi
eſt d.conſtit.in aliquibus,ſine dubio proce
dit opi.Lud.Rom. Et propterea concludo,
quòd quando agitur de ſucceſſione patris,
nepotes omnino excluduntur, ſiue mater
moriatur uiuo patre,ſiue poſt, nam mater
recipiendo dotem à patre,eſt effecta in ſuc
ceſſibilis patri,ab inteſtato, per d.conſt. &
ſic eſt obtrũcata uia ſuccedendi per deſcen
dentes ex fœmina.unde nepotes excludun-
tur,ſiue mater renunciet,ſiue non ſtantibus
maſculis ex quo ueniunt a radice infecta,
ut tenet Bart.in l.liberorum.col.5.uerſ.quę
ro,quid ſi filia.&c.ff.de uerb.ſign.& dixi ſu
pra in 3.conclu.in fi. in iſto enim caſu ceſ-
ſat ratio quam aſſumit Alexan.in d.l.pactũ
contra Lud.Rom. quia ſi mater ueniret, &
non renunciaſſet habito paragio,excluderet à ſucceſſione patris,ergo eodem modo,
& filij excluduntur. Quam concluſionem
31 † limito non procedere, quando omnes fi
lij maſculi morerentur uiuo, patre,& ulti-
mo loco moreretur pater, quia tunc iſti ne
potes ex filia præmortua ſuccederent una
cum filiabus ſi extant, ſcilicet eorum ma-
terteris, collatis dotibus matris, quia per
mortem maſculorum tollitur obſtaculum
conſt.Similiter renunciatio matris non no
cet eis, quia fuit mortua uiuo patre, mini-
me obſtat obſtaculum receptionis dotis,
quia offertur collatio, quam poterat offer-
re mater,ſi nõ renunciaſſet, ſecundũ Alex.
in d.l.pactum,& hanc limitationem firmo,
per ea, quæ dixi ſupra in 2.conclu.
32 Si uero † quærimus quando filia renun-
ciauit bonis maternis, hic ceſſat obſtaculũ
conſtitutionis, quia non excludit filiam à
ſucceſſione materna. Ceſſat etiam obſtacu-
lum receptionis dotis. Quod ponderat Ro.
in d.l.qui ſuperſtitis, quia dotes communi-
ter dantur de bonis paternis, non autem
maternis, ſolum remanet obſtaculum re-
nunciationis, quod non obſtabit filijs, ex
quo eorum mater mortua eſt ante auiam
de cuius hæreditate agitur,unde indubitan-
ter ſuccedent nepotes in bonis auiæ, per
rationes ſupra adductas, pro ſecunda par-
te. Verum ſi filia eſſet dotata de bonis ma-
ternis, & renunciaſſet, tunc obſtaret dictũ.
Lud.Rom. & Phil.Dec.in d.conſil.181.ſed
magis communis uidetur opinio Alexand.
in d.l pactum ſcilicet quod nepotes ſucce
dant collatis dotib.
33 Si quærimus † de tertio, ſcilicet quando
renunciauit etiam bonis fraternis, & tunc
per omnia dico, idem quod dixi in mater-
nis,quia eadem eſt ratio, & ita fuit conclu
ſum ſupra in ſolutione,ſcilicet quod nepo-
tes ſuccedant,non obſtante renunciatione.
In uno tamen caſu facio differentiam,ſci-
licet quando ſoror eſſet dotata à fratre de
bonis ipſius fratris,& renũciaſſet acceptan
do illã dotem proportione ſua,quæ ſibi cõ
tingere poſſet in hæreditate fraterna, tũc
indubitanter teneo opin.Lud.Rom.& Phi.
ſcilicet,quod ſiue illa ſoror moriatur ante
fratrem, ſiue poſt, ſemper excludantur filij
ſtantib alijs fratribus uel ſororibus,ex quo
in iſto caſu ceſſat ratio Alex. Nã cum tra-
ctetur de ſucceſſione collateralium,nõ ha-
bet locum collatio dotis,quia ſolum proce
dit,quando deſcendens ſuccedunt aſcendẽ
tibus,ut not gloſſ. ſing. quam ibi ſequitur
Pau.de Caſt.& communiter doct. in l.1.in
glo.fin. C de leg. hæred Iaſ.in l.ſi emanci-
pati,co.5.& ibi etiam Alex.C.de collat.Vn
de ſi uiuere ſoror, & non renunciaſſet, &
uellet ſuccedere,ceſſaret collatio, & reſul-
taret iniquitas, quæ iniquitas debet cõſide
rari in filijs eius qui bis ſuccederem cõtra
bonã fidem,& non conferrent, debẽt ergo
excludi uigore portionis receptæ p matrẽ,
ſecundum Lud. in d.l.qui ſuperſtitis,cauſa

34 æquitatis ſeruandæ. Supereſt † modo reſpondere ad argumenta adducta pro prima parte unde ad primum, quòd magis urget, reſpondeo, quòd ex quo mater renunciat, & promittit non contrauenire nec per ſe, nec per hæredes ſuos, cenſetur, ligat hæredes quo ad illa, habent ut hæredes matris ex quo fuerunt nominati per appellatiuum, ſcilicet, hæredes nam mater, quando facit iſtas renunciationes cedit omnia iura ad eã ſpectãtia, & quæ ad ipſam ſpectare poſſent quomodocunque, & qualitercunque ſuper dictis bonis, & ſic ſemper uerba referuntur ad perſonam renunciantis. Sed filij non petunt illud quod matri ſpectauit, nam non ueniunt ex perſona matris, ſed ex propria, ſic non contraueniunt, quia non petunt ius matris, quod fuit renunciatum, ſed ius proprium, cui renunciatum non fuit, nec illud habent ut hæredes, ergo non ſunt ligati ad hoc. Ita in proprijs terminis reſpondet Pet. Phil. Cor. in conſil. 263. columm. penultim. in fin. in litera u, in 4. uolum. Iſtud enim ius habuiſſem, filij etiam ſi non eſſent hæredes matris. Facit text. in auth. lucrũ. C. de ſecun. nup. unde reſpondeo, ad l. cum à matre. C. de rei uend. quod uerum eſt, quòd hæres tenetur habere ratum factum defuncti, & nõ contrauenire, ſed hic ſatis habetur ratum, & in nullo cõtrauenitur, prout factum fuit, quia mater renunciauit ius ad eam ſpectãs, uel ſpectaturum, ſed ad ipſam nunquam aliquod ius ſpectauit, quia fuit morte præuenta: ergo nihilum in filij contraueniunt. Et licet promiſerit neque per ſe, neque per hæredes petere, intelligitur, ſcilicet, illud ius matri competens. Præterea quia non fuit impleta conditio, quia hæreditas non fuit delata, remanet renunciatio pro non facta. Vnde ſicut quando mater nõ renunciaſſet, admitterentur filij, eodem modo, & nunc, ut ſupra dixi plenè in ſecunda parte ſupra.

35 Ad ſecundum † argumentum reſpondeo, quòd ex quo filia mortua eſt in uita patris habetur ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura, unde tunc ceſſat ius accreſcendi, & de eo nulla habetur ratio, ſecundum Bald. in l. 1. colum. 8. in 6. q. in fin. uerſi. quid de filia, &c. quando non pet. pat. & ſic non impeditur ſucceſſorium edictum.

36 Ad tertium argumentum † reſpondeo, dando bonam inſtantiam nam feudum habet immediatè à patre, cui ſucceditur: & erat res quæſita patri, & ab eo tranſit ad filium, unde ratione connexitatis cum rebus burgenſantis, & propter connexitatem perſonarum, & patris filij, non poteſt filius habere feudum, & repudiare hæreditatem, imò ſi acceptat feudum, tenetur ut hæres, & ita declarat Aluar. in d. c. 1. col. 2. an agnatus, &c. in uſibus feu. Sed in caſu noſtro iſta ſucceſſio fratris non habetur immediatè à matre, nec unquam fuit matri quæſita: ſed immediatè uenit à fratre defuncto in iſtos, nepotes ex perſona propria, unde non debet eis nocere factum matris. Præterea renuncia matris habetur pro non facta, propter non impletam conditionem. Vnde non obſtat filius, ut ſupra: quæ ratio ceſſat in feu
37 do. † Et ex hoc puto fruſtratoriam eſſe cautelam, quam dant aliqui doctores conſulẽtes iſtis nepotibus, ut faciant inuentarium, ſicut dicitur, in d. c. 1. an agnatus, &c. quia confectio inuentarij uerum eſt, quòd ſeparat bona feudalia à burgenſaticis, & facit hæredem teneri uſque ad iures burgenſaticorum non tamen tollit obligationem, qđ quis non teneatur ad factum defuncti ſaltem uſque ad uires hæreditatis burgenſaticorum, ergo quamuis iſti nepotes facerent inuentarium, non tamẽ per hoc eſſent exuti ab obligatione habendi ratam renunciationem matris, & ab intereſſe ſaltem uſq; ad uires hæreditatis matris, quando alia uia quam per inuentarium non eſſent immunes, inuentarium enim nihil aliud facere, niſi quia ſepararet bona matris a bonis auunculi cui ſucceditur.

38 Ad quartum † argumentum reſpondeo, ꝙ illa eſt ſola auctoritas unius docto. quæ neque legi, neque urgenti ratione fulcitur: & cum habeamus communem opinio. pro iſta parte quam ſequuntur tot excellentes doct. non debemus ab ea recedere propter nouam fantaſiam unius doct. Ita dicit Bal. & Pau. de Ca. in l. fi. C. de inſt. & ſubſt. alias iudex, qui obmittit communem opin. adhærendo opinioni ſingulari unius docto, facit litem ſuam, ſecundum Bart. in l. fi. C. de pœna iud. qui male iud. & Iaſ. in l. ſciendum. §. fin. col. pen. ff. qui ſatiſ. cog. & Alex. in cõſ. 95. col. 3. in 2. uol. & Alex. in cõſ. 27. col. 3. in 1. uolu. & ad confutandam dictam auctoritatem Seb. confuto ſuas rationes,





nam dicit ipſe, primo moueor, per rationes proxime dictas, &c. & ſupra proxime in dicto loco allegato aſſignauerat duas rationes, ſcilicet quod non ſit curandum, quod renunciatio matris tendat ad detrimentũ filiorũ. Prima ratio, eſt ſcilicet, quod iſtud detrimentum accedit filijs conſecutiue, & ſecundario, non principaliter: & ideo non conſideratur, certe iſta ratio procedit, quã do filia renuncians ſuperuixiſſet, quo caſu filij: haberens neceſſe uenire ex perſona matris, nam uerum eſt quod tunc principale detrimẽtum eſt matris, quæ precedit: ſed quando matri non fuit delata hæreditas, dico quod principale detrimentum eſt filiorum uenientium ex perſona propria, quia ab eis inciperet, ſi noceret eis renun-
39 ciatio matris. † Secunda ratio Sebaſt. eſt quod primus hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto: unde uidetur hæres iuraſſe, quod defunctis iurauit, allegat text. in auth. de iureiur. à mori. præſt. in princ. Ad hanc rationem reſpõdeo, quod illud eſt ex fictione iuris. nam uere diuerſa perſona eſt, ec eſt uerum, quod cenſetur hæres iuraſſe, &c. Nam defunctus, qui iurat non cõtrauenire contractui uſurario, ligatur iuramento, & tenetur petere abſolutionem, c. debitores, de iureiu. ſed. hæres poteſt contrauenire abſque abſolutione, quia non ligatur iuramento defuncti, quo ad periurium, ut declarat Ang. in d. tit. in authen. de iureiur. à mori. præſt. Præterea, illa ratio poſſet procedere in his, quæ immediatè habet hæres à defuncto, tanquam hęres, & ita loquitur illa text. in auth. Sed iſtam ſucceſſionem non habent filij a matre, nec ut hæredes matris. ergo quo ad eam non repræſenta ut matrem, nec poſſunt dici eadẽ perſona cum matre, per ea, quæ dicit Pet. Phil. Cor. in d. cõſi. 252. col. pen. in fi. in litera u, in 4 uol. Item dicit. Seb. quod uidetur hæres facere, quod defunctus fecit. Ad hoc reſpõdeo ut modo dixi. pręterea dico, quod mater defuncta nihil fecit, quia renunciatio habetur pro non facta, ut ſæpius dixi,
40 ergo non ligat hęredes. † Tertia ratio, quam ſubdit poſtea Seb. in loco allegato eſt, quia in feudo filius hæres tenetur habere ratam inueſtituram alijs factam a patre de feudo, per text. in cap. 1. qui ſucceſſ. tem. allegar etiam in argũ, c. 1. an agnatus, &c. uoluit fortè cõſiderare per bonum ſimile, quod ſicut mortuo inueſtiente ante, quam feudum ſibi aperiatur tenetur hæres habere ratam inueſtituram, eodem modo mortua matre ante, quam hæreditas ſibi deferatur, tenetur hæres habere ratam renunciationem. Ad hoc reſpondeo, & do bonã inſtantiam. Nam dominus feudi habet ius in feudo ſcilicet dominium directum, & ſperat feudum ſibi aperiri propter ius, qđ habet in eo ex cauſa de præſenti, & illud ius tranſmittit ad hæredem. Vnde quia hęres accipit immediatè à defuncto dominiũ directum, & in eo ſuccedit, ut hæres, non eſt mirum ſi tenetur habere ratam inueſtituram defuncti, ſed filia, uel ſoror nullum ius habet de præſenti in hæręditate, ſed ſolum ſperat habere ex cauſa de futuro, & illi iuri renunciat. Quod ius extinquitur cũ morte ſua, & nihil ad hęredem trãſmittit, imò hæres acquirit ius ſuccedendi ex perſona propria, & propterea non nocet ſibi renunciatio matris, quę extincta eſt cum perſona matris. Præterea, in feudo hæres habet illud immediatè a defuncto, & ideo tenetur habere ratum factum defuncti. Sed in caſu noſtro filij non habent ſucceſſionem immediatè a matre, ſed habent illam ab auo, uel auunculo moriente, & ſubintrant locum ex perſona propria, merito nõ tenentur habere ratum factum matris, præterea illud factum reum reducitur ad non factum propter conditionem deficientem, ut ſæpius dixi. unde ceſſat omnis difficultas, & per hæc remanent euacuare rationes Sebaſt. unde ſua auctoritas remanet nuda rationibus, & legibus, & ideo non tenenda §. conſideremus, in auth. de tri. & ſemi. ad cap 1. an agnatus. plene reſponſum eſt ſupra in reſponſione data ad tertium argumentum. Ad quintum, & † ultimum
41 reſpondeo, prout dixi ad primum argumentum, & licet hęres cenſeatur quaſi contrahere cum creditoribus, hoc intelligitur quo ad ea, in quibus remanſit obligatio defuncti, ſed in caſu iſto nulla remanſit obligatio, quia fuit extincta per defectum conditionis, unde nullus quaſi contractus oriri poteſt, ex quibus remanent euacuata omnia argumenta in contrarius adducta, & ſic remanet confirmata concluſio, quam teneo in fauorem filiorum.

42 Vnum † tamē nota pro utilitate huius q.
quod quando filia quæ renunciauit, eſſe
per dictam renunciationem enormit læſa,
ut quia pater haberet in bonis decem mil-
lia,& ipſa habuit in dotem ducenta, tunc
non obſtante renunciatione poſſet ex ca-
pite enormis læſionis contrauenire,petita
prius abſolutione a iuramento. Ita plenè
tenet Philip.Dec.in conſil.281.& conſi.89
Pett. Philip.Cor. in conſi.247.& conſ.179
43 & 236.in 4 uol.Vltimo † pro complemen
to huius materiæ, adde quod ſi mulier iu-
ret primo non renunciare,& poſtea renun
ciet cum iuramento, non ualet ſecundum
iuramentum contra primum, & ſic mini-
mè ualebit renunciatio. gloſſ. eſt, quæ ad
hoc communiter allegatur,in cap.licet mu
lieres, de iureiur.lib.6.quam gloſſ. & hoc
ſequitur Imol.in cap.cum attingat,col.99
& 101.de iureiuran.& Bart.in l.ſi quis pro
eodem.ff.de fideiuſſ.& Alexand.in l. ſtipu-
latio hoc modo,colum 4.ff.de uerb.oblig.
Ex hoc igitur ſolet dari cautela per aduo-
catos,ut mulier renunciatura facit primo
unam proteſtationem, in qua iuret nun-
quam ſponte renunciare, & in futurum
contingat eam renunciare, proteſtetur,
quod non ſponte facit, de qua cautela ui
de Iaſ.& docto.in l.duobus.§.fina.ff de iu-
reiurand, ubi diſcutitur ueritas eius dicti.

44 Et prædictis ultimo † loco pono formam
renunciandi pro cautela eius qui recipit
ad excludendum filios, ſcilicet, ut mater
renunciet bonis paternis,maternis, & fra-
ternis, & promittat per ſpeciale pactum
nunquam ad dicta bona aſpirare per ſe,
nec per hæredes,& ex nunc cedit,ac donat
omnem portionem, quæ ſibi, & hæredi-
bus competere poſſet, quomodocunque,
& qualitercunque, & omne ius ſuper bo-
nis prædictis,obligando ſeipſam,& perſo-
nam ac bona hæredum ſuorum ad nun-
quam aliquid petendum, nec contraue-
niendum dictæ renunciationi, etiam ſi ip-
ſa mater moriatur ante mortem eius, de
cuius hæreditate agitur remaneant ſui fi-
lij obligati ad habendam ratam dictam re
nunciationem matris,eo ipſo, quod matris
hæredes eſſe uoluerint, etiam ſi ex eorum
perſona uenient. Et per hanc renunciant
formam puto filios omnino excludi.
Laus Deo Datum Melfię,die 2.Iulij 3.ind.
Ann. M D. XXX. Rob. Mar. Ven.V.I.D.

ADDITIO.

a Filia. De materia huius quęſtionis,uideas
Couar.in c. quamuis in 3.part.§.2.nu.4.&
per totum cap.de pact.in 6.Bello.conſi.15
per totum. Tiraquel.in tract.primog.q.40
nume. 120.

Ludouicus Alferius.

## FINIS DISPVTATIONVM.



# EIVSDEM AVTORIS ELEGANS ET DOCTA REPETITIO IN L. IS poteſt.ff de acquir. hæredit.

IS POTEST. Breuis eſt
iſta lex. habet tamē ma
teriā prolixam, ampla
& quotidianam: adeo
quod ferè totus iſte ti-
tulus de acq. hære. eſt
ſuper iſta l. reuolutus:
ob qđ non temerè pōt hæc lex dici Clauis
totius huius tituli.Et quia pp eius breuita
tē & propter multas contrarietates,quas
habet,redditur aliquantulū difficilis: Bar
to. ſuper ea loquitur multum intricatè &
obſcure propterea pro intelligētia ipſius
& eorum maximè quę dicit Bart. ſuper ea
pręmitto prius nonnulla euidentialia,quę
1 etiā cōcerunt intelligentiā totius tit.†Vn
de quia ī hac l.tractatur de aditione & re
pudiatione hæreditatis, præſuppono,ꝙ in
iure reperiuntur quinque termini ad pro-
poſitum huius tit.uidelicet Additio,Agni
tio, Immixtio. Repudiatio, & Abſtenſio.
Qui omnes & ſinguli habēt diuerſam uim
& ſignificationem. Nam in primis aditio
differt ab agnitione,ut eſt tex.in l.ęquiſſi-
mum.§.ſi duo infra de bono.poſſeſ.ſm ta-
bu.& not.Alex.ī l.ulti.col.1.C.qui.admit.
Et differentia cōſiſtit circa plura.† Primò
2 quia aditio reſpicit hęreditatem amplectē
dam de iure ciuili.l.poſt aditam. C.de im-
pub. & al. ſubſtit.& l.ſi fratris, uerſi.qđ ſi.
C.de iure deli.& l.1.ſupra.eo. ti. Agnitio
uerò refertur ad bonorū poſſeſſionē adeū
dam de iure prętorio,l.infantis & l.bono.
3 rum.C.qui admit.l.1.C.de iur.delibe.†Se
cundò differunt: quia aditio hæreditatis
in ſolo animo conſiſtit,qui animus poteſt
ubique coram quocunque, uerbis declara
ri.l.gerit,& ibi Barto.infra eo.l.ſi auia. C.
de iur.delib.Sed agnitio bonorum poſſeſ.
nō poteſt fieri niſi corā iudice,ut habetur
in d.l.ult.C.qui admit.Rationē diuerſita-
tis aſſignāt. Alb.de Roſa.& alij moder. in
d.l.ulti.ad quorū dicta me remitto, qa nō

4 eſt materia pręſētis ſpeculationis.†Tertiò
differūt,quia aditio trāsfert magis plenū
ius in hæredem,quia facit in eum tranſire
utile & directum dominium. Sed agnitio
bonorum poſſeſſio transfert ſolum utile,
quia prætor non poteſt facere quem dire-
cto hæredem.§. quos autē inſt. de bonorū
poſſ.ita dicit Bart.ī l.2.infra de bo.poſſ.&
l.ex aſſe.& ibi ēt Alex.īfra ad Treb.& Pau.
de Caſtr.ſupra de poſ.hęr.pet.Quod tñ de
clara ſm Alex.in d.l.ex aſſe.col.ulti.uideli
cet,ꝙ ius uniuerſale hęreditarium ſemper
eſt utile penes bonorum poſſeſſorem, per
d.§.quos autem. Actiones autē & iura par
ticularia hæreditatis recipiūt diſtinctionē
vt ſi quidem alius eſt hæres de iure ciuili,
tunc ſunt utilia penes bonorum poſſeſſo-
rem, ſi uero non eſt alius hæres de iure ci-
uili,tunc ēt directa iura particularia tran
ſeunt in bonorum poſſeſſorem,ut ibi.
5 †Quarto differūt,quia qñ eſt delata bono
rum poſſ.filio fami.pōt. eā agnoſcere ſine
iuſſu & cōſenſu patris.l.1.C.qui admit.ſe
cus eſt in aditione hæreditatis, quia in ea
debet iuſſus patris præcedere.l. ſi qs mihi
bona.§.iuſſum.& ibi Bart.& doct.infra eo.
6 † Quod.tñ hodie non procedit niſi ſolum
in profectitijs nō autem in hæreditate ad
uentitia, quia poteſt eam filius adire etiā
patre ignorāte & inuito,propter dominiū
qđ habet filius in aduētitijs,l.ult.C.de bo.
quæ lib.& no.in d.l.C.qui admit.& Bar.in
7 d.§. iuſſum. † Pōt autē dici hęreditas pro-
fectitia qñ filius inſtituit hęres ab aliquo
contemplatione patris. Talis enim hære-
ditas cēſetur à patre profecta.l.aditic.§.ſi.
& ibi gl.infra eod.& l.ſed ſi plures.§.in ar-
roga.& ibi Bar.ſupra de uulg & pup.& gl.
in l.cū oportet.in princ.in uer. ex eius.C.
8 de bo.quæ lib.† Quid autem ſi inſtituatur
quis hæres ab auo paterno uel legatum ha
beat ab eo,an iſtud dicatur aduentitium.
uel profectitium?licet quis prima facie di,

cceret quod eſt profectitium,tamen ueritas
eſt in contrarium , ſcilicet quod eſt aduen
titium, non obſtante quod ab aſcendente
per lineam paternam proueniat.ita per il
lum tex.tenet Barto.in l.quæſitū.infra de
leg.1.idē Bart.& Alex.in l.qui in aliena.§.
interdum.ſupra eod.niſi expreſſe eſſet reli
ctum nepoti ab auo contēplatione patris
ipſius nepotis: quia tunc diceretur profe
ctitium ſm Alexan.in d.§.interdum. in ad
dit.ad Barto.& ita intelligit text. & quod
ibi per Bart.in l.dedit dotē infra de colla.
9 bon.† Sed cōtra prædicta poſſet opponit.
nam potius eſſet dicendum contrarium.ſ.
ꝙ in agnitione requiratur cōſenſus patris
ex quo fit in iudicio,vt ſupra in quo filius
eſſe non pōt ſine cōſenſu.patris.l.ult.§.ne
ceſſitate,C.de bo.quæ lib.Ad ꝙ rñdetur ꝙ
qñ imploratur officium iudicis extra ordi
nem per filium fam. ſi non apparet cōtra-
dictor,non requiritur conſenſus patris in
iudicio. ita limitatur.d. §. neceſſitate. ut
colligitur ex mēte Bart.& aliorum in d.l.
1.C.quia amit.& maxime Iaſ.ibi in ult.col
unde infertur ſm eos,ꝙ ſi in petēda bono
rum po.per filium extaret aliquis cōtradi
ctor,tunc requiretur cōſenſus patris,alias
10 non ualeret agnitio. † Quinto differunt
quia aditio hæreditatis pōt fieri longiſſi-
mo tēpore infra triginta annos.l.licet. &
ibi not.C.de iur.delibe.Sed agnitio bono
rum poſ.fit ſolum infra annum,qñ deferē
liberis. Alijs uerò trāſuerſalibus defertur
infra centū dies l.1.§.largius.infra de ſuc
ceſ.edic.& l.2.C. qui admit.uerū iſtud tē-
pus bonorū poſſeſſionis eſt utile,& nō cur
rit ignoranti & impedito.l. 2.ff. quis or.
in bonorum poſ.ſerue.Sed tempus aditio
nis de iure ciuili eſt continuum: ut nota.
Bald.& docto.in d.l.licet.Ex quo ſequitur
maxima utilitas, ꝙ ſi quis eſſet excluſus a
iure petendi, hæreditatē de iure ciuili per
lapſum triginta annorum : ſi fuit ignorās
uel impeditus,poterit illā petere infra an
num utilem,uel cētum dies de iure prętο
rio,ſm Bal.in rub.C.qui admit.in 6.q.&in
d.l.licet ī 6.col.&Alex.& modi.in l.2.C.q
admit.& Pau.de Caſt.& doct.ī l.fina.C.vn
11 de cog.† Sextò differunt.quia delata hęre
ditate infanti carēti tutore,poſſunt amici
uel alij quicunq; nominē infantis cōpare
re in iudicio & petere decerni bonorum
poſſ.infanti,ex quo ſequitur,ꝙ mortui in
fante tranſmittet poſtea talem hęreditatē
ad hęredem tanquam agnitā, ut not.Bal.
in rub.C.qui admit.in 6.qō.& Alex.in l.in
fantis.C.eo.tit.Quòd ſecus eſt in aditione
hęreditatis,quia eam ſolus tutor adire pōt
pro infante uel eius pater tātum ſi ipſum
habet, alias mortuo infante nō tranſmit-
titur hęreditas ei delata,& non adita niſi
ad ſolū patrē.l.ſi infanti,C.de iur.deliber.
& ibi Bar.& Alex.Et ponūt.Ang.& Pau.de
12 Caſt.in l.fi.C.unde legi. † Itē niſi ex potē
tia ſuitatis. quia etiā infans trāſmittit ad
quoſcunq; hęredes ex potētia ſuitatis ſm
Bar.in d.l. ſi infanti & ibi etiā Alex.& cō-
muniter doct.Pau.de Ca.cōſil.8.in 2.uol.
per tex.in l.apud hoſtes.C.de ſuis & leg.&
in l.Lucius.infra de iu. fiſ.& tenet Alexā.
in cōſi.114.in 3.uol.Alias differētias inter
aditionem & agnitionē poteris uidere p
13 Mod.in rub.C.qui admit.† Tertius termi
nus eſt,qui dicit immixtio, & hic pertinet
ſolum ad ſuos hæredes.nā ſui proprie nō
dicūtur adire,ſed potius ſe immiſcere hę
reditati paternæ.ut habetur in §. in extra
neis, inſt.de hęr. qual.& dif.& no.gl.ī rub.
C.de iur.del.& in l.ei qui ſupra eo.& glo.ī
rub.1. eo & licet dicti tres termini habeāt
ſupradictas ſignificationes proprias,quan
doque tamen confunduntur, & unus pro
alio ponitur , ut l. 2. C. de iure delib.† Ex
quo infertur, ꝙ non uitiaretur libellus in
quo aliquis uolēs agnoſcere poſſ. dixiſſet
ſe adire hæreditatem, cū de iure ciuili ue
nire non poſſet.ita tenet Alexād.in l.ulti.
C.qui admit. quia uerba libelli impropriā
tur , ut ſaluetr libellus.l. ſed ſi poſſeſſoris.
§.itē ſi iurauero ſupra de iureiu.& ibi Bar.
& doct.& in l.inſulā ſupra de præſ. uerb.
15 & in l.1.de uſufruct.† Sūt & alij duo ter
mini negatiui,uidelicet repuditiatio & ab
ſtenſio.qui ad idem tendunt,ſcilicet ad o-
mitendam hęreditatē,tñ differunt in hoc,
q̃a repudiare ſpectat ad hęredes extraneos
abſtinere autem ſolū ad liberos,ut no.gl.
in rub.ſupra eo.& probatur in l.impuberi
bus & l.is q̃ hęres.ſupra eod.& in d.§. ex
traneis & §.ſed his inſt.de hær.qual.& dif.
& ratio quare in ſuis dicitur potius abſtē
ſio,quia de iure ciuili filius eſt hæres ſuus
& neceſſarius,ut in.§.ſui inſt.eo.titu.adeo
quod hęreditas patris dicitur potius con-
tinuari



tinuari in filium,quàm de nouo acquiri.l.
ī ſuis & ibi Bar.& doct.ſupra de libe.& po
ſthu.Sed de ęquitate prętoris fuit cōceſſū
filijs ius abſtinendi ab hęreditate paterna,
ut d.§. ſed his. & ideo dicitur abſtēſio pro
priè, & nō repudiatio, quia uidet ſe filius
abſtinere ab hęreditate ſibi acquiſita & in
eum continuata de iure ciuili. nō autem
poteſt dici repudiatio proprie,cum repu-
diatio cōcernat acquirēda pręcedente de
latione,& prædicta sētit.Bald.in l,potuit.
in 7.q.ubi not.loquitur in hac materia.C.
16 de iure delibe.† Secūdo principaliter pręmitto,quòd ad hoc ut hæreditas poſſit adi
ri uel repudiari ut dicitur ī hac l.eſt neceſ
ſe,quod ſit delata prius, & tunc dicit dela
ta,quādo eſt in tali ſtatu,ut poſſit adiri per
hæredem.l.delata infra de uerbo.ſign.pro
batur in l,is qui hæres.iuncta gl.ſupra eo.
ubi gloſſ.dicit quòd iſta duo ſunt conuer-
tibilia,ſcilicet eſſe delatam,& adiri poſſe ,
iſtud etiam tenet Bald.in d.l,potuit.in 7.q.
& ſentit Bar.hic in 3.col.uer.tertiū poſſe.
&c.ubi dicit hæreditatem non eſſe delatā
quando eſt relicta ſub cōditione, ex eo q̃a
pendente conditione adiri nō poteſt l.ſed
ſi alio.§.fi.cū l.ſeq.infra.ad Trebe.& nota.
Bal.in l.poſt mortē,col.fi.C, de fidei com.
ex prædictis ergo ſequitur, quòd tunc dici
tur hæreditas delata,quando quis in teſta
mento eſt purè inſtitutus,uel ab inteſtato
obtinet primum gradum in ſucceſſione ,
quia tūc eſt in eo ſtatu hæreditas ut adiri
poſſit, & conſequēter tunc poteſt repudia
ri per hanc l.His igitur pro aliquali intro
ductione ſic præſuppoſitis deuenio ad l.ip
ſam,quæ propter eius breuitatem non po-
teſt breuius ſummari , tamen ſecundum
commune ſummarium traditum hic per
Bar.& Alexan.& alios doctor.h d.Qui ha
bet ius adeundi principaliter & per ſe nō
impeditum ad ſui utilitatem is repudiare
poteſt,uel aliter ſic.

*Cui licet extincti delata capeſſere iura,*
*Reſpuere hic eadem lege iubente poteſt.*

17 † Doctores hic non colligunt aliquod no
tabile ex iſta l.propter ſui breuitatem.Tu
tamen ex iſta.l.not.primò regulā ad quàm
quotidie allegatur,quod ille poteſt hære-
ditatem repudiare , qui habet ius eam ad-
eundi. Et ſic iſtæ duæ potentiæ ſcilicet ad
eundi & repudiandi ſunt conuertibiles, &
una conſequitur aliam,nam qui poteſt hę
reditatem ſibi delatam adire,ille idem po
teſt repudiare & econtra. Quòd ueriſimi-
liter procedit in immixtione & abſtenſio
ne hodie per beneficium prætoris, quia is
qui poteſt ſe immiſcere , poteſt etiam ab
ſtinere,& econtra prout loquimur in ſuis
ut ſupra declaraui hoc probatur per iſtam
legem iuncto.§. extrancis.& §.ſed his inſt.
18 de hæred.qual.& dif.†Hanc regulā decla
ra ut procedat ī tota hęreditate delata,q̃a
debet uel tota adiri uel tota repudiari , &
ſic illa potētia adeundi & repudiandi qñ
eſt reducenda ad actum neceſſitatur ad to
tam hęreditatem,l.1.& ſi ex aſſe.ſupra eo.
& l.ſi ſolus.infra.eod.Intantum ꝙ ſi unam
partē hæreditatis quis adijt,accreſcunt ſi-
bi etiam inuito aliæ portiones. l.teſtamen
to.C.de impu be.& alijs ſubſt. & l.quidam
eulogio.C.de iure delibe.& not.Bar.& do
cto.in d.l,1.& l.ulti.ſupra & infra eod. Ad
idē eſt bonus tex.in l. ſed ſi plures.§.filio .
ſupra de uulga.& pupilla.per quē textum
dicit Alex.in conſil.12.in 5.uolumi.quod
nepos cui delata eſt hęreditas auita & pa-
terna,nō poteſt adire auitam & repudiare
paternam,ſi pater ſuus ſe immiſcuit hære
ditati auitæ, quia per talem immixitionē
eſt effecta unica hæreditas,unde debet vel
totam adire, uel totam repudiare,ut not.
Ludoui.Roman.in conſil. 40,in 1.colum.
ubi dicit,quod poſtquam hæreditas eſt adi
ta non dicitur amplius hæreditas ſed effi-
citur unicum patrimonium cum bonis ad
euntis.idem tenet Bar.in l. ſi Titius infra
ad Trebellia.& in l.ſi quis ſeruū.§.fina.in
fra de lega.2.& Pet.Philip. Corn.in cōſil.
206.col.penul,in uerſic.nec obſtat.in 3.uo
19 lumi. † Et ex prædictis limitatur regula
quæ ſe habet, ꝙ cui licet,id quod eſt plus,
multò magis licet id,quod eſt minus.l.nec
in ea.§.ſed q̃ occidere.īfra de adul. & l.nō
debet infra de regul.iuris.& l,uideamus ſu
pra de in lit.iur.in fin. nam ſi conceditur
hæredi adire totam hæreditatem , multo
magis deberet ſibi concedi adire partem,
ſed iſtud ideo eſt, ne quis decedat pro par
te teſtatus & pro parte inteſtatus: contra
l.ius noſtrum infra de regulis iuris,ita di-
cit gloſſ.in d.l.nō debet & Barto.in.l.1.ſu
20 pra eod. † Idem etiam dicimus in legato
quia quando eſt unum non poteſt pro

parte acceptari, & pro parte repudiari:
quia ipſum non poteſt legatarius diuide
re l.legatarius infra de lega.1.in l.neminē.
& l.gregem infra de leg.2. imo agnoſcen-
do partem legati, totum acquirit l. ſi cui
tex.infra de leg.2.& no.gloſ.& Bar.in l.1.
ſupra eod.& Pet.Phi.Cor.in cōſi.249.col.
penul.& ult.in 4.uolu.ſed. hæredes legata
rij poſsūt illud diuidere vt d.l.legatarius.
§ 1.& ratio eſt in legato ſecūdum Bart.in
d.l.1.ſupra eod.col.ult.quia cū ſit unus,
non poteſt hanc unitatem diuidere legata
21 rius contra mentē teſtatoris.† Quid aūt
ſi quis repudiat partem hæreditatis, an ui-
deatur repudiare totam? dic quod non,
ut no.glo.& Bar.in d.l.1.ſupra eod.Et ra-
tio eſt ſecundum eum quia cum repudia-
tio ſit priuatio non poteſt habere ius ac-
creſcendi, cum ſit quid ſeparatum à perſo
na, quod ſecus eſt in aditione. unde re-
pudiando partem, habetur ac ſi nihil re-
22 pudiaſſe ut d.l.ſi ſolus infra eod.† Iſtam
regulam ſic declaratam limita primo non
procedere in emphyteoſi quàm quis rece-
pit pro ſe.& filijs ſuis quia tunc filij poſ-
ſunt repudiare paternam hæreditatem, &
retinere emphyteoſim.item ſi eſſent inſti-
tuti hæredes per patrē pro diſparibus par-
tibus ſuccedunt nihilominus æqualiter in
emphyteoſi.ita tenet Bar.in l.ſi tibi.§.ſi.pa
ctus.ff.de pact. & in l. quod dicīt infra de
uerb.obli.& idem Bar.in l.Gallus.§. quidā
recte & ibi etiam Alexād.ſupra de liber &
poſthum.& Bartolus in lege ut iuris iuran
di.§.ſi liberi infra de ope.libe.& Baldus in
l.liberti.columna ſexta.ī ſi. C.de oper.lib.
& ratio eſt quia emphyteoſis de ſui natura
non tranſit ad hæredes, ut in authentic.de
non alien.§.emphyteoſi. unde filius ſucce
dit in ea ut filius uigore pacti non ut hæ-
res. Ita tenet etiam Baldus in authentic.ſi
quas ruinas.columna tertia.C.de ſacroſā.
eccleſ.& Speculat.in titu.de loca.§. nunc
aliqua uerſicu.78.& uerſicu.108.& Iaſ.in
l.ſi non ſortem.§.ſi libertis. columna pen.
ſupra de cond.indeb.Adde ad prædicta.§.
ex his in authen. de non alie. & Alex. in
conſi.8.col.1.in 2.uolu.& ſentit Andr. de
Iſer.in cap.1.§.ubi uero.an agnatus, etiam
23 in uſibus feu.† Hanc tamen limitationem
intellige ut procedat in emphyteoſi cōceſ
ſa per eccleſiam pro ſe & filijs, quia illa ex
quo non eſt tranſitoria ad hęredes: ut d.§.
emphyteoſi tranſibit ad filios uel filias &
ſic etiam repudiata hęreditate paterna ſe
cus in emphyteoſi conceſſa a priuato quia
ex quo eſt trāſitoria ad hæredes tūc filius
nō poteſt illam habere niſi ſit hęres patris
ita notabiliter hanc materiam limitat &
declarat Alexand.in conſilio.129.in 5.uo
24 lumine.† Et ex prædictis ſequuntur duæ
pulchrę illationes quarum prima eſt. Nam
hodie per conſti. regni quæ incipit in ali-
quibus eſt inductum quod filia dotata ex-
cluditur à ſucceſſione patris ſtantibus ma
ſculis pone quod pater qui recipit emphy-
teoſim ab eccleſia pro ſe & filijs ut ſupra
mortuus fuit relicto filio maſculo & fi-
lia dotata, certe per prædicta filia ſucce-
det æqualiter in emphyteoſi una, cum fra
tre ſuo, ex quo illam non habet ut hæres,
ſed ut filia, & ita limitatur dicta conſtit.
in aliquibus. Ita in terminis tenet Bald.
in dict.authen.ſi quas ruinas, colum.3. in
fin.uerſic.ex hoc ſequitur &c.C.de ſacro-
ſanct.eccleſ. Et licet hæc opin.Bald.uidea
tur prima facie ſuſtentabilis tamen con-
trarium in hoc tenuit Barto.in d.l.ut.iuriſ
iurandi.§.ſi liberi.& Bartol. conſil. 60.in-
cip. Quæſtio iſta habet duo dubia &c. &
Petr.Philip.Corn.in cōſi.145.colum.fina.
in 1.uolum.& Imo.in capi.potuit.de loca.
in quibus locis communiter concluditur,
quod ſtante dicto ſtatuto, quod filia exclu
datur per maſculos etiam ſi pater accepit
emphyteoſin pro ſe,& filijs ſuis maſculis,
& fœminis intelligitur ordine ſucceſſiuo
ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ſcilicet vt
primo maſculi admittantur,& demum his
deficientibus ſuccedant fœminæ, & ratio
eſt ſecundum eos quia pater ſtipulando
uidetur ſe conformare cum diſpoſitione
iuris communis uel municipalis ut ita in
religatur ordine ſucceſſiuo. Et hanc con-
ſiderationem in ſimili facit Bartol.in.l.hę
redes mei.§. cum ita.& ibi etiam Angel.&
docto.infra ad Treb.& hęc opin.cōtraria
25 cēſetur magis communis.† Quam opin.
ego confirmo in caſu prępoſito alia conſi
deratione quia caſus noſter eſt quando pa
ter acquiſiuit pro ſe & filijs ſimpliciter nō
exprimendo alias fœminas quo caſu eſt a
lia ratio excluſiua fęminarū quia in cōtra
ctib.maſculinū non cōcipit fęmininum, ſe
cundum



cūdum Archi.in c.ſi quis ſua dente. col.3.
17.q.4.& Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ſu-
pra, de in ius uocan.& Imo.in l.ſi ita ſcri-
ptum.infra, de leg.2.& in c.potuit.col.ult.
de loca.& in l.cum uir.infra, de conditio.
& demonſtratio.& Ludo.Rom.in conſ.35
& Alexan.in conſ.207.incip.Cōſideratis.
colum.3.uerſic.& ſimiliter, in 2.uolum.&
clarius idem Alexand.in conſ.61.in 1.uo
lu.& Iaſo.in l.ſi quis id quod colum.6.ſu-
pra de iuriſdi.omnium iudic.in quibus lo
cis in terminis deciditur quod ſi pater ac
cepit emphyteoſin pro ſe, & filijs ſuis nō
comprehenduntur filiæ fœminæ, & ratio
eſt quia in contractibus ſemper fit inter-
pretatio contra ſtipulatorem, cui licitum
fuit legem contractus apertius dicere.l.ve
teribus.ſupra de pact.
26 † Hoc limita non procedere quando con
ceſſio pro ſe,& filijs fieręt à fœmina, quia
tunc maſculinum concepit fœmininum
inſpecta præſumpta affectione conceden-
tis. Ita in ſimili dixit Pet.de Ancha.in con
ſil.341.incipit. pro maiori quē refert,& ſe
quitur Iaſo in d.l. ſi quis id quod. & in d.
lege ſed ſi hac.§. liberos argumen. c. ſi de
beneficio de præben.lib.6. & l.plenum.§.
æquitij.ſupra, de uſu.& ha.tamen tunc pu
to quod excluderetur filia uigore ſtatuti
27 per prædicta. Secunda illatio eſt quòd ta
lis emphyteoſis nō imputabit filio ī quar-
tam ex quo non habet illam ut hæres, ſed
ut filius. Ita tenet Alexan.in conſi.8.col 1
in 3.uolu.Angel.& Paul.de Caſt.in l.ſi pa-
troni infra ad Trebell.& Alex.in conſ.89
28 colum.2.in 4.uolum.† Pro ueritate tamē
huius illationis eſt ſciendum quòd triplex
eſt quarta: uidelicet illa quæ detrahitur
delegatis, quæ dicitur Falcidia de qua lo-
quitur totus titul.ad leg Falcid. Alia quæ
detrahitur de fidei commiſſo uniuerſali,
quæ appellatur Trebellianica, quæ tracta
tur plene in toto titu.ad Trebellia. Tertia
eſt quæ detrahitur iure naturæ quæ appel
latur legitima de qua loquitur authen. no
uiſſima.C.de inoffic.teſtam. Nunc ad pro-
poſitum dico, quòd quo ad Falcidiam, &
Trebellianicam, uera eſt opinio præcedēs
ſcilicet quod talis emphyteoſis non impu
tatur in quartam & ratio eſt, quia in Falci
diam,& Trebellianicam imputantur ſolū
ea, quę capiūtur iudicio teſtatoris ex ipſo
teſtamento, ſecus ſi extra cauſam teſtamē-
ti caſus eſt notabilis in l.Pater filiam infra
ad leg.Falcid. per quē ita dixit Bart.in l.
in quartam columm.2.eodem titulo. Sed
dicta emphiteoſis quia non capitur ex te-
ſtamento, ſed uigore pacti inter uiuos,
propterea non imputatur. ſi uerò quæris
de legitima, & tunc magis communis opi
nio eſt in contrarium, ſcilicet, quòd talis
emphyteoſis imputetur filio in legitimam
quando agit de hæreditate patris qui ac-
quiſiuit emphyteoſim. Ita tenet Alexand.
in conſil. 27. in 5. uolumine. ubi uidetur
melius fuiſſe loquutus. idem tenent Guil.
& Bald.in l.omnino do.§.imputari. C.de
inofficio teſtamen.& Alexād.in d. l. ſi pa-
28 troni.infra ad Trebellian.† Et eſt ratio,
quia in legitimam imputatur omne quod
capitur ex patrimonio defuncti ſiue iure
hæreditario ſiue quocunque alio iure etiā
inter uiuos, dummodo ſit tale quod mor-
te confirmetur. Ita dicit Bart.in dicta l.in
quartam.colum.penult.idem quando da-
tur ob cauſam, ut propter dotem uel do-
nationem propter nuptias, ut ibidem.
Sed quia dicta emphyteoſis capitur ex pa-
trimonio teſtatoris per ſtipulationem in-
ter uiuos, & morte confirmatur, quia ex
morte teſtatoris accepit vires erga filium,
& non ante, ex quo talis acquiſitio pro ſe,
& filijs cenſetur facta ordine ſucceſſiuo,
vt nota.Barto.& Alexand.& communitter
doct.in l.Gallus.§.quidam recte. ſupra de
liberis, & poſthumis vnde nunquam defer
tur filio niſi mortuo patre, propterea im-
putatur in legitimā. ita dicit Alex. in d.l.
ſi patroni,& in d.conſi.27.in 5.uol.
30 † Comfirmatur iſtud. Nam pater poteſt
talem emphyteoſim pręlegare uel donare
uni ex filijs inſolidum in præiudiciū alio-
rum filiorum ſecundum Bal.in d. auth. ſi
quas ruinas col pen.& Alex.in d.conſi.27
in 5.uolum.& Pet.Philip.Corn.in conſ.51
colum.1.& 6.& cōſi.282.col.7.in litera P.
in 3.uolu. & in conſil.100. col.1.in 4.uo-
lumine,& Lud.Roma.in conſi.35.Sed cer
tum eſt ꝙ omne legatum imputatur in le-
gitimam: ut d.l.omnimodo. C. de inoffic.
teſtamen. & tenet Bart.in d. l.in quartam
colum pen.ergo conſequenter d. emphy-
teoſis imputabitur. Iſtud ultimum limita
quando emphyteoſis eſt acquiſita per pa-
trem

tre ex re,& pecunias ipſius patris, ſecus ſi ex mera liberalitate concedentis ſit facta conceſſio pro ſe & filijs,quia tunc non poteſt pater in præiudicium aliorum filiorũ dictam emphiteoſim alteri filio aſſignare. Ita ſingulariter dixit Bal.in l.1.in fin.uerbis.C. per quas pſonas nobis acquiri. quẽ ſequitur Petr. Philip.Corne.in dicto cõſi. 28.columna ſexta.in litera P. in 3.uolum.

31 † Retenta igitur iſta concluſione pro uera,& cõmuni, quòd emphyteoſis imputatur in legitimam,limita eam multum ſingulariter procedere quando fuit acquiſita ab ipſo patre de cuius hęreditate agitur, ſecus ſi eſſet acquiſita per auum paternũ ſtipulantẽ pro ſe & filijs,& nepotibus ſuis quia tunc nepos habet illam nõ ex prouiſione patris,ſed ex prouiſione aui, & propterea non cõputantur in legitimam,quãdo agitur de bonis patris,cũ ab eo non ꝓceſſerit.Ita notãter limitat Ale.in d.l.ſi patroni.colum.3.ubi aſſignat rationem quia quæſita ab auo paterno nõ dicuntur profectitia, ſed aduentitia. l.quæſitum, & ibi Bar.ĩfra.de lega.1.& gloſſ.& Bald.& Alex. in l.qui aliena. 5.interdum ſupra eodẽ, & dixi ſupra in euidentialibus,& de iure aduentitia non imputantur in legitimam. l. ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſta.&

32 nota.Bart.in dicta l.in quartam † Secũdo principaliter limita hãc regulam, ſcilicet, quo,hæreditas debet tota adiri uel tota repudiari & nõ procedat in iure patronatus liberti: quia illud ſpectat ad filium, ut filium non autem ut hæredem, unde poteſt filius repudiare hęreditatem paternam & retinere ius patronatus.l.filij infra de iure patronat.licet poſſit pater illud aſſignare uni ex filijs in præiudicium aliorum . ut not.Soc.in cõſi.25.column.6.uerſicu.5.fa

33 cit in 1. uolumin. † Quid autem in iure patronatus eccleſiæ; dic contrarium quia illud tranſit cum uniuerſitate bonorum, & tranſit ſolùm ad hæredes etiam extraneos.ut notat Calderin.in cõſil.2.in titul. de iure patrona.& Bald.in l.2. C. de in ius uocan.& gloſſ.in capi.conſiderãdum.16. queſtio.7.& Abb.1.in cap.1.& c.cum ſeculũ de iure patronat.& Card.in clemen.2. in 6.queſtio.de iure patronat.unde ex prędictis ſequitur, quod non poteſt filius renuntiare hæreditati paternæ, & retinere ius patronatus eccleſiæ.imo renuntiando hæreditati perdit illud, quia trãſit cum uniuerſitate bonorum,ſecundum Cardina. in dicta clement.2.in 7.quæſtic. & Federi. de ſeni.in conſil.106.& cõſil.225. & Ioa. de Ana.in conſil. 86. & Abba.in dicto capitulo, cum ſeculum . Ex eo tamen qui eſt indiuiduum,eſt penes quemlibet hæredem inſolidum . Et ideo licet plures hæredes ſint inſtituti pro inequalibus portionibus tamen omnes æqualiter ſuccedent in iure patronatus ſecundum Abb. in dicto capi.1.de iure patronat.& gloſſ.1 cap. pie mentis in gloſſ.magna.in fin.16.quæſtio.7.& Bal.in l.1.circa fi. C. de communi ſer.manu.& Franc.de Aretin.in l.1.col.

34 3.infra de legat.† Et ex prædictis ſequuntur duę illationes quarum prima eſt,quod ſi pater inſtituit filium hæredem in re certa dato ſibi alio cohærede uniuerſali ius patronatus erit totũ hæredis uniuerſalis, & filius nihil habebit in eo,ſecundũ Abb.

35 & docto.in d.cap.1.de iure patron.† Secũdo infert, quod licèt alias ius patronatus tranſeat ad fęminas æqualiter ſicut ad maſculos,ſecundũ Abb. in dicto capitul.1.& in capitulo fina.de cõceſ.pręben.& Calderin.in cõſil.1.in titul. de iure patronat. & Ioann.Andre.in capitulo generali.de electio.libr.6.in nouella.tamen ſi filia renuntiauit hæreditati paternæ. iuxta ea , quæ habentur in l. pactum quod dotali. C. de collatio. uel ſi eſt excluſa per ſtatutum à ſucceſſione paterna propter dotem , non ſuccedit in iure patronatus,ſed totum trãſit ad maſculos ſecundum Federic. de Senis in dicto conſil. 109. & Abba. in dicto capitu.cum ſeculum. unde ſequitur quod hodie in regno per conſtit. aliquibus. filia nõ ſuccedit in iure patronatus niſi ex

36 teſtamento inſtitueretur hæres. † Limitata tamen prædicta non procedere quando in conceſſione iuris patronatus facta in fundatione uel donatione,eſſet conceſſum dictum ius pro ſe, & filijs ſuis non adiecto hæredibus per diœceſanum, quia tunc filijs poſſunt habere ius patronatus, etiam ſi non ſint hæredes quia per illa uerba ueniunt,ut filij,non autem , ut hæredes. ita tenet Stephan.de Gaieta in repetitio.capit.quoniam.de electio.libro. 6. per ea,quę in ſimili nota Bartol.in l.quod dicitur infra de uerbor.obligat.ubi loquitur de emphyteuſi. Quod confirmo per id quod dicit Bald.in dicta.l.2.C.de in ius uocan.ubi dicit quod ius patronatus tranſit ad hæredem extraneum,niſi in fundatione aliud ſit dictum uel actum , uidetur ergo aliud actum , quando eſt conceſſum pro ſe & filijs,non facta mentione de hęredibus,idem etiam dicit Calderinus in



37 cõſilio.5.in titulo de iure patronat.† Poteſt & tertio ex prædictis inferri,quod hodie in regno , ex quo primogenitus ſuccedit in feudo. in quo uiuitur iure Francorum excluſis alijs filijs. ſecundum Andream de Iſernia in capitulo imperialẽ.§. pręterea ducatus.in quarta colum.de prohi. feudi alien. per Federicum , ſequitur quod ſi in aliquo feudo eſſet ius patronatus: ſolum primogenitus in eo ſuccederet excluſis alijs,ſecũdum Abba. in dicto capitulo. cum ſeculum, & in capitul. ex inſinuatione.& ibi Ioan. Andreas de iure

38 patrona.† Tertio principaliter limita hãc regulam non procedere in feudis.intelligendo de feudo ex pacto , & prouidentia tantum: quia tunc heres cui eſt delata ſucceſſio poteſt feudum retinere, & hæreditatem repudiare. Dicitur autem feudum ex pacto , & prouidentia,quando eſt conceſſum pro ſe,& liberis,ſeu filijs,non facta mentione de hæredibus,nam tunc cenſetur haberi non ab ipſo defuncto ſed ex pacto,& prouidentia concedentis. ut nota. Andreas de Iſernia in capitul.1.column.1. & 2.& 3 .an agnatus &c.in uſibus feudor. in tãtum,quod dicit notabiliter Andreas de Iſernia in dicto.§. pręterea ducatus. columna 4. quod mortuo feudatario cenſetur tale feudum retraditum domino , & à domino iterum conceſſum filio , & ſic cenſentur plures donationes. Sed quando dicitur . Concedo tibi,& filijs, & hæredibus : uel tibi , & hæredibus , tunc appellatur feudum hæreditarium. ſecundũm Andream in capitulo primo.§.huius autem generis.columna ſecunda , quibus modis feudum amit. & in dicto capitulo primo,in principio an gnatus . Et tunc in eo non ſuccedit, niſi ille qui eſt hæres, ut ibi dicit Andreas,& etiam Bald. in primo caſu ſuccedit , etiam ſi non eſt hæres, unde poteſt tunc renunciari hæreditas, & acquiri feudum: pro quo non teneatur ſucceſſor creditoribus hæreditarijs. ita plene tenet Alexand. in conſilio 19.columna ſecunda, & cõſilio 26.columna 3. in quinto uolumine,& Ioannes Andreas in additio.Speculat.in titulo.de feudis. §.final. in additio. quæ incipit , directe, &c. & Iaſon plene in l. ſi non ſortem. §.libertus.colum.penulti.& final.ſupra de condi.indeb.in quibus locis loquuntur etiam in filio:ſcilicet ut poſſit repudiare hæreditatẽ paternam, & retinere feudum ex pacto, & prouidentia, contrarium tamen in filio tenet Andreas in dicto ca.primo,§. ubi uero,& ibi etiam Aluar.& docto.communiter, an agnatus per illũ textum,ubi ſit differentia inter filium,& alium agnatum: Nam filius non poteſt paternam hęreditatem repudiare, & retinere feudum, quia utrunque debet acceptare uel repudiare:ſecus eſt in alio agnato . Et exemplum , ut ſi feudatarius , qui habebat feudum pro ſe & filijs moritur relictis duobus filijs , certè dicti filij uel alter eorum non poſſunt repudiata hęræditate habere feudum , ſed ſi moriatur unus ex eis ſine liberis,quo caſu portio morientis defertur fratri ſuperſtiti : tunc ille frater poteſt repudiata hæreditate fratris habere illam portionem feudi , & ille dicitur uenire ut agnatus: non autem ut filius , & hanc opin.etiam tenet Bald.in l.qui ſe patris.col ſexta,C.unde libr.Et ſic ex prędictis ſecundũ Andr. in dicto §.ubi uero. erit deterioris conditionis filius,quàm agnatus,& ratio eſt,quia filius cenſetur eadem perſona cum patre: unde non debet ipſum afficere iniuria,repudiando eius hęreditatem .

39 † Aliã rationem aſſignat Bal.in dicta l.qui ſe patris ſcilicet,quia filius uenit,ut hæres ex quo in materia feudorum appellatione hæredis uenit filius,vt not.glo.1 l. ex facto §.final.infrà ad Trebellia.&And.& docto. in capitul.primo.§.ſi clientulus.ubi eſt textus de alie feud,Sed agnatus uenit ex contractu, & non cenſetur eadem perſona cũ defuncto.Et pro iſta opin. Andr.eſt tex.& ibi etiã And.in capitu.1. §. filius de capi.

40 qui cur.uen. † Inter iſtas autem uarietates datur remedium,quod filius adeat hęreditatem patris,cum beneficio inuentarij , & ſic non tenebitur creditoribus ultra

tra uires hæreditarias reſpectu allodia-
lium ſed feudum habebit præcipuum, &
pro eo nõ tenebitur creditoribus.Ita dicit
And.in dicto.§.ubi uero, & dicto.§. filius.
ſecus quãdo feudum eſt hæreditariũ, quia
tũc pro eo tenetur creditoribus,ut no. ple
ne Alexand.in dicto cõſil. 19.in 5.uolum.
41 † Secundo principaliter nota ex iſta l.dũ
dicit,Is poteſt repudiare.&c.quod hæc di-
ctio,poteſt quãdo ponitur in oratione affir
matiue non importat neceſſitatem præci-
ſam,ſed ponit potentiã ad arbitrium eius,
in cuius perſona uerba dirigũtur.ſecus eſt
in uerbo,debet, quia importat neceſſitatẽ
ita nota.Barto.in repetitio.l.creditores in
principio.C.de pign.licet aliquãdo pona-
tur debet pro poteſt,& ſic ſine neceſſitate.
l.obſeruare,& ibi Bart.ſupra de offic. pro
cõſu.& not. And.de Iſernia in capit.1.§.ſi
aliquis.Apud quem uel quos &c.in uſibus
feudo.& habetur in l.ſæpe, ſupra de offic.
præſid.ſi uero iſtud uerbũ poteſt,ponitur
in oratione negatiuè ut quia in aliqua di-
ſpoſitione dicitur, nõ poteſt uel nõ poſſit
tunc denotat neceſſitatem præciſam & re
mouet omnem potentiam ab actu , adeo
quod actus poſtea factus contra illam di-
ſpoſitionem eſt ipſo iure nullus ſecundum
Bar.& cõmuniter doct.in l.Gallus in prin
cipio. ſuprà de liberis. & poſthumis . ubi
plene attingit Barto.de importãtia huius
uerbi,Poteſt,& in l.1.ſupra de iniuſto rup.
teſtamento.pro quo eſt text.& ibi gloſ. in
capitulo primo.de regulis iuris, libro ſex-
to & ĩ l.ſtipulatio iſta.§.alteri.infrà de uer
borũ obligatio. & in l.nemo poteſt. infra
de lega.1.& in l.nõ poteſt infrà de furti.&
notat expreſſe Bald.in.l.1.colũ.penult.C.
qui admit.& Bald.in l.ulti.colũ. fin.C.de
fidei commiſ. & Alexand. plene in cõſilio
77.colũ.prima. ĩ tertio volumine,& Bald.
in d. l.1. ſupra de iniuſto rupto teſtamẽto
Quia tamen in hac l. tractatur, & fit men
tio de aditione ſeu acquiſitione hæredi-
tatis ſeu de eius repudiatione , videamus
pro eius maiori intelligentia, per quos
actus inducatur aditio, & per quos repu-
diatio,& proderit id ſcire ad intelligen-
tiam totius huius tituli , unde eſt ſcien-
dum quod quo ad aditionem ſunt infini-
ti modi,& actus, per quos cenſetur adita
hæreditas,tamen cumulando aliquos pro
ut ex diuerſorum librorũ reuolutione col
ligi poteſt ſunt infraſcripti, uidelicet .
42 Et preſuppono quod aditio hæreditatis
conſiſtit in ſolo animo. l. gerit. infra eo-
dem & l.ſi a uia.C.de iure deliberandi. Et
quia iſte animus cum ſit quid occultum,&
latens,non poteſt aliter percipi niſi per ex
trinſeca l. quidam in ſuo. ſupra de condi-
tio.inſtit.& notat.gloſſ. in l. his qui ſupra
de tutor. & curator.da.ab his quæ extrin
ſeca cognoſcuntur altero de duobus mo-
dis,ſcilicet,Verbis, & facto : Nam facto &
uerbis poteſt uoluntas hominis declarari,
ut nota. Specul.in titulo.de ſucceſ. ab in-
teſt.uerſiculo pone quidã.pro hoc eſt text.
& ibi per Bald.& doctor.in l. reprehendẽ
da.C.de inſti.& ſubſtit.& not.Bald.in.l.nõ
Codicillum.columna 2. C.de teſta. Et di-
cit idem Bald.in l.libertæ tuæ.in fin.C.de
operis libe. quod qualitas factorum diſtin
guit qualitatem intellectus.unde prius eſt
uidendũ per quę uerba,& p quos actus in
ducatur aditio hæreditatis.
43 † Et primo cenſetur quis adire hæredita-
tem eo ipſo quod utitur uerbis denotan-
tibus ipſam aditionẽ: ut ſi dicat adeo uel
agnoſco hanc hæreditatem, uel gero me
pro hærede uel ſimile iuxta ea quæ haben
tur in l.apud. Aufidium infra de op. lega.
Bartol.in dict.l.gerit.columna.1.
44 † Secundo inducitur aditio etiam ſi quis
utitur uerbis ſuſpenſiuis,ut ſi dicat, Volo
adire , uel Volo eſſe hæres,dummodo. de-
liberatè dicat hæc uerba; quæ deliberatio
perpenditur ex præcedentibus, inſtãtibus,
& ſequentibus ſecundum Bartol. in d. l.
gerit. & ibi exemplificat. pro hoc eſt text.
in l.Pamphilo. §.propoſitum.infra de leg.
3. & no. Bartol. in l. ſerui electione infra
de lega.1.Pet.Philip.Corn.in conſi.77.co
lum.penul.in 4.uloumin.& Abb.in capit.
ex literis.colum.2.deſponſa. Et dicit An-
gel in repet.l.qui ſe patris.colum.12.& 13
C.unde libe.quod talia uerba præſumun-
tur in dubio deliberatę prolata quando
aliud non apparet,unde inducunt aditio-
nem hæreditatis, ſecus eſt quando dixiſſe,
Iſta hæreditas non mihi diſplicet quia per
hoc non inducitur aditio ſecundum Bar-
45 tol. in d. l. gerit. colum.3. † Tertio di-
citur quis adire hæreditatem ſi utitur uer
bis enuntiatiuis ut ſi confiteatur ſe eſſe
hæredem



hæredem Titij cum eſſet ſibi delata hære-
ditas Titij . Et licet hæc confeſſio fuerit
facta ad inſtantiam unius tamen præiudi-
cat ſibi quo ad omnes dummodo erat ta-
lis perſona quæ poterat eſſe hæres. ita no
ta.Barto.& Alexand.in l.ultim.ſupra de in
ter. ac.& Bartol.in dicta.l.gerit.uerſicu.cir
ca ſecundum &c. in 3.colum. Et procedit
iſtud etiam ſi in epiſtola ſcripſiſſet alteri ta
lis hæres Titij ſalutem,&c.& ſic enuntiaſ-
ſet propter aliud quia inducitur aditio ſe-
cundum Bartol.in d.l.gerit. uerſicul. cir-
46 ca tertium &c. † Quarto cenſetur quis a-
dire eo ipſo, quod dicit teſtamentum nul-
lum.l.ſuus.& ibi Bar Bald. & communiter
docto.C.de repudia.hęre.& Bar.in l.quem
admodum ſupra de inoffici. teſtam. idem
ſi diceret teſtamentum falſum ut ibidem
dicit Bartol.per tex.in l.cum quidam infra
de bono.poſſeſſ.ſecus eſt ſi intentat quære
lam quia non per hoc uidetur adire ſecun
dum Barto.in d.l. quemadmodum.& præ-
dicta etiam tenet Soci.in conſil.20.colum.
47 1. in 3.uolum.† Quinto inducitur aditio
hæreditatis eo ipſo quod quis format po-
ſitionem petendo aduerſarium interro-
gari an poſſideat pro hærede ,quia inten-
dit eum conuenire petitione hereditatis .
ita tenet Bartol.in dict.l.gerit.colum.4.ver
48 ſicu.idem ſi aliquis. † Sexto cenſetur quis
de re eo ipſo quod conſtituit procurato-
rem ad confitendum ſe eſſe hæredem uel
ad reſpondendum poſitioni qualiter eſt
hæres,ita tenet Bald.in dicta l.1.in 30. op-
49 po.C.qui admi. † Septimo inducitur adi-
tio ſi quis faciat procuratorem ad exigen-
dum aliqua debita, uel ad alia negotia
expediendum & notarius in inſtrumento
procurationis opponit clauſulam quæ om
nia debita ſpectant ad talem conſtituen-
tem hæredem Titij &c. nam non obſtan-
te quòd notarius enuntiet in tertiam per-
ſonam illum eſſe hæredem Titij tamen ex
tali inſtrumento probatur aditio hęredita
tis: quia præſumitur notarius illa uerba
enunciaſſe de uoluntate cõſtituentis alias
eſſet falſarius,ita tenet Bald.in conſil. 63.
50 in 1.uolumi.† Octauo inducitur. additio
eo ipſo quod quis teſtatur de hæreditate
ſibi delata l. ſi auia.& ibi Bald. C. de iure
51 deliberandi . † Nono inducitur aditio e-
tiam ſi quis in poſitionibus interrogatus
an ſit hæres Titij reſpondit . Credo quod
ſic & contra: ſi dixit.Credo quod non cen
ſetur repudiaſſe.ita tenet Bald.in l.1.in fin.
C. de fal. cauſa adiecta lega. Nam in prin-
cipali reſpondente uerbum credo dicitur
ueritatis expreſſium, ut ibi dicit & Bald.
& no.plene Gemi.in capitu.1.colum. 3 . de
52 confe lib.6. † Decimo quid ſi hæres petit
ſibi exhiberi rationes defuncti ut poſſit il-
las inſpicere & deliberare an uideatur hoc
ipſo adire ? Dic quod non caſus eſt in leg.
Ariſtot. infra eodem . & huc uſque uidi-
mus ex quibus uerbis inducatur aditio t
nunc uideamus ex quo facto inducatur a-
53 ditio . † Vndecimo inducitur aditio fa-
cta ut ſi quis faciat aliquem actum,qui nõ
poteſt ſaluari citra ius & nomem hęredis,l.
pro hærede infra eodem ut ſi ille cui dela
ta erat hæreditas facit formare libellum
cauſa conueniendi aliquem pertitione hæ
reditatis hoc ipſo uidetur adire ſecundum
Barto.in d.l.gerit.colum.3 .uerſic. idem ſi
aliquis &c. Et multo fortius ſi libellum
porrexit: dicendo hæreditatem ad ſe per-
tinere: quia eo ipſo uidetur adire quòd hæ
reditatem petit:ut not.Bald.in l.ultima.co
lum.3 .uerſicul.ſecundo quæro. C. de peti.
hære.& Bartol.in l.ſi filius ſupra de tute.&
l.ſuus.& ibi not.gloſſ.&doctor.C.de repu.
54 hære. † Duodecimo cenſetur quis adire,
hæreditatem eo ipſo quod cedit,vel donat,
uel legat alicui iura hæreditaria uel ali-
quam rem hæreditariam. ita tenet Pet. Phi
lip.Corn.in conſil.52.colum.1.in litera.d.
in conſil.211.in princip.& in tertia colum.
in litera.d. in ſecundo uolumine per text.
in l.ſi auia.C de iure deliberandi: quia uo-
lendo conſequens uidetur uelle eius ne-
ceſſarium antecedens quod eſt aditio. l.
ad legatum.& l.ad.rem mobilem ſupra de
procurat. capit.1. ſane.de officio delegat.
55 † Decimo tertiò cenſetur quis adire eo
ipſo quod uendit rem hæreditariam , uel
mandat alteri de uedendo eam.l.pro hæ-
rede.§.proinde ibi res tempore perituras a
contrario ſenſu.& l. ſi quis in bona. §. ſed
ſi mandauit.infra.eodem.per quæ iura.ita
dixit Pet.Philip.Corn.in conſi.165.colum.
9.in fin. & ſequen. in 2. uolumine & tã ad
hoc quam ad pręcedens dictum adde Pet.
Philipp.Corne.in conſil.29.colum.3.in 4.
uolum.& Bald.in conſil.314. in 3. uolum.
†Deci-

56 † Decimoquarto inducitur aditio eo ipſo
quod pater mortua uxore retinet dotes &
illas non reſtitui ſaltem poſt ann m ſi con
ſiſtant in rebus mobilib. nam per hoc ſi ha
bet filium infantem cenſetur adiuiſſe hęre
ditatem matris nomine infantis iuxta. l. ſi
infanti.C.de iure deliberandi & illam reti
nere pp uſumfructum ſibi debitum in eis
per l. primam.C.de bonis maternis.Ita te-
net Barto.in ſua diſputatione inci.Debitor
in diem &c.& Imo.in l.recuſari,infra eod.
& refert.Pet.Phil Corn.in conſi.16.col.pe-
nul. & conſil. 42.col.penult. in 3. uolum.
ubi ponit caſum eſſe dubium : quia multi
tenent contrarium.tamen idem Petr.Phili.
Corn. iſtud firmat in conſi. 321. colum.4.
in litera e. in eodem 3.uolum. & Barto. in
d.l gerit.col.7.Et licet Bald.in l.cum anti-
quioribus,col.2.C. de iure deliberandi &
in l.non hoc.C.unde cogna. teneat contra
rium.tamē Alexā.ibi ſequitur opin.Barto.
ſ.in d.non hoc.licet Franciſ.de Aret.in cō-
ſil.16.uideantur ſentire contra. Barto. Re-
cēta tamen prima opinio.Bart.&ſequaciū.
ſequitur ex hoc magna utilitas quia mor-
tuo patre ſi moreretur infans & nō appa
reret aliter adita hęreditas per hanc præſū
ptam aditionem partis tranſmittetur hære
ditas materna ad hæredes infanti. alias ſi
non diceretur adita non tranſmittetur ſed
iret ad cōſanguineos matris defunctæ per
l.ſi infanti cum ſua materia.C.de iure deli
57 berandi.†Decimo quinto inducitur aditio
eo ipſo quod is cui delata eſt hæreditas re
peritur poſſidere aliquam rem hæreditariā
nam ex hoc cenſetur totā hęreditatē adire.
l.1.& ibi Bal.C.de repudia. hære. & Bal.in
l.1.col.10.C.qui admit.& in l.nō hoc C.un
de cogna.& Alex.in conſi.32.col.1.in uolu.
pro hoc facit tex. & quæ ibi habentur in l.
quidam eulogio.C.de iure deliberandi. &
l.ſi ſolus infra eod.idē eſt ſi filius poſt mor
tem patris habitet in domo paterna uel a-
lius hæres habitet in domo hęreditaria qa
præſumitur per hoc adiuiſſe hęreditatem
ſe immiſcuit ſe.l.1. C.de repu. hære. & ibi
Bal.& communiter doct. & gl.& Bal. in l.
1.C.ſi miſe.ab hæredita.abſti.prędictis etiā
adde Petr.Philip. Corn. in conſi. 37.in fin.
col.1.in uolum. Quid autem ſi aliquis qui
eſſet ſucceſſurus infanti. cui erat delata hæ
reditas reperitur in poſſeſſione rerū hære-
ditariarium.mortuo infante hereditate nō
adita an per hoc cenſeatur hæreditatē pro
infante diuiſſe ut eſſet dubiū tranſmiſſio-
nis uide pulchre per Bald. in conſi.390.in
58 in 5.uolu.† Prædicta tamen declara & li-
mita procedere quādo illa detentio rei hæ
reditariæ uel habitatio domus non poteſt
ſaluari citra & ius nomen hæredis per re-
gulam l.pro hærede.§. Papinian.infra eod.
Et propterea limita primo non procedere
quando illa res uel domus hęreditaria poſ
ſeſſa eſſent obligata filio pro dote matris
ſuæ,cuius eſt hæres ipſe filius,nā tunc cen
ſetur domū habitaſſe uel aliā rem retinuiſ
ſe tanquā creditor: & ſic iure pignoris. Et
iſta coniectura tollit prę ſumptionē aditio
nis ita tenet Bart.in d.l.gerit.col.4.uer.ad
ſm & Bal.& cōmuniter moder.in d.l.1.C.
de repud.hære.& Pet.phil.Cor.in cōſi.247
col.1.in 1.uolu ubi notāter dicit idem pro
cedere in ipſa uxore hærede inſtituta à ui-
ro, quia habitādo domū uiri & utēdo alijs
rebus uiri prout utebantur in eius uita nō
cēſetur adire,ſed potius ea retinere iure pi
ris,pro dotibus ſuis,idē ſentit Petr. Philip
Cor.in conſi.321.colum.2.in 1.uolu.& ha
59 betur in deci 371 conſi.Neapol.† Secūdò
limita prædicta non procedere quando eſ
ſet mortuus aliquis uir locupletiſſimus,qui
multa ſtabilia precioſa relinqui in hæredi-
tate proximior ab inteſtato ueniens reperi
retur poſſidere aliquā rem mobilē hæredi-
tariam. quia nō per hoc probatur aditio,
quia communiter hæredes habētes animū
adeundi ſolent incipere a ſtabilibus nō au-
tem à mobilibus, & ideo non præſumitur
animus ita tenet S: li. ca.in l nō hoc,C.un
de cogna.p gl.in l.neque natales,C.de pro
ba.& illud dictū refert & ſequitur Alex &
Iaſ.in d.l.non hoc,licet in cōtrarium faciat
quod dicit Bald.in l.cum re.col.fi.C.de do
na,ante nup.ſcilicet quod ex datione ueſtis
camiſiæ amore Dei cenſetur adita hæredi-
60 tas.†Tertiò limita non procedere quando
filius poſt mortem patris reperiretur poſſi-
dere fundum emphyteuticum quem pater
acceperat ab eccleſia pro ſe & filijs ſuis.qa
ex quo poteſt illum habere abſq; eo quod
ſit hæres ut fuit dictum ſupra in notabilib.
non pręſumitur adiuiſſe,ita dicit Bar.in d.
l.gerit.col.4.in fi.infra eo.Et conſequenter
idem eſſet in feudo reperto penes agnatū.
poſt



poſt mortem feudatarij in caſu quo poterat illud habere abſq; eo quod eſſet hęres,
ut ſupra fuit dictum , cum ſit eadem ratio,
ita tenet Bar.in l.ſi quis non quaſi,& in l.q
61 putat infra eo † Quarto limita procedere
quando cum poſſeſſione rei hæreditariæ ,
uel alienationes ipſius ueriſimiliter cōcur-
rit animus poſſidentis quod uelit eſſe hæ-
res,ut quia ſit defunctum eſſe teſtatorem ,
& hæreditatem ſibi eſſe delatam & rem eſ
ſe hæreditariam, ſecus ſi ex aliqua proba-
bili cauſa ignorat rem eſſe hæreditariam,
quia non uidetur adire poſſidendo uel alie
nando eam ex quo cum tali facto non con
62 currit animus,ita tenet Soc.in conſ.91.col.
6 in 3.uolum.† Quinto limita nō procede
re in caſu notabili quem ponit Barto. in l.
pro hærede.§.1.infra eo.ut ſi pater inſtituit
filium hæredē, & dedit ei ſubſtitutum vul-
garem , & eundem filium grauauit onera
multorum legatorum uel de danda aliqua
re propria ipſius filij,nam tunc poteſt filius
repudiare hæreditatem patris,& retineri ſi
bi legitimam in bonis patris ſecundū Bar.
ibi per tex. no. in l.ſi libertus patrono infra
de bonis liber.idem tenet Bal. in l.Papinia
nus.§.4.ſupra de inoffi.teſtam.& Bald.in l.
3.ſupra eod.& Alexan. ubi plene tāgit in l.
quia poterat infra ad Treb alias autem nū
quam poſſet filius repudiare hæreditatem
& retinere legitimam niſi iu dicto caſu,ſe-
cundum Bar.& Alex.in d.l.quia poterat ex
hoc ſequitur quod in huiuſmodi caſus ſi il
lius reperiretur in poſſeſſione alicuius rei
hæreditariæ poſſet dicere quod illam reti-
net pro ſua legitima, & ſic non præſume-
retur aditio. ita dicit Car.in d.l. gerit.col.
5.& ibi plene Alex.in additio.Et hęc fallē-
tia pōt addi alijs tribus fallentijs tactis ſu-
63 pra in primo no.† Sexto limita non proce
dere in pupillo habitante domum paternā,
quia etiam ſi tutore ſciente habitet,non cē
ſetur adire niſi tutor expreſſe ſibi auctore-
tur,ita dicit Barto.in d.l.gerit in fin.verbis
infra eo. ſecus eſt ſi ambo, pupillus.ſ.& tu
tor ingrediantur poſſeſſionem paternam,
quia licet non loquatur tutor cenſetur ta-
men ex hoc adiuiſſe hæreditatem,ſm Bal.
in l.potuit in fi.C.de iure deliberandi.† Se
64 ptimò limita non procedere in eo, qui ha-
bebat bona communia cum defuncto,quia
per habitationem domus communis , non
uidetur eius hęreditatem adire, nec per u-
ſum aliarum rerum communium niſi ali-
ter conſtet de eius animo, uel niſi ſe exten-
dat in plus quam uſus communis expoſtu-
lat, caſus eſt notabilis in l. duo fratres in-
fra eo.ex quo propter partem quem habet
cenſetur dictis reb.uti potius iure proprio
65 quàm iure hæreditario.† Quod facit ad id
quod dicimus in optimo ſimili . Nā ſi duo
ſocij habent domum communem , & alte-
ro abſente unus ſocius habitauit totum do
mum non poteſt ſocius abſens petere pen-
ſionem pro medietate habitationis:quia li
le habitans cenſetur habitaſſe propter ius
ꝙ in ea habebat. ita tenet Bald.in c.impe-
rialem.§.prætereà ducatus. de prohi. feud.
alie.p Fed.& Pet.de Vbal.in tract.de duo.
66 fra.in 8.quæſt.5. partis ubi plene.† Octa-
uo limita non pocedere quando quis prote
ſtaretur ꝙ per talē actum non intendit adi
re hæreditatem,ſed potius intendit rem hę
reditariam detinere cauſa cuſtodię uel pie
tatis : uel gubernationis : uel alio modo ut
hæres nam tunc non cenſetur adire: & iſta
proteſtatio prodeſt in omni actu quē quis
facit gerendo pro hærede ut non uideatur
adire.ita tenet Bar.in lectu.l.ſcriptus.ſuprà
de relig.& eſt tex.in l. pro hærede.§.1.īfra
eo.& not. Soc.in conſi.45.colum.2.in 3.vo
lu.& Pet.Phil.Cor.in conſi.310.col.1.in 3.
67 uolum.† Decimoſexto principaliter indu-
citur aditio eo ipſo,quòd tutor infantis ſo
lus ingreditur de facto fundum hæredita-
rium hæreditatis delatæ infanti:nec requi-
rit quod aliud dicat,ſed ille ingreſſus ſuffi
cit,ita dicit Bal.in l.potuit in 10.q.C.de iu
re delib. & hoc eſt utile quia mortuo infan
te tranſmittet hæreditatem illam ad hære
68 des proximiores. † Decimoſeptimo indu-
citur aditio ſi is cui delata eſt hęreditas;fa
cit aliquam trāſactione uel compromiſſū:
cū legatarijs qui debent cōſequi legata ex
eadem hæreditate.ita tenet Bald.in conſil.
69 272.in 5.uolum.† Decimooctauo induci-
tur aditio ſi quis hæres inſtitutus ab aliquo
antequam adiuiſſet hæreditatem mandaſ-
ſet hęredi ſuo,uel alij quod ſolueret legata
primis legatarijs:quibus erant relicta p te-
ſtatorem qui eum fecerat hæredem : nam
per talem mandatum cenſetur adire: idem
ſi mandaſſet ſolui alia onera hæręditaria il
lius hæreditatis ſibi delatę.ita tenet Bal.in
conſ.

70 conſ.71.in 5.uolumin.† Decimonono in-
ducitur aditio eo ipſo quod aliquis conſti
tui t procuratorem ad adeundam hęredita
tem:quia hoc ipſo uidetur adire ſecũdum
gl.& Bar.in l.Paulus reſpondit per procura
torem infra eo. & Bar.in l.filio. C.de iure
deliberan. & gl. in l.ſerui electionem infra
delega.1.& Bal.in l.1.col.8.in 30.oppo.C.
qui admi.idem quando conſtituit,ꝓcurato
rem ad donandum uel uendendum aliquã
rem hæreditariam ; quia ex hoc cenſentur
adire ita tenet Pet.Phi.Cor.in cõſi.79.co.
71 2.in fin. in 4.uolum.† Viceſimò inducitur
aditio eo ipſo, quòd aliquis patitur alium
gerere ꝓ hærede nomine ſuo ita dicit Bar.
72 in l.ſi filius ſupra de tutelis. † Viceſimo
primò inducitur aditio eo ipſo quod quis
ſoluit debitum hæreditarium.l.ſecundum,
C.de iure deliberandi. & not.Petr. Philip.
Cor.in conſi.310.col.1.in 3.uol.& Alexan.
in conſi.32.col.1. in 3.uolum.& tex.in l.pa
rentibus.§.1.C.de inoffi teſt. & Bal.in l.po
tuit.in 30.C. de iure deliberãdi .niſi ſolučs
fuerit contrarium proteſtatus quod nõ ſol
uebat ut hæres,quia tunc non habetur pro
adeũte vt no.Cy.& Bal.in d.l.2 & Pet.Phi.
Cor.in conſi.prædicto.310.Et prędictis ad
73 de Soc.in cõſ.45.in 4.uol.† Viceſimoſecũ
dò inducitur aditio eo ipſo, quòd quis im-
plet conditionem ſub qua fuerat hæres in
ſtitutus: quòd habet locum ſolum in pu-
pillo ſine tutore. l. conditionibus pupillus
infra de cond.& demon.& not.Alex.in l.bo
norum.uerſi.3.C.qui admit.ſecus eſt in ma
iore regulariter : quia per implementum
conditionis non inducitur aditio: niſi con-
ditio conſiſteret in declaratione uoluntatis
ipſius inſtituti,l.Antiſt ius.infra eod.& not.
Bart.in l.iam dubitari ſupra de hęred.inſti.
& habetur in l.ſi quis ita. ff.de condi.inſti.
& Bar.in l.1.ſupra de condi.ob cauſam.
74 † Viceſimotertio inducitur aditio eo ipſo
ꝙ hæres ſoluit legata:nam per talẽ ſolutio
nem cenſetur adire ſicut per ſolutionem a-
liorum debitorum hæreditariorum,ita te-
net Pau.de Caſt.in conſi.292.col.3.uerſi.ſu
per 2.in 2.uolum.& Socin.in conſ.295.col.
75 2.in 2.uolum.†Viceſimoquarto inducitur
aditio eo ipſo quod tutor infantis ſcribit in
inuentario qualiter inuenit ius acquirendi
hæreditatẽ infanti: & ſic eo ipſo quod ius
acquirendi hæreditatem deſcribitur in in-
uentario cenſetur adita pro infante. ita te-
net Bart.in l.potuit.in tertia oppo.C.de iu
re delib.Idem ſi tutor ſcribi faciat enuncia
tiuè ĩ inuentario:ut ſi dicat,talis res de hę-
reditate Titij:nam ex hoc cẽſetur adita hę
reditas Titij : ita not Bar. in d.l.gerit.col.
pe.uer.iuxta hoc quæro,&c.infra eod.
76 † Viceſimoquinto inducitur aditio eo ip-
ſo ꝙ filius pſeuerat poſt mortẽ patris in ſo
cietate contracta per patrem,caſus eſt in l.
ſi pupillus §. ſi in ſocietate infra eo.tit.
77 Viceſimoſexto inducitur aditio ſi debitor
teſtatoris inſtituitur hæres : & adueniente
termino ſolutionis ſoluit debitum: uidetur
per hoc adiuiſſe: ut euitetur periculum mo
rę:quia uidetur habuiſſe animum offendẽ
di debitum per ſucceſſionem: iuxta ea quę
habentur in l. Vranius infra de fideiuſ.Ita
tenet Bar.in d.l gerit col. antepen.uerſi.ue-
nio ad quartum, & in ſua diſputatione in-
cipiente, debitor, & Alex.in l. non hoc.C.
unde cog. & Pau.de Ca.in l.cum antiquio-
78 ribus.C.de iure delibe. †Viceſimoſeptimo
ſi hæres exigat uel recipiat debitum hære-
ditarium,per hoc uidetur adire hæredita-
tem ſecundum Bar. in l.imperatores.§.ſi de
bitor ſupra de tranſact. & Bal.in l.nõ hoc,
unde cog.& Alex.in conſi.32. in 3.uolum.
79 † Viceſimooctauo ſi res manumittit ſer-
uum hæreditarium cenſetur adire hæredi-
tatem,tex.eſt in l.ſi pupillus.§.ſi ſeruum in-
80 fra eod. † Viceſimonono ſi maritus mor-
tua uxore uendidit ueſtes uxoris , uel illas
dedit pauperibus pro eleemoſina : uidetur
per hoc adiuiſſe hæreditatem uxoris ſi erat
ſibi delata , uel pro filijs infantibus ſi erat
eis delata:hoc eſt ueram ſi illæ ueſtes erant
quotidianæ & uiles,ſecus precioſæ uel feſti
uæ quia tunc non cenſentur adita ita dicit
Bart.in l.ex anno ſupra de do.int. uirum &
uxorem,& in d.l.gerit.colum.6.& Bal.in l.
cum te.col. fi.C. de dona.ante nup. & ratio
eſt quia ueſtes precioſæ ſunt uiri,& ei reſti-
tuuntur ſoluto matr.ex quo non cenſentur
donatæ uxori : ſecus in uilibus & quotidia
nis,quia ille ſunt uxoris & ad hæredes uxo
ris tranſeunt ſecundũ Bar.in l.in his,l.1.ſu
pra ſol.mat.& Bal.in d.l.cum te.& Alex.in
conſi.42.colum.6.in prin.in 1.uol.Et Paul.
de caſt.in conſi. 429. in 2.uolum. unde im-
miſcendo ſe in eis uidetur ad re , quia non
poteſt ſaluari citra ius & nomen hæredis.
†Trice-



81 † Triceſimo inducitur eo ipſo quod quis
locat alteri rem hæreditariam, l. pro hęre-
de,§ proinde infra eodem & Alexand.in cõ
82 ſil.32.colũ.1. in 3.uolu.† Triceſimoprimo
inducitur aditio ſi filius fecit expenſas in
funeribus patris , quod tamen intelligitur
de expenſis non neceſſari funerij, uel ſi fe-
cit alias eleemoſinas non neceſſarias fune-
ri.Ita tenet Barto.in.d.l.gerit. colum. 6. in
eodem, ſecus ſi feciſſet expenſas funerales
neceſſarias ipſi funeri : quia non uidetur
per hoc a[illegible] tex. eſt in l. & ſi quis, §. ple-
rique ſupra de religi Quę autem ſint expen
ſæ neceſſariæ funeris traditur in d.l.ſi quis,
§. funeris . Idem ſi ſepeliuit defunctum ,
quia non uidetur adire, ut eſt tex.in l. ſcri-
83 tus , in prin.ſupra de religio.† Triceſimo
ſecundò.Quid ſi filius fecit pacem cum oc-
ciſo ribus patris & accipit pecuniam pro pa
ce facta de morte patris, an per hoc uidea-
tur aditę hęreditatem patris,dic quod non.
Ita tenent Bar.& Alexan.in l. pro hærede ,
§.ſi infra eo.& Bar. in l.pen. infra de ſepul.
uio.& Bart.in l.ſi filius qui patri in fin.& ibi
etiam Alex.col.penul. ſupra de uulg. & pu-
pil.& Bald.in l.eum qui.C.arbi.tut.Et gl.in
l.uenditor ex hæreditate in uerſ. propter ne
gotiationem,ſupra de hæredit uel act.uen.
84 † Triceſimotertiò . Quid ſi filius cui erat
delata hæreditas patris fecit collationem
bonorum fatri ſuo , an per hunc actum ui
deatur adire hæreditatem patris ? dic quod
non ita tenent Bal. & Ange. & Alex. &
communiter doct. in l. ſi filius ſupra de
condi. ob cauſam per illam. l. Ego tamen
conſidero quod ſaltem in puncto iuris poſ-
ſet ſuſtineri contrarium ſcilicet quod imo
per collationem indducatur aditio ex ratio
nibus infraſcriptis. Et primo quia collatio
fuit inducta ex quadam naturali æquitate,
ut ille, qui uult ſuccedere conferat bona ,
quæ acquiſiuiſſet illi de cuius hæreditate
agitur, ut dicit tex in l.1.in princ.de collat.
bo.& not.moder.in rubr.C.de colla. & non
tenetur filius aliter conferre fratri ſuo niſi
quãdo vult ſuccedere,l.1.in prin.& l.fi.infra
de colla.dot.& l.filiæ dotem, C.de collatio.
ſi ergo filius contulit bona ſua uidetur per
hoc declaraſſe ſuam uoluntatem quod uo-
lebat ſuccedere , per quam declarationem
animi,& uoluntatis inducitur aditio , d. l.
gerit,cum ſua materia . Secundò moueor ,
quia de neceſſitate filius conferendo bon
non poteſt habere alium animum niſi ad
eundi , quia ſi talem animum non haberet
ueriſimiliter non conferret, cum nemo pręſumatur iactare ſuum , l. cum de indebito
ſupra de probat quia aliàs cenſerentur do-
nare , & de iure donatio. nunquam præſu-
mitur quando alia coniectura capi poteſt ,
ut habetur in dec.44.conſilij Neapol.col:6.
uerſicu. 8 imò potius præſumitur fatuitas
quam donatio, ut dicit Bal. in l. generali-
ter, C.de non num. pecu. ideo quia remota
coniectura donationis in caſu iſto non ca-
dit alia coniectura quàm aditionis , ergo
præſumitur aditio . Tertio moueor opti-
mo ſimili , nam filius non tenetur ſoluere
debita paterna,niſi ſe immiſceat hæredita-
ti,& ſic niſi uelit eſſe hæres,l.neceſſarijs,in
fra eo. & tamen eo ipſo quod ſoluit debi-
tum creditori hęreditario cenſetur adire
hęreditatem,l.2. C.de iure delibe. Ita ergo
& in caſu noſtro filius conferendo cenſetur
adire : quib. alias non tenebatur conferre
niſi eſſet hæres per ſupradicta.Quarto con
ſidero,quia filios hæres cui eſt facienda col
latio per fratrem , eſt creditor ad id quod
ſibi contingit per collationem , quod patet
quia poteſt compettere fratrem ad conferẽ
dum ſi ſe immiſceat d l.1.in princ. infrà,de
collatio. dot. & d.l.filiæ dotem.in uerſi.co-
gantur.C.de collatio.ergo ſi ſunt ſibi colla-
ta bona, cenſetur eſſe ſibi ſolutum illud ad
quod frater tenebatur, meritò per talem ſo
lutionem inducitur aditio ſicut per ſolu-
tionem alterius debiti . Quinto moueor ,
quia collatio non habet locum niſi inter
hæredes,l.1. §. inter eos,infra de colla. bo.
quod patet ad ſenſum, quia omnia iura lo-
quentia de collatione loquuntur ſolum in-
ter ſuccedentes,& ſic inter hæredes, ut ha-
betur plenè per Barto.in l. pater filium in-
fra de collatio.dot. & per Bar. & omnes do
ctores in l. ſi emancipati. C. da collatio &
no.plenè Pet.Phil.Corn.in conſil.272.in 1.
uolum.is ergo qui confert facit actum ſpe-
ctantem ad hæredem , ergo ex hoc ipſo a-
dit,quia talis actus ſaluari non poteſt citra
ius & nomen hæredes, lege pro hærede, §.
Papinianus infru eod. Sexto & ultimo con
ſidero, quia negari non poteſt, quin aditio
hæreditatis ſit antecedens ad collationem ,
nam primo aditur hæreditas , & deinde

ſit collatio, quod patet quia non poteſt
quis compelli ad conferendum, niſi ſe pri-
mo immiſcuerit.d.l.1.& l.fina. infra de col-
latio. dot. Sed ille qui uult conſequens,
uidetur uelle eius neceſſarium antecedens,
l.ad legatum, & l.ad rem mobilem ſupra
de procuratoribus, & l. illud infra eod. Se-
quitur ergo quòd filius qui facit collatio-
nem, quæ eſt quid conſequens cenſetur
uelle adire quod eſt antecedens & hoc ar-
gumento in ſimili vtitur. Petr. Philip. Corn.
in conſil.52.col.1.& conſil 211.in princi.&
col.3.in 2.uolum. ſuper illo articulo, quod
cedens aliquod ius hæreditarium cenſetur
adire hæreditatem, per illam rationem, &
retenta iſta opin. poſſet de facili reſponde-
ri ad d.l.filius ſupra de condict. ob cauſam,
nam illa lex loquitur in agnoſcenda bono-
rum poſſeſſione in qua uerum eſt quòd non
cenſetur agnita per collationem, quia in a-
gnoſcenda bonorum poſſ. non ſufficit ſola
uolũtas nec animus, ſed requiritur factum,
ſcilicet additio iudicis & quod agnoſcatur
in iudicio, alias nunquàm cenſetur agnita,
ut nota. Bald. in l.1.colum.8.in 26.oppo. C.
qui admit.& eſt text. in l.ultim.eod.titu.ſed
ſecus eſt in aditione hæreditatis, in qua ſo-
la uolũtas ſufficit, ut d.l.gerit, & d.l.ſi auia,
& iſtam rationem ſentit propriè Alex.in d.
l.ſi filius. Non obſtant ea quæ dicunt Sal.&
Alexand. in d.l.ſi filius, ubi ponunt ſimile de
eo, qui implet. conditionem, quia non per
hoc uidetur adire, quia illa ſimilitudo
non eſt, & longè diuerſus eſt ille caſus ab
iſto. Nam implere conditionem, eſt quid
antecedens ad aditionem, quòd eſt præpa-
ratorium neceſſarium ad eam, vnde qui fa-
cit tale pręparatorium non uidetur adire ſe
cundum Bart. in d.l.gerit.in 4.col.& maxi-
mè quia antecedens non ſapit naturam cõ
ſequentis, licet ſecus econtra, ut not. Bald.
in l.quoties. la 2. in fin. C. de fideicommiſ.
Item iſti ſunt duo actus ſeparati ſcilicet im
plere conditionem, & adire hæreditatem,
& unus poteſt ſtare ſine alio abſq; eo quod
præſumatur uoluntas adeundi, nam per im
plementum conditionis purificatur inſtitu-
tio, & ſic remanet tunc, ac ſi pure eſſet in-
ſtitutus, quo caſu eſt in poteſtate ſua, an
adeat, uel non ita colligitur ex nota. in l. An
tiſtius, infra eod. & in d.l.1. ſupra de con-
dictio. ob cauſam, quæ omnia ceſſant in

collatione, quæ eſt quid conſequens, & qui
incipit a conſequenti. de neceſſitate uide-
tur uelle eius antecedens per prædicta.
85 † Triceſimoquartò. Quid ſi aliquis eſt hæ
res inſtitutus ſub modo iuxta ea quæ habẽ
tur in l.quibus diebus.§.Termilius infra de
condict.& demonſtrat. an adimplendo mo-
dum cenſeatur adire dic quod ſic, Ita tenẽt
Bald.& Alexand. in d.l.1.ſupra, de condict.
ob cauſam.
86 † Triceſimoquintò inducitur aditio ſi filius
repudiauit paternam hæreditatem: & dein
de per interpoſitam perſonam emit bona
patris, per talem fraudem inducitur aditio
ex illa emptione caſus eſt in l.ſi is qui bonis
infra eo.& not. Bal. in l.2.C.de repud. hęre.
87 † Triceſimoſextò. Si filius occultauit ali-
quid de bonis patris, & poſtea repudiauit
hæreditatem, nam propter dictam occulta
tionem habetur pro adeunte, & poteſt con
ueniri a creditoribus. Ita tenet Ange. per
illum tex. in l.ſi ſeruum.§. prætor infra eo.
& Bald. in l.ulti.§. cum igitur. colum.3.C.
88 de iure deliberand. † Triceſimoſeptimò
inducitur aditio eo ipſo quod filius capit
alimenta de fructibus bonorum patris, ſe-
cundum Angel. in d.l.ſi ſeruum. §. prætor
89 infra eod. † Triceſimooctauò. Si filius pri-
mo repudiauit paternam hæreditatem &
deinde reperitur poſſidere rem hæredita-
riam præſumitur adiuiſſe & reuocaſſe re-
pudiationem, quia permiſſum eſt filio poſt
repudiationem, iterum ſe immiſcere, ut eſt
text. in l.ulti. C.de repudia. hæredi. iſtud eſt
quod uoluit Bald. in l.2.C.eo.titul. de repu
dia.hæredi.
90 † Vnum tamen ſcias pro complemento pręͅ
dictorum quod ubicunque eſt inductum à
iure quod ex aliquo actu prædictorum præ
ſumatur aditio, debet ſemper dicta aditio
allegari per eum, qui ſe fundat ſuper ea, a-
lias non prodeſt probare actum niſi allege
tur aditio, ita ſingulariter dicit Alex. in cõ
ſil.94.colum.3.uerſicu. plus dico. in ſecundo
uolumine.& habetur in deciſ.14.conſ. Nea
91 polita. in 2.column. † Facit quod dicimus
in ſimili. Nam licet de iure præſumatur
bona fides. l. penultim. C. de euictio. debet
tamen allegari, alias talis præſumptio nil
releuat. Ita tenet Ange. in l. ſuper longi. C.
de præſcrip. longi tempo. & Bald. in cap.
ſi quis per triginta. ſi de feu. fuerit contro.
†Idem.



92 † Idem dicimus ubicunque ex poſſeſſione
aliquis præſumitur dominus, iuxta nota.
per Bar. in l. quidam in ſuo ſupra de con-
dit. inſtit. debet dominium allegari, alias
non prodeſt, ut no. Bar. in l.rem alienam
ſupra de pigno.actio. Et pręͅdicta tenet etiã
Alexan. in l.à diuo pio §. ſi ſuper rebus co-
lum.5.infra de re iudi. Et idem dicimus ge
neraliter ubicunque ex aliquo actu ius pręͅ
ſumit aliquid, ſemper debet illud præſum-
ptum allegari, ut notat plenè Iaſ. in l. cum
quid. col.6. & 7. & 14. & 15. ſupra ſi cert.
pet. ubi plura exempla cumulat in hac ma
teria. Et pro hoc ſolet allegari tex. in l. ſi a-
dulterium cum inceſtu.§. idem pollioni in
93 fra de adult. † Quibus adde quod talis alle
gatio poteſt fieri de iure etiam poſt conclu
ſionem in cauſa diſputationibus & iurum
allegationibus. Ita ſingulariter tenent An
ton. de Butr. & Ioan. de Imo. in cap. perue-
nit de emptio.& uenditio. & habetur in de
ciſ. 178. conſil. Neapol. in fin. Quod nota
multum pro limitatione iurium dicentum
ꝙ poſt cõcluſum in cauſa nemo loquatur.
94 † Item prædictis adde, quòd in caſibus pręͅ
miſſis probatur aditio hæreditatis etiam
per teſtes ſingulares; quia ad probandum
actum ſucceſſiuum prout eſt geſtio pro hæ
rede admittuntur teſtes ſingulares, & ple-
nè probant. Ita notantur tenet Socin. in cõ
95 ſi.295.colum.3.in.2.uolum. † Supereſt mo
do uidere per quos actus inducatur repu-
diatio, ſuper quo breuiter concludo quod
repudiatio fit duobus modis ſcilicet expreſ
sè uel tacitè. Expreſsè inducitur repudia-
tio quando quis deliberate utitur uerbis
denotantibus repudiationem uel abſten-
ſionem, & poteſt talis declaratio repudia-
nis fieri, uel in iudicio oretenus, uel in ſcri
ptis oblata de hoc petitione, uel extra iu-
dicium coram teſtibus, cautius, tamen eſt
facere eam ſcribi per notarium & coram
teſtibus publicari, ad hoc ut facilius proba
ri poſſit. Quid autem ſi dicat quis. Nõ ſum
hæres, uel nolo eſſe hæres, uel nolo adire,
an per hęͅc uerba inducator repudiatio, uel
per ſimilia, uide plenè per Angel. & Alex.
in l.qui ſe patris, & ibi cõmuniter doctores
C. unde libe. Et Bart. in l.filij infra ad Ter-
tu.& in lege, ſi quis ſuus ſupra de iure de-
96 liber. † Item inducitur repudiatio eo ipſo
quòd hæres petit à uenientibus ad inte-

ſtato, uel à cohærede totum illud, quod
defunctus ſibi debebat. Idem ſi reſtituit,
uel ſoluit totum illud, quod ipſe debebat
defuncto, quia per hoc apparet quod non
uult eſſe hæres, unde inducitur repudiatio
ita Socin. in conſi.45.in 2.col.in 4.uolum.
97 † Tacitè autem cenſetur repudiata hære-
ditas per lapſum temporis ſtatuti ad acqui
rendam hæreditatem, ſcilicet per lapſum
unius anni utilis, uel centum dierum uti-
lium excluditur quis à petẽda bono. poſſ.
l.1.§ largius infra de ſucc.edic.& l.2.C.qui
admit.& hoc eſt iure prætorio. Item per la
pſum triginta annorum continuorum ex-
cluditur quis ab hæreditate adeunda de iu
re ciuili. l.licet. Et ibi gloſſ. Bald & doctor.
C.de iure delib.& iſta plenè tangit Pet. Phi
lip. Corn. in conſil.202.col.6.& 7.in.2.uo
lumi & in cõſil.16.& conſi 299.col.2.& 4.
in 3.uolu. Et ſic lapſo dicto termino indu-
citur repudiatio, ut notat. Bald. in l.1.in 3.
98 notat in 26.oppoſitio. C.qui admit. † Iſtud
tamen quod dicitur de 30.annis, limitatur
primò ſecundum Bart. non procedere, quã
do filius eſt præteritus, alio hærede inſtitu
to, nam ſi filius tacet per annum, & non di
cit teſtamẽtum nullum cenſetur repudiaſ-
ſe hæreditatem non expectato aliter lapſu
triginta annorum. Ita dicit Bart. in l.ſi im
pubes.§.quæſitum infra de Card.edict. per
illum tex.& in l.filio præterito ſupra de in
iu.rup. reſta. Et licet Bar. ita teneat, tamen
eius opinio in hoc communiter reprobatur,
tur, & contrarium tenet Bald. in l.1. C.de
ſuis & legiti.& in l.poſthumo.colu.1.C.de
bon.poſſeſſ. contra tabu. Et ibi etiam An-
ge.& Lud.Roma.& communiter docto.&
Bald.& Paul.de Caſtr. in d.l.filio pręͅterito,
& Alex. in d.§.quæſitum, in add. ad Bart.&
Pet. Philip. Cor. in cõſ. 202. col. penul. in 2.
uolum. ubi dicit communem eſſe opinio-
nem contra Bart.& ratio patet ad ſenſum:
quia licet filius tacendo per annum perdat
bon.poſſ. contra tabulas de iure prætorio,
non tamen perdit ius dicẽdi nullum de iu
re ciuili: nec petitionem hæreditatis, quæ
ra ſunt perpetua, & durat triginta annis,
99 unde hæc limitatio non tenetur. † Secũdò
limita prædicta niſi hæredi eſſet datum tẽ-
pus ad deliberandum per iudicem ad in-
ſtantiam ſubſtituti, an uelit adire uel ne, qa
elapſo illo termino ſi nihil dicit, habetur

pro repudiante, non expectato aliter lap-
ſu triginta annorum. Ita dicit Barto.in l.
quandiu 3.infra eo. ubi dicit ſecus eſſe quã
do datur tempus ad inſtantiam creditoris,
quia tunc elapſo termino habetur pro ad-
eunte. Talis enim contumacia ſemper in-
terpretatur præiudicium hæredis,& ad vti
litatem eius qui facit dari dictum terminũ.
l.de ætate.§. qui tacuit ſupra de int.act. ita
etiam tenet Alexand. in l.ultim.§.penul.C.
de iure delibe. & ibi etiam Barto. Et iſtud
tempus quod datur per iudicem ad liberan
dum, non debet eſſe minus centum diebus.
l.1.§.ait prætor cum l.ſeq. ſupra de iure de
liber.Et ibi Barto.
100 † Tertiò limita non procedere filio, qui
licet ſteterit p triginta annos & non adiue
rit per paternam hæreditatem, tamen re-
manet ſolum excluſus ut filius, unde habe-
bit alios triginta annos,poſtea tãquam pro
ximiores agnatus & legitimus hæres,& ſic
poterit, ideſt, infra ſexaginta annos adire,
ita multum notabiliter tenet Bald.in d.l.li-
cet uerſicu,quarto quæritur. C.de iure deli-
ber.& ibi ipſum ſequit Ange. Pau.de Caſt.
Alexan.Idem tenet Alex.in conſi.89.incip.
uiſo puncto &c.colum.2.in 2.uolum.Et aſ-
ſignant præfati docto. rationem quia ſicut
ſe habet annus, de iure prætorio in mate-
ria ſucceſſorij edicti, ita ſe habent triginta
anni de iure ciuili, ſed filius elapſo primo
anno ad petendum bonorum poſſeſſio.ha-
bet alium annum tanquam legitimus, non
autem centum dies, l.penultim.§. filius in
fra quis ord. in bonorum poſſeſſion.ſer.ne.
& l.1.in fin.infra de ſucceſ.edict.quia filius
excluſus, ut filius ſuccedit ſibi ipſi,ut agna-
tus.l.1.ſed uidendũ infra de ſucceſſo edict.
ergo eodem modo habebit triginta annos
de iure ciuili. Idem etiam tenent communi
ter moder.in l.qui ſe patris. C.unde liber.
101 † Quartò limita non procedere in filio,
uel alio legitimo hęrede inſtituto quia ſi ſte
tit per triginta annos & non adiuit hære-
ditatem ex teſtamento poterit infra alios
triginta annos illam adire ab inteſtato,tan
quam proximior in gradu. Ita dicit Bald.
in d.l.licet & ibi etiam Alexand.& commu
niter docto.& Bartol.in conſil. 129. incip.
Quidam habuit uxorem &c. & Alexã.in d.
conſi.89.in 1.uol.
102 †Ex quibus infert ſingulariter Bald.in d.
l.licet quem ibi ſequitur Alexan. ꝙ ſi filius
ſtetit per annum, & non adiuit hæreditatẽ
matris & elapſo anno mortuus fuit trãſmit
tit ius deliberandi ad quencunque hæredẽ,
quia primum annum habebat ut filius: ſe-
cundum uero annum, ut legitimus hæres,
ſic infra duos annos tranſmittitur ius deli-
berandi quando ſumus in filij,quod eſt ual
de notandum pro intellectu l.cum antiquio
ribus C.de iure deliber.
103 † Et in hoc differt renuntiatio tacita ab
expreſſa, quia is qui expreſsè repudiat hæ-
reditatem ſimpliciter, etiam ſi ſit filius cen
ſetur excluſus ab omni iure tam prætorio
quam ciuili. Ita tenet Alex. in l.ſuum.C.de
iure deliberand.& Bar.in l.nec is.§.1.ſupra
eo.Item cenſetur excluſus tam ex capite li-
berorum quàm agnatorum,ut eſt glo.ſingu
laris in d. l.1.§. ſed uidendum infra de ſuc-
ceſſ.edict. quam ſequitur Iaſ.in d.l.licet in
fin.C.de iure deliber. ſecus eſt in eo qui ta-
citè repudiat per lapſum temporis,ut ſupra
& no.glo.in fin.in l.1. & per docto. C.qui
admit. Et prædicta etiam tenet Bal. in l.1.
colum.2.in fin.C. quando non pe.par. ubi
etiam plus dicit,quòd ſi quis renuntiat poſ
ſeſſioni unius rei hæreditariæ cenſetur to-
tam hæreditatem repudiare, ſicut econtra,
per poſſeſſionem unius rei cenſetur tota hę
reditas adita,ut ſuprà,ſecus eſt ſi renuntiat
uni iuri tantum, ſcilicet de iure prætorio
quia poteſt adire de iure ciuili, & econtra
ſecundum Bal.ibi in d.l.1. & ſentit Bar.in
d.l.nec is.§.1.ſupra eo.Ex prædictis textua
libus, & alijs ad materiam huius tituli fa-
cientib.uenio ad apparatũ, & primo ingre
dior gl.unicam ſuper iſta l in uerſiculis po
teſt repudiare. Quam glo.pro clariori intel
ligentia & faciliori declaratione diuido in
duas partes principales. In prima parte po
nit nouem requiſita quæ requiruntur ad
hoc ut quis poſſit adire hæreditatem, quo-
rum ſi aliquod deeſt adiri non poteſt. In
ſecunda parte uult tollere per modum ex-
ceptionis quædam contraria quæ poſſent
formari contra iſtam legem. Secunda
pars incipit ibi ſed regula huius.l fallit.&c.
104 † Pro expeditione igitur primę partis hu
ius glo. quæro quæ requiruntur ad hoc, ut
quis poſſit adire hæreditatem, gl.reſpõdet,
quis autem & quãdo poſſit adire,&c.Et ſic
ſenſus glo.eſt deſignare habilitatem perſo-
næ



næ & temporis,dum dicit quis & quando,
& licet Barto.hic in princ.dicat quod glo.
ponit quinque quæ requiruntur ſuper ha-
bilitate perſonæ, ſcilicet quis poſſit adire,
& quinque alia quæ requiruntur quando
poſſit adire. Et ſic ſecundum Bartol. ui-
dentur decem requiſita, tamen in rei ue-
ritate ſunt tantum nouæ quæ numerantur
in effectu. per iſtam gloſſ. uidelicet pri-
mum quòd ſit homo liber. Secundum qđ
ſi paterfamilias. Tertium quod compos
mentis. Quartum quod maior uiginti-
quinque annis. Quintum, quod ſciat te-
ſtatorem eſſe mortuum: Sextum quod
ſciat delatam ſibi eſſe hæreditatem. Septi-
mum quod ſciat teſtatorem potuiſſe teſta-
ri. Octauum, quod ſciat qualiter nullus eũ
præcedit in ſuccedendo. Nonum & ulti-
mum quod ſciat ex qua cauſa delata eſt ſi-
bi hæreditas, ſcilicet ex teſtamento, uel ab
inteſtato de ſingulis igitur diſcutiamus.
105 † Reuertor igitur ad primum quod eſt
ſecundum gloſſ.quod ſit homo liber. Iſtud
dicitũr ad differentiam ſerui, quia ſeruus,
cui delata eſt hæreditas, non poteſt de per
ſe illam adire, ſed eſt neceſſe quod inter-
ueniat iuſſus domini præcedens in adeun-
do.l.ſi quis mihi bona.§. 1.& §.iuſſum,& l.
Antiſtius, §.1. infra eod. Alias autem ſine
iuſſu domini adire non poteſt ſeruus, & ra
tio quia ſeruus eſt penitus incapax eo-
rum quæ ſunt iuris ciuilis, & mortuo æqui
paratur, l.quod attinet, & l. ſeruitutem
106 infra de regulis iuris.† Amplia iſtud pro
cedere etiam in ſeruo pœnæ, prout eſt is
qui damnatur in metallum, uel ad beſtias
propter delictum, nam ſtatim lata ſenten-
tia perdit ciuitatem, & libertatem, & per
conſequens perdit teſtamenti factionem:
actiue & paſſiuè: quia non poteſt teſtari:
nec hæres inſtitui: nec poteſt aliquo modo
hæreditatem adire, quia eſt ſæruus pœna:
non autem fiſci uel Cæſaris: unde ſi hæres
inſtituatur pro non ſcripto habetur text.
eſt in l. ſi quis mihi bona.§.ſi qui plane. in-
fra eod.& in l.eius qui.§. finali. & ibi gloſſ.
& Bartol.ſupra de teſtament.unde talis hæ
reditas ibit ad ſubſtitutum ſi habet uel
ad coniunctum uel aduenientes ab inte-
ſtato. l. unica. §. 1. C.de caducis tollendis,
& notat gloſſ.in dict.§.ſi quis plane, & l. ſi
in metallum infra de his quæ pro nõ ſcrip.
107 ha. & l. quidam infra de pęnis.† Secũdo
amplia & multo fortius procedere idem in
damnato ad mortem propter delictum, nã
eo ipſo qđ eſt lata ſententia contra ipſum
ad mortẽ eſt effectus ſeruus pęnæ,& per cõ
ſequens inteſtabilis actiue & paſſiue. l. qui
ultimo infra de pęnis. Et notat Bart. in d l.
eius,qui.§.ſi cui,& probatur in dict. §. quis
108 plane in uerſi.ad gladium,&c.† Quod ta
men limita non procedere quando damna
tus appellauit, quia pendente appellatione
reſcinditur effectus ſententiæ:adeo quod ſi
moritur interim dicitur mori teſtabilis &
non ſeruus text.eſt in l. qui à latronibus,§.
ſi.ſupra de teſtam.& ſic per conſequens poſ
ſet tunc adire, niſi in caſibus exceptis per
gloſſ. & Bartol. in l. ſi quis filio exhæreda-
to. §. hi autem ſupra de iniuſt. rupt. teſta.
& prædicta notat etiam gloſſ.in d.l. qui ul-
timo infra de pęnis, & Alexan. in additio-
nibus ad Barto.in d.l.eius qui.§. ſi cui,& ui
de omnino Bald.in conſi.382.in 1. uolum.
109 † Et intantum hoc eſt uerum quod non
ſolum ipſe damnatus poteſt appellare,iux-
ta l. addictos, C. de appella. & l. addictos.
C. de epiſcop. audien. Sed etiam eius hæ-
res poteſt appellare poſt mortem damna-
ti: dummodo appellet infra decem dies à
die latæ ſententiæ: & talis appellatio ope-
ratur multum quo ad bona, adeo quod
trahitur retro & fingit damnatum non eſ-
ſe mortuum ſeruum ſed liberum, & per
conſequens eius teſtamentum reconuale-
ſcit. Ita multum ſingulariter & plene tra-
dit Bald.in l.1.colum.4.circa fi.& ibi etiam
Alexand.in additioni.C. de delict. defunct.
Et idem Bald.in l.3.columna penultima.C.
ſi penden. appella. mors interue. ubi plus
dicitur quod hanc appellationem debet fa-
cere hæres non nomine defuncti: ſed no-
mine proprio pro commodo, bonorum,
ex quibus infertur quod ſtante dicta appel-
latione valeret aditio facta per damna-
tum. Item potuiſſet tranſmittere hæredi-
tatem,uel eius deliberãdi in caſibus in qui-
110 bus liber homo tranſmittit.† Limita ſe-
cundo non procedere quando ſententia eſ
ſet notoria iniuſta per quam fuit quis dam
natus ad mortem; nam tunc etiam ſine
appellatione talis damnatus eſt teſtabilis,
ſecundum Bald.in d.l.colum. penulti. uer-
ſic.& hoc eſt vtile ſcire &c.Et Bald.in repe-
ti.

tit.l.1.colum.3.in princip.C. de ſacroſanct.
eccleſ.& Bald.in d.conſi.382.in 1.uolumi.
111 † Limita tertio non procedere quando-
quis eſſet damnatus: ut proijciatur de fe-
neſtris,ita quod moriatur, nam ſi proijci
tur & non moritur non efficitur ſeruus pę
næ,ſed remanet capax,ita tenet Angel.in l.
quis in bona. §. ſi quis plane,ponderando
gloſſ.ibi infra eodem quem ibi refert, Ale-
112 xand. † Limita quarto non procede-
re quando quis eſſet damnatus ad aliquam
pœnam à iure prohibitam,ut puta ad per-
petuum carcerem, quæ pœna eſt prohibi-
ta.l.incredibile,C.de pœnis nam tunc non
efficitur ſeruus pęnæ. ſecundum Angel. &
113 Alexand.in d.§.ſi quis planè.†An autem
hodie iſta iura ſint correcta per ius authē.
per quod eſt inductum quod nullus homo
bene natus hodie efficitur ſeruus per ſup-
plicium,ut dicit text.in authen. ſed hodie,
de donatio. inter uir. & uxor. Dic quod
non,nam illa authent.loquitur in damna-
tis,qui non moriuntur naturaliter. Iura er
go loquentia de damnatis ad mortem re-
manent incorrecta. Ita intelligitur illa au-
then.& dicit ibi gloſ.& no.Bar.in d.l.ſi qs
filio.§. irritum ſupra de iniu. rupt. teſta-
men.& in d.l.eius qui.§.1. ſupra de teſtam.
Et hoc uerum quo ad hoc,ut ſint inteſtabi
les ſed quo ad publicationem bonorũ om-
nia dicta iura corriguntur,maxime text. in
d.l.eius qui.§.fi.& in l.1.§.fi. infra de falſis
in quibus locis ſtatuitur pęna damnatio-
nis in metallum,uel deportationis una cũ
publicatione bonorum. Nam hodie bona
damnatorum non publicantur niſi in ſolo
crimine Maieſtatis de hæreſis, ut eſt text.&
ibi Bald.in auth.bona damnato,C.de bo. ꝓ
ſcri.& not.glo in dictis ll.And.de Iſer.in c.
1.in uerſi.contrahentium inceſtas nuptias.
col.3.4.& 6.& fin.quæ ſint rega. & ad præ
dicta adde Bar.in d. l. qui ultimo infra de
114 pęnis.†Prædictis tamen adde, quod licet
prædicti ſerui damnati ſint incapaces hære
ditatis,poteſt tamen eis relinqui pro alimē
tis,l.ſi in metallum, & ibi Bartol. infra de
his pro non ſcrip.& ſic ſunt capaces lega-
ti alimentorum,ut not.Barto.in l.is cui,&
in l.ſeruos ad cuſtodiam infra de ali.& cib.
leg.pro hoc eſt tex.in l. legatum ſupra de
c.dimi.quia alimēta ſunt iuris naturalis,&
ſerui ſunt capaces eorũ q̃ ſunt iuris natura
115 lis.†Item adde qđ licèt damnati ad mor-
tem non poſſint teſtari etiam ad pias cau-
ſas poſſunt tamen ſe obligare de reſtituen-
dis malè ablatis:& hoc poſsũt facere inter
uiuos & diſponere ad condemnationem.
Ita tenet Bald.in tit.de pace Conſtan. col.
6 uerſ.an ergo damnati &c.& Alc.in add.
ad Bar.in d.l.eius qui §.1. ſupra de teſta. &
Bald.in l.ult.col.fi.in prin.C.ſi à non com
pe.iud.& Ioan.And.in nouella. in c. quan-
116 quam de uſur.libr.6. † An autem poſſit
iudex in ſententia huiuſmodi damnatis
reſeruare facultatem teſtandi.dic quod nō
quia eſſent duo contraria ſcilicet facere ali
quem ſeruum pœnæ & quod poſſit teſtari,
unde tali reſeruatio non ualet ſecundum
Bald.in repet.l.1.col.2.in fi.uerſi. reuertor
ad primum &c.C. de ſacroſanctis eccl.ubi
plus dicit Bald ꝙ etiam ſi dānatus ad mor-
tem euadat,quia forte aufugit adhuc tamē
remanet ſerui pœnæ & inteſtabilis, l. mu-
lier ſupra de cap.dimi.& no.Bar.ĩ d.l.quæ
117 ultimo infra de pœnis. † Quinto limita
dictam concluſionem non procedere quan
do quis eſt damnatus ad mortem per iudi-
cem incompetentem quia tunc non effici-
tur ſeruus pęnæ,ſecundum Bart. in d.l.rei
capitalis.§.eum,& in.l.qui ultimo infra de
pœnis.unde remanet teſtabilis, ſecundum
118 eum. † An autem iſti damnati ad mor-
tem poſſint confiteri & eis iniungi pœni-
tentia ſacerdotalis,& an poſſint ſumere Eu
chariſtiam,& ſic corpus Chriſti antequam
moriantur,uide tex.& gl.in clem.1.de pœ-
ni.& remi.ubi dicit,quod ſic,ita demum ſi
petant,nam ipſa petentibus non ſunt ſacra
menta deneganda. Idem tenet Card.in 1.
no.in 9.11.& 13.q.Ad idem eſt tex.in c.quę
ſitum.12.q.2.& ibi per Arch.& eſt gloſſ.in
ca.ſi quis 26.q.6.& Abb.in capit.ex parte.
119 el 2.de ſepul.†Eodem modo eccleſiaſtica
ſepultura non debet,nec poteſt eis denega
ri, quia ſi apparet quod pęnitens mortui
ſunt poſſunt in eccleſia ſepeliri, ita dicit
gl.in d.clemen.1.& ibi Cardi.in 13.quæſtio
ne.& Hoſtien.in cap.ex parte.de ſepult. &
ibi etiam Abbas dicit quòd poſſunt ſepe-
120 liri cum miſſa & alijs officijs . Non ta-
men poſſunt de furca deponi ſine licentia
iudicis,quam iudex petitam facilè conce-
dere debet,ut nota.gloſſ.in dicta clement.
1.& ibi etiam Cardin.in fin.ut fecit Pilatus





qui de facili conceſſit Ioſeph, vt Ieſum de-
functum de Cruce deponere, ut dicit ibi-
dem Card.in fi.& habetur Ioannis cap.14.
121 † Vnum tamen eſt menti tenendum in
hac materia, quòd ſi eſt aliquis bannitus
uel in exilium miſſus, qui non poteſt ui-
uus manere in aliqua ciuitate a qua fuit
expulſus, minime poteſt poſt eius mortem
in dicta ciuitate duci eius cadauer ad ſepe-
liendum ſine licentia ſuperioris ita notan-
ter dicit Bartol.in l.2.per illum textum in-
fra de cada.puni.& Card.in dicta clemē. 1.
122 in fi.uerbis.de pœni.& remiſ.† Quid au-
tem in eo qui eſt damnatus ad membri mu
tilationem,an dicatur ſeruus pœnæ? Dic
quòd non unde remanet teſtabilis, ita dicit
Bald.in repeti.l.1.col.3.uerſic.2. quæritur.
123 C.de ſacroſan.eccl.†Quod in deportato
dic ꝙ eſt inteſtabilis, quia perdit ea quæ
ſunt iuris ciuilis unde nihil poteſt acquire-
re,nec teſtari.l.1.§.in quibus infra de l.3.&
habetur plene per Bar.Bal. & Alex. & com-
muniter doct.in l.1.C.de hęred.inſt.& Bal.
in l.2.C.de bo.proſcr.& in l.eius qui §.inſu
lam ſupra de teſta.imò deportatus habetur
pro mortuo.l. 1.§. quidam filium infra de
bo.poſ.contra tabu.ſecus eſt in relegato,
quia remanet teſtabilis,ſecundum Bart. in
d.l.eius qui.§.ſi cui.in fi.& habetur in l. re-
legatorum in prin.infra.de inte.& releg.Et
prędicta etiam ponit Bald.in repetitio. di-
ctæ l.1. colũ.3.uerſ.3.quæro &c.C.de ſacro
ſanct.eccleſijs.& habetur in d.l.quidam in-
124 fra de pœnis.† Quid autem de bannito
noſtri temporis?in hoc concludo breuiter,
quia in uarijs locis tractatur plenè hęc ma
teria. & magis communis concluſio eſt,
quod licet ſit taliter bannitus quòd poſſit
ex forma ſtatuti impune offendi,tamen per
dit ſolum illa priuilegia & beneficia quæ
competebant ſibi ex priuilegijs & ſtatutis
illius ciuitatis à qua fuit expulſus, non au-
tem perdit beneficia competentia ſibi de iu
re communi,etiam in illa ciuitate ita con-
cludit Bart.in ſua diſputatione incipiente,
Lucanæ ciuitatis ſtatuto,&c.Et idem Bart.
in dict.l.eius qui.§.ſi cui.& ipſum ſequitur
Alexander.in l.1.columna penulti. C.de hę
re.inſtitu.& idem Alexander in l. ex facto,
§.ex facto,& ibi etiam Bart. infra ad Treb.
& Alexand.in conſil.6.in primo uolumin.
& in l.ſi cum dotem,§. ſi patri. ſupra ſolu-
to matrimonio, unde poterit adire & ac-
quirere hæreditatem ſecundum Alexā. ubi
ſupra de quo uide omnino unum pulchrũ
conſ.Pau.de Caſ.in conſ.212.incip.omiſſo
ordine,&c.in 2.vol.ubi plenè attingit hanc
materiā,& in effectu concurrit cum prædi
ctis doctoribus. Et ibi etiam decidit illum
articulum:ſcilicet, An fiſcus poſſit occupa-
re paternam hæreditatem delatam filio bā
125 nito,& concludit quod non.† Limita ta-
men iſtud niſi ſtatutum diceret quod ban-
niti ſint extra protectionem communis.
nam tunc perdunt etiam ea quæ iuris com-
munis ſunt ſecundum Bald.in l. 3. colum.
penultim.in fine.C.ſi pendente appellatio-
ne mors interue.quem ſequitur Alexand.in
dicta l.j C.de hæredibus inſtituendis.unde
tunc nihil acquirere poteſt de iure ciuili
bannitus,nam tunc æquiparetur deporta-
to,uerum de hoc an æquiparetur deporta-
tor uel relegato ultra nota.per doctoręs in
locis præallegatis, uide Andr. de Iſern. in
capitulo,domino guerram.columna ſecun
da in titulo hic fini.lex.ubi dicit quod ſi eſt
bannitus pro crimine pro quo perduntur
bona,æquiparetur deportato: alias æqui-
paratur relegato ſi bona non perduntur.
ſiue ſit bannitus à rege ſiue à iudice haben
129 temerum imperium.†Et ex prædictis in-
fero quod ex quo hodie in regno cōtumax
pro delicto primo bannitur, & eius bona
annotantur,ut dicit cōſtitutio regni. Gran
dis utilitas,& deinde ſe perſeueret in ban-
no per annum,elapſo anno à die banni for
iudicatur,& eius bona fiſco applicantur,&
habetur pro confeſſo,& conuicto,& condē
nato,& omnis defenſio ſibi præcluditur, &
à quolibet poteſt impune occidi tanquam
hoſtis publicus,ut dicit alia conſtit. quę in
cipit pœnam eorum adeo, quod dicit ibi
Andr.de Iſern.in 2.col. quòd in tantum ha
betur pro condemnato quòd ſi contingat
eum capi ſtatim ipſo facto, ducitur ad ſup-
plicium non expectata alia ſententia.
127 †Per hoc infero,ꝙ ſi aliquis eſt foriudica
tur pro delicto in quo ueniebat irroganda
pœna mortis,quòd ex quo per talem foriu
dicationem habetur ꝓ cōdēnato, ille talis
foriudicatus dici poteſt eſſe effectus ſeruus
pęnę:& ſic per conſequens non poſſet teſta
ri,nec hæres inſtitui.nec adire hręditatē. Et
ꝙ ſeruus pęnę patet quia eo ipſo,ꝙ capitus

ducitur ad ſupplicium ſicut alij damnati
ad mortem,ut ſupra . Ad hoc etiam mo-
ueor per ea quæ no Barto.in l. qui ultimo,
infra de pœnit.& Bald.in d.l.1.colum.3.in
prin.C.de ſacroſanctis eccl.& ſuprà dixi ꝙ
ſi damnatus ad mortem , euadat & fugiat,
adhuc tamen remanet ſeruus pœnæ , licet
ſit in ſua libertate.Ita etiam eſt dicendum
in tali foriudicato,ex quo habetur pro con
demnato ad mortem quando talis erat pœ
128 na,ut ſupra . † Quid autem de excommu
nicato?uidetur dicendum ꝙ ſit inteſtabi-
lis ex eo,quia habetur pro mortuo quo ad
ſpiritualia,ut not.Inno.in cap.grauem, de
ſenten.excom.Bar.in repeti.leg.Barbatius.
col.5.ſupra de offi præto. Item æquipara-
tur ſeruo ut notat.Spec. in titu. de actore,
uerſic.item ꝙ eſt ſeruus ex quo dicitur eſſe
ſeruus diaboli,& in eius poteſtate,ut notat
Bald.in l.3.colum.fi.C.ſi pend.ap.mors in-
ter.contrarium eſt ueritas , quia nullo iure
cauetur,quod ſit in teſtabilis. unde põt te-
ſtari,& hæres inſtitui,ſm Bald.in l.1.col.6.
C.de hæred.inſti.& Gemin.plenè , & Ioan.
And.in c.decernimus de ſenten.excom.lib.
129 6. † Quod tamen limita non procedere
in excommunicato pro hæreſi , uel quia
erat fautor,uel receptator , hæretici , nam
ſi per annum perſeuerat in huiuſmodi ex-
communicatione efficitur infamis, & inte-
ſtabilis actiuè,& paſſiuè, ut eſt tex. in auth.
credentes.C.de hæred.& in cap.excommu-
nicamus.§.credentes,extra de hæreticis.
130 † Quid de monacho. dic quo ad acqui-
ſitionem , monachus æquiparatur potius
ſeruo quam filio , quia quidquid acqui-
rit , acquirit monaſterio gloſſ. eſt in leg.
cum hæredes, fin. infra de acquir. poſſ. &
Bar.in l.1.in princip.§. ſi fructuarius infra
de ſtipu.ſeruo.& Fel.In cap.in præſentia.co
lum.fin.de probat.& Alex.in l.1.§. item ac-
quirimus col.2.infra de acq.poſſ. In termi-
nis autem noſtris quo ad acquirendam hę
reditatem monachus æquiparatur filio uel
ſeruo ſecundum quod utilius eſt monaſte-
rio,unde ſi eſt delata hæreditas monacho,
poteſt illam monachus adire cum iuſſu Ab
batis,ſicut dicimus in ſeruo,non autem ſo-
lus monachus adire poteſt , cum nõ habeat
uelle nec nolle.cap.ſi religioſus,de elec.lib.
6.ſi autem Abbate iubente nollet mona-
chus adire , tunc ſolus Abbas adire poteſt
etiam eo inuito,& in hoc ęquiparatur filio,
ita tenet Barto.in l.1.colum.4. & ibi etiam
Alex.in 7.& 8.colum.ſupra de uul. & pup.
& Bald.in l.1.col.12.C.qui admit. & doct.
cõiter in leg.cum proponas.C.de hær.inſt.
quos ibi adhuc refert.Iaſ.antep.col.& Abb.
in d.cap.in præſentia,colum. pen. de prob.
131 † Venio ad ſecundum requiſitum glo.quod
eſt ſcilicet ut paterfamilias is qui uult adi-
re hæreditatem, alias autem ſi eſt filiusfa.
non poteſt hæreditatem adire ſine iuſſu
patris.leg.ſi quis in bona. §. iuſſum infra e.
& habetur,in l.ſeruo inuito infra ad Treb.
hoc autem limita procedere de iure anti-
quo fforum, ſecus eſt hodie , quia iſtud eſt
correctum de iure. C. quæ correctio habet
locum ſolum in hæreditate aduentitia dela
ta filiofa.nam poteſt eam filius adire etiam
patre inuito & ignorante.l.ult.§.j.C.de bo.
quæ lib.& not.gl.& doc. in communiter in
l.1.C.qui admit.& Bar.in d.§.iuſſum,ſecus
eſt in hæreditate profectitia,ut quando de-
fertur filio contemplatione patris, l. ſed ſi
plures.§.in arrogato ſupra de uulg. & pup.
quia hodie nihil eſt in ea immutatum , ſed
requiritur iuſſus patris ſicut olim. Ita not.
gloſſ.in dicto §.iuſſum,& ibi plenè Bartol.
& Alexand.in l.qui aliena. §. interdum ſu-
pra eod.& glo.In terminis in l.fi.infra quis
132 or.in bon.poſſ.ſer. † Tertium principale
requiſitum in glo. etiam tangitur , ſcilicet
quod ſit compos mentis,& hoc dicitur pro
pter furioſum,qui non poteſt adire hæredi
tatem.l.qui ſeruum infra eo. quia furioſi
nulla uoluntas eſt leg. furioſi infra de reg.
iur.Si tamen habet patrem , tunc pater eſt
ſuus legitimus curator.l.ul.C.de curat.fur.
ſi uero patrem non habeat, tunc dẽt ſibi p
uideri de curatore,ſcđum forman.l.de crea
tionibus.C.de epiſ.aud. & tunc quando ha
bet curatorem poteſt curator adire hære-
ditatem furioſo delatam ſi ſibi uidebitur
utilis ſuper qua habet furioſus hanc facul-
tatem à iure qui quandocunque ad ſanam
mentem peruenerint poterit illam hæredi-
tatem acceptare , uel repudiare prout ſibi
uidebitur utilius . Si autem mortuus fuerit
antequam ſanus effectus ſit , & tunc ſi qui-
dem eſt hęreditas extraneorum quæ ſibi de
lata fuit non tranſmittitur ad hæredes ip-
ſius furioſi,ſed perinde habetur ac ſi adita
fuiſſet , & uadit ad illos ad quos iret ſi
furioſo



furioſo delata non eſſet,ita dicit text. in d.
l.fi.§.ſinautem in furore.C.de cur.furi.& in
leg.ſi quis ex liberis infra ad Tert.ſecus eſt
in legatis & fideicommiſſis furioſo dela-
tis, quia illa tranſmittuntur ad hæredes fu
rioſi,ut d.§. ſinautem in furorem , ita hæc
omnia uoluit plenè Bald. in l. potuit in 5.
quæſtione.C.de iure delib. & Barto. in l.1.
infra de bon.poſſeſ. infan. & furi. dela. Et
ſic patet ſecundum Bald. ibi ꝙ curator fu
rioſi poteſt adire hæreditatem pro furioſo
tamen non habet perpetuam cauſam . ita
etiam tenet Iaſ. in l.infanti, C. qui Admit.
133 † Hoc tñ limita non procedere in patre
furioſi, q eſt curator,& legitimus admini-
ſtrator,ut ſupra nã põt pater pleno iure ac
quirere hæreditatẽ filio furioſo ipſam adeũ
do,& ſic habebit tunc perpetuam cauſam.
Ita notãter licet ſub obſcuris uerbis uoluit
Bar.in l.ſi infanti col.2.& ibi ipſum ſequit̃
Alex.in 4.col.C.de iure deliber. & eſt ratio
propter maiorem poteſtatem quam habet
pater in filium quam curator extraneus. Si
vero eſt hæreditas quæ eſt delata furioſo,&
tunc ſiue fuerit agnita per curatorem ſiue
non fuerit agnita , tranſmittitur ad hære-
des furioſi ex potentia ſuitatis . Ita dicit
Ange.in d.leg.Antiſtius.§.ultim. infra eod.
& ſentit.Bald.in d.l.potuit in 5.q. a contra
134 rio ſenſu. † Quod corroboratur optimo
ſimili,quia etiam inanis tranſmittit hære-
ditatem paternam non aditam ex poten-
tia ſuitatis,ut not.Bart.& Alex.in d.l.ſi in-
fanti ubi eſt communis opin.docto.de iure
deli.ſed infans nullum habet intellectum,
& furioſo cõparatur.leg. in negotijs infra.
de reg.iur.& not.Iaſ.in d.l. infantis. C. qui
135 admit.† Limita tamen iſtam glo.inquan-
tum dicit ꝙ furioſus non poteſt acquire-
re hæreditatem,ut procedat ex ſe , quia ex
quo ſenſu caret,non poteſt per ſe acquire-
re, tamen per ſeruum uel filium acquirere
poteſt, dummodo interueniat iuſſus tuto-
ris uel curatoris,caſus eſt & ibi gloſſ.in di-
cta l.Antiſtius.§.ult.infra eo. ubi eſt gloſſ.
quam Bald.dicit eſſe auream quæ ponit in
tellectum ad l.neque.C.de hæred.inſti. ubi
traditur regula quòd qui non poteſt per ſe
acquirere hæreditatem, minimè poteſt per
ſeruum uel filium nam illud intelligitur in
eo qui propter delictum prohibetur acqui-
rere,ſecus ſi propter infelicitatem, ut in fu
136 rioſo. † Qualiter autem probabitur ali-
quem eſſe furioſum , & quis dicatur furio-
ſus,& quis mente captus,& quis fatuus, po
nit plenè Alex.in conſ.4.& conſi.141. in 1.
uol. & Bal.in l.ſi furioſi.C.de nup. & Alex.
in conſi.85.& conſi.86.in 2.uol. ubi pleniſ
ſimè tractat hanc materiã & Pet. Phi. Cor.
in conſ.21.& conſi.85.in 2.uol.& in conſ.
219.in 1.uol.& in conſil.22. in 4.uolu.ubi
137 plenè. † Et circa hoc præſupponitur una
reg.quòd in dubio quilibet præſumitur cõ
pos mentis & ſanus niſi probetur furioſus
text.eſt in l.nec codicillos.C. de codicil. &
in c.ult.& ibi nota.de ſucceſſ. ab inteſta.&
tenet Pet.Phil.Corn.in dicto conſil.21.col.
1.in 2.uolu.Et eſt ratio ſecundum Bald. in
d.l.nec codicillos,quia aliquẽ eſſe compo-
tem mentis eſt naturale, ſed eſſe furioſum
eſt accidentale,ut quilibet præſumitur eſſe
talis , qualem ſolet natura producere , niſi
contrarium probetur,alleganti aliquem eſ
ſe furioſum incumbit onus probandi dicta
l.nec codicillos,& not.Bar.in l.filium , in-
fra eo.& Bald.in leg.fina.C.de hære. inſtit.
& Card.in clem.2.in 2.q.de homicidio .
138 † Iſtud tamen limita multum ſingula-
riter procedere In eo , qui nunquam fuit
furioſus , quia ille habet hanc præſum-
ptionem pro ſe, ſecus autem in eo qui
quandoque fuit furioſus quia præſumitur
furor durare, niſi contrarium probetur,
unde tunc alleganti eum eſſe ſanè men-
tis incumbit onus probandi.Ita dicit gloſ.
in uerſicu.compotem in dicto cap.fi.de ſuc
ceſſione ab inteſta. & nota. plenè Alexand.
in l.furioſum.C.qui teſta.facere poſſunt, &
Abb.in capitul.cum inter canonicos. de e-
lectio.Et Petr. de Anchar. in conſilio 5.&
Alex.in hac l.is poteſt in 3. colum. Et idem
Alex.in conſil.22.col.4.in 5.uol. & plenius
in dicto conſil.88.columu.3.in 2. uolumi-
139 ne. † Quod tamen notabiliter declara
ſecundum Alexandrum in d. l. furioſum
ut procedat quando furor durauit per
multos dies,ſecus ſi fuiſſet aliqs furor mo-
mentaneus , qui modico ſpacio duraſſet,
quia tunc non præſumitur durare,quia in
huiuſmodi furore momentaneo de facili
reuertitur homo ad reſipiſcentiam , & ita
reuerſus præſumeretur , niſi contrarium
probaretur ſecundum eum , ita etiam di-
cit Pet.Phil.Cor.in d.conſi.21.colu.2. in fi.
140 † Ex

140 † Ex prædictis ergo ſequitur quod eo ip-
ſo quòd probatur ſemel aliquem quando-
que fuiſſe furioſum ſi deinde facit aliquem
actum præſumitur illum feciſſe tempore fu
roris niſi contrarium probetur,& ſic actus
non ualebit.ita dicit gl.in d.c.fi. de ſucceſ.
ab inteſt.quam ibi ſequitur Abb. in fi. col.
& Pet.Phi.Cor.in d.conſ.21.per totũ maxi
me in fi.col.in 2.uol.& Gem.in c.1.§. ſi ue-
ro de cle.ægro.lib.6.& Alex.in d.conſ. 92.
col.5.in prin.in 5.uol. ubi præſertim dicit
id procedere fortius quando actus factus
non conuenit totaliter homini ſanæ mẽtis
ut dicit etiã Bal.in l.furioſus.Pet.Phi.Corn.
in d.conſ.21.colum.penul.& Alex.in conſ.
85.col.4.in 2.uol.ubi dicit,quòd licet ex ad
uerſo probetur,ꝙ habeat dilucida interual
la niſi in ſpecie probetur ꝙ erat ſanus tem-
pore actus celebrati talis probatio nil rele-
uat.Idem etiam & magis plene tenet Alex.
in conſi.86.in 2.uol.ubi infinitas deciſio-
nes allegat in hac materia,& Pet.Phil.Cor.
in conſi.69.col.antepen.& pen. in l.1. uol.
341 † Probatur autem, aliquẽ eſſe furioſum,
uel fatuum per ſigna ut dicit Bar.in l. ſi q-
dem.C.ſolu.mat.vbi idem dicit ad proban
dum aliquem eſſe mortuũ quę ſigna oſten
duntur,& per uerba,& ꝑ facta, ut dicit Ab.
in d.cap.ult.col.fi.de ſuc.ab inte.Per uerba
enim oſtenditur fuior quando quis loqui-
tur uerba fatua extra propoſitum, & non
conuenientia homini ſanæ mentis,nam fa-
tuus fatua loquitur ut habetur in ca. legiti-
mus 93.diſtin.& eſt tex.& ibi nota in l.qui
dam in ſuo.ff.de condi.inſt.& Barto. in l.is
qui.§.ulti.ſupra de tuto.& cu.da.ab his.vbi
habetur ꝙ ex ſermonibus cognoſcitur ho-
mo ſtultus.Idem tenet Alex.in d.conſi. 54.
in 1.uol.eodem modo ſi non reſpondet ad
propoſitum uel non habet rectam memo-
riam:uel ſi proijcit panem uel lapides, uel
quia ita reputatur furioſus à patre ſuo,& a
conſanguineis,ut dicit Alex.in d.conſ.53.
eodem modo ſi quis ſpuat in faciem alicu-
ius hominis pręſumitur ex hoc furioſus ſe-
cundum Pet.Phil.Cor.in conſi. 22. colum.
3.in 4.uol.Et de prædictis uide etiam Alex.
in l.apud.Iulianum.§.conſtat infra de leg.
1.ubi inter alia dicit, ꝙ ſi quis recuſat po-
cula medicinalia in infirmitatibus, ex hoc
præſumitur furioſus,allegat Specu. in titu.
de ſalarijs.§.ult.uerſ.ſed quid ſi. Et de plu-
ribus alijs modis probandi quẽ furioſum
uide plene in dictis conſilijs præallegatis,
& Alex.in l.ſi cum dotem. §. ſi maritus col.
142 fi.ſupra ſol.mat.† Ad unum tamen aduer
te, ꝙ teſtes deponentes de furore debent
ẽt non interrogati aſſignare cauſam ſcien
tiæ concludentem alias non probant,ita di
cit Bal.in d.l.furioſum, & ibi Iaſon plene,
& Alex.in conſ.85.col.6.in 2. uol. Et ratio
eſt quam poſuit Inno.in c.cum cauſam. Et
ibi etiam Abbas in 3.colũ.de teſt.ubi dicit,
quod quando teſtis producitur ad proban-
dum aliquid quod nõ percipitur ſenſu cor
poris,ſed iudicio intellectu, tunc debet ẽt
non interrogatus aſſignare cauſam ſcien-
tiæ concludentem per aliquem actum ex-
trinſecum,alias non probat ita etiam dicit
Bald.in l.ſolam.C.de teſt.& Petr.Phil.Cor.
in conſi.22.colum.2.in litera b. in 3. uolu.
& in conſi.21.col.1.in litera E, in 2. uolu.
253 † Prædictis adde, quod ad probandum
furorem admittuntur etiam teſtes ſingula-
res,ut ſi unus teſtis dicat uidi eum proijce-
re lapides alius dicat,uidi eum loqui inor-
dinatè,& extra propoſitum,& alius dicat,
uidi eum ſpuere in faciem, uel ſimile. Ita ꝑ
plura tenet Alex.in dicto conſilio 92.col.
5.in 5.uolum.verſic.nec obſtat, & in conſi.
141.colum.2.in 1.uolum.& in dicto conſi.
85.circa fin.& conſi.86.colum.3.in 2. uol.
Et iſtud tenent Inno. & communiter doct.
in c.qualiter,& quando,el ſecundo de accu
ſa.Et ratio eſt quia iſti teſtes non deponũt
ſuper aliquo facto in ſpecie, nam tunc ue-
rum eſt,quod ſingularitas obſtat, ſed depo-
nunt in genere ſcilicet quem eſſe furioſum
uel hæreticum, vel infamem quod per plu-
ra ſpecialia probari poteſt; ideo admittun-
tur teſtes ſingulares,ſecundum Bar.in l.Ti
tia,infra de ſolutio.& habetur plenè in lo-
cis præallegatis, quod confirmo per unum
optimum dictum Soc.in conſi.295.colũ.3.
in 1.uolu. vbi dicit quod ad probandum
aliquem actum ſucceſſiuum admittuntur
144 teſtes ſingulares. † Quartum requiſitum
in gl.eſt quod ſi maior 25.annis is qui uult
adire hæreditatem,quia alias minor de per
ſe adire non poteſt l.more,& l. pupillus ſu-
pra eo.& l.cum quædam.C.de adminiſt.tu.
Circa hoc tamen ut habes plenam notitiã
de minore,quando,& qualiter adire poteſt
diſtingue tres ætates minores.Prima eſt in

fantia



fantia quæ durat uſque ad ſeptem annos
completos.) Secunda eſt ętas pupilaris quę
dicitur impubertas, & durat in maſculo uſ
que ad quartumdecimum annum comple-
tum, in fœmina, uero uſque ad duodecim
ut habetur inſti.de nup.in prin.& l.qua ęta
te ſupra de teſta.Tertia dicitur ętas adulta
quæ appellaẽ pubertas.& durat tam in ma-
ſculo quam in fœmina uſque ad uiginti-
quinque annos, & illa poſtea deinde in an
tea, dicitur ætas legitima.l.ultim. C.de his
145 qui ueniam ætatis impetra. † De prima
ætate ita ius diſponit, nã ſi eſt delata hære
ditas alicui infanti, ſi quidem talis infans
habet patrem poteſt pater,pro eo ſolus adi
re, & infanti hæreditatem acquirere, & ſi
mortuus fuerit infans ante aditam hæredi-
tatem, tranſmittit illam ad ſolum patrem.
ex ſpeciali priuilegio. Ad alium autem hæ-
redem non traſmittit, ita hæc omnia habẽ-
tur in d.l. infanti.& ibi Bar.& Bald. & com
muniter modernio. C.de iure delibe. Si ue-
ro patrem nõ habet infans tunc ſi quidem
habet tutorem poteſt ſolus tutor abſque in
teruentu infantis adire hæreditatem, ut d.
l.infanti.§. parente & etiam bono. poſſ. pe-
tere, ut ibi.Ea ſi moriatur ante agnitam hæ
reditatem uel bono.poſſ. per tutorem,non
trãſmittit illam ut ſupra,ſed uadit ad illos,
ad quos iret, ſi infanti delata non eſſet.Ita
habetur in d.l.infanti.& in l.infantis.C.qui
ammit.ſi uerũ tutorem non habeat infans,
tunc hæreditatem de iure ciuili, nullo mo-
do adire poteſt, niſi ſibi prouideaẽ de cura
tore, quia tutor eſt omnino neceſſarius in
adeunda hæreditate per pupillum leg.cum
in una.§. tutor infra de appel. ſed in bono.
poſſe. de iure prætorio eſt remedium, quia
quilibet conſaguineus uel amicus infan-
tis poſſe adire prętorem,& agnoſcere bon.
poſ. nomine infantis,quo caſu perfecte ac-
quiritur infanti,& tranſmittitur ad quoſcũ
que hæredes.Ita tenet Alex.in d.l.infantis,
& in l.ult. col.5.C.unde cog. & Bal.in rub.
146 C.qui admit.in 6.quæſt. † De ſecunda ue
rò ætate, ſcilicet quando hæreditas eſt dela
ta pupillo maiori infanti & impuberi, Dic
ꝙ ſi quidem impubes habet patrem, poteſt
cum autoritate patris adire hæreditatem
ſecundum Bart.in l. ultim.§. pupillus infra
de uerb.obli. & in l.more.§.impubes ſupra
eo.ſi uero pater non uult conſentire filio
adeunti, tunc poteſt filius ſine patre adire
Ita etiam econtra, ſi patre uolente adire fi-
lius recuſat non poteſt ſolus pater adire,&
ideo ſibi acquirit hæreditatem.Ita hęc om
nia decidit tex.in l.ult.§. ſi autem in ſecun-
da.C.de bo.quæ li.quem tex. reddit ſingu-
larem ibi Bald.& mirabilem ad hoc, quod
pupillus ſolus ſine auctoritate tutoris uel
patris poteſt adire hęreditatem,dummodo
ſit doli capax,ita etiam tenet Lud.Rom. in
l.pupillus la prima ſupra eo. & ibi ãt Alex.
circa fi.Et dicunt hoc eſſe ſpeciale in filiofa
milias pupillo in alio ſecus,ut l.potuit, &
ibi Bald.C.de iure delibe. & infra proximè
dicetur. Si tamen ex tali hæreditate adita
per ſe uel per patrem pupillus lędatur po-
teſt aduerſus eam petere reſtitutionem
in integrum,ut d.§.ſi autem,in ſecunda,&
habetur in lege 1.C.ſi tutor uel cura.inter.
Item ſi talis pupillus habens patrem moria-
tur hæreditate non adita non tranſmittit
illam ad patrem,nec ad alium,ſed uadit ad
eos quos iret ſi pupillo delata non eſſet,ut
d.l.ſi infanti.circa finem,& ibi Bal.in pen.
col.uerſi. expeditus ſum de materia, &c.
& ſequenti q.unde eſt ſpeciale in infante ut
tranſmittat ad patrem,ut ibi. In alia uerò
ætate ſeruatur ius commune in contrariũ.
Si uero pupillus non habet patrem,& tunc
ſiquidem habet tutorem poteſt adire hære
ditatem cum auctoritate tutoris,& non al-
ter nam ſolus pupillus ſine tutore,vel ſolus
tutor ſine pupillo adire,non poteſt tex.eſt,
& ibi Bar.& Bal.plenè in d.l.potuit.C.de iu
re delib.& habetur in l.ſeruo inuito.§.ſi pu
pillo infra ad Treb. ſecus eſt in bono. poſ.
delata pupillo maiori infante, qa ſolus tu-
tor ſine pupillo poteſt eam agnoſcere, l.bo
norum.C.qui admit.& l.tutore infra de bo
no.poſ.& ratio eſt ſecundum Bald. & com-
muniter doct.in d.l.bonorũ,quia bon.poſ.
accipit fomentum ab interuentu, & præſen
tia iudicis, ꝓpterea ſolus tutor ſufficit, qđ
ſecus eſt in hæreditate. Pupillus autem ſi-
ne tutore non poteſt etiam bonorum poſ.
agnoſcere l.ſeruus.§, impubes infra de bo-
147 nor.poſſeſſ. † An autem ſolus tutor cum
auctoritate iudicis poſſit hæreditatem adi
re ſine pupillo? Dic ꝙ non ita tenet Bal. &
Pau.de Caſt.in d.l.bonorum,& eſt ſpeciale
138 in bonorum poſſeſſ. † Prædictam tamen
concluſionẽ limita non procedere quando

pupillus

pupillus eſſet hæres inſtitutus ſub conditio
ne,& ipſe ſolus impleret conditionem , nã
ex hoc ipſo efficitur hæres ſolus ſine tutore
ipſo iure,caſus eſt in l. conditionibus pu-
pillus,infra de condi. & demonſt. & notat
Alex.in d.leg.bonorum, & ita limitatur re-
149 gula d.l.potuit.† Secundò limita non ꝓ-
cedere quando eſt inſtitutus ſeruus pupil-
lus,quia ſolus tutor poteſt iubere ſeruo , ut
adeat ſine pupillo text.eſt non uiolando ip
ſum in l.ſi per epiſtolam infra eo.per quem
ita tenet Alex.in d.l.potuit,& in d.l. bono-
rum.licet Bar.in d.l.ſi per epiſtolam intel-
ligat illam l.in infante.tamen.Imol. Ludo.
Rom.& Pau.de Caſt. ibi intelligunt illam
generaliter in quolibet pupillos,quia alias
150 eſſet uiolata literã.† Si uero pupillus nõ
habeat tutorem,& tunc ſolus adire non po
teſt ſed datur remediũ , ut habeat iudicem,
& cum auctoritate iudicis poteſt adire hæ-
reditatem & bonorum poſſeſſio.text.eſt in
d.l.ſi infanti in fi.& in d.l.bonorum, & ſic
iudex ſupplet defectum tutoris , ut ibi not.
151 †An autem infans , poſſit adire cum au-
ctoritate iudicis Bald.in d. l. bonorum. C.
qui admit.tenet quòd non,quia in eo defe-
ctus iuris naturalis , ex quo nullum habet
conſenſum,& contra defectum iuris natu-
ralis non poteſt diſpenſari,ſecund.Inno.in
ſciſcitatus,de reſc.contrarium tenet Ludo.
Ro.in d.l.bonorum,& etiam Fulg.tñ in iſta
contrarietate cõcludo ꝓut diſtinguit Ale.
& Iaſ.in d.l.bonorum.col. 4. qđ aut infans
eſt ita paruus ut non poſſit fari,& tunc pro
cedat opi.Bal.per text. in d. leg. bonorum.
dum dicit impuberi poſtulanti,Nam iudex
non poteſt impertiri ſuam auctoritatem,ni
ſi poſtulanti, ut ibi . ſed infans qui non põt
loqui,non poteſt id poſtulare, ſi uero in-
fans poteſt loqui,quia forte eſt proximus ſe
ptennio,& tunc procedat opi.20.qa poteſt
152 poſtulare.† Poteſt modo dubitari an ſi
pupillus non habet tutorem poſſit ſibi dari
curator &cum auctoritate curatoris,poſſit
adire hæreditatem uel bon. poſ. dic quod
non, ſed tutor eſt omnino neceſſarius , ut
ſupra text.eſt in l.cum in una.§.tutor infra
de app.& l.ſeruus.§.impubes infra de bon.
poſ.& not.gl.in d.l.potuit.& ibi etiam Bal.
& Soc.In conſi.234. colu.pen.in 2. uolum.
153 † De tertia uero ætate. ſ. quando ſumus
in minore 25. annis , maiore tamen qua-
tuordecim,qui dicitur adultus, dic quòd ſi
quidem habet patrem poteſt cum authori-
tate patris adire,uel patre recuſante poteſt
ſolus adire ſi uult,ita & econtra filio recu-
ſante poteſt ſolus pater adire text. eſt in d.
leg.ult.C.de bon. quæ libe. ſi uero adultus
non habet patrem, & tunc ſiquidem habet
curatorem poteſt adire cum authoritate
curatoris.l.cum quædam.C.de admin. tut.
ſed ſolus ſine curatore ,uel curator ſine eo
adire non poteſt,quia in hoc adultus habẽs
curatorem æquiparatur pupillo ſecundum
gl.& Alexan.in l.impuberibus ſupra eo. &
Alex.in leg.2.§.fuit quæſitum.colum.1.ubi
etiam gl.tangit,& ibi communiter. docto.
infra ad Treb.per tex.& ibi not.in l.ſi cura
torẽ.C.de in integ.reſti. põt tamẽ adultus,
ſi læditur petere reſtitutionem aduerſus di-
ctam additionem.l.2 C.ſi tut. uel cu. inter.
& habẽ in d.l. ſi curatorem , & in d.§.fuit
quæſitum,ſi uerò adultus non habet cura-
torem,& tunc poteſt ſolus hæreditatem a-
dire,& ualet aditio , ſecundum Alexand.in
d.§.fuit quæſitum per d. leg. ſi curatorem,
tamen ſi læditur ex tali aditione poteſt pe-
tere reſtitutionem in integrum, ut traditur
in locis præalleg.& probatur in l. ſi minor
153 infra eo.† Per quam l.ſi minor.Nota pul
chram limitationem ad ea quæ dixi ſupra
in textualibus, in quantum fuit dictum ꝙ
quando ſunt plures hæredes,quorum unus
repudiat partem ſuam, illa pars repudiata,
accreſcit cohæredibus etiam inuitus , l. te-
ſtamento.C.de impub.& alijs ſub. iſtud li-
mita nõ procedere qñ ille qui repudiat pri
mo , adiuit parte ſuam , & deinde per be-
neficium reſtitutionis in integrũ repudiat,
nam tunc illa portio repudiata, non accre-
ſcit cohæredibus inuitis , ſed uadit ad cre-
ditores hæreditarius iſte eſt caſus ſingula-
ris in d.l.ſi minor infra eo. Et per hoc po-
tes colligere intellectum ad iſtam gloſſ. in
quantum dicit quod minor 25. annis non
poteſt adire,nam in quantum uult loqui de
adulto debet intelligi ꝙ non põt adire effe
ctualiter,& irreuocabiliter ſicut maior pro
pter reſtitutionem quã petere poteſt ut ſu-
155 pra dictum eſt.†Quintũ requiſitum prin-
cipaliter in gl.eſt quod ſciat teſtatorem eſ-
ſe mortuum,quia alias adire nõ poteſt , ut
eſt tex.in l.qui hæreditatem,quæ eſt leg. ꝓ
xima infra eo. Et ratio eſt, quia uiuo eo





de cuius hæreditate agitur , non poteſt quis
gerere pro hærede , nec repudiare , cum
quod detur & adminiſtret effectualiter ,
alias non ſufficit ſolum petere niſi etiam
eum dari faciat. ut nota gloſſ.in lege ma-
tris. C.qui pe.tuto.per quam ita dixit Bar-
tol. in dicta l. 2. colum.ſecunda. ſupra qui
per.tuto.ponderando illud uerbum petie-
rit,quod eſt in dicto § ſi mater.& in dicta l.
ſciant quòd uerbum petierit, eſt futurum
ſubiectiui & debet intelligi cum effectu
leg.prima & ibi per doctores ſupra quod
231 quiſque iuris. † Duodecimo amplia , ut
mater priuetur omnino hæreditate filij
propter non petitum tutorem in caſibus
prædictis etiam quo ad legitimam , quia
etiam legitima penitus priuetur, ſecun-
dum Baldum in conſilio 140.in primo vo-
lumine.
232 † Iſtam regulam ſic ampliatam limi-
ta primo procedere dummodo pupil-
lus moriatur poſt annum à tempore
quo indiguit tutores , ſecus eſt ſi moria-

aut infra annum, quia non priuatur mater uel alius agnatus eius ſucceſſione. Et eſt ratio quia à lege noua datur unus annus ad petendum tutorem. ut dicta leg. ſciant. C. de legi.hæredi. unde ſi pupillus moritur infra illum annum, non dicitur mater eſſe in mora. & ideo non priuatur hæreditate. ita tenet Alexan.in l.ſi deceſſerit,columna finali.qui ſatiſdare cogantur. ubi dicit hanc eſſe magis communem opinio.non obſtante eo quod dicit Bartol. in leg.ſecunda.§. conſeſtim. infra. ad Tertullia.ubi tenet quod mater eſt in mora eo ipſo quod non petit tutorem, quam primum poteſt,quem reprobat Ange.in conſilio 166.columna finali incipien.ſi teſtator ubi tenet quod de iure hodierno mulier habet totum annum,& ita etiam alij agnati, per dictam legem ſciant. Idem tenet Bald.in conſilio 288.in ſecundo uolumine ubi dicit, quod ita communiter obſeruatur, & ita debet intelligi dictus. §. conſeſtim. idem dicit Bald. in conſilio 288. in primo uolumine.& in conſilio 279. in tertio uolumine.

233 †Hoc tamen procedit niſi mater ſe minimum arctaſſet in fine anni ad petendum tutorem, & pupillus eſſet mortuus in fine anni,de quo anno ſuperãt pauci dies inof. quos uerìſimiliter, non potuiſſet peti & decerni tutela,alias ſecus,tunc enim priuatur ſucceſſione ac ſi poſt annum mortuus eſſet. Ita tenet Alexan.in l.cum ſtipulatus. infra de uerborum obligationi. Et Paulus de Caſtro in ſuo notabili conſilio quod incipit, Poſtpoſitis, & cætera, in numero 167. in primo uolumine. ubi multum notanter diſtinguit maxime in fine columna reaſſumendo hanc materiam. Quod poteſt corroborari ex dictis Bald.in præallegatis conſilijs ubi dicit, quod ſi propter tarditatem matris in petendo tutore, res pupilli eſt effecta deterior, punitur mater priuatione hæreditatis.

234 †Et quia in iſto caſu fit executio à lege ipſo iure non admittitur purgatio moræ unde nihil proficeret matri ſi peteret tutorem poſt annum. Ita tenet Angel. in repetitione leg.ſi in ſulam,colum. 7. Et ibi etiam Alexander column. 11.infra de uerborum obligationi. & ſentit Bartol. in

235 dicto §.conſeſtim,in fine. †Item prædicta reſtringe, niſi mater fuiſſet infra annum citata,ut tutorem peteret pupillo periclitanti, & id facere neglexiſſet, nam tũc etiam ſi intra annum moriatur pupillus, priuatur ſucceſſione mater, ſecundum Baldum in dicta lege precibus columna ſexta.uerſicu.quod. Item dixi conſeſtim & cætera.ubi etiam tenet id quod ſupra dixi,ſcilicet quòd habet annum de æquitate,& idẽ Bald.in d.l.matre.

236 † Secundo, principaliter limita hanc materiam, ita ampliatam,niſi mater petijſſet curatorem pupillo petenti & conſentienti,nam licet debuiſſet petere tutorem, tamen per dictam petitionem curatoris excuſatur,ut non puniatur.Ita tenet Bald.in authentic.iiſdem.colum.3.in princi.C. de ſecund.nuptijs.

237 † Tertio,limita niſi mater miſiſſet procuratorem ad petendum tutorem filio ſuo, qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter eius mortem fuit retardata petitio tutoris, nam tunc non priuatur ſucceſſione, ex quo per eum non ſtetit. Caſus eſt notabilis in leg. cum a matribus.C. qui pet.tuto.& nota.gloſſ.in leg.præſes.C. de appellationibus.

Quartò limita hanc materiam procedere in matre maiore uigintiquinque annis, nam ſecus eſt ſi tempore mortis mariti reperitur minori uigintiquinque annis, quia licet tutorem nõ petat infra annum, non tamen priuatur ſucceſſione pupilli. Caius eſt in l.2. C. ſi aduer.de lic. ubi probatur quod non eſt opus alia reſtitutione in integr. Ita notanter decidit Ludo. Roma.in conſilio 279. & Petr. Philip. Corn. in conſilio 40.colum.2.in 3 uolu.quod adeo uerum eſt, ut etiam ſi efficiatur maior & perſeueret in negligentia petendi tutorem,adhuc tamen non priuatur ſucceſſione,quia ſufficit quòd fuerit minor tempore mortis mariti,etiam ſi per triduum poſt efficiatur maior.Ita dicit gloſſ.in l. prima. C.in quibus cauſis in integ.reſtitu. non eſt neceſ.& gloſſ.in l.minoribus C. de his qui ut indig.& Ludo.in d.conſil.279.& Spec. in titu.de reſtitu.in integr. §. quis autem. uerſicu.Sed quid ſi ipſa.& Bald. in authen. ſi captiui colum.2.uerſi.iſtam quæſtionem &c.C.de epiſcopi.& cleri.& in leg. qui contra.C.de inc.nup.& gloſſ.in leg.matres.C. ad



ad Tertul.& Bald.in dicta l. precibus col. 4.uerſicu.quid ergo C.de impuber.

238 † Verum prædicta procederent de iure communi, ſecundum quod ætas minor intelligitur a triginta annis infra. Tamen hodie in regno iſtud eſt correctum per cõſtitutionem regni, quæ incipit Minorum iura.in fina. ubi eſt ſtatutum quod minor ætas hodie,tam in maſculo,quam in fœmina eſt a decem,& octo annis infra.Et ibi generaliter loquitur tam in contractibus, & iudicis,quam in omnibus, per quam conſtitutionem dico quod hodie mater, ſi eſt infra decem & octo annos. excuſatur ſi nõ petierit tutorem,alias ſecus, quia ſi excedit dictam ætatem decem & octo annorũ reputatur maior per dictam conſtitutionẽ Minorem iura,per quam idem dico in aditione hæreditatis,ſcilicet ut poſſit quis adire hæreditatem abſque reſtitutione, eo ipſo quod eſt maior decem & octo annis. Et hoc adde ad ea quæ dixi ſupra in quarto requiſito ſuper gloſſ.

239 † Quinto,limita procedere quando pupillus moritur in pupillari ætate, ſecus ſi moritur factu pubes,nam licet mater non petierit ei tutorem, nihilominus ſuccedit ei adulto morienti.Caſus eſt in dicta l.matres C.ad Tertul.& in l.omnem.eo.tit. ibi ſibi filius impubes &c.

240 † Sexto, limita non procedere quando extarent conſanguinei, quibus legitima tutela defertur, nam tunc mater non tenetur petere tutorem datiuum pupillo. Ex quo legitimus præfertur datiuo leg. ſi ſororis. C. qui da. tutor. Vnde ſequitur, quod ſi pater moriatur relictis duobus filiis, altero pupillo,& altero maiore non tenetur mater petere tutorem filio pupillo,ex quo ipſo iure frater eſt eius legitimus tutor.Et idem quando eſſent alij conſanguinei Ita not.gloſſ.in d. l.matres. C.ad Tertul.& Soc.in conſilio 153. colũ. ſi.in 2 uolumine.

241 † Hoc autem intellige procedere,tunc demum ſi mater infra annum renuntiet expreſſe tutelæ filij, ita quod declarat ſe nolle eſſe tutricem. Nam tunc facta iſta renuntiatione eſt aperta legitimis & ex tunc non tenetur petere, ſecus ſi non renunciet infra annum, & non ad miniſtrat, nec petit tutorem, quia priuatur ſucceſſiue, etiam ſi mille conſanguineos habet pupillus. Ita tenet Bartolus in dicta l.ſecunda.§.quod ſi pater, infra ad Tertullianum. & Baldus in dicta l. matres columna ſecunda,& idem Baldus in dicto leg. precibus columna quinta. Et Bartolus in l.ſecunda, colum. 2. ſupra qua pet. tut.Et iſte eſt uerus, & communis intellectus ad illam gloſſ.in dicta l.matres. & eſt ratio ſecundum præallegatos doctores, quia hodie mater præfertur omnibus conſanguineis in tutela filij. uerum eſt tutrix uoluntaria,quia ſi non uult, poteſt eam repudiare,ut habetur in authentica, matri & auiæ, C. quando mul. tut. officio fungi poteſt, & plene per Bartolum in l.ſi quis ſub conditione.ſupra de teſtamento; tute. unde dicitur tutrix anomala & extra ordinaria, & ideo quamdiu ipſa non repudiat tutelam non eſt aperta uia alijs legitimis, quibus ipſa præfertur, merito non excuſatur per eos niſi renunciet ut ſuprà. Idem tenet Bald. in conſilio 241. in quinto uolumine.

242 † Septimo limita niſi interſit pupilli ut non petatur ſibi tutor. ut quia erat ſibi factum aliquod magnum legatum ſub conditione, ſi tutorem non haberet, nam tunc mater excuſatur ſi tutorem non petit ut conſequi faciat legatum filio, caſus eſt in l.ſecunda.§.tractari.infra ad Tertullianum.per quem ita dicit Baldus in dicta l.matres.colum.1.

243 † Octauo,limita non procedere quando mater fuit præuenta ab alio forte conſanguineo. infra annum in petendo tutorem,quia alius petijt ante eam, nam ipſa mater excuſatur ex quo non fuit in mora, alias ſecus ſi forte eſſet lapſus annus ita not. gloſſ. in dicta leg. matres & Ioan. de pra in leg.ſecunda.C.ſi aduer.del.pro hoc eſt text. & ibi gloſ.in l.ſororem. C. de his quibus ut indig.

244 † Nonò limita non procedere quando mater geſſit tutelam minus legitime, uel paſſa fuit tutorem minus legitime gerere, & erat in tali loco in quo habebat penuriã peritiorum, quia excuſatur propter ſuam ſimplicitatem & præſumptam ignorantiã. Ita tenet Socin.in conſilio 39.columna 7. in primo uolumine. & Baldus in dicta leg. matres, columna ſecunda in fine. & Paul.

Pau.de Caſt. in l.2.C. de in ius voca.quam
ad hoc refert Alex.in addi.ad Bal.in l.pre-
cibus.colum.5.ſecus ſi mater potuiſſet cō-
ſulere peritiores, quia tunc ponitur iuxta
ea quæ ponit Bald.& Alexan.communiter
doctores in l.iuris ignorātia.C.qui admit.
&.in l.in bonorum & ibi Bartol. infra. de
bonorum poſſeſſio.Et ita intellige & limi-
ta id quod ſupra dixi in tertia ampliatio-
245 ne.† Decimo,limita niſi mater, uel alius
qui debebat tutorem petere fuiſſet abſens,
uel ignorans, uel infirmitate impeditus,
uel alia iuſta cauſa, quia excuſatur. Ita te-
net Soc.in conſ.152.col.penul.in 2. uolu.
Pro hoc eſt tex.in l.2.§. confeſtim infra.ad
Tertu.& Soc.in conſi.39.col.7.1. uolu.
246 † Vndecimo, limita niſi pupillus erat
multum pauper & egenus, & propter hoc
mater non petijt ei tutorem, quia excuſa-
tur,& non punitur ſecundum Bart.in l.2.
C.de nego.geſt.& in l.mediterraneæ.C.de
anno.& trib.l.10.& Bald.in l.1.col. fi.C.de
neg.geſt.& idē Bal.in conſi.239. in 5. uol.
pro hoc eſt tex.in l.2.§. ꝙ ſi penitus. infra.
247 ad Tertul.†Duodecimo, limita niſi pu-
pillus haberet multos creditores,& mater
nollet ei petere tutorem,ad hoc,ut ſit inde
ſenſus & non poſſit conueniri a creditori
bus nec condemnari.Ita ſingulariter dicit
Ale.in addi.ad Bar.in d.l.ſciant.C. de legi.
248 hære.per tex.in d.§.ꝙ ſi penitus.† Deci-
mo tertio,limita non procedere in matre
prodiga,quia excuſatur ſi non petijt tuto-
rem filio ſuo Ita dicit Ale.in l. is cui bonis.
col.4.in fi.ff.de verb.obli. & ibi etiam An-
ge.& ratio eſt, quia prodigus excuſatur a
delictis conſiſtentib.in omittendo.l. fulci-
nius.§.adeo.ff.ex quib.cauſis in poſſeſſ. ea.
249 †Decimoquarto, limita nō procedere ſi
mater uel alius qui debet tutorem petere
ſit bānitus,uel miſſus in exiliū, quia excu-
ſatur ſi non petit,ut eſt gl.& ibi Bar. in fi.
250 in l.planè ſupra.de execu. tu. † Decimo-
quinto, limita non procedere quando pu-
pillus haberet ſubſtitutum pupillarē,quia
non tenetur mater illi petere tutorem, ex
quo tale onus petendi ſpectat ad ſubſtitu-
tum,qui ſperat ſucceſſionem.Ita tenet Bal.
in conſ.317.in 5.uol.in conſi.140.in 1.uo
251 lu.† Decimoſexto,limita non procedere
quando pupillus haberet tutorem teſtamē
tarium,quia tunc non tenetur mater gere-
re tutelam nec petere tutorem,ſecundum
252 Bal.in conſ.403.in 4. uolu. † Vltimo in
hac materia, ut nihil intactum relinqua-
tur,Adde prædictis, quod mater non ſolū
ex cauſis prędictis priuatur ſucceſſione fi-
lij,ſed etiam ſi eſſet tutrix filij ſui,& dein-
de tranſiuit ad ſecunda uota, & non peti-
to tutore, & non reddita ratione admini-
ſtrationis tutelæ,& nō ſolutis reliquis, nā
tunc ſtatim ipſo iure priuatur omni ſucceſ
ſione & iure ſubſtitutionis ſibi obuenien-
te ex parte filij tex.in l.omnem.C.ad Ter-
tul.Et tunc priuatur non ſolum ſucceſſio-
ne filij,ſed ēt omnibus legatis & fideicom-
miſſis ſibi a uiro & patre pupilli relictis &
ēt donationibus cauſa mortis,& uadūt ad
hæredes mariti tex.eſt in l.1 §.oīum iuncta
auth.eiſdē pęnis in fi.C.de ſecun.nup. per
quē ita tenet Socin.in con.39.co.6.in pri-
mo uolumi.& iſtæ pęnæ etiam hodie ſunt
in uſu,ut habetur in deciſ.75.conſil. Nea
poli.& tenet Bartol.in dicta l.1.& Pau de
Caſt.in conſilio 154.in ſecūdo uolumine.
253 † Quid autem ſi mulier quę ſecūdo nu-
pſit,fuit iterum effecta uidua per mortem
ſecundi mariti & uult iterum ſuſcipere tu
telam filii,quā reliquit per tranſitū ad ſe-
cunda uota,an poſſit?dic, quòd non rōne
pręcedētis ſuſpitionis & renūciationis,ita
tenent Bal.in authen. ſacramentum. in fi.
C.quando mul.tu.offi fung.Hoc tamen li
mita Spec.in tit.de tutore §.nondum.uer-
ſicu.quid ſi mater ſuſcepit tutelam &c.nō
procedere quando res eſſet integra, quia
nōdum eſſet prouiſum pupillo de tutore;
quia tunc poſſet mater uidua facta ſuſci-
pere eius tutelam: alias ſecus, & illud di-
ctum Spec..refert.Alex.in additio.ad Bar.
254 in d.l.ſciant.C. de legi hære.†Reuertor
nunc ad Bar. qui ingreditur primum mē-
brum quod omiſerat,ſcilicet de poſſe.ſuc
cedēdi liberorum:& dicit ipſe, quod iſtud
ius ſuccedendi eſt, quid ſeparatum a iure
filiationis quod probat tribus rationibus.
Primo,quia filij habent ius ſuccedendi pa
rentib.l.nec ei.§.præterea.ſupra. de adop.
Secundo quia iſta ſpes eſt à iure approba-
ta propter uotum parentum, quod eſt ut
eorum hæreditas uadat ad filios l. ſcripto
infra unde libe.& l.nam & ſi parentibus.
ſupra de inof.teſt.Tertio, qa mortuo filio
primi gradus nepotes ſuccedunt in illum
gradum



gradum filiationis.l.1. §. ſuos. infra de ſuis
& legi.& inſt.de hære.ab inte.§.cum filius.
ergo eſt ius ſeparatum à iure filiationis,
quod patet,quia in illum locum ſubintra-
tis,qui non eſt filius ſed nepos. Et in iſto
caſu procedit regula negatiua ſecundum
Bart.quia qui non habet iſtud ius filiatio-
nis non poteſt illud repudiare,ſed affirma-
tiua non procedit, quia is, qui habet tale
ius non poteſt illud repudiare.l.pactum do
tali.C.de coll.& l.ult.infra de ſuis & legit.
255 † Cum hac opin. Bartol. ſimpliciter per
tranſeunt doc.hic,& maxime Alex.Ego ta
men conſiderandum putaui an Bart. bene
loquatur in eo,quod dicit ius ſuccedendi
liberorum eſſe quid per ſe ſeparatum a iu-
re filiationis, & in hoc facit differentiam
ius ſuccedendi liberorum & aliorū agna-
torum puto attentari poſſe econtra Bart.
ſcilicet quod idem ſit in utroque & ꝙ imò
iſtud poſſe liberorum non eſt quid ſepara-
tum a iure filiationis, & moueor, primò,
quia filius ideo habet iſtud ius ſuccedendi,
quia cenſetur proximior agnatus patri cę-
teris agnatis.l.ulti.& auth. in ſucceſſione.
C.de ſuis & leg.Nam caro filij cenſetur ea
dem cum carne patris,ut no.Soc. in conſi.
252.col.15.verſiculo ad tertiam. in 2. uol.
propter quam identitatem carnis eſt indu
ctum illud commune uotum patentum de
quo in d.l.ſcripto. in fi. Si enim filius non
cenſeretur proximior in ſanguine, certum
eſt quod non habeat tale ius.Ergo eſt con-
iunctum & cauſatum a iure ſanguinis, un
de donec durat,non poteſt dici,quid ab eo
ſeparatum,ſicut dicimus in uſufructu cau
ſali,ut ſupra. Secundo quia ſi diceremus
iſtud ius eſſe quid per ſe ſeparatum, ſeque-
retur quod filius poſſet huic iuri renuntia
re tanquam ſeparato à iure filiationis, &
tamē uidemus quòd ita non poteſt huic iu
ri renuntiare filius ſicut alius agnatus, ut
d. l.pactum dotali. & d.l. ulti. & probatur
in l.ſi quando.§.illud.C.de inoffic.teſta. Et
non poteſt eſſe alia ratio in utroque,niſi il
la quod iura agnitionis & ſanguinis repu
diari non poſſunt.l. ius agnitionis. ſupra
de pac.& l.iura ſanguinis infra de reg.iur,
Non obſtant modo rationes Bar.& primo
quia filij dicuntur habere ſpem, ut dicta l.
nec ei.§.præterea quia dico quod iſta ſpes
exponitur prout exponebat Bart.in ſpe a-
liorum coniunctorum ſupra hoc eſt actus
uoluntatis filij ſeparantis.Et licet Bart. di-
cat ꝙ iſta ſpes filiorum eſt approbata a iu-
re propter commune uotum parentum,ta
men ego dico quòd imo etiam talis ſpes
eſt à iure reprobata per text. in l. pactum
quod dotali.C.de pact.ubi patet, quòd nō
licet paciſci ſuper hæreditate patris,eſt e-
nim prohibitum ſperare in mortem alte-
rius etiā patris, ut ibi. præterea ſi iſta ſpes
eſſet approbata,ſequeretur quòd poſſet re
mitti & alteri cedi.l.ſpem.C.de donatio.Et
tamen uideamus contrarium,quod remit
ti non poteſt, ut dicta l.ſi quando.§. illud.
& d.l.fi.infra de ſuis & legiti. Non obſt.d.
l.ſcripto.quia licet parentes habeant iſtud
uotum propter amorem paternum, non
per hoc ſequitur quod debeant ſperare in
eorum mortem, quòd a iure reprobatur.
256 †Non obſtat ꝙ mortuo filio ſuccedit in
illud ius filiationis ſeu ſuccedendi, quia ne
go illud quod nepos ſuccedat illud pro-
prie ius quod habebat filius, quia ſi ſucce-
deret in illud proprie quod habebat filijs
ſequeretur quod veniret ex perſona patris
ad ſucceſſionem aui, & tamen contrarium
eſt ueritas,quia imo nepos uenit ex perſo-
na propria,& ſubintrat gradum patris ex
iuris diſpoſitione,ut no.Bar. in l.qui ſuper
ſtitis.infra.e.& in l.j.§.ſi vt nepos. infra de
colla.dotis.& Soci.in d.conſ.252. col. 4.ſi
enim veniret ex pſona patris modo tranſ-
miſſiuo,non eſſet neceſſe facere mentionē
de nepote in teſtamento. nam ſufficeret fi-
lium eſſe inſtitutum,quia licet moriatur vi
uo teſtatore,nepos ſuccederet ī ius filij ac
ſi ipſe eſſet inſtitutus,& non rumperet te-
ſtamentum,quod eſt contra l Gallus.ſupra
de libe.& poſth.Dico ergo quod nepos ſuc
cedit ut nepos & non ut filius,tamē ſubin-
trat gradum patris per modum cuiuſdam
257 ſubſtitutionis.†Ad cuius declarationem
præſuppono, quod hæreditas ęquali iure
eſt debita ita filio ſicut nepoti,& omnibus
deſcendentibus in infinitum, ordine tamē
ſucceſſiuo,ut habetur in d.l.Gallus. §. qui
dam rectè Ita ut etiam Adam hodie uiue-
ret haberent neceſſe omnes homines hęre-
des inſtituere ordine ſucceſſiuo. Stante er
go iſta iuris diſpoſitione mortuo filio ſta-
tim reperitur nepos poſt eū in primo gra-
du,quia nemo ipſum antecedit, & propte-
rea

rea dicitur ſubintrare gradum patris ex p
ſona tamen propria . Ita notanter dicit
Barto.in l.ſi auus.C.de libe. præte. Præte-
rea iſta conſideratio Bartol. confunditur
per authen.ceſſante.& auth.poſt fratres.C.
de legi.hær.ubi patet ꝙ etiam quando tra-
ctatur de ſucceſſione fratris , & ſic de iure
ſuccedendi tranſuerſalium filius ſuccedit
in locum patris,ergo ſi per hanc rationem
Bartol. uellemus dicere quòd iſtud ius ſit
ſeparatum , ſequeretur idem dicendum in
iure ſuccedendi agnatorum,cuius contra-
rium tenuit ipſe ſuperius . per quæ puto
poſſe teneri contra Barto. ſaltem in uia di
ſputatiua,licet doc. communiter pertran-
ſeant cum eo,maxime Soc.in d.conſ.252.
258 in 11.col.†Ex his quæ dicit hic Bart. in-
ferunt hinc Pau.de Caſt & Alex.ad q. ſtan-
te conſuetudine vel ſtatuto ꝙ primogeni-
tus ſuccedat in fundo,prout eſt hodie in re
gno in feudis titulatis habentibus dignita
tem regulam,de quibus habetur per Bald.
& doc.in c.1.de feu.Marchi.& per Alex.in
conſi.7.& conſi.5.in 5.uol.& idem in alijs
feudis inferioribus in caſu quo uiuitur iu
re Frãcorum,ſi moritur pater feudatarius
relicto filio ſecundo genito & nepote ex
primogenito,quis ſuccedat in feudo filius
uel nepos.Alex.hic diſtinguit,ut hic per eũ
hunc articulum plenè examinat Soci.in d.
conſi.252.in 2.uol.& tenet ꝙ nepos ex pri
mo genito,ſuccedit patruo excluſo , quia
ſubintrat locum primogeniti, hanc etiam
opi.tenet Pau.de Caſt.in conſi.164.in 2.vo
lum.Sed Andr.de Iſer.tenet contrarium in
c.j.§ his uero.de gra.ſucc.in feu.& in ca. 1.
col.5.de natu.ſucc. feu. ſcilicet ꝙ ſecundo
genitus præferentur nepoti.Tamen primã
partem in fauorem nepotis tenet Car.Ale-
xandri.in d.c.j.de feu.marchiæ.ubi per ſex
decim col. examinat hunc articulum ple-
nius quam alius,& arguit ad partes,tandẽ
concludit pro nepote. Deinde ingreditur
Bart.ſecundum membrum ſuæ diſtinctio
nis ſcilicet de poſſe ſuccedere ex teſtamen
to,& dicit quòd iſtud non eſt aliquod ius
nec ſpes à iure approbata uiuente teſtato
re,quia uiuo teſtatore,non poteſt quis pe-
tere aperiri tabulas teſtamenti,& in hoc ſe
cundum eum procedit ſimiliter regula ne
gatiua,non autem affirmatiua , quia uiuo
teſtatore,non poteſt quis repudiare hære-
ditatem,ut infra l.proxima.Adde ꝙ in om
nibus Bart. bene loquitur & communiter
259 approbatur.†Ex cuius dictis collige no-
tabiliter quod hæres inſtitutus non poteſt
uiuo teſtatore petere quod tabulæ teſta-
menti aperiantur l. 2. § ſi dubitetur. infra
quemad.teſta.aperian.hinc dicit Bal.in d.§.
ſi dubitetur.in 1.no.ꝙ notarius non debet
ædere teſtamentum heredi uiuo teſtatore,
nec etiam legatario , ſed ipſi teſtari poteſt
ædere ſi teſtator illud uul.Et hoc probatur
in tex.in d.§.ſi dubitetur.& ſentit Bar.in l.
ult.col.3.circa fi.C.de edic diui Adri. tol.
ubi ex hoc dicit quod eo ipſo ꝙ reperitur
teſtamentum in manu hæredis præſumiť
teſtator eſſe mortuus,quia eo viuo illud ha
bere non põt,& ita etiam tenet Petr. Phil.
260 Cor.in conſ.85.col.3.in 2.uolu. † Adde
etiam prædictis ꝙ notarius etiam mortuo
teſtatore non tenetur ædere legatario to-
tum teſtamentũ, ſed ſolum illam particu-
lam legati ſibi facti cum hæredis inſtitutio
ne & ultra ſecundum Bar.in l.2.§ dic̃ infra
261 quemad.teſt.aper.† Quærit Barto.hic an
ſubſtitutus pupillaris dicatur habere aliqđ
ius uel ſpem approbatã ſaltẽ mortuo teſta-
tore & uiuo pupillo:& dicit quòd non,per
l.1.§.interdum.ſupra de uul. & pup. & di-
cit ut hic per eum,quia clare loquitur & be
262 ne.†Capio nunc tertium membrũ prin
cipale Bar. in quo conſiderať potentia ad-
eundi reſpectu certæ hæreditatis præſentis
quia mortuus eſt is de cuius hæreditate a-
gitur.Et iſtud ius adeundi conſiderať tripli
citer,ſecundum Bar.primo modo reſpectu
alicuius hæreditatis nõdum delatę,ut quã
do aliquis eſt inſtitutus ſub conditione, &
mortuo teſtatore nondum uenit conditio,
& ſic pendet,& iſtud dicitur eſſe aliquod
ius,& ſpes iſta eſt approbata à iure , ꝙ pa-
tet,quia poteſt talis ſpes deduci in contra-
ctum l.nomina ſupra de hære.uel ac.uend.
& l.ſpẽ.C.de don.Eſt enim approbata qꝫ
non ſperať,ulterius in mortem teſtatoris,
cum iam mortuus ſit Sed contra hoc op-
ponit Bar.de l.nec emptio.ſupra de cõtra
hẽ.empt.ubi ſpes non dr̃ aliqua res,& pro-
batur ibi in §.aliquando poteſt cont rahen.
empt.ſine re.ueluti &c.Et ſic ponit exem-
plum de ſpe.ergo ſpes non eſt res. Dicit
Bar.ſolue per te.Tu potes ſoluere de mẽte
Bal.in l.ſi ca.colum.2.C.de uſur.quod iſta
ſpes



ſpes non eſt res intelligendo rem præſen-
tem quæ in contractu deduci ſolet , ſed illa
ſpes eſt quoddam quod habetur pro re vt
tenet Bart.in l.ſi iactum ſupra de act.empt.
ubi dicit quod eſt quoddam factum , & pa-
tet,quia ita deducitur ſpes in contractu ſi-
263 cut res † Secundo modo conſideratur
iſtud poſſe adire ſecundum Barto.quando
hæreditas eſt delata,tamen non poteſt adi-
ri propter aliquod impedimentum, ut quia
deficit aliquod ex illis nouem requiſitis ſu
per numeratis in glo. & tunc dicit Bartol.
quòd iſtud eſt aliquod ius per ſe,quòd pro
bat duabus rationibus. Primo quia præſcri
bitur l.licet C. de iure deli. Secundo quia
quandoque tranſmittitur iuxta not. per
eum in l.uentre.infra eodem . Et poteſt eſſe
exemplum in infante,qui non poteſt adire,
& tamen tranſmittit ad patrem l.ſi infanti.
c.de iure delib & etiam ex potentia ſuita-
tis,ut not.ibi Alexan.& docto. Item in fu-
rioſo,qui tranſmittit ex potentia ſuitatis,
ſecundum Ange.in l An hiſtius.§ vlt. infra
eod.& Bald.in l.potuit. in quinta quæſtio-
264 ne à contrario ſenſu.C. eod. titu. † Iuxta
hoc quærit Bart.poſtquam dixit quòd iſtud
eſt aliquod ius quæritur,quòd ius eſt,an di-
catur ſolum ius adeundi , an verè poſſit ẽt
dici ius deliberandi & diſtinguit . Aut eſt im
pedimentum habes defectum ſcientiæ dici-
tur ſolum ius adeundi , non deliberandi .
Aut eſt alius defectus quam ſcientię & tunc
dicitur ius adeundi & deliberand .Nota igi
tur uerba Barto.quia multum ſingulariter
loquitur,& ex uerbis ſuis collige plures no
265 tabiles & utiles concluſiones.† Prima cõ
cluſio colligitur ex principio huius ſecun-
di membri , quòd hęreditas delata dicitur
etiam illa quæ non poteſt adiri propter ali-
quod impedimentum perſonæ hæredis ,
dummodo ſit purè relicta , ex qua conclu-
ſione habes optimam limitationem ad l.
delata infra de uerborum ſignifica. ſecun-
dum Alexand.hic.Nam ibi dicitur quod hę
reditas dicitur delata ea quę poteſt adiri,er
go ſi non poteſt adiri,non dicitur delata in
tellige quando non poteſt adiri , quia non
eſt mortuus teſtator , uel non eſt purificata
conditio,& ſic ex alio impedimento,quam
266 ex eo quod eſt in perſona hæredis. † Se-
cunda concluſio eo quod tempus triginta
annorum per quod præſcribitur aditio hæ-
reditatis iuxta dictam l. licet . currit etiam
ignoranti delatam ſibi eſſe hæreditatem, &
ſic eſt continuum & de hoc fuit dictum ſu-
pra in prima chart.in quarta differentia.
267 † Tertia concluſio eſt quod etiam is , qui
eſt impeditus adire poteſt tranſmittere ius
adeundi & etiam ius deliberandi diuerſis
reſpectibus, prout colligitur ex ſupradictis
& infra dicendis
268 † Quarta concluſio eſt quod is demum
tranſmittit ius deliberandi,qui ſcit hæredi
tatem eſſe ſibi delatam,vnde ignorans , fu-
rioſus & infans non tranſmittunt ius deli-
berandi,ex quo ſcientiam non habent , &
ignorans deliberare non poteſt,quod nota
pro intellectu l.cum antiquiorib.C.de iure
delib.& ibi eſt gl.notabilis in uer.qui ſciens
quod annus infra quem tranſmittitur ius
deliberandi,non currit niſi à die ſcientię,&
deinde in antea eſt continuus .
269 † Quinta concluſio eſt,quod is qui habet
ius adeundi , non habet de neceſſitate ius
deliberandi prout eſt in ignorante.nam po
teſt eſſe ius adeundi , ſine iure deliberandi,
ſecus econtra,quia is qui habet ius delibe-
randi habet etiam de neceſſitate ius adeun-
di,quia ius deliberandi non poteſt eſſe ſine
270 iure adeundi.† Contra prædicta opponit
Bar.nam præſuppoſito quod iſtud ius adeũ
di ita impeditum,ſit aliquod ius , ut ſupra,
ergo deberet quæri domino per ſeruum hę
reditas ſine iuſſu.l.placet infra eodẽ . quod
eſt contra.leg.ſi quis in bona. §. iuſſum in-
fra eodem.tu reſponde declarando Barto.
quod uerum eſt quod iſtud ius adeundi,di-
citur aliquod ius verum non eſt ius quæſi
tum,ſed ius quærendo de futuro . vnde ue-
rum eſt quod quando agimus de iure quęſi
to,quicquid acquirit ſeruus, immediatè il-
lud acquirit domino,& ita loquitur d.l.pla
cet,ſecus eſt quando agitur de iure quęren
di,quia antequam acquiratur ſeruo,non ac
quiritur domino & ita dicimus in aditio-
ne hæreditatis in qua requiritur iuſſus .
271 †Habes ergo ex prædictis uerbis Bart. ꝙ
ille qui habet ius adeundi hęreditatem nõ
dicitur habere aliquod ius quæſitum , quia
nihil acquiſiuit antequam effectualiter a-
deat.Ex hoc uerificatur illa concluſio quæ
ſe habet,quod ius adeundi hæreditatem nõ
dicitur eſſe in bonis noſtris.Ita tenet Bald.
in ca.1.§.iniuria.col.2.uerſi. & no.de pace
iura.

iura.firm.& Petr.Phil.Corn. in conſilio 11.
colum.1.& conſil.206.colum.8. in fin.in 3.
uolum.& in conſil.229.colum.2.in fi.& cō
ſil.254.in princ. in 4. uolum. in quibus lo-
cis etiam habetur quod ius adeundi non
poteſt cedi, nec transferri in alium. & pro
hoc eſt tex.in l.pretia rerum infra ad l.Fal.
Ad propoſitum ſecundum Barto. in iſto iu-
re adeundi prædictis duobus modis conſi-
derato procedit regula negatiua, quia is
qui non habet tale ius, non poteſt illud re-
pudiare, ſed affirmatiua non procedit quia
is qui habet tale ius ita impeditum, ut ſu-
pra non poteſt illud repudiare, ut ſupra.eo.
l.proxima.& l.is qui hæres.Et cum Bar. trā-
272 ſeunt hic communiter doct.†Tertiò mo-
do conſideratur iſta potentia adeundi libe
re & ſine aliquo impedimento, & iſtud ap-
pellatur ius adeundi, & deliberandi ſimul
ſecundùm Barto.& in iſto ultimo caſu pro
cedit regula negatiua & affirmatiua tradi-
ta in hac l.& ſic per prædicta habes plenam
declarationem ad iſtam l.ad ſciendum quan
do procedit regula tradita in ea,& hæc iun
ge cum ſummario poſito hic per Barto. ubi
dixit, quòd qui habet ius adeundi principa
liter & per ſe non impeditum ad ſui utilita
tem, is repudiare poteſt. Nam omnia iſta
uerba ſunt addenda in expoſitione huius l.
quia omnia important iuris miniſterium.
273 †Expeditus de theorica huius l. Barto.hic
reducit eam ad practicam.Et quærit primo
quia unum de requiſitis eſt, quòd ille qui
uult adire ſit homo liber, qualiter proba-
tur quòd quis ſit liber,& dicit quòd præſu-
mitur quòd ſit liber ſi eſt in quaſi poſſ.liber
tatis alias ſecus unde dicenti, tunc eum ſer
uum eſſe incumbit onus probandi, & ra-
tio eſt licet ipſe non dicat quia quilibet prę
ſumitur eſſe talis qualem natura ſolet pro-
ducere, niſi contrarium probetur.l. nec co-
dicillos.& ibi Bald.C.de codicil. quia ergo
natura unumquenque hominem procreat
liberum, nam omnes homines ſunt liberi de
iure naturali.§.ius autem.inſtit. de iure na-
tura.& inſti.de liberti.§. 1.Ideo quilibet li-
ber præſumitur niſi contrarium probetur.
274 †Ex dictis Bar.hic collige notabilem con
cluſionem, quæ eſt quòd talis quis præſu-
mitur qualis in poſſeſſione reperitur, unde
reſultat illud dictum, qualem te inuenero,
talem te tenebo l.moueor. & ibi Bald. C. ſi
ſer.expor.uene.l.circa. ſupra de prob. Si e-
nim quis reperitur in poſſ. libertatis præ-
ſumitur liber, alias præſumitur ſeruus, &
dicenti contrarium incumbit onus pro-
275 bandi. † Et per hoc nota magnum ef-
fectum, & commodum poſſeſſionis, quia
licet alias incumberet alicui onus proban-
di aliquid quod eſt fundamentum ſuæ in-
tentionis, iuxta nota.per Bartol. in l. hoc
iure.infra de uerbo. oblig. Si tamen reperi-
tur in poſſ.rei uel iuris de quo litigatur ha-
bet præſumptionem pro ſe, adeo quod trāſ-
fundit onus probandi contrarium in ad-
uerſarium. Ita propbatur ex dictis Barto.
hic,& tenet idem Bartol. multum notanter
in l.1.§.non autem infra de bo. poſſ. ſecun-
dum tabu.& Iaſ.in rub.C.qui admit. col.3.
pro hoc eſt tex.in capit.fi.à ſede.de præben.
lib.6.hinc eſt quod licet alias quando tem
pus eſt fundamentum intentionis alicuius
debeat ab eo probari, ut not.Barto.in l.non
ſolum.§.ſed ut probari.infra de oper. noui
nuncia. tamen fallit quando ille reperitur
in poſſeſſione.Ita dicit Barto.in dicto §.non
autem.Quod potes inducere ad multa qui-
bus adde tex.& ibi Andr.de Iſer.& Alua.in
c.1.in princ.& § 1.ſi de feud.fue.contro. &
Socin.in conſi.180.col.2.in fi.& ſequen. in
2.uolum.& inſt.de interd.§.commodum.
276 †De filiofamilias dicit Bartol. quòd pro-
batur eodem modo, quaſi uelit dicere, q̃ ſi
repetitur in poſſeſſione patriæ poteſtatis
pręſumitur in poteſtate, alias pręſumitur
ſui iuris, ſecundum glo.& Barto.in l. Titia
ſupra ſolu.matr.& habetur in d.l. circa ſu-
277 pra de proba.† Adde quod in hoc Bar.ita
ſimpliciter loquendo malè loquitur, & eius
dictum communiter reprobatur in eo quod
ſentit quòd ſi filius reperitur in poſ. ſui iu-
ris pręſumatur emancipatus, nam in con-
trarium tenet Petr.Bar.& Alexan.in d.l. Ti
tia.& Iaſ.in l.ſi emancipati.colum. 2. C. de
colla.& ratio eſt, quia primænus ſtatus ho-
minis repugnat huic pręſumptioni, nam de
iure ſemp filius pręſumitur in poteſtate pa-
tris, niſi probat ſe emancipatum, ut ex tex.
in dicta l.ſi emancipati. & ibi not. Alex. &
278 communiter moder.† Hoc tamen limita
niſi filius habitaſſet ſeorſum a patre per de-
cem annos gerendo ſe pro emancipato, q̃a
ex hoc præſumitur quòd ſi emancipatus, ni
ſi contrarium probetur, Ita tenet Bald.in l.
C.ſi



C.ſi aduer.rem iudi.& in l.poſt mortēm. in
fi.ſupra de adop.& Alex.in conſi.ult. col.6.
in 4.uolum.& Iaſ.in d.l. ſi emancipati. col.
2.& ex hoc dico poſſe ſaluari dictum Bart.
nam.Bar.hic,& in d.l.Titia dicit quòd præ
ſumitur ſui iuri eo ipſo quod reperitur in
tali poſſeſſione, quæ poſſeſſio tunc induci-
tur quando filius per 10. annos ſterit ſepa-
ratus a patre,& ita ſaluari poteſt.Circa ter
tium requiſitum ſcilicet, quòd debet eſſe
compos mentis ponit tunc Barto. qualiter
iſtud probetur, quòd plenè tetigit ſupra. in
gloſſ.& ad ibi dicta me remitto.
279 † De quarto requiſito quòd non debet
eſſe maior 25.ann. qualiter iſtud probetur
Bart.ſe remittit ad not.per eum in l.de æta
te.ſupra de min.ubi plene tractat hanc ma
teriam.& ibi poteris uidere. unum tamen
ſcias pro regula hujus materiæ quòd regu-
lariter quis non præſumitur maior, neque
minor, unde ſemper ætas debet probari per
eum qui ſe fundat in ea.Nam ille qui alle-
gat minorem ętatem ad fundandam ſuam
intentionem debet eam probare & eodem
modo, qui ſe fundat ſuper maiori ætate.
Caſus eſt in l.cum te.& ibi Bart.& Bald. C.
de proba.& in l.ſi minorem. & ibi Bartol.
Bald.& Fran.de Aret.C.de in integr.reſti.&
Bar.in d.l.de ætate ubi dicit poſſe adiri iu
dicem, ut ex aſpectu iudicet,& ille in quem
iudex ex aſpectu transfundit onus probā
280 di probare debet. † De quinto requiſi-
to, ſcilicet quòd ſciat teſtatorem eſſe mor-
tuum.Qualiter hoc probetur ſcilicet, mors
dixi plenè ſupra, in glo.Collige tamen ex di
ctis Bar.hic, quòd non requiritur uera ſcien
tia per ſenſum corporis de morte teſtato-
ris, ſed ſufficit quòd ita uehementer opine-
281 tur ad hoc ut adire poſſit.†Secundo colli
ge quòd ille qui confitetur ſe feciſſe aliquē
actum ut hæres Titij, per hoc cenſetur fa-
teri Titium eſſe mortuum, ſe ſcire mortem
eius. Et ex hac confeſſione poteſt conueni-
ri ab omnibus creditoribus hęreditarijs, li-
cet cum uno tantum creditore confeſſus
282 fuerit. † Tertio, collige intellectum ad
l.ult. ſupra ad inter. ac. inquantum ibi ha-
betur ſi litigans confitetur ſe hęredem, ta-
lis confeſſio præiudicat ſibi ſolum quo ad
illum cum quo litigat, non autem quo ad
alios creditores hæreditarios, nam illud in
telligitur in eo qui non poterat eſſe hæres
nam tunc confeſſio pręiudicat ſibi quo ad
litigantem tantum non autem quo ad alios
283 alias ſecus.† Quarto, inquantum Barto.
examinat hic qualiter probabitur iſta ſcien
tia.Tu pro habenda plena noticia iſtius ma
terię & pro eius declaratione facias regulā
cum exceptionib. & regula eſt quòd in du-
bio ſemper pręſumitur ignorantia facti a-
lieni niſi probetur ſcientia, l.uerius. ſupra.
de probat.& not.Car in cle.1.in 7.q.de con
ſan.& affi.& Bald.in l.quicunque.colum.j.
C.de ſer.fug.& eſt text.in cap. pręſumitur,
de regul.iuris lib 6.& not.Pet. Philip. Cor.
in conſi.25.col.fi.in 2.uolum.hinc dicimus
quòd ignorantia in facto alieno eſt tolera-
bilis.l.ult.infra pro ſuo.& habetur in l. qui
in alterius infra.de regul.iur. ex quo à iure
pręſumitur, ut ſupra & not.Bar.in l.ſi cui.
284 §.1.infra.de accu.† Adde tamen quòd li-
cet pręſumatur ignorantia, debet tamen
proponi & allegari per eum qui ſe fundat
in ea, alias non prodeſt ſibi tali pręſumptio
Ita not.Bald.in d.l.quicunque.col.1. & Iaſ.
in l.cum quid, col.pe.ſupra ſi cer.pe.per tex.
in l.ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pol-
lioni infra.de adul. Et de hac materia dixi
plene ſupra.in 8.char.in fi.ver.unum tamē
285 &c †Et poteſt eſſe ratio quare potius prę
ſumatur ignorantia quam ſcientia, quia
ignorantia eſt actus priuatiuus habet nega
tiuam annexam, quę negatiua eſt de iure
improbabilis, l.actor.C.de prob. ſed ſcien-
tia quę ponit & affirmat, merita probari
286 debet, l.ei qui dicit ſupra de proba. † Iſtā
regulam limita primo non procedere in
facto proprio quia ignorantia facti proprij
non eſt tolerabilis, nec de iure pręſumitur,
l.quanquam & ibi not.ſupra ad Vell. & in
cap.ab excommunicato de reſcript. & Per.
Phil.Corn.in conſi.42.in principio uolum.
unde tunc potius pręſumitur ſcientia per
287 prędicta.† Hoc tamen limita non proce-
dere quando quis eſſet enormiter lęſus &
ultra dimidiam iuſti pretij, quia tunc etiam
in facto proprio præſumitur ignorantia.
Ita tenet Barto.in l quiſquis. C. de reſcind.
& Petr.Philip.Corn.in conſilio 140.colum.
288 ultim.in 3.uolum.† Secundo limita non
procedere in actibus morientium, quia
ibi pręſumitur ignorantia etiam in facto
proprio. Ita not.Barto.in authen. ſed cum
teſtator.C.ad l.Fal.& Ang.in §.illud quoq;.
in

in auth.de tri.& ſemiſ. & ita intelligiť tex.
in §.in fraudem,inſti.ex quib.cau.ma. non
licet,ibi,ſępe enim.&c.Et eſt ratio,quia hu-
mana fragilitas mortis cogitatione turba-
ta non pręſumitur eam ſcientiam habere,
l.hac conſultiſſima. §. at cum humana, C.
289 qui teſt.fac.poſſ.† Tertiò,limita non pro
cedere quando factum proprium eſſet , ua-
let antiquum . nam tunc non præſumitur
ſcientia in facto proprio ſed potius igno-
rantia & obliuio.Ita tenet Pet. Philip. Cor.
in conſi.56.col.1.in fi.in 3.volum. & Bar.in
l.ſi quis delegauerit.infra.de noua. & Bart.
in l.ſi res obligata,1.de leg.1.& Dy.in cap.
290 præſumitur.de regu.iur.lib. 6.† Quartò,
limita niſi factum proprium eſſet valde in
tricatum & obſcurum ad eo quòd de faci-
li non poteſt memoria retineri , nam tunc
præſumitur ignorantia,ſecundum Bart.in
d.l.ſi quis delegauerit.in fi.per l.emptor. §.
Lucius ſupra de pac. & l. fideicommiſſum
291 infra de confeſſ. † Quintò , limita niſi
quis eſſet in multis negotijs intricatus,quia
propter multiplicitatem factorum,& nego
tiorum pręſumitur ignorantia etiam in fa-
cto proprio ſecundum Barto.in l. quod iuſ
ſit,in fin.infra de regu. iur. Hinc eſt quòd
ſi eſt aliquis homo diues qui exercet multa
negotia.& habet bona in diuerſis locis aut
regionibus pręſumitur ignorare factum
proprium.Ita no.Bart.in auth. ſed cum te-
ſtator.C.ad l.Falcid.& Bald.in l.2.in 6.C.de
292 reſcin.ven.†Sexto,fallit quando quis tra-
ctat de damno uitando , nam tunc præſu-
mitur ignorantia etiam in facto proprio l.
ſed ſi me putem.& ibi Bartol.& l.cum is.in
princ.& ibi glo.& Barto.ſupra.de cond. in-
de.& Bartol in l.cum de indebito ſupra.de
prob.de quo uide Bar.in l. qui fundum. §.
293 ſeruus meus.infra pro emptore. † Secun-
do, principaliter limita regulam pręd ictam
non procedere,quando factum alienum tē-
dit ad commodum alicuius,nam ille ad cu
ius commodum tendit præſumitur illud
ſcire etiam ſi eſſet abſens , textus eſt & ibi
Cardin.in clem.1.§.fi. de conceſſio pręben.
294 †Tertio, principaliter limita niſi ſit facta
denuntiatio ad domum eius qui ignoran-
tiam pręcendit , quia ſcire pręſumitur .
Quilibet enim pręſumitur ſcire id quod
eſt ſibi denuntiatum in domo ſua gl.eſt. &
ibi Bald.in l.ſi tutor petitus C.de pet. tuto.
& Iaſ.in § ſed iſte colum.18.inſtit.de actio.
295 † Quartò,limita niſi de eo de quo prę-
tenditur ignorantia eſſet publici uos & fa-
ma vel eſſet notoriū in illa ciuitate in qua
eſt ille, qui ignorantiam pręcendit , nam
per hoc non pręſumitur ignorantia ſed po
tius ſcientia inter ciues illius ciuitatis , ita
tenet Barto.hic & in l.quidam.§. ult. ſupra
de admitt.tu.& Alexand.in conſi.36.col.2.
uer.fortius.in 1.uolum.& in conſ.203.col.
2. in 2.uol.qđ incipit,Viſo & diſcuſſo. &c.
& Bald. in l.quicunque.col.1.C. de ſer. fug.
& gloſſ.& doc.in d.l.ſi tutor petitus.& Bar.
in l.ſi cui.§.1.infra.de accu.& idem Bart.in
l.qui Romę. §. duo fratres. in 3.q.infra. de
uerb obl.ubi dicit eadem uerba quę dicit
296 hic.† Quintò,limita niſi ille qui ignoran
tiam pręcendit , eſſet conſanguineus eius
de cuius facto quęritur , quia ratione con-
ſanguinitatis pręſumitur ſcire facta con-
ſanguinei ſui.l.octaui. infra. unde cog.& l.
de tutela.C.de integ.reſti.& tenct Bart. hic
& Bald.in dicta l.quicunque col.1. & Alex.
in l.Titius.§.1.ſupra.de lib.poſth. & Alexā.
in conſi.103.colum.2.in uerſic.pro hoc &c.
297 in 3. uolum. † Quod tamen reſtringe &
intellige procedere in his qua uoriſimiliter
& communiter conſanguineus ſcite ſolet,
ut eſt circa materiam conſanguinitatis &
proceſſum naturę,ſecus eſt in alijs factis cō
ſanguinei,quia ita cadit ignorantia in con-
ſanguineo ſicut in quolibet extraneo . Ita
tenet Bald.& Alexand.in l. quoniam ſoro-
rem.C de iure delib.& Alex.in conſ.71.co-
lum.3.in 1.uolu.& Alexan.in d.l.Titius. §.
1. & uide aliquid de pręd ictis per.in l.qui
duos.in princ.colum. pen. circa fi.infra.de
298 reb.dub.† Sexto,limita niſi is, qui igno-
rantiam pręcendit , eſſe uicinis eius de fa-
cto cuius quęritur,quia uicinus pręſumitur
ſcire facta uicini.Ita dicit Bar. hic & Bart.
in d.l.ſi cui,§.1.pro hoc eſt text.in l.ſi ita.§.
fi.infra.de fun.inſtru. & in ca. quoſdam . &
ibi Abb.de pręſump. & in l. ſi uicinis. C.de
nup.& in l.filium ſupra de his qui ſunt ſui
uel alie.iur.& no.Bart.in l.1. col. 3.ſupra ſi
299 cer.pe.† Quod tamen limita non proce-
dere in illis actib.qui uoriſimiliter ſciri ſo-
lent per uicinos,ut quando ſumus in acti-
bus ſucceſſiuis , ſecus autem in momenta-
neis,quia nō pręſumiť eos ſcire uicinus, ut
ſi in domo uicini ſit celebratus aliqs cōtra
ctus,



ctus,uel aliquis actus qui momento expe-
ditur.Ita no.Alexan.in l.1. in 4. & 5. col.
ſupra ſi cert.pet.eodem modo quando ſu
mus in actibus,qui veriſimiliter ſolent cō
mitti in occulto,nam illum non præſumi-
tur ſcire uicinus.Ita notāter tenet Bal. in
l.1.in fi. C. de colla.de teg.ut ſi committa
tur aliquod ſtuprum vel adulterium . Idē
tenet Alexand.in d.conſi.71.colum. 3. in
1.volumi.& in conſil.50.circa fina. colū-
na.in 5.uolumin.& Alexand.in dicta l. Ti-
tius.§.1.Et circa hāc materiam adde quòd
quanto uicinior eſt quis , tanto ſubtilius
præſumitur ſcire facta uicini , ſecundum
300 Abb.in c.quoſdam de præſum.†Quis au
tem dicatur vicinus , vide notanter Bald.
in l.ſi tertius infra de aqua pluuia ar. ubi
dicit quòd uicinus dicitur ille qui diſtat
per tantum ſpacium per quantum uox v-
nius hominis clamantis audire poteſt. Idē
etiam tenet Abb.in d. capit. quoſdam.ubi
hoc intelligit in uicino reſpectu eiuſdem
loci & uiciniæ , ſecus in vicino diuerſi lo-
ci uel ciuitatis , nam ille cenſetur uicinus
qui non multum diſtat a ciuitate , ut ibi
301 per eum.† Et propter hanc præſumptā
ſcientiam uicini præſumit lex ꝙ damnum
commiſſum in aliquo loco cenſetur illa-
tum a uicinis,niſi aliud probetur.Ita dicit
Bar.in l.ſi ita.§ fi. per illum text. infra. de
fun.& inſt.& l.dominus horreorum.& ibi
Bar.ſupra loca.& Bald.in l. quæ fortuitis.
col.1.in fi.C.de pig. ac. ubi dicit ꝙ incen-
diū domui præſumiť immiſſum ab ibi ha-
bitantib.de qua materia uide plene Alex.
in conſ.50.in 1.uol.& conſi.220.in 2.uol.
& habetur in deciſ.56.cōſi.Neap. Itē quòd
furtū præſumatur factum a uicino adeo ꝙ
facit indiciū tenet Bar.in l.ult.col.2.infra
302 de quæſt.† Et eodē mō ſi reperitur aliqs
homo occiſus præſumitur interfectus ab
eo qui plurimum locum illū frequētabat
ita tenet Alex.in d.l.ult.in addi. ad Bart. q̄
incipit.Quid ſi reperitur &c. & Alex. in d.
conſil.50.colum.3.in 1.uol.faciunt no.per
Iaſonem in l.rogaſti, §.ſi tibi.col.fi.ſupra ſi
303 cer.pet.† Hoc tamen limita multū ſin-
gulariter ſecundum Bal.in l.1.col.fi.C.lo-
ca procedere in uicino qui eſt male cōdi-
tionis & famę ſecus ſi eſſet homo bonæ fa
mæ & uitæ, quia nō præſumitur damnum
commiſiſſe.Ita etiam in ſimili tenet Ange.
in verſic.fama publica.colū.6.in tract.ma-
304 leficiorum. † Item inquantum ſupra di-
xi ꝙ uicinus non præſumitur ſcire actum
momentaneum commiſſum in uicina limi
ta niſi probaretur quod de illo actu eſſet
in illa uicina publica uox & fama, quia p̄-
ſumitur tunc ſcire uicinus ſecundum Bar.
hic idem quando probaretur quòd de hoc
erat fama in illa ciuitate,præſumitur ſcire
eo ipſo ꝙ probetur quod erat ciuis,ſecun
dum Bar.hic.Quod tamen limita non pro
cedere in nouo ciue qui nouiter aduenta-
uit in ciuitate, nam in eo ceſſat talis præ-
ſumptio ſcientiæ , ita dicit Alexan. hic in
4.col.& Bal.in l.data ope.col.7. C. qui ac
cu. non poſſ. per tex.in l. qui cum uno. §.
ult.& in l.qui commeatus.§.ulti. infra. de
305 re mili.† Prædicta uero ꝙ cōſanguineus
præſumitur ſcire facta conſanguinei,& ui
cini,limita etiam ſecundum Bart. hic non
procedere quando conſanguineus, uel ui-
cinus fuiſſet abſens ab illo loco uel ciuita-
te in qua ſtabat conſanguineus . Ita etiam
tenet Alexan.hic.pro hoc eſt tex.& ibi per
Abb. in capitul.cum in tua.ex qui.ma. ac-
cuſ.poſſ.Quod tamen intellige ſecundum
Lud.Rom.& Alexan.hic,niſi modicum di
ſtaret ab illo loco,quia tunc ſcire pręſumi
tur , & modica diſtantia non attenditur,
per tex.in d. capit. cum in tua.& in l.præ-
ſens ſupra,de proc.& in cap. quoſdam. de
306 præſum.† Secundo , limita niſi conſan-
guineus uel uicinus eſſet infirmus,quia ꝓ
pter infirmitatem præſumitur ignorare fa
cta conſanguinei uel uicini. Ita dicit Bar.
hic & eſt tex.in d.c.cum in tua,quod tamē
intelligo ſecundum Roſ. & Ale.hic ſi eſſet
magna infirmitas, ſecus ſi eſſet leuis infir-
mitas,quia habetur pro non infirmitate.
l.quæſitum,& ibi not.infra de re iud. & l.
1.§ proinde,& l.ob quæ uitia.§.fi. ſupra de
307 ędili.edi.† Tertio,limita niſi conſangui
neus uel uicinus eſſet puer uel infans, qa
ratione ætatis præſumitur ignorare ut d.
capit.cum in tua.& ibi per Abba.& no. gl.
in capit.præſumitur.de reg.iur.lib.6.& pa
ri ratione infero idem eſſe in furioſo . Ex
quo nullum habet ſenſum,& infanti ęqui
paratur l.in negotis infra de regul. iuris.
308 † Quarto limita niſi conſanguineus uel
uicinus eſſet excommunicatus: quia præ-
ſumitur ignorante ſecundum Abb.in d.c.

cum in tua. colum. 1. Et poteſt eſſe ratio,
quia excommunicatus æquiparatur mor-
tuo.ſecundum Inn.in cap.grauem. de ſen-
ten.excommunica. Item ex quo nullus cũ
eo participat,non poteſt intelligere quod
309 agitur.† Septimo , principaliter limita
regulam prædictam procedere,niſi is qui
ignorantiam prætendit interfuiſſet nego-
cio quod aſſerit ignorare quia tunc ratio-
ne ſuæ pręſentiæ ſcire præſumitur. Ita no.
gloſſ.Bartol.& Bal.in d.l. ſi tutor petitus.
310 C.de peti.tut.† Octauo,principaliter li-
mita non procedere in eo qui aſſiduè &
ut plurimum ſolebat eſſe & ſtare cum eo
cuius factum ignorare prætendit, quia ra-
tione aſſiduæ conuerſationis , & amicitiæ
præſumitur ſcire factum illius , ſicut dici-
mus in uicino,& conſanguineo,ita notan
ter tenet Bald.& ibi etiam Imol.in l. quo
tiens in princ.ſupra de hær.inſt.& Bal.in l.
311 1.in primam fin.col.C.de cad. tol. † No-
no limita in eo qui ex iuris diſpoſitione tę
netur ſcire nam præſumitur ſcire , & non
excuſatur allegans ignorantiam l.1.C. de
fal.mon.& tenet Bal.in d.l. j. ſi tutor peti-
tus.& ratio eſt,quia ſcire. & ſcire debere
ſunt patria.Ita no.Bal.in l.quicunq;.col.j.
C.de ſer.fug.& Fran.de Are.in l. filiũ emã
cipatum.in fi infra eo.& Car.in cle. 1 §.fi.
col.1.de conceſſ.præb.& Pariſ. in tractat.
fin.in ver.familiaris.& Alua.in cap. uaſal-
lus ſi feudum.col.1.de feu.fue.contro. Pro
hoc facit quod dicimus de ignorantia iu-
ris quæ neminem excuſat, ut habetur in l.
iuris ignorantia. C. qui admit. & eſt ratio
quia quilibet tenetur ſcire leges ſacratiſſi-
mas.C.de legi.& propterea quilibet pręſu-
312 mitur eas ſcire,quia ſcire tenetur. † De-
cimo, limita non procedere in ignorantia
affectata, nam licet in dubio præſumatur
quis ignorare facta aliena.ut ſupra.& d.c.
præſumitur. Si tamen cum ſcire potuiſſet
de facili,non curauit,& affectauit ignorã-
tiam,quia forte receſſit ne poſſet ſcire, vel
alio modo procerauit ignorantiam nõ ex
cuſatur,imo ſcire pręſumitur,& talis affe
ctata ignorantia habetur pro ſcientia. Ita
expreſſe tenet Cardin.in cle.1.in 7. quęſt.
de conſan.& affin.per ea quæ habentur in
cap.apoſtolicæ de cle.excommu. & ibi per
Abb. ubi iſtud generaliter extenditur ad
omnem ignorantiam craſſam & ſupinam
quia talis ignoraatia neminem excuſat,
imò habetur pro ſcientia , ſecundum Ab-
ba.ibi,& ibi ponit quando dicatur ignorã
tia craſſa.& quando ſupina,& not. Bal.in
l. 1.in prin.col.1.C.de cadu.tollen.Ad præ
dicta autem de ignorantia affectata facit
tex.in l.tria onera.ſupra de exec.tu. & no.
plenè Iaſ.in l.ſi uero,col.2.& 3.ſupra quia
ſatiſ.cog.& de ignorantia ſupina eſt glo.
313 in ca.innotuit de elect.† Vndecimò , li-
mita non procedere in eo qui percunta-
tus eſt factum,alienum , quia pręſumitur
ſcire l.non eſt ferendus ſupra de tranſ. &
no.Bal.in d.l.tutor petitus.C.de peti. tut.
Idem eſt eo qui percunctare & inquirere
tenebatur forte ex ratione officij, quia ſci-
re præſumitur,& non auditur, allegando
ignorantiam,niſi illam probet.Ita.no.Ab.
in d.c.innotuit col.3.& fi.& de cle.& Lud.
conuentus non alienaui proprie librum
cauſa transferendi dominium , ſed tantū
conceſſi ipſum Titio ut defendat ſibi litē
per te motam ſuper illo libr. & donaui ei
omne quòd querit ex dicta lite conſecu-
tus , ut ſi forte obtineat , in totum lib. ſit
ſuus ſi uerò tranſigat , ſit ſuum quicquid
ex tranſactione conſequitur , & hæc fuit
mens huius glo.ita declaratę, tamen gloſ.
non obſtante hac ſaluatione non firmat
pedes,ſed tranſit ad aliam caſus poſitio-
nem.Nota tamen ex iſta glo.multum ſin-
gulariter ſecundum Bar.& Bal.hic, ꝙ quā
do tertius comparet tanquam principalis
& pro ſuo intereſſe non ut procurator in
rem ſuam non poteſt ſibi opponi quòd do
minus eſt legalior,& ſic non poteſt repelli
à litigando. Iſtud præcipitur ex reproba-
tione,quam facit gl.& per hoc habes nota
bilem limitationem ad hanc l.ut non pro
cedat in eo qui comparet ut dn̄s & princi
palis poſſeſſor.Secundo per iſtud dictū ha
bes optimam declarationem ad illa l.de il
lo.& ad d §.item ſi quis dolo, ſcilicet ꝙ in
terminis illarum ll.non poſſet actor repel
lere poſſeſſorem offerentē ſe liti : dicendo
ꝙ principalis qui deſijt poſſidere eſt lega-
lior,quod nota.Sum nunc in tertia par. gl.
in qua pono caſum hæres uendidit hære-
ditatem,in qua hæreditate ego eram debi
tor hæreditarius,emptor conuenit me uti
li actione:ego uolo reconuenire emptorē
ex perſona uenditoris, quia uenditor erat
mihi debitor,& in hac reconuentione uo-
lo,ut compareat uenditor,tanquam prin-
cipalis,& legalior poſſum hoc dicere, ſecū
dum iſtam lec.ſecundum quam iſta l.intel
ligitur loqui in reconuentione , & ſecun-
dum hoc exponeretur ſi actor 1. ſi reus cō
uentns qui in reconuentione eſt actor.gl.
reprobat hunc intellectum per l.2. C. de
pact.& leg.2.C.de hære.uel ac.uen.ubi ha
betur quòd emptor hęreditatis non poteſt
conueniri,niſi ſponte uelit , unde per hoc
excluditur quod ego poſſim hunc empto-
rem reconuenire multū per d.ll. & ſic hęc
lec. non procedit. Deinde gl. uolendo ſal-
uare hanc lec.dicit ſed certe imo eſt bona
poſitio quia aliud eſt cōueniri,& aliud re-
conueniri,quaſi uelit dicere,gl.illę ll. quæ
dicit emptorē hæreditatis nō poſſe conue
niri niſi ſponte uelit, ꝓcedunt in conuen-
tione principaliter facta,ſecus in recōuen
tione,quia pōt inuitus reconueniri, & hoc
uoluit dicere Bar.hic qui cōiter habet cor
ruptus,ibi dum dicit poſtea, ſuſtinet quòd
imò poſſum eū reconuenire, licet nō prin
43 cipaliter &c.† Ex iſta parte gl. ita declara
tę habes colligere naturā reconuentionis
quæ eſt , & in quo differt a conuentione,
quia licet ſit aliquis priuilegiatus ut inui-
tus trahi non poſſet per conuentionem co
ram aliquo iudice,ſi tn̄ ipſe conueniat aliū
coram illo iudice poteſt ibidem inuitus re
conueniri , & hoc eſt inductam per illam
rationem æquitati,traditam in authen. &
conſequenter,& in l.cum Papinianus in fi.
C.de ſen.ubi dicitur,cuius in agendo quis
ſeruat arbitrum eundem habere iudicem
44 contra ſe nō dedignetur.† Hinc eſt quòd
licet clericus non poſſit conueniri coram
iudice laico.cap. ſi diligenti de fo. compe.
& auth.ſtatuimus.C.de epiſ.& cler.tamen
ſi conuenit aliquem laicum coram iudice
laico poteſt coram eodem per conuentum
reconueniri,ut tenet Bar. in dicta authē.
& conſequenter in fi.& glo.in c.1.de mut.
pet.& habetur plene per Fel.in ca. at ſi cle
rici.de iudi.pro hoc habemus in regno ri
tum magnæ curiæ uicariæ in nu. 151. qui
45 incipit.Item quòd clericus.&c. † Vltimo
loco gl.reprobat iſtam caſus poſitionem
ex alia ratione.quia in iſto caſu ceſſio fuit
ex cauſa non lucratiua. leg. ſi qui in rem.
infra eo. quaſi uelit dicere gl.quod iſta ca-
ſus poſitio præſupponit quod hęreditas
fuit empta , & titulus emptionis eſt titulus
oneroſus,& quando quis ſuccedit ex titu-
lo oneroſo , nō poteſt reconueniri ex ꝑſo-
na cedendis,niſi ceſſio ſit facta in fraudē,
ut habetur in d.l.ſi quis in rem,& ibi not.
46 † Circa hanc lec.Bar.hic ſaluat eam ſequē
do opi.Hug.& Iac.But. & intelligit ꝙ hic
emptor hęreditatis ſponte ſe obtulit defen
ſioni in cauſa reconuentionis & ſic ſumus
in terminis.d.l.2.C.de pac.uerū actor uo-
luit



luit potius hęredem tanquam legaliorem,
& ita intelligendo hanc lec. eſt optima ſe-
cundum Bar.ex qua habes notabilem ex-
tenſionem ad hanc l.quæ loquitur in cau-
ſa conuentionis,ut procedat etiam in cau-
47 ſa conuentionis . † Deuenio ad quartam
partem huius gloſ.in quo ponit caſum e-
tiam in cauſa reconuentionis , uerum in
hoc ſolum differt à præcedenti , quia ibi
fuit ceſſio ex cauſa oneroſa , hic autem ex
cauſa lucratiua unde declarando gloſſ. po
ne ſic caſum,ego eram debitor tuus in cē-
tum , ceſſiſti hanc actionem Titio contra
me: Titius egit contra me ex iure ceſſo,&
ſatis dedit de defendendo in alia cauſa,
ad quod tenetur, ex quo erat ceſſionarius
ex cauſa donat.& ſic titulo lucratiuo: dein
de ego uolo reconuenire cedentem , uel
procuratorem ceſſionarium , poſſum hoc
facere quia fuit ex cauſa lucratiua . Et ſi
ceſſionarius ſe liti offert , poſſum dicere ,
compareat,principalis , quia eſt legalior ,
& in hac ultima lec.reſidet gloſſ. item has
duas lec.tenet Barto.hic,& dicit utranque
eſſe bonam , ſed præcedentem eſſe melio-
rem intelligendo eam ſecundum Iac.But.
ut ſupra . Ex prædictis ergo patet quod
habemus hic quatuor lect. quarum primæ
duæ loquuntur in conuētione, & aliæ duę
in reconuentione,prout aduertit hic Bal.
primę duæ fuerunt reprobatę, quia non lo
quuntur in procuratore in rem ſuam ut
loquitur hęc lex , ſed potius in domino,
prætendente principale intereſſe iſtæ ſe-
quentes duæ approbantur hic per Barto.
ut ſupra dixi tamen Bald. hic ſubtiliter cō
ſiderando dicit quod adhuc iſtæ duæ ulti-
mę ſibi non placent,quia non conueniunt
huic l.quæ loquitur in procuratore in rem
ſuam,nam ille ceſſionarius reſpectu recō-
uentionis nullum habet mandatum , nec
dici poteſt procurator in rem ſuam , & ſic
iſta leg.eſt male exemplificata in cauſa re-
conuentionis unde ſecundum Bal. omnes
iſtæ quatuor lecturæ remanent reprobatæ
certè conſideratio Bald. eſt ſubtilis . adeo
quod iſtæ lec.in cauſa reconuentionis nō
48 uidentur carere dubio . †Tamen ad hoc
ut iſta l.reddatur. magis notabilis & am-
pliata puto ſuſtentari poſſe opin. Bartol.
quod imo iſtæ duæ lec.in cauſa reconuen-
tionis procedant & conueniant huic legi.
Et conſidero quòd prima lec.iſtarum dua
rum ponit exemplum in emptore hære-
ditatis reconuento, qui emendo hæredita
tem. cenſetur emere omnia iura actiua &
paſſiua ipſius hæreditatis ſaltem in effe-
ctu, iura enim actiua tranſiuit ipſo iure
utilia in emptorem,l.emptor. C. de hære.
uel ac.uend.paſſiua autem non tranſeunt,
quia ius paſſiuum non poteſt in aliū tranſ
ferri, niſi conſentiente creditore , ut not.
Bal.in l.1.C.de pac.per l.ſi mandato meo.
§. 1.infra man.ueram effectus iurium paſ-
ſiuorum tranſit in ipſum emptorem, quia
licet ipſe non poſſit conueniri inuitus a
creditoribus , ſed ſolum uenditor , tamen
tenetur ſoluere & extraere uenditorem
indemnem.leg.hæreditatem & ibi habe-
tur.infra.de donat.& leg.2.C.de hęre. uel
ac.uen. unde conſidero quod uenditor uē
dendo hæreditatem cenſetur cedere actio
nes actiuas utiles,ut d.l. emptor , & etiam
effectum paſſiuarum , qui ſaltem tacite
ex iuris diſpoſitione cenſetur ei manda-
re quod extrahat ipſum uenditorem in-
demnem a creditoribus hæreditarijs infe-
ctu.per dicta l.2.& d.l. hæreditatem. Mo-
do ad propoſitū,quando iſte emptor ſpō-
te ſe offert ſecundum Bartol. ad defenſio.
uenditoris in cauſa reconuentionis , facit
id ad quod in effectu habeat tacitum man
datum præſupponendo quod debitum re-
conuentionale erat hæreditarium , quia
in effectu ipſe tenebatur illud luere, unde
bene poteſt dici procurator in rem ſuam,
& ſic remanet reſtricta iſta ſaluatio Bart.
ſolum in debito hæreditario , ſed ſi debi-
tum eſſet extraneum & ex alia cauſa quā
ex cauſa hæreditaria tunc d.hæredem.op.
Bald.quia tunc non poſſet dici procura-
tor in rem ſuam aliquo modo in cauſa re-
conuentionis.Eodem modo conſidero in
4.lec.C.poſſit ſaluari gl.& Bald. ab impu-
gnatione Bar.qa in ea ceſſionarius erat ex
cauſa lucratiua , qui ipſo iure tenetur de-
fendere cedentem in cauſa reconuentio-
nis,leg. ſeruum quoq.§.fi.infra eo. & not.
gloſſ.in d.l.ſi quis in rem . infra eo. unde,
cum creditur ſibi actio ex cauſa lucratiua
cenſetur , ceſſa cum hoc onere defenden-
di,& ſic ſaltem tacite ex iuris diſpoſitio-
ne ſeu interpretatione cenſet ad hoc habe
re mandatum,unde poteſt dici ꝓcurator
in rem

in rem ſuã,ſicut in ſimili dicimus quando uendo hæreditatem, nil cedo expreſſe, & tamen ipſo iure tranſeunt utiles actiones. ut d.l.emptor. Eodem modo quando datur nomen debitoris in ſolutum, ipſo iure ex diſpoſitione legali tranſit utilis actio,l. ſi.C.quando fiſc.uel priua.& tamen dicitur ille procurator in rem ſuam ex parte actoris,ita ergo eſt dicendum ex parte rei, & ſic remanet defenſata opi. Bar.per quã habemus extẽſionẽ ad hanc l.ut ꝓcedit ẽt in

49 cauſa.reconuentionis. † Capio 2. partem principalem huius gl.in qua quærit ad q̃d prodeſt facere ꝓcuratorẽ in rem ſuam, ſi habet neceſſe litigare ad uoluntatẽ aduerſarij,quia ſi aduerſarius nõ uult litigare ſecũ,ſed cũ dño, repellitᷣ a litigando ut hic gl.ſoluit & dat uerũ intellectũ ad hũc tex. ſ.ut procedat quando perſona dñi eſt legalior & melius nouit factũ, unde uult dicere glo.quod poteſt prodeſſe quando ita eſſet legalis procurator in rem ſuam ſicut dominus, & pari modo nouiſſet factum, quia tunc actor non audiretur,ſed deberet litigare cum procuratore in rem ſuam, & cum gl.concordant & Bar.& Bal.hic & gl. in l.plane.infra fami.hære. Venio ad gl. fi. in uerſ.qui rem.Quam diuido in duas partes,in prima parte declarat text.in l 2.format unam quæſtio.Secunda ibi, ſed quid &c. Dicitur in text.ꝙ poteſt actor eligere dominum potiuſquam procuratorem in rem ſuam, dicit gloſ. quia transfert iudicium, quaſi dicat illud iudicium quod proſequebatur actor contra dominum, uolebat hic procurator in ſe aſſumere.leg. ſolutionem infra de ſolu. & ideo hoc inuito actore fieri non poſſet,ut no.in d.l.ſolutionem.Ex hac glo.colligit Bald.hic quintum intellectum ad hanc legem, & iſtum quintum approbat & dicit eſſe ueriorem cæteris,& ſecundum iſtum intellectum eſſet ponendus caſus, quòd hic dum conuenirem debitorem meum, quidam tertius ſe obtulit ad ſuſcipiendum iudicium animo nouandi, poſſum dicere cõpareat principalis ſi eſt legalior, ſecundum Bald.hic.

50 † Et licet Bald.teneat hunc intellectum ut ueriorem, tamen ego indubitans teneo hanc lec.non procedere,quòd glo. & Bal. male loquantur, & quòd hic intellectus ſi deterior cæteris,quod clare oſtendo. Nam gloſſ.dicit iſta uerba,ſcilicet quia transfert in ſe iudicium.l. ſolutionem infra de ſolu. ſuper quibus uerbis præſuppono quod gloſſ.debet intelligi ſecundum l.quam allegat, ut not.Barto.in l. non ſolum.§ ſi liberationis uerbo. infra de liber. legat.& Ioan.And.in cap.cum nuntius de teſti. unde dum illa gloſſ. allegat d. l. ſolutionem, uult dicere quod iſte procurator ſuſcipiebat iudicium animo nouandi, quia iſte eſt uerus intellectus ad illam legis ſolutionẽ ſecundum gloſſ.Barto.& Pau. de Caſt.ibi. Ex hoc ſequeretur quod iſte ſuſcipiens iudicium animo nouandi,poſſet inuito actore comparere,quando perſona domini nõ eſſet legalior,quia tota diſtinctio huius legis conſiſtit,an ſit legalior perſona domini,& tunc non admittitur ꝓcurator alias ſecus . iſta conſequentia eſt euidenter falſa, quia ſecundum ueram & communẽ concluſionem, quando tertius uult ſuſcipere iudicium animo nouandi & liberandi debitorem , non admittitur indiſtincte inuito actore,ſiue ſit legalior ſiue non,ita tenet Bart.in dicta l.ſolutionem . pro hoc eſt.text.& ibi Bar.in l.ſi mandato meo § 1. infra mand.& Bart.in l.liberto.§.fin. infra de nego.geſt.& in hac l.ſed ſecundum iſtũ intellectum gloſſę,adhiberetur illa diſtinctio,an ſit legalior adaptando ipſum ad hanc legem, unde apparet ꝙ eſt falſus intellectus,& eodem modo Bald. qui ipſum ſequitur male loquitur,unde in hac prima

51 parte huius glo.& Bald.hic. † In ſecunda parte gloſſ.quæ tit.quid actor dicit dominum eſſe legaliorẽ, procurator dicit quod ipſe eſt legalior, cui eſt credendum ? dicit gloſ.Actori,ſentit ergo.gloſ.ꝙ potius actori ſit credendum,tu dic melius,ut per Bar. hic,& hic reſeruo dicendum ſuper eo . Et ex his gloſſa in hanc l.explicata eſt. Habemus ex prędictis huc, uſque quinque intellectus ad hac l. quorum primi duo ſunt communiter reprobari,alij duo ſequentes qui loquuntur in reconuentione,approbãtur hic per Barto.licet Bald.eos reprobet, ego tamen conatus ſum eos ſaluare ſupra una cum Bartol. uerum faciunt aliquam uiolentiam ad hunc text.qui loquitur per uerbum conuenire & exempla illa loquũtur de reconuentione, & ſic impropriãt literã huius leg.Quintus intellectus tenetᷣ ꝑ Bal.hic,



Bald.hic, quem optima ratione reprobaui.

52 † Sexto modo legit Bald. hanc l. ponendo caſum per l. planè infra fa.erciſ. ut ſi duo erant hæredes qui diuiſerunt hæreditatem in qua erant duo creditores ſcilicet Titius in centum, Mæuius in alijs centum,certum eſt quòd unum quodque debitum diuiditur proportione hæreditaria inter hæredes ipſo iure.l.ea quæ.c. famil. erciſc. & l 1. C.ſi certum peta.& l.pro hæreditarijs.C.de hære.actio. adeo quòd Titius habet ſuã actionem in quinquaginta contra unum hæredem,& in alium hæredem in alijs quinquaginta,& ita etiam Mæuius.Modo conuenit inter iſtos hæredes quod vnus ſoluat totum debitum Titio & alius Mæuio,Titius modo conueniebat utrunque hęredem ad quinquaginta, ille qui erat hæres & promiſerat ſoluere totum Titio,comparet ut procurator in rem ſuam,& vult ſuſcipere totum iudicium & pro quinquaginta cohæredis,poteſt creditor dicere compareat principalis, quia eſt legalior & hæc lec.poteſt applaudere huic l. & eam tenet glo. in d.l. planè. & puto eam rectè procedere, unde in hoc teneo cum Bald hic.

53 † Vltra tot & tantas lec.datas ad hanc l.ego addo ſeptimam lec. & magis planam & notabilem , & puto quòd hæc fuerit uera mens huius l per quam lecturam non uiolatur in aliquo litera huius text. Pono igitur caſum ſic . Ego eram creditor hæreditarius in centum,hæres uẽdidit hæreditatem,ego creditor conueni hæredem, eundemq; uenditorem ad dicta centum , quia emptorem conuenire non poteram inuitum per d.l 2. C.de pac. Emptor ſponte ſe offert ut procurator in rem ſuam ad ſuſcipiendum iudiciũ non tamen animo nouandi, ego dico,Volo ut comparet principalis , ſcilicet, uenditor quia eſt legalior, quęritur an poſſim hoc dicere ? & deciditur hic quòd ſic.& iſte intellectus nullum uidetur habere obſtaculũ, & loquitur in cauſa conuentionis,non autem reconuentionis,& ſic eſt conformis cũ l.noſtra. iſtud exemplum uerificatur per l. ult.§ Titius.infra.de condi.indeb.ubi eſt caſus optimus ad ſciendum qualiter,conſtituatur procurator in rem ſuam ex parte rei.& not.glo.in l. Plautius inf.eo hunc intellectũ puto ueriorem cæteris, & tunc iſto pertranſeo ſuper hac.l. Expeditis glo.& lec. huius l.uenio ad apparatum,& ad ſuppletiones,& primo Bartol. hic relatis glo. formasduas oppo. ſimul uidelicet de leg. 1.§. uſus ſupra eod.ubi qui non uult comparere per ſe, poteſt ſe defendere per procuratorem,hic dicitur quòd tenetur comparere principalis ad inſtantiam actoris ergo male. Item opponit de l. ſoluendo. infra de nego. geſt. & leg.ſolutionem infra de ſolu. ubi dicitur quòd poteſt quis defendere aliquem etiam inuitum,& pro eo ſoluere,hic dicitur contrarium, quia defenſor repellitur a litigando,ergo malè.

54 † Pro ſolutione horum cõtrariorum par. hic facit 4.membro diſtinguendo quæ etiã reaſſumit idem Barto. in d l ſolutionem,& tãgit in d.l.liberto.§.ult.infra.de nego.geſt. & in omnibus bene loquitur. Ego autem reſumam iſta qua addendo unicuique concluſioni ſuppletionesneceſſarias . prima igitur cõcluſio eſt ſi debitore conuento tertius cõpareat ad ſuſcipiendum plenum iudicium in ſe animo nouandi , & transferendi iudicium, & actionem in perſonam ſuam.& liberandi penitus debitorem a toto debito, non cogitur actor iſtum admittere , ſiue non,unde actore uolente , repellitur a litigando iſtud probatur per di.le. ſi mandato meo.§.1. & ibi Bartol.in d.l.ſolutionem. & in d.l.liberto. & hic.Et hæc concluſio eſt vera & communis ita loquitur d l. ſoluendo, & d.l ſolutionem . quæ l. quo ad iudicium ſuſcipiendum,debent intelligi uolente actore , non autem eo inuito, ut dicit gloſſ. & Bart in d.l.ſolutionem Et hæc ſit prima limitatio ad iſtam concluſionem, ſcilicet,ut non procedat actore uolente,quia tunc admittitur tertius,& debitor liberatᷣ, ut nota. in d.l.ſolutionem.

55 † Secundo ſingulariter limita hanc concluſionem procedere quando tertius uellet iudicium ſuſcipere , ut ſupra , ſecus ſi uellet ſoluere debitum pro debitore conuento , quia tunc poteſt ſoluere creditori etiam inuito, & liberare debitorem etiam inuitum à moleſtatione creditoris, & cogitur creditor hunc admittere ad ſoluendum, imo ſi nollet recipere ſolutionem, poteſt ille tertius eam offerre uel deponere quæ oblatio erit tantæ uirtutis, ut impediat debitorem ulterius conueniri poſſe, ita multum notabiliter tenet Bald, Auge.

Fulgo.& Paul de Caſtr.& ibi etiam Iaſ.in l.
male pactum. §. poſt diuiſionem. ſupra de
pact. & dicit ibi Baldus notari ex illo text.
quòd extraneus habet ius offerendi debi-
tum, & liberandi debitorem. l. qui decem.
§. 1. infra de ſol.& l.cum poſtliminij. C. de
56 captiuitate ob ſignatione. C. de ſolu. † Se-
cunda concluſio uera eſt, ſi debitore con-
uento comparet tertius ad ſuſcipiendum
iudicium non animo nouandi nec debito-
rem liberandi, ſed tanquam procurator in
rem ſuam animo defendendi pro ſuo inte-
reſſe, & tunc iſte admittitur ſi perſona do-
mini principalis non ſit legalior, alias ſecus
& ita loquitur hæc l.& d.l.plane.cum gloſſ.
infra famil. erciſc. & de hac legalitate de-
bet diſputari in principio litis.quia ſi a-
ctor admiſit procuratorem im rem ſuam,
& non oppoſuit quòd dominus erat lega-
lior, ſibi prçiudicauit, & non poteſt ulterius
iſtud opponere ſecundum Bar.hic & bene.
Quod intellige & declara, ut dixi ſupra in
57 euidentialibus.in uerſi.7. utilitas &c. † Ex
dictis. Bar.ſuper iſto ſecundo membro col-
lige tria notabilia. primum quod ſicut ex-
ceptio declinatoria, & recuſationis iudicis
debet opponi in principio litis, antequam
aliqua exceptio opponatur ut not. Barto.&
Alexand.in l. quidam conſulebat de re iud.
& not.Bart.& docto.in l.ſi conuenerit ff.de
iuriſdi. om. iud. ita etiam exceptio decli-
natoria, & recuſationis aduerſarij, ut hic.
58 † Secundum notabile eſt, quòd poſtquàm
procurator im rem ſuam eſt admiſſus ad li-
tigandum per aduerſarium, non poteſt
ulterius petere aduerſarius ut compareat
principalis ad ſe examiuandum, ut princi-
palem, & legaliorem, quia non dicitur ul-
terius principalis ad hoc, ut eius confeſſio
59 poſſit præiudicare procuratori. † Ter-
tium notablle eſt, quod confeſſio prin-
cipa. non nocet procuratori in rem ſuam
admiſſo in iudicio, poſtquam fuit notum
aduerſario illum eſſe ceſſionatium, uel ali-
ter eſſe procuratorem in rem ſuam. ſecus
ſi nondum ſciuiſſet id, quia ſibi tunc noce-
ret, ut not. Barto.& doctor.in l. ſi cum em-
ptore. ſupra de pact. & probatur in l.ulti-
ma ſupra de tranſact.contrarium tamen ui
detur tenere Bald. hic in fi. colum tamen
non eſt contra ſi recte inſpiciatur.
60 † Tertia principalis concluſio eſt, ſi de-
bitore conuento comparet tertius cum
mandato ad eum defendendum tanquam
procurator ſimpliciter ad utilitatem do-
mini non autem propriam, tunc indiſtin-
cte admittitur ſiue dominus ſit legalior ſi-
ue non, ita loquitur tex.in l.1.§. uſus.ſupra
61 eod.ti. † Quod limita primo procedere in
cauſis ciuilibus, uel criminalibus, in qui-
bus irrogatur pœna a relegatione infra,
ſecus ſi a relegatione ſupra quia tunc non
admittitur procurator, ſed ipſe principalis
com parere tenetur.l.penultim.§.ad crimen
62 & ibi Bartol. infra.de pub. iudi. † Secun-
do limita niſi ex aliqua iuſta cauſa iudex,
uellet facere comparere principalem, & nol
let procuratorem admittere, ut quia eſt ri-
xoſus, & tabula, quia poteſt hoc facere e-
tiam in cauſa ciuili. l. ultima & ibi gloſſ.
63 & doctores. C. de procurator. † Tertio li-
mita hanc concluſionem non procedere
quando aduerſarius in aliquo articulo uel-
let præſentiam domini. ut ipſum exami-
nari faciat, ut principalem, & legaliorem,
& tanquam melius de cauſa informatum,
quia tunc tenetur dominus uenire perſona-
liter in iudicium ad teſtationem quaſi prin
cipalis faciendam, atque eo iure utimur:
ita tenet Bartol hic per d.l.ulti. & ibi gloſſ.
C. de procur. ſi uero dominus eſſet abſens,
uel non poſſet iudicium uenire, tunc pro-
curator debet mittere ad eum in loco ubi
eſt, ad ſe examinandum, ut principalem,
ſecundum Barto.hic per l.generaliter.§.his
de præſentibus.C.de rebus credito.
64 † Sed iuxta hoc cadit notabile dubium,
ſi dominus eſt abſens, & eſt mittendum
ad eum pro ipſo examinando ad inſtan-
tiam aduerſarij, cuius expenſis mitti de
bet Baldus in dicto. §. his de præſentibus.
uidetur dicere quod expenſis petentis, & ſic
expenſis aduerſarij contrarium tenet Bald.
hic, & uerius, ſcilicet quod mitti debet ex-
penſis ipſius abſentis examinandi, & ita
fuit deciſus iſte caſus in ſacro conſil. Neapo
litan.ut eſt deciſ. 177.pro hoc eſt gloſſ.in l.
2.§.defendi. infra, ex quib. cauſ. in poſſeſſ.
ea. & ideo eſt, quia non debet deterior fie-
ri conditio litigantis propter abſentiam
aduerſarij, ſed ipſi abſenti debet abſentia
ob eſſe. Et ex hoc uerificatur illud quod
in ſimili dixit Bartol. in dicto. §. defen-
di quod ſi aliquis abſens mittit procurato





rem ad litigandum mecum, ego potero
petere copiam mandati procuratorij ſum-
ptibus ipſius abſentis.nec fiat deterior con
ditio mea propter eius abſentiam, quod
eſt ualde quotianum in practica. Idem in
ſimili notat. Bartolus in lege prima, in fin.
C. de procuratotibus. † Quis autem di-
catur principalis, ſeu quç dicatur princi-
palis perſona in iudicijs, ad hoc, ut ſcia
mus quis debeat ſe examinare, ut prin-
cipalem uide textus in authent. principales
& ibi Baldus in.1.not.C. de iur.calum ubi
dicit Baldus quod principalis perſona dici-
tur illa quæ ſuo nomine litigat iudicio pro
hoc eſt ritus magnæ curiæ uicariæ in num.
283. qui incipit. Item quòd quandocunq;
ubi appellat principales perſonas actorum
& conuentorum, per quod poteſt dici, quòd
perſona principalis dicitur illa quæ agit,
uel conuenitur in iudicio, ut ſatis colligi-
tur ex traditis in materia huius l.
66 † Quid autem de procuratore, an dicatur
principalis, & an poſſit compelli ad ſe exa-
minandum, principalem, ſicut eius domi-
nus, uide Bald.in l.non ſolum.colū.1.infra
eo.ubi dicit, quòd ſic, quia procurator te-
netur reſpondere omnibus illis poſitioni-
bus, quibus tenetur reſpondere dominus:
ſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum: aliàs
poſſet petere terminum ad conſulendum
dominum: iſtud eſt hodie clarè deciſum in
regno per deciſ.conſi. Neapol.in nume. 92.
ubi expreſſe deciditur, quòd procurator po
teſt cōpelli ad deponendum, ut principalis.
67 † An autem quando examinatur principa
lis poſſit iudex repellere eius aduocatum,
uel procuratorem: dic quòd ſic: ne ipſum
inſtruat: ita ſentit Bald in d. l.non ſolum,
in prin in fi. col.infra eod.licet ſe remittat.
faciūt no per glo.& Bar.in l.proxime infra
de his quæ in teſta. dele.ubi habetur, quòd
iudex non debet ſe conſulere cum aduoca-
to alterius partis, & dicit gloſ.in conſti. re-
gni:ut uniuerſis. in uerſic. cum proborum.
ꝙ aduocati non debent intereſſe in conſi-
lio ferendæ ſententiæ:tamen iſte caſus prç
poſitus eſt hodie deciſus in regno per dictū
ritum magnæ curiæ uicariæ in nume. 283.
qui incipit: Item quòd quandocunque.ubi
dicitur ꝙ principalis debet examinari in ſe
creto ſine conſilio aduocati uel procurato
ris, & non puniatur de periurio ſi falſum de
ponat, ut ibi habetur. Iſtud etiam tenet An
dr.de Iſer.in ca.1.§ ſimiliter de con ſue. rec.
feu.& de primo dicto.ſ.quòd aduocatus vel
procurator non debet intereſſe in examine.
principalis eſt deciſio Bar.in l. ſi poſtulaue-
68 rit.§.haberi.ff.de adulete. † Quod ſingula-
riter limita non procedere in ruſtico, uel
idiota, qui eſſet examinandus ut principa-
lis: quia in eius in examine poteſt intereſ-
ſe aduocatus, uel procurator: ad hoc ne
propter eius ſimplicitatem in ſua depoſitio
ne decipiatur. Ita tenet Hoſt in c.dilecti.de
iud.& illud dictum ſequitur Soc. in repe. l.
69 1.col.4. infra de uulg & pupil. † Quid au-
tem ſi principalis interrogatur ſuper poſi-
tionibus non vult reſpondere? dic quòd
habetur pro confitente, uel negante: ſecun-
dum quod utilius eſt eius aduerſario. Ita
dicit Bald. in d.l.non ſolum colum.fi. illius
princ.uerſi.ult.quæro.infra. eo. pro hoc eſt
tex in cap.2.de cōfeſ.lib.6.& in l.de ætate.
§.qui tacuit infra.de inter.act. Iſtud eſt etiā
hodie deciſum in regno per regiam prag-
maticam, quæ incip. Si reus, quæ eſt confor
mis cum dicto Bald.in d.l.non ſolum.& cū
d. §. qui tacuit. Item habemus ritum ma-
gnæ curiæ uicariæ in nume. 250.qui incip.
Item ſeruat dicta curia, quòd ſi quis &c.qui
ponit practicam in hac materia.ſcilicet, ꝙ
quando quis citatur, ut ueniat ad ſe exami-
nandum, ut principalem, in ultima citatio-
ne debet inferi copia articulorum ſuper q-
bus uult deponere, & tunc ſi non compa-
ret.habetur pro confeſſo, & ab huiuſmo-
di decreto non appellatur, ut ibi habetur
quod nota in practica.
70 † Quarta principalis concluſio eſt: ſi uno
conuento comparet alius, qui eſt eius ſuc-
ceſſor ſingularis in plenum ius per aliena-
tionem, ad ſuſcipiendum iudicium pro
ſuo principali intereſſe, non ut procura-
tor in rem ſuam, non poteſt actor dicere cō
pareat principalis, quia eſt legalior: ſed te-
netur litigare cum offerent ſe. ita dicit
Bar.hic in 4.membro, qui dicit ita debere
intelligi iura allegeta in prin gloſſ. ſcilicet
in l.de illo.& l.electio. de noxa. & ego dixi
ſupra in prin.glo.magnæ in 2.lec. & proba
tur per gloſſ.in d.l.electio.dum dicit quan-
do non ſe offert aliquis, tunc procedit illa
lex: ergo quando aliquis ſe offert, ſequitur,
quòd ceſſat electio, & tenet litigare cū illo

71 † Item circa hoc pondera uerba. Bart. dum
dicit : per quod alius, quem actor uolebat
conuenire, liberatur, quia per hęc uerba ui-
detur innuere, quòd ſi actor conuenit eum
qui dolo deſiit poſſidere, & poſſeſſor ſuſci-
pit iudicium: liberatur conuentus per com-
partitionem poſſeſſoris, & ſuſceptionem iu
dicij: iſtud probat in d.l. de illo. & l. ſeq. in-
fra de noxa. allegat Bar. alium tex. uidelicet
in l. ſed ſi lege. §. item ſi rem. infra de peti. hę
re. qui tex. ſimiliter bene facit in uer. quid ta
men poteſt etiam exemplificari in l. etiam.
§. Item ſi quis dolo. ibi euaneſcere ait- &c.
72 eod. titu. † Poſſet etiam ſuper iſto quarto
membro in exemplum adduci materia no-
minationis in iudicio : ut ſi ego conuenio
colonum, uel inquilinum , uel alium deten-
tatorem alicuius rei, & ille nominat domi-
num in iudicio: nam domino comparen te
transfunditur iudicium in eum, & conuen-
tus liberatur ab inſtantia iudicij l. 2. & ibi
plene per Bal. & Bar. C. ubi in rē act. & no.
Abb. in ca. quoniam frequenter. col penul.
in fi. ut lit. non conteſtat, unde tunc non ad
mitteretur actor , ſi diceret , Volo litigare
cum colono, uel alio detentatore tanquam
73 legaliori per prædicta . † Quid autem in
actore laudato comparente in iudicio , an
poſſit comparere inuito actore : uide Bald.
hic: in fi. col. ubi notabilier loquitur: quia
poteſt comparere altero de tribus modis .
Primo modo ut ſimplex procurator. & ad-
mittitur per d.l. 1. §. uſus infra eod. Secun-
do modo , ut procurator in rem ſuam pro
ſuo intereſſe ad ſuſcipiendum iudicium ,
non autem animo nouandi , & tunc ſimili-
ter admittitur : non tamen liberatur em-
ptor ab inſtantia iudicij per comparitionē
actoris : ſed prodeſt illi comparitio acto-
ris: ut poſſit ex defenſionibus eius liberari ,
& obtinere, & in hoc differt à nominato in
iudicio : cuius comparitio liberat nomi-
nantem ab inſtantia iudicij : ſecundum
Bartol. & docto. in d.l. 2. C. ubi in rē actio.
Tertio modo poteſt comparere in iudicio
animo nouandi , & liberandi emptorem :
& tunc non auditur ſecundum Baldum in
hac l. noſtra : per ea quæ ſuperius dixi.
An autem in dubio preſumatur compa-
ritio animo nouandi , uel non , vide Ale-
74 xand. in d.l. 2. C. de pact. † An autem iudi-
cium cęptum contra emptorem debeat
ſuperſederi per laudationem actoris do-
nec conpareat actor laudatus ? dic quòd
hodie iſtud eſt deciſum in regno : per re-
giam pragmaticam quæ incip. Dubitatio-
nem . per quam eſt prouiſum quod ſi a-
ctor laudatus eſt præſens in illa ciuitate in
qua iudicium agitatur non debet in cauſæ
ſuperſederi . ſed proceditur contra empto-
rem uel alium ſucceſſorem : ſi autem a-
ctor eſt abſens à loco iudicij : datur termi-
nus competens conuento ad denuntiandū
actori laudato in loco ubi eſt , & interim ,
durante termino ſuperſedetur in cauſa con
tra emptorem contra quem lata ſententia
mandatur executioni contra actorem lau-
75 datum ſine nouo proceſſu . ita hæc omnia
habentur in d. prag. † Quærit hic Bar. quo
niam iſta l. loquitur de procuratore in rem
ſuam ex parte rei, quid in procuratore in rē
ſuam ex parte actoris: an in eo etiam diſpu
tetur. quæ perſona ſit legalior, & eſt exem-
plum ſi ceſſionarius agit contra debitorem
ex iure ſibi conceſſo, an poſſit debitor dice-
re, Compareat principalis cedens : quia eſt
legalior: Bar. hic uidetur tenere ꝙ ſic. per l.
pen. & fi. infra de alie. iud. mu. cauſa fac. li-
cet Cyn hic aliter teneat. Etſm Bar. hic hęc
lex ampliatur ut procedat etiam in reo con
uento: ut poſſit opponere contra procura-
torem in rem ſuam ex parte actoris de lega
litate perſonæ: hoc tetigit aliquantulum ſu
pra, in notabilib. Bal. hic tenet contra Bar.
& dicit quòd iſta l. non habet locum in pro
curatore in rem ſuam ex parte actoris alle-
gat tex. in l. procuratorem in rem ſuam. in-
fra eo. qui tex. uidetur deſtruere iſtam l. ſe-
cundum eum. & ibi proprie eſt gl. quæ dat
hūc intellectum ad iſtam l. & facit pro Bal.
Ego autem teneo opin. Bart. quam tenui ſu
pra in notabilibus , quæ uidetur mihi ue-
rior, cum modificatione tamen ſeu diſtin-
ctione infra ſcripta. Et pondero ꝙ tex. in d.
l. penul. & fi. nō facit pro Bar. quia ibi fuit
facta alienatio cauſa mutuandi iudicij, &
ita expreſſe dicitur in d. l. penulti. ꝙ debet
prior dominus experiri ſi mutandi iudicij
cauſa ſit facta alienatio , ergo à contrario
ſenſu ſecus , unde illa l. potius a contrario
ſenſu faceret contra Bartol. in caſibus in
quib. fieret ceſſio ſine fraude, & non cauſa
mutandi iudicij. Nam ille titulus de alie. iu-
di mutan. cauſa fac. præſupponit dolum, &
ſine



ſine dolo non procedit diſpoſitio illius , ti-
tuli, ut dicit tex. in l. item ſi res. §. 1. & leg.
non ſolum infra de alie. iud. mu. cauſa fac.
76 † Præterea conſidero ꝙ illa. l. procuratorē
in rem ſuam, minime facit pro Bal. nec ui-
detur in aliquo contraria huic l. ſi bene cō
ſideratur: nam in illa l. cōcurrebant cedens,
& ceſſionarius ad exigēdum debitorem, &
dubitatur quis debeat præferri, & dicitur,
ꝙ præfertur ceſſionarius , quod eſt uerum,
concurrente altero de tribus , ut dicit ibi
gl. quæ ponuntur in l. 3. C. de dona . Et ſic
quæſtio non erat ibi inter reum & actorē,
prout eſt hic: ſed erat inter ipſos actores, qa
quilibet eorum prætendebat anteponi: un-
de nō negat ille tex. quod ſi reus oppoſuiſ-
ſet ceſſionario , compareat principalis qui
eſt legalior, quòd non debeat audiri, & ſic
uidetur longe diuerſus caſus ab iſta l. ue-
rum quia contra Barto. habemus magno-
rum uirorum auctoritates , uidelicet gloſſ.
in d.l. procurarorem. Cyn. in d.l. ulti. infra
de alie. iudi. mu. cau. fac. & Bal. hic & in d.l.
procuratore , non eſſet tutum ita indiſtin-
ctè tenere, cōtra eos, maximà cū pro opin.
Bar: non habemus tex. in terminis loquen
te in actore ſicut in reo, & ſic opin. Bar non
poſſet ſaluari ſic per extenſionem huius. l.
ut ſtatutum in reo extendatur ad actorem
& econtra. l. ulti. infra de accep. propterea,
ſaluo meliori iudicio , ego concordarem ,
ita huiuſmodi opin. ut diſtinguamus , aut
cedens alienauit doloſè cau. mu. iudi. &
tunc indiſtincte ſit uera opin. Bart. per d.l.
penul. aut iſtud non apparet, & tunc ſimili-
ter teneo opin. Bar. ut reus poſſit oppone-
re: ut cōpareat principalis, qa eſt legalior,
& ſi principalis uellet comparere diſcuſſo
de legalitate præfertur ceſſionario minus
legaliori , ſi autem nollet comparere, &
tūc quia nemo inuitus agere compellitur,
puto quòd admittatur ceſſionarius inui-
to reo: quia alias eſſet in poteſtate rei elu-
dere debitum, nolente agere cedente, & ita
procedat opin. Cyn. & Bald. Et ad hoc me
mouet ratio Bald. qui ſe fundat hic ſuper il
la ratione , quia nemo inuitus agere cogi
tur: ergo à contrario ſenſu, ſi ſponte ueni-
ret ad agendum , ceſſaret ratio Bald. & ita
cum hac diſtinctione pertranſeo . Adde
quòd Rapha. etiam nititur hic concordare
opin. ut hic per eum.
77 † Vlterius quærit hic Bar. quid ſi actor di-
cit , quod dominus eſt legalior : procurator
uerò dicit ſe legaliorem : cui incumbat o-
nus probandi iſtam legalitatem. gloſ. hic
tangit, & non bene ſoluit, ſed Bart. melius
ſoluit, & dicit : quod hæc probatio incū bit
illi qui allegat aliquē legaliorem ad fundā-
dam ſuā intentionem , uel exceptionē, l. ei
incumbit. infra. de probat. & l. ſi uerò. §.
primo & ibi habetur ſupra qui ſatiſdat. co-
gan . Ex hoc ſequitur , quod cum procura-
tor in rem ſuam habeat ſuam intentionem
fundatam à iure ad comparendum , & iu-
dicium ſuſcipiendum non animo nouandi:
qui admitti debet ſi actor ad ipſum exclu-
dendum allegat dominum eſſe legaliorem ?
ipſe allegans debet hoc probare, quia iſtud
eſt fundamentum ſuæ intentionis ad exclu
dendum aduerſarium , quod confirmatur
ex his quæ nota. Barro. in l. hoc iure. infra
de uerborum obligatione ubi ponit hanc
materiam : quod quilibet tenetur probare
id, quod eſt fundamentum ſuę intentionis,
& Barto. in dicta l. ſi uero. §. primo. & Abb.
in capit. bonæ memoriæ. primo. colum. 6.
de electi. ubi habetur , quòd etiam negati-
ua debet probari quando eſt fundamen-
tum intentionis alicuius, licet alias ſit im-
probabilis, ut l. actor. C. de proba. Eodē mo
do ſi procurator in rem ſuam ad excluden
dum actorem diceret ſe eſſe legaliorem ex-
cipiendo, ipſe tenetur id probare per prædi
cta. & ſic ſemper inſpicimus eum qui ſe fun
dat ſuper aliqua qualitate agendo uel exci
piendo , ut illam probare teneatur l. ſi mi-
norem. C. de integr. reſtit. Erit ergo practi-
ca, quo ad iudicem quod ſtante huiuſmodi
conflictu inter procuratorem & actorem,
quia hinc inde allegant dictam prætenſam
legalitatem, iudex ſtatuet competētem ter-
minum utriq; parti ad probandam dictam
legalitatem, quo termino elapſo poterit p
ferre interlocutoriam pro eo qui melius
78 ſuam intentionem probauerit † Et ex his
poteſt decidi illa notabilis, & quotidiana
quæſtio, quam alias tetigit ſuccinctè in re-
peti. l. is poteſt. infra de acquiren. hæredi.
uidelicet ſi ſubſtitutus pupillaris mortuo
pupillo egit petendo hæreditatem pupilli
uigore ſubſtitutionis , & fabricato proceſ-
ſu probauit ſe eſſe ſubſtitutum pupillari-
ter per teſtamentum patris pupilli , item
proba-

probauit eſſe mortuum illum cui fuerat
ſubſtitutus non tamẽ probauit ꝙ mortuus
fuit in pupillari ætate ut de neceſſitate re
qrit ad hoc ut ſit locus ſubſtitutioni pupil
lari an poſſit obtinere:& uera opin.eſt quã
tenui ibi ſcilicet ꝙ ſubſtitutus obtinet ut
tenuit Socin.in conſ. 29.col.4.in 1.uol.licet
contra iſtam communem & ueram opin.
tria uideantur facere. Primo quod quili-
bet tenetur probare id, quod eſt fundamen
tum ſuæ intentionis ut ſupra dictũ eſt. Sed
pro fundamẽto intentionis ſubſtituti erat,
ꝙ pupillus eſſet mortuus in pupillari ætate
quia alias adueniente pubertate ſubſtitu-
tio pupillaris euaneſcit ut in §.pen.inſti.de
pupil. ſubſt. ſed hoc non probauit ergo de-
79 beret ſuccumbere.† Secundo:quia quilibet
præſumitur uiuere centum annos.l.vlti. C.
de ſacroſanct.eccle.unde iſte ſubſtitutus ui
detur habere præſumptionem iuris contra
ſe,ſcilicet,quod pupillus ſit mortuus potius
in ſenectute quam in pupillari ætate,meri
to debebat probare mortem in ætate pupil
lari ad tollendam illam præſumptionem.
80 † Tertio quia ius non præſumit ætatem mi
norẽ, nec maiorem: ſed ille q fundat ſuper
maiori, debet illam probare: & ſimiliter is
qui ſe fundat ſuper minori debet illam pro
bare.l. ſi minorem & ibi Barto.Bald. & do-
cto.C.de in integr.reſtitu.& l.cum te.& ibi
Bald & Salic.& doct.C.de proba.Iſte ergo
ſubſtitutus cum ſit actor,& fundet ſe ſuper
ætate minori, debet illam probare: tamen
his cõtrarijs non obſtantibus teneo primã
opinionem domin. Soci. ſcilicet quod ſub
ſtitutus obtinet. licet dictam ætatem non
81 probet †Et iſtã quæſt.proprie decidit glo.
in cle.fina. in gl.pen.in fi.de reſcript.ubi eſt
ſimilis caſus: nam prouiſio Papæ de benefi
cio uacaturo non ſe extendit ad beneficiũ
creatum poſt datam illius bulle,ut dicit di-
cta cle.fin. pone quod beneficiatus petit ſe
inueſtiri de aliquo beneficio uigore dictæ
prouiſionis probauit conceſſionem ſibi fa-
ctam de beneficio uacaturo. Item probauit
illud beneficium uacare non tamen proba-
uit eſſe creatum ante datam ſuę bullæ, ꝓut
requiritur: quæritur an obtineat? & dici-
tur ibi quod ſi quia probando illa duo ha-
bet ſuam intentionem fundatam unde in
cumbit: aduerſario onus probandi, quod
fuerit creatũ poſt datam. Sic in caſu noſtro
ſubſtitutus habet intentionem fundatam
producendo teſtamentum, in quo apparet
qualiter eſt ſubſtitutus pupillariter:& pro-
bando filium teſtatoris eſſe mortuum: un-
de probare quod ſic mortuus maior incum
bit aduerſario quia hæc eſt intentio aduer
ſarij potiuſquam ſubſtituti: quia aduerſa-
rius excipiendo illud adducit ad fundamen
tum ſuæ intentionis, merito ſibi incumbit
onus probandi, ut no. Bar.hic. Iſtud etiam
in optimo ſimili tenet per plura Iaſ.in in ru
bric.c.qui admit.in 3.colum. & Bal.in l.2.
C.de peti hæred. Et per hæc apparet nõ ob
ſtare primum argumentum quia reſponde
tur ut ſupra ſcilicet quod iſtud eſt potius
fundamentum rei quam actoris: per prædi
cta. Minime obſtat ſecundum argumentũ:
quia illa præſumptio militat, quando eſt
dubium an aliquis ſit uiuus, uel mortuus:
quia ſi a tempore ſuæ natiuitatis nondum
ſunt lapſi centum anni, præſumitur uiue-
re niſi contrarium probetur: ſed hic appa-
ret cõtrarium ſcilicet qualiter eſt mortuus
unde ceſſat iſta pręſumptio. Non obſtat ter
tium argumentum quia fateor contrarium
uerum ſubſtitutus non fundat ſe ſuper mi-
nori ætate ſed reus excipiendi fundat ſe ſu-
per maiori ergo ipſe reus debet illud proba
82 re. † Quærit Bald.hic an hoc ut procura-
tor in terminis huius l. repellatur a litigan
do requirantur ambo iſta duo copulatiuè,
ſcilicet, quod dominus ſit legalior & quod
melius mouerit factum an uero ſufficiat
unum tantum concludit quod unum tan-
tum ſufficit: quia ut plurimum doctores lo
quentes de hac materia loquuntur alterna
tiuè: unde ſufficit quod uel dominus ſi le
galior uel melius nouerit ueritatem quia
utrunque; non requiritur de neceſſitate
& bene uidetur loqui Bald. pro quo facit
text.in §. affinitatis inſtit. de nup. aduerte
tamen quia in eo quòd ipſe dicit ſufficere
probare illud unum, ſcilicet, quod domi-
nus melius nouit ueritatem puto non pro-
cedere dictum ſuum & contrarium tenet
Bartol. hic in finalibus uerbis ſi recte pon-
deret. Nam licet in procuratore ſimpli-
ci illud procedat, ut faciat comparere do-
minum, quando dominus ſcit melius ue-
ritatem, ut not. gloſſ. in leg.ultim. C. de
procur.tamen in terminis huius l. ubi tra-
ctatur de procuratore in rem ſuam illud
non



non ſufficit, ſed debet probari legalitas ſe-
cundam quod habetur in l.1.in fi.& l.ſeq.
infra de alie.iudi.mu. cauſa fac. ſecundum
Barto. hic in fin. ſcilicet probando quòd
perſona procuratoris eſt durior, ut quia
eſt aliquis cauilloſus, & improbus, uel eſt
homo multum potens, qui poſſet uexare
aduerſarium ut ibi habetur, perſona uerò
domini eſt legalior ideſt magis puta & ue-
ridica, minus potens, & non cauilloſa, &
hæc ſunt probanda de mente Bartol. hic.
83 †Et ex prædictis inferrur quod ſi actor pro
ducit articulos in cauſa ſuper quibus inten
dit examinari facere principalem procura
tor uerò rei ſimplex dicit. Ego uolo reſpon
dere ſuper poſitionibus, quia ſcio factum
ſicut dominus,& uolo deponere, ut princi
palis ſed actor dicit quod uolo reum ut
principalem, & legaliorem & non procura
torem,poteſt hoc actor dicere, quia procu-
rator non poteſt inuito aduerſario reſpon
dere poſitionibus,ſed dẽt uenire principa-
lis tanquam legalior, & magis ſciens ueri-
tatem,Ita tenet Bald. in l. 1. col. pen.C.de
ſenten. & hoc eſt addendum ad ea quæ di-
xi ſupra in 3.concluſione.
84 † Circa illud tamen quod tetigit ſupra in
pręcedenti charta an iſta lex habeat locum
in procuratore ex parte actoris, ubi retu-
li opin. Bald. hic in prima lect. tenen-
tis quod non, pondera quod idem Bald.in
ſecunda lectu. noua huius l. in fi. uidetur
ſentire cõtrarium,dum limitat illud quod
dicit Bar. hic, ſcilicet, quod ſi procurator
in rem ſuam fuit ſemel admiſſus, non po-
teſt ulterius opponi in proceſſu iudicijs
quod compareat principalis, qui eſt lega-
lior.hoc limitat Baldus hic procedere quã
do procurator intentaret utilas actiones,
ſecus ſi directas nomine domini, unde per
hæc uerba uidetur ſentire Bald. quòd hæc
l.procedat in procuratore ex parte actoris
Nam hæc diſtinctio directarum & utilium
non competit niſi actori quia procurator
ex parte rei non habet utiles nec directas,
quia ius paſſiuum non transfertur niſi uo
lente creditore,ut Bald.in l.2.C. de pactis
iſtud etiam tenet Bald. hic in Prima lectu.
in ſecunda colum.uerſicu. quæro de ratio-
ne diuerſitatis &c.per l.uenditor ex hęredi
tate infra de hęreditate uel acti.uend.
85 † Vltimo ut nihil intactum relinquatur
ſuper hæc leg.quia in euidentialibus ſupra
fuit declaratum qualiter conſtituatur pro
curator in rem ſuam ex parte actoris bo-
num eſt ponere exemplum qualiter con-
ſtituatur ex parte rei, & certè ex prædictis
liquet,tamen pro generali intellIgentia hu
ius materiæ pono unam regulam quam po
nit Bald.hic in 2.colum.in 6.intellectu hu
ius leg. ubi dicit, quòd procurator in rem
ſuam non fit cedendo ex parte rei ſit pro-
mittendo,ſcilicet promittendo ſoluere cre
ditoribus, & illud operatur promiſſio ex
parte rei, quod operatur ceſſio ex parte a-
ctoris,quo ad hoc ſcilicet ut poſſit dici pro
curator in rem ſuam,& hæc promiſſio po
teſt eſſe tacita uel expreſſa. de expreſſa pro
batur in l. ult. §. Titius infra de condi. in-
debi.& l.planè infra fami.erciſ.& l.hæredi
tatem cum gloſſ.infra de dona. & leg.cum
res.C.de dona.de tacita probatur in exem-
plo gloſſ. in leg. Plautius infra eod. ubi ſi
uendo tibi hęreditatem in qua ſunt credi-
tores,cenſetur uendita cum onere ſatisfa-
ciendi creditoribus,emendo enim uidetur
ſtatim promittere de ſoluendo illis, & ſic
dicitur procurator in rẽ ſuam ex parte rei.
Et hæc ſuper iſta breui lege dixiſſe ſufficiat
Sit. laus omnipotenti Deo maximo atque
optimo,eiuſque genitrici, & omnibus San
ctis.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA